
3 1761 07464800 7

TRACTATUS
DE
REGALIBUS, SIVE EXPLICATIO BREVIS ET METHODICA Cap. I. QUÆ SINT REGALIA, IN USIBUS FEUDORUM, IN QUA MATERIÆ PLENITUDINIS, POTESTATIS, LEGITIMATIONIS, CONFISCATIONIS, JURISDICTIONIS, MONETÆ, CUM EJUS GENERIS ALIIS, SINGULÆ IN SUUM PARAGRAPHUM DISPARTITÆ, TRADUNTUR.

In præsentia verò, de Regalibus in genere, qvid juris sit, cum Venationum tantùm materia, in lucem feliciter prodit,

AUTORE
FRIDERICO PRUCKMANNO,
Francofordense ad Oderam, U. J. D.

Tùm maximè à venatoribus capiuntur vulpes, cum in contrarium tenduntur retia.

LIPSIÆ,
Apud GROSSIANOS,
Literis SALFELDIANIS.
ANNO MDCLXXII.


LIBRARY
AUG 20 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

JURIS STUDIOSIS

FRIDERICUS BRUCKMAN, U.J.D.

SAL.

Vel ea erit, commilitones optimi atq; nobilissimi, qvæ nos, ne alienis immisceamur, sed ea potiùs, qvæ nostra sunt, agamus, deterreat, ratio, qvod hominum curiositate fascinatorum ita comparata ferè sit natura omnium, aliena meliùs ut videant & peragant, qvàm sua: qvod si opus erit in propriis, rectè qvid factu sit, dijudicare atq; dignoscere, vix ullum naturâ proditum erit vocabulum, qvo horum inertiam titubationemqve asseqvi qvis exprimereqve possit. Qvippe omnia exuperat curiosorum fatuitas. Hi igitur altius sapientes, qvi, qvæ extra se collocata constitutaq; sunt, assiduè indagantes, si qvid præter expectationem evenerit, subsannationi cœcæ, infimæ etiam fæcis hominum, & me judice haudqvaqvam indignè, seipsos exponunt. Thaletem Milesium, hominem Philosophicâ sapientiâ longè præstantissimum, ad cœlum aspicientem, inq; barathrum illapsum, ancillulam conspicatam irrisisse priùs, deinde admonuisse, injuriané sibi id accidisse crederet, qvandoqvidem qvæ ante pedes essent ignarus, cœlorum motum, syderumq; cursum perscrutari, non esse verecundiæ tramites transilire, statuisset, autor est Antonius Monachus in Melissa. Qvare, ô socii, curiositatē ceu pestem devitemus, ejusq; aspectum ceu Gorgonis caput declinemꝰ, de iis verò, qvæ cujusq; vocationis sunt solliciti simus.

Hæc mihi dum in animum, vestri gratiâ, prælectiones privatas suscipere, induxeram, ob oculos obversabantur, & in hodiernum usq; diem retraxerunt. Cogitabam enim abundare vos, Dei, Principisq; Electoris Domini nostri Clementissimi, benignitate Præceptoribus, & his qvidem numero pluribus, eruditione præstantissimis, & præterea in Repub. capessenda gnavissimis. Qvorsum igitur pertinet, meas nec stylo, nec rebus expolitis, decoratas, audire, hominis cum primis privati prælectiones? Itaq; illo supersedere labore, animo planè destinaveram. At rem exactiùs considerantem, contraria demum pervicit sententia. Noveram enim me, & patriæ natum, qvemq; verò pro viribus, qvæ sentio, qvàm in me sint exiguæ, patriæ opitulari, admodum decere: Noveram boni civis esse, spartam, qvam nactus esset, ornare: Noveram ferrum, qvod qvotidiè manibus teritur, politius homines conspicari, noveram illudipsum terræ tectum ferrugine obduci, atq; condi: Noveram Scipionis Nasicæ, hominis privati factum à Cicerone nostro, pleno approbari collaudariq; ore: Noveram hunc mundum qvasi mercatum esse, in qvo non omnes splendidis gemmis candidisq; unionibus per lucerent tabernæ: verum etiam crepundia ut exponerentur, vacarent apothecæ: Noveram deniqve, qvæ vestri hactenus erga me benevolentia, qvæ humanitatis fuêre officia. Ego itaq; si dissimilem me vestris votis exhiberem, si vestræ in me pietati, pari animi promtitudine non occursarem, facinus profectò me ipso indignum committerem. Itaq; tricis istis, qvæ me usq; id temporis complicârunt, discissis, qvod auspicatô fiat cap. 1. Qvæ Sint Regalia, ex usibus feudorum vobis proponere aggrediar. In cujus explicatione obnixè dabo operam, ut qvàm potero perspicue, dilucideq;, qvàm potero accuratè, qvàm fieri potest brevissimè, dummodo nil ex necessariis vel omittatur, vel negligatur, id vobis tradam atq; explanem. Hi igitur, qvi nostrarum prælectionum auditores esse desiderant, crastinâ in ædibus nostris luce, secundâ à meridie horâ, ubi hanc explicationem exordiemur, conveniant. Qvod reliqvum est, nihil hâc aliud industriâ, qvàm vestram commereri gratiam à me qværi, protestor. Valete.



AD RUBRICAM.

Qvæ Sint Regalia.

Tractaturus, qvæ ſint Regalia, ita id peragere poſſe, commodiſſimè videor mihi, ſi ante circa Rubricam, in genere, de regalibus diſpiciamus, qvàm peculiatim de ſingulis regaliorum ſpeciebus tractare incipiamus. Ubi illa ſectabimur veſtigia docendo.

1. *Unde dicta ſint regalia.*
2. *Qvid ſint regalia.*
3. *Qvotuplicia ſint.*
4. *Qvibus competant.*
5. *Qvomodo acqvirantur.*
6. *Qvomodo amittantur.*

His autem ordine perluſtratis, convertemus deinde nos ad ſingulorum regaliorum tractationem, ibiqve à venatione inchoando, ſingula regalia, de qvibus nobis res erit, in ſuum paragraphum, ſuperiorem, mutatis tamen mutandis, methodum ſeqvendo, diſcriminabimus. Qvo tamen in loco, candidum lectorem admonitum volo, me non de omnibus regalibus, ſed præcipuis tantùm, eſſe dicturum. Aliàs enim fieret, ut opus immenſum & ſupra vires penè aggrederer, ut taceam, multa antiqvitùs inter regalia recenſita, qvorum hodierno die vix ulla ſuperſunt veſtigia. Obnixè deniqve, ut qvàm fieri poteſt, tàm ſuccinctè me expediam, omnem movebo lapidem. Age itaqve ad Tractatum ipſum, DEO ter Opt. ter Max. duce, accedamus.

CAPUT PRIMUM,

Unde dicantur Regalia.

1. *Regalia dicuntur à Rege, eò qvod ad Regem ſolum pertinent.*
2. *Regaliorum mentio facta apud Hiſtoriographos, ultra centum qvinqvaginta annos, anteqvam c. 1. qvæ ſint regalia, ederetur.*
3. *Denominatio fit à digniori.*
4. *Communis loqvendi uſus, ut à proprietate qvoqve verborum recedamus, facit.*
5. *Vetuſtiora tanqvam digniora præferenda.*
6. *Imperatores originem ducunt à Julio Cæſare.*
7. *Reges cœperunt cum ipſo jure gentium.*
8. *Imperator etiam à coronatione Rex dicitur.*
9. *Regula, denominationem à potiori ſumendam, qvando procedat.*
10. *Verba in excellentiori ſignificatu ſunt accipienda.*
11. *Regalia propriè ſunt Impp. Romanorum.*
12. *Regis appellatione non venit, Dux, Comes, Marchio.*
13. *Appellatione Principis, etiam Dux, Comes, Marchio continetur.*
14. *Cauſa naturalis, præ accidentali attendenda.*
15. *A primordio tituli, poſterior formatur eventus.*
16. *Regi inſunt regalia, ſicut & reliqvæ dignitates, tanqvam primæ cauſæ, & ab eo, principibus inferioribus, ceu rivuli à fonte inſtillantur.*
17. *Imperator cum omnibus reliqvis Principibus, in regalibus, dignitatibus & juriſdictione concurrit.*
18. *Imperator, in juriſdictione, concurrit etiam cum Camera Imperiali.*

1 Regalia non ſatis latino vocabulo (nunqvam enim hac dictione, claſſicos lingvæ latinæ Autores uſos eſſe, memini) à Rege dicti ſunt. Eò qvod ad Regem, reſpectum ſuum dirigant.

Bl. c. niſi. n. 5. ✗. off. leg. Bl. c. 1. in pr. num. 8. epiſc. vel abb. Mart. Laud. tract. principe. concl. 362. Cæp. tr. ſer. ruſt. præd. c. 3. n. 17. Boſſius tr. princip. tt. regal. num. 2. Igneus L. neceſſarios. §. non aliàs. p. 4. n. 36. ff. ad S.C. Syllani. Ripa reſp. 186. n. 3. Rol. à Valle conſ. 4. n. 14. vol. 3.

2 Fuerunt autem in uſu, ultra ſeſqvicentum, ante conditam hanc Friderici Barbaroſſæ conſtitutionem, tempore nimirùm Ottonis Magni, Imperatoris ante Fridericum decimi. Cujus res geſtas Carolus Sigonius deſcribens, cum incidiſſet in regaliorum mentionem, ita fatur: Erant autem regalia, dignitates & prædia, qvæ Rex benemeritis ad arbitrium concedebat, dignitates, ut Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvaſores & Valvaſini: prædia, ut vectigalia, telonia, portus, ripatica, pedadatica, monetæ, piſcariæ, molendina, ſalinæ, fluminum uſus, & omnis ex illis proficiſcens proventus, & qvæ generis erant hujusmodi. *Sigon. lib. 7. de regn. Italiæ.*

Non

3 Non obstat, qvod imperialia potiùs ab Imperatore, qvàm regalia à Rege dicenda esse videbantur, cum à digniori denominatio fieri debeat. *gl. l.1. in pr. ibi Jas. n.21. Ripa n.66. Crottus num.49. & dd. ff. verb. obl. Bl. in prælud. feudor. n.10. Jas. l. imperium. n.3. ibi Sap. num.1. ff. jurisd. om. jud. Jas. l.1. in pr. n.4. ff. acqvir. poss. Ripa rubr. n.4. ff. eod. Paul. Orian. l.1. n.83. ff. off. ejus cui mand. est jurisdict. Alc. l.1. §. eandem autem. n.42. ff. verb. obl. Tiraq. V. R. p.1. §.30. gl.1. n.15. Tir. ll. connub. gl.1. n.96. Stracch. tract. mercat. p.1. n.50. & 52. Gail. obs.30. n.22. & obs.38. n.7. lib.1. Curt. tr. feud. p.1. qvæst.6. num.5. Andreas ab Exea tr. pact. n.30. & 31. per l. qværitur. ff. stat. homin.*

4 Imperator enim ad communem loqvendi usum respexit, qvo regalia, præeminentiæ istæ, non imperialia vocabantur, qvare improbandus non est, cum propter communem loqvendi usum consvetudineqve roboratum, à proprietate etiam verborum in qvacunqve materia, sæpissimè recedamus. *Br. l. non dubium. num.11. C. ll. Br. l. Labeo. num.1. ff. supp. leg. Panorm. in procem. decretal. vers. Gregorius. n.8. ibi Felin. num.3. Ever. in top. in Loc. ab opin. vulgi. num.2. Mathesil. sing. 96. Cagn. in procem. fforum. n.25. Niconitius rubr. n.51. ff. sol. matrim. Hanibal. rubr. n.103. ff. eod. tit. Lanfr. de Oriano. l. admonendi. n.79. ff. jurejur. Niconitius Rubr. n.205. ff. op. no. nunc. Raynerius de Forlivio. l. omnes populi. n.3. ff. just. & jur. Barb. l. cum acutissimi. num.41. C. fideicom. Ronche. rubr. n.50. ff. duobus reis. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib.5. tit.13. n.21. per l. cum de lanionis. ff fund. inst.*

5 Vel dici potest, Imperatorem, dum regaliorum vocabulo uteretur, vetustiora, tanqvam digniora prætulisse, conseqventerq; à digniori denominationem factam esse. *arg. §. singulorum. ibi Aldobr. Inst. rer. divis. c. anteriorum. §. illud.2. q.6. c. qvanto. extra. translat. prælat. l. testamenta. C. testam. l. fin. ff. fid. n. strum. Tir. V. R. p.1. §.30. gl.1. n.16.*

6 Imperatores enim, qvi & Cæsares, primùm à Julio Cæsare cœperunt. *gl. in procem. Inst. in pr. verb. Cæsar. ibi Joh. Fab. n.5. Platea. num.11. Porc. n.9. & dd. Cagn. in procem. fforum. n.34. Mart. Laud. tr. principe. concl.77.*

Cùm tamen Reges, cum ipso gentium 7 jure, simul extiterint. *Bl. tr. Schismatis. vers. in nomine. n.36. Luc. de Penn. l. un. verb. regiam. C. conduct. & procurat. lib.11. Andr. de Isern. rubr. n.2. h. t. Affl. c.1. in pr. num.37. de his qvi feud. dar. poss. Mar. tract. ord. judic. 3. p. num.15. Cagn. l.2. num.2. ff. orig. jur. Johan Bapt. Asin. in sua praxi. in pr. c.2. n.7. Vasq. ill. contr. c.1. n.25. Oldr. cons 69. num.5. text. l.2. in pr. & §. qvod ad magistratus. ff. orig. jur. l. ex hoc jure. ff. just. & jur.*

Et est communis opinio, de qva attestatur. *Eman. Soar. in suis com. opin. litera R. n.20. & 21.*

Deniq; & ad id responderi rectè poterit, 8 regalia dici, & non imperialia, eò, qvod regis appellatione, etiam Imperator contineatur, qvem etiam post coronationem, regem rectè dici, constat. *Andr. de Isern. Rubr. n.1. ibi Affl. n.5. h. t. Alvar. c.1. in pr. de no. for. fideli. Gvilh. de Perno. tr. principe. tit. de rege. num.5. text. c. tibi domino. 63. distinct.*

Qvâ retentâ ratione, nil nobis negocii 9 facesset, prædicta juris regula, à potiori denominationem esse sumendam. Procedet namqve ea, non in his, qvæ simplicia sunt, sed qvæ mixtæ sunt naturæ & ex pluribus conficiuntur. In his namq; denominatio illi, qvod dignius est, tribuitur. *Fel. in procem. decret. vers. Gregorius episcopus. n.1. Bertach. in suo repert. lit. D. verb. denominatio. Hier. Butigella l. lecta. n.307. ff. si cer. pet. arg. d. l qværitur. ff. stat. hom. l.1. in pr. ff. verb. oblig.*

Vel regalia à Rege Romanorum, qvi 10 Imperator est, per excellentiam & antonomasian, deducemus. Qvandoqvidem juris est, verba in potentiori excellentioriq; significatu, accipi debere. *§. sed jus qvidem civile. Inst. jur. nat. gent. & civ. Bl. l. filium. n.2. ff. his qvi sunt sui vel al jur. Jas. rubr. n.2. ibi Sap. n.7. ff. jurisdict. om. jud. Paul. de Orian. Rubr. n.11. ff. off. ejus cui mand. est jurisd. Hipp. de Marsil. l de unoqvoq;. n.2. ff. re judic. Marius Salomonius. l. omnes populi. n 20. & 73. ff just. & jur. Marius Salomonius. L. Gallus. §. Et qvid si tantum. n.8. & n.24. ff. lib. & posth. Tir. V. R p.2. §.2. gl.1. n.8. l. non aliter. ff. leg.3.*

Jam ergò regalia propria Romanorum 11 regum esse videntur, non qvod exteri Reges illis destituantur, sed qvod regalia

Romani Reges, à nemine alio acceperint, qvodqve iis alio modo, atqve alii reges utantur, fruantur. Exemplo ejus qvod de patria poteſtate dicitur in §. jus autem. ibi gl. verb. Romanorum. Inſt. pat. pot. Qvam in id propoſitum expendit *Finel. rubr. p. 2. n. 9. C. bon. matern.*

Verùm alia etiam ratione non regalia, ſed principalia potiùs dicenda videbantur. Cum non ſolùm regi ſive regem, de rege Romanorum, ſive de alio rege intelligas, verùm etiam Ducibus, Marchionibus, Comitibus, nonnunqvam etiam nobilibus competant, ut abundè ſuo loco trademus.

12 Cum tamen hi Regis appellatione non veniant. *arg. §. conſideremus. auth. trient. & ſem.*

13 Sub principis verò appellatione continentur.

gl. Clem. 1. verb. regnum. ibi Johan. de Imola num. 7. de baptiſm. Bertach. in ſuo repert. verb. Princeps. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. Princeps. Pedemontium. n. 1. Boſſius tr. principe. n. 1. Sichard. l. ex imperfecto. n. 5. C. teſtam. arg. c. qvamvis. extra verb. ſign. c. in apibus. 7. quæſt. 1.

14 Sed & hoc in contrarium argumentum facilè eludetur, ſi vel reſpondeatur, Imperatorem Fridericum, communi loqvendi uſui ſeſe conformâſſe, ut ſuprà diximus.

Vel cauſam primam, tanqvam digniorem, præ accidentali attendiſſe.

Joh. Ant. rubr. l. penult. §. ad crimen. n. 180. ff. pub. judic. Sapia. L. emancipati. n. 60. C. collat. Claud. de Seyſ. ſpec. feud. Rubr. qvi feud. dar. poſſ. §. 1. verſ. aut verò Papa. arg. l. 3. in pr. ff. tutel.

15 Atqve primordio tituli, poſteriorem eventum formâſſe. Qvod juri eſt conſentaneum. *Neguz. tract. pignor. 2. memb. 5. p. p. n. 50. Affl. deciſ. 376. n. 5. Lup. Rubr. §. 62. num. 28. extra. donat. inter. vir. & uxor. Gail. obſ. 49. n. 6. lib. 2. Rubeus d. l. penult. §. ad crimen. num. 180. text. l. un. C. imp. lucrat. deſcr. lib. 10. Curt. tract. feud. p. 2. qvæſt. 1. n. 7.*

Regi enim regalia, reliqvæqve dignitates omnes, tanqvam primæ cauſæ inſunt, & ab eo, ceu rivuli à fonte & ſcaturigine ſua, accidentaliter proficiſcuntur, eſſe ſuum deducunt, & non niſi rege concedente acqviruntur. 16

Bl. c. 1. n. 1. ibi Alvar. n. 4. Præpoſ. n. 1. Affl. n. 1. & dd. qvis dic. dux. com. vel march. Mar. tr. ord. jud. p. 4. dict. 5. num. 3. Br. l. 1. n. 15. ff. juriſd. om. jud. Gvilh. de Pern. tr. principe. tit. de principe. n. 70. Boſſ. tract. crimin. Rubr. de for. comp. n. 77. & dixi in repert. l. in multis. memb. 3. art. 23. n. 13. ff. ſtat. homin. per l. 1. ff. conſt. princip.

Et Rex ſeu Imperator cum omnibus reliqvis principibus, in regalibus, Jurisdictione & dignitatibus. 17

Bl. c. 1. in pr. n. 1. ibi Affl. n. 6. de his qvi feud. dar. poſſ. Bl. c. 1. n. 1. ibi Affl. n. 1. qvis dic. dux. com. vel. march. Affl. c. 1. §. fin. n. 6. qvib. mod. feud. am. Bl. in ſalut. Gregor. n. 1. Jaſ. rubr. qvi feud. dar. poſſ. num. 4. Claud. de Seyſ. ſpec. feud. Rubr. qvi feud. dar. poſſ. §. 1. verſ. ſed Martinus. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. num. 2. Brunus conſil. 47. num. 5. argum. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de Jactu.

Imò cum ipſa Camera Imperiali concurrit. *Andr. Gail. obſ. 41. num. 8. & obſ. 11. num. 5. lib. 1.* 18

CAPUT II.

Qvid ſint Regalia.

1. *Definitio vel deſcriptio regaliorum.*
2. *Jus rerum incorporalium genus eſt.*
3. *Appellatione principis largiſſimâ, continentur Duces, Marchiones, Comites, Barones, ſecus ex propriâ & ſtrictâ ſignificatione.*
4. *Verba definitionum debent eſſe propria.*
5. *Regalia potiùs ſunt qvalitates perſonæ, etſi territorio inſint.*
6. *Regaliorum uſus propemodum nullus ante legem regiam erat.*
7. *Regalia reliqvis, partim neceſſitate.*
8. *Partim benevolentia flagitantibus, à Principe ſunt tributa.*
9. *Lex Regia, illa, qvâ Cæſari perpetua dictatura permittebatur, erit.*
10. *Regalia Principi, ut jus, juſtitiamq́ſubditis adminiſtret, conceſſa.*
11. *Principem nil magis decet, qvàm oppreſſos in libertatem aſſerere, viduis opitulari, pupillisqve auxilium exhibere.*
12. *Principis eſt, legum contaminatores gladio ultore perſeqvi, bonos præmiis atqve honoribus fovere.*
13. *Principis regnum atqve principatus, ſtabilis erit, ſi jus juſtitiamq́ coluerit.*

Cir-

1 Circa ſecundum caput concludo: Regalia eſſe jus, perſonæ Principis, vel ſuperiorem non recognoſcentis, vel qvibus illi dederint, cohærens, illis in ſignum præeminentiæ dignitatisqve faſtigium, lege regia, vel à ſuperiore conceſſum, vel præſcriptione, conſvetudinevé acqviſitum, ut jus & juſtitiam ſubditis adminiſtrent.

2 Hæc definitio cauſalis eſt, in qva JUS eſt genus. Res enim incorporales omnes, in qvarum album regalia qvoqve ſunt referenda, in jure conſiſtunt.

Verſ. incorporales. Inſt. reb. corp. & incorp.

Materia in qvâ, ſunt Principes & alii, qvorum in definitione fit mentio.

Ideò autem dixi, vel ſuperiorem non recognoſcentis, &c. vel qvibus illi dederint &c. Nam etſi Principis appellatione hi omnes contineantur.

Ut ſuperius tetigi.

3 Tamen id procedit ex largiſſimâ duntaxat ſignificatione.

Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. Princeps Pedemontium. Boſſius tr. principe. n.1.

Qvapropter dicta verba non erunt ſuperflua. Si enim Principis vocabulum propriè acceperis, de ſupremis tantùm Principibus intelligetur.

4 Verba autem in definitionibus propriè accipi debere, indubitati juris eſt.

Br. l. omnes populi. num. 59. ff. juſt. & jur. Joh. Hanib. Rubr. n. 381. ff. ſol. mat. Joh. Hanib. Rubr. num. 88. ff. uſucap. Stracch. tr. mercat. tt. mandati. n. 34. ferè ad fin. per l. qvis ſit fugitivus. §. erronem. ff. æd. edict.

5 Dico: Perſonæ cohærens: Cohærent enim regalia Principi & aliorum perſonis, & ſi territorio inſint, conſeqventerq; perſonæ potius qvalitates, qvàm territorii rectè exiſtimantur. *Br. l. 1. n. 14. ibi Sap. n. 66. ff. juriſd. om. jud. Vallaſcus L. Imperium. n. 42. ibi Longovallius. n. 201. ff. eod. tit. Zoanett. l. 2. num. 207. C. pact. int. emt. & vendit. per l. qvi furere. ff. ſtat. homin.*

Verba in ſignum &c. cum ſeqq. cauſam formalem denotant.

6 Dico: Lege regia &c. qvibus cauſa efficiens demonſtratur. Ante legem enim Regiam latam, nulla penes Principem erat juriſdictio, nullus regaliorum uſus, qvæ poſtea lege regia ſancita, in Principem tranſiverunt.

§. ſed & qvod Principi. Inſtit. jur. nat. gent. & civil. Paul. Orian. l. 1. num. 31 ff. off. ejus cui mand. eſt juriſd. Igneus l. neceſſarios. §. non aliàs. p. 2. n. 70. ff. ad Syllani.

A Principe verò partim neceſſitate. 7

c. valdè neceſſarium. 94. diſtinct. arg. l. neceſſarium. §. poſt. deinde. ff. or. jur.

Partim benemeritis, circa Principem 8 flagitantibus, reliqvis inferioribus principibus ſunt communicata atqve tributa.

per trad. Bl. in procœm. feud. n. 8. junct. l. qvæ de tota. ff. rei vend.

Legem autem regiam (ſalvo cujusqve 9 rectiùs intelligentis judicio) intelligo, de illo Senatusconſulto & decreto, qvo Julio Cæſari perpetua dictatura permittebatur. *de qvo l. Florus in Livian. Epit. lib. 116.*

Verba: vel præſcriptione, vel conſvetudine acqviſitum, ſuo loco, cap. nimirum qvinto, fuſiùs declarabuntur.

Ultimis verbis, cauſa finalis oſtenditur: 10 principibus enim, ut jus juſtitiamqve ſubditis adminiſtrent, regalia conceſſa, paſſim apud noſtrates eſt receptum.

Br. l. ne qvid. n. 2. ff. in c. ruin. naufr. Bl. c. 1. §. conventiculas. n. 7. de pac. jur. fir. Matt. de Affl. rubr. n. 7. h. t. Ripa l. qvo minus. n. 15. ff. flumin. Cephal. conſ. 150. n. 24. lib. 1.

Nihil enim magis refulget in Principe, 11 nihil, qvod illos magis deceat, qvàm juſtitiam facere, oppreſſos de manu calumniantium aſſerere, pupillis, viduis & peregrinis, clementiam auxiliumqve ſuum exhibere. *c. regnum. 23. quæſt. 5. Mart. Laud. tr. Principe. concluſ. 116. Rol. à Valle conſil. 20. n. 2. vol. 2.*

Legum contaminatores, gladio ultore 12 perſeqvi, bonos præmiis atqve honoribus fovere.

c. ſolitæ. x. major. & obed. c. ad reprimendam. x. off. ordin. l. 3. ff. off. præf. Pariſ. de Put. tr. Synd. Rubr. de exceſſibus regum. n. 45. Laud. tract. principe. concluſ. 99. For. tun. Garzia l. veluti. n. 55. ff. juſt. & jur. Gaſpar Vallas c. l. imperium. n. 98. ff. juriſd. om. jud. Chaſſan. in conſvet. Bug. Rubr. 1. §. 4. gloſſ. 1. num. 3. Neviz. conſil. 12. in t. conſ. Brun. n. 98.

Hoc ſi fecerint, ſtabile erit, fixumqve 13 regnum eorum in perpetuum.

Marin. Freccia tr. ſub feud. lib. 1. tit. off. magiſt. juſtit. n. 6.

CAPUT III.

Qvotuplicia sint Regalia.

1. *Alia sunt regalia Papæ Romani, alia Principum secularium.*
2. *Regalia alia sunt majora, alia minora.*
3. *Regalia alia sunt transitoria, alia non transitoria, sed supremi Principis ossibus inhærentia.*

1 CIrca tertium caput concludo I. Alia esse regalia, sive præeminentias papales, de qvibus *gloss. c. 1. verb. pertineant. ibi dd. x. translat. ep. gloss. c. qvod translationem. verb. reservata. x. off. leg.*

De his qvidem, nihil nobis rei est, sed videndus erit. *Franc. Alvarez. in suo spec. summ. princ. per tot.*

Alia sunt regalia, principibus secularibus competentia, de qvibus agit *text. noster hic & inferius, qvem per tot. tractatum videbimus.*

2 Secundò concludo: Regalia alia esse majora, sive soli Principi reservata, utputa, monetam cudere, judices dare, notarios creare, universitates vel jungere vel disjungere: Alia esse minora, ut sunt venatio, piscatio & ejus generis alia. *Claud. de Seys. spec. feud. Rubr. qvi feud. dar. poss. §. 1. vers. nam qvædam cum. vers. seq. Sonsbeck. tr. feud. p. 8. n. 19.*

Tertio concludo: Regalia alia esse, ad 3
inferiores à Principe transitoria, alia tantoperè Principis ossibus inhærentia, ut hinc neutiqvam evelli, nec in alium transire possint: Exempli gratia: Imperator nemini alii, Imperii totius regalia indulgere, nec princeps inferior, qvem alium principem, proprii principatus, creare vel constituere potest. Ista enim jura (ut ita loqvar) sunt personalissima, omnis segregationis, à principis persona, in qva radicata sunt, expertia, ut rectè tradit *Igneus l. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 132. ff. ad S. C. Syllani. text. c. intellecto. extra. jurejur.*

CAPUT IV.

Qvibus Regalia competant.

1. *Regalia competunt Imperatori Romano.*
2. *Casus legis, ubi expressus est, qvæstionem suscitari non oportet.*
3. *Regalia competunt Papæ Romano, ut habet communior opinio.*
4. *Papa est Dei Vicarius.*
5. *Christus & Papa, habent unum idemqve Consistorium.*
6. *Deus, Dominus totius mundi, ergò etiam Dominus Papa, ejus Vicarius.*
7. *Papa, Ecclesiæ Dei caput est, ad qvod tanqvam membra, dignitates omnes referendæ sunt.*
8. *Caput, membris dignius & præstantius. Capiti denegari non potest, qvod membris licet, ibid.*
9. *Papa instar Solis est, reliqvis omnibus comparatus.*
10. *Fictio in casu ficto, idem qvod veritas in casu vero operatur.*
11. *Papam regalia pravè usurpare, verior habet opinio.*
12. *Christus suis dixit: Regum gentium esse dominari, sed discipulis suis minimè convenire.*
13. *Divisum Jovi & Cæsari est imperium.*
14. *Proprium testimonium sordescit.*
15. *Nemo in causa propria, testimonii ferendi habet facultatem.*
16. *Regalia cuilibet Regi in regno suo competunt.*
17. *Ubi est eadem ratio, ibi idem jus.*
18. *Qvæ rationis nexus connexuit, juris dispositio separare non debet.*
19. *Rex in suo regno, Monarcha est.*
20. *Regnum ex successione, imperium ex electione obvenit.*
21. *Hostiensis opinio refutata.*
22. *Regibus gentilium, regaliorum jus denegatur.*
23. *Contrarium.*
24. *Cæsari, qvæ Cæsaris sunt, etsi Ethnicus fuerit, danda.*
25. *Pedagium Ethnico, Christus exolvit.*
26. *Omnis potestas desuper.*
27. *Hazaël Rex Syriæ, etsi infidelis & Ecclesiæ DEI persecutor, jussu tamen Domini ungitur & inauguratur.*
28. *Regna sunt juris gentium.*
29. *Jure gentium non solum Christiani, sed cujusvis religionis homines utuntur.*
30. *Occupatio, tàm rerum, qvæ nullius sunt, qvàm sedium hostilium est approbatus de jure gentium acqvirendi modus.*
31. *Regnum de gente in gentem propter injustitiam transfertur.*
32. *Regalia in illis regnis, sunt regum gentilium, qvæ possederunt, tempore immemoriali, aliud est, qvò ad illa, qvæ brevi Christianis ejectis, occupârunt.*

33. Pos-

33. Possessio non amittitur, qvamdiu recuperandi animus superest.

34. Regalia competunt Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & qvandoq; etiam nobilibus, cuilibet in suo territorio.

35. Ipsi facimus ea, qvibus autoritatem impartimur.

36. Duces, Marchiones & reliqvi, perpetuò regalem dignitatem obtinentes in suis territoriis, juribus imperatoris fruuntur.

37. Marchio, in suo marchionatu, sicut & reliqvi, nil à Principe, nisi ambitus ratione differunt.

38. Regalia competunt liberis civitatibus.

39. Regalia Episcopis, ut Episcopis non competunt, competunt verò iis, ut principibus & statibus Imperii.

40. Episcopus, de controversia feudali, ut feudi dominus cognoscens, non ut Episcopus, sed ut Princeps cognoscere dicitur, & ab eo non ad Papam, sed ad Imperatorem provocatur.

41. Episcopus, ut Episcopus, imperio non subest. Delicta impunita remanere non debent. ibid.

42. Persona una & eadem, diverso respectu diverso jure censetur.

43. Arnoldus qvidam Brixianus, hæresi ob id, qvod Regalia Episcopis denegârat, damnatus.

44. Regalia, Abbatibus, principum titulo ornatis, non ut Abbatibus, sed ut principibus concessa intelliguntur.

1 Circa qvartum caput, qvibus competant Regalia, concludo primò: Regalia competere Imperatori Romano. Qvod qvasi indubitatum est.

per text. nostr. hic.

2 Igitur id exactiùs non examinemus. Qvandoqvidem casum legis expressum habeamus. Qvæstionem verò, ubi textûs est decisio, moveri non oporteat.

Vulg. l. ancillæ. C. furt. Jas. illam. n. 4. per ill. text. C. collat. Rol. à Valle consil. 69. n. 18. cons. 80. n. 4. vol. 1. cons. 79. n. 87. vol. 3. & plurimos allegavi in id in repet. L. in multis. memb. 2. art. 14. n. 7. ff. stat. homin.

3 Secundò concludo: Papæ regalia etiam temporalia competere, ut habet communior opinio.

Præpos. c. 1. n. 2. ibi. Affl. n. 2. & dd. de feud. marchiæ. Jas. rubr. qvi feud. dare poss. n. 4. Claud. de Seys. Spec. feud. Rubr. qvi feud. dare poss. §. 1. vers. sed Martinus.

4 Tùm, qvia Papa est loco Petri, & sic vicarius DEI.

c. in novo. 21. distinct. c. Videntes. 12. qvæst. 1. Panorm. c. venerabilem. n. 20. X. qvi fil. sint. legit.

5 Imô Christus & Papa, habent unum & idem consistorium.

Mart. Laud. tract. principe. concl. 474. post Host. & Joh. And. qvos refert.

6 Qvemadmodum igitur DEUS totius mundi Dominus est: ita qvoqve dominus Papa, ejus vicarius, seu locum tenens.

Panorm. c. novit. n. 11. ibi dd. com. X. judic.

7 Tùm, qvia caput in Ecclesia est Papa, à qvo omnes dignitates, ceu membra originem trahunt.

gl. Clem. ad nostrum. verb. ecclesiæ. ibi Joh. de Imola. n. 13. de hæret. c. significasti in f. X. elect.

Igitur, qvod membris licet, capiti denegari haud poterit. Cum hoc illis sit, & dignius & præstantius. 8

Alex. L. 1. in pr. n. 34. ibi Ripa n. 67 ff. verb. oblig. gl. §. religiosum. ibi Aug. & dd. verb. mortuum. Inst. rer. divis. Bl. c. 1. num. 8. de allodiis. Abb. c. cum non liceat. n. 1. ibi Fel. n. 1. X. præscript. Bertach. in repert. lit. C. verb. caput. per text. L. cum in diversis. ibi Br. ff. relig. & sumt. funer.

Tùm qvia Papa reliqvis principibus comparatus, uti Sol, inter reliqvas stellas est censendus. 9

Bl. c. bona. el. 2. num. 9. X. post prælat. Jas. d. rubr. qvi feud. dar. poss. n. 4. Mart. Laud. tract. princ. concl. 170. Curt. tr. feud. 1. p. 2. p. p. qvæst. 11. n. 5. c. solitæ. §. praterea. X. major. & obed.

Unde qvemadmodum lucem suam à Sole, reliqva mutuantur Sydera: ita qvoq; Papæ, reliqvi principes, & dignitates & regalia sua accepto ferunt. Cùm fictionem in casu ficto, eandem, qvam veritas in casu vero habere efficaciam, explorati juris sit. 10

L. un. in pr. C. rei uxor. act. L. cum. ex oratione. ff. excus. tut. Inst. stipulat. servor. in pr. Bl. L. tale pactum. lect. 2. n. 2. ff. pact. Br. L. maritus. §. legis Juliæ. n. unic. ff. ad L. Jul. de adult. Jas. l. si is qvi pro emtore. n. 216. ff. usucap. Joh. de Imola L. lege Cornelia. n 3. ff. testam. Everard. in top. in L. à vi fict. n. 4. Aldobr. §. si adversus. histor. nupt. Dec. L. singularia. n. 6. ff. si cer. pet. And. ab Exea tr. pact. n. 398. Crottus l. 1. in pr. n. 64. ff. acqvir. poss. Crottus L si is qvi pro emtore. n. 22. ff. usucap. Coras. l. 1. in pr. n. 8. ff. verb. obligat. Hormanno Ctius Detus l. 4. §. Cato. n. 331. ff. eod. tit. Jas. l. ab emtione. num. 11. ff. pact. Cacherr. decis. 36. num. 3. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib. 11. tt. 18.

tt.18.n.39. Gail. obs.127. n.6. lib.1. Johan. Bapt. Asin. in sua praxi. §.19. c.15. num.4. Card. Paris. cons.22. n.10. vol. 2. consil.118. n.32. vol.4.

11 At licet hæc magis recepta videatur opinio, contraria tamen qvæ habet, qvòd ad Imperatorem regalia eorundemq; dignitates pertineant, Papa verò prava usurpatione sibi ista adscribere, Imperatoriqve eripere nitatur, longè majori veritati, licèt catholico homini, eam seqvi, hæreticum sit, innititur, qvam tenent. *Bl. d.c.1. n.3. ibi Alvar. n.1. per ill. text. de feud. march.*

12 Et confirmatur ex eo, qvod Christus dixit: Reges gentium dominantur, & qvi potestatem habent super eas, benefici vocantur, vos autem non sic.

Matth. cap.20. n.25. Marc. cap.10. num.42. Luc. cap.22. n.25.

13 Nec obstat: qvod Christi vicarius sit Papa: Nam posito, sed non concesso, Christi vicarium Papam esse, divisum tamen Jovi cum Cæsare (ut Virgilii verbis utar) & habitu & potentia, imperium est.

Ut latè tradit Covarr. c. peccatum. part.2. §.9. n.7. de Reg. jur. lib.6.

Et esse communiorem & veriorem opinionem attestatur. *Vasq. ill. contr. cap.20. n.2. c.21. n.1. & c.22. n.1.*

14 Nullius qvoq; momenti sunt aliæ duæ rationes, pro communi opinione adductæ. Nam Papa seipsum caput Ecclesiæ constituit & Soli assimulavit. Qvapropter ejus testimonium verum non est. Tùm per id, qvod scriptum est. *Johan. c.8. n.13.*

15 Tùm, qvia omnibus in re propria dicendi testimonium facultatem submotam esse, jura voluêre.

L. omnibus. ibi Cyn. n.1. Br. Bl. n.3. Sal. n.1. Castr. n.1. & dd. C. de testibus. l. nullus. ff. eod. tit. Specul. tit. de teste. §. 1. n. 88. Br. l. qvi testamento. n.1. ff. testam. Isern. in prælud. feud. n.28. Affl. decis.400. n.7.

16 Tertiò concludo: Regalia, regibus qvibuscunqve, præter Romanum regem in regno suo competere.

Bl. rubr. nost. h. n.1. ibi Isern. num.2. Alvar. vers. qværo ab extra. Affl. n.4. & dd. præpos. c 1. n.1. t. h. t. Mart. Laud. tr. principe. concl.319. & conclus.537. Bl. l.3. n.1. C. ad S. C. Trebell.

Licet contrarium teneat, cujus opinio recepta non est.

Host. in summ. n.9. x. censib.

Tùm, qvia in præsenti subjecto, inter Regem Romanum, reliqvosqve Reges, nulla sana diversitatis ratio potest assignari. Et certum est, qvod, ubi est eadem ratio, ibi qvoqve idem jus statuendum sit. 17

L. illud. ff. ad l. Aqvil. l. à Titio. ff. verb. oblig. Bl. l. de qvibus. n.106. ff. ll. Bl. auth. post. fratres. lect.2. n.3. C. legit. hæred. Tiraq. ll. connub. gl.5. n. 60. Plot. tr. de in lit. jur. §.4. n.53. Affl. decis.321. n.7. Everard. in top. in loc. à simili. n.1. & 2. Crottus l. Gallus. §. & qvid si tantum. num.92. ff. liber. & posth. Cæsar Contard. l. diffamari. c.3. n.49. C. ingen. manum. Curt. tr. feud.4. p.p. n.77.

Qvodqve, qvæ rationis nexus connexuit, juris dispositio separare non debeat. 18

Bl. c. qvia. v. n.5. circa med. x. judic. Ever. in top. l. à simili. n.1. Tiraq. V. R. p.1. §.20. gl. un. n.2.

Tùm, qvia rex in suo regno Monarcha est. *Isern. c.1. n.8. de no. for. fidelit. Affl. rubr. nostr h. num.5. circa med. Bertach. tr. gab. p.1. n 3. post. med. Gvilh. de Pern. tr. principe. tit. de rege. n. 4. Claud. de Seys. Spec. feud. Rubr. qvi feud. dar. poss. §.1. vers. & istud. facit Boer. decis.8. n.4. Marin. Frecc. tr. subfeud. lib.1. Rubr. de orig. baron. n.35. & lib.2. vers.11. qværo. n.18. Lub. rubr. in introduct. n.18. x. donat. int. vir. & uxor. Chassan. in proœm. consuetud. Burg. verb. duc. n.3. Cagn. l. si qvis major. num.118. C. transact. Jacob. de nigr. l.1. num.14. ff. off. ejus cui mand. est jurisdict. Cardin. Paris. cons.27. n.6. vol.1.* 19

Tùm, qvia Rex eandem in suo regno, qvam Imperator in universo, imò majorem habet potestatem, qvandoqvidem rex regnum ad liberos, qvod in Imperatore secus est, transmittat. 20

Andreas de Isern. Rubr. nostra hic. n.2. ibi Affl. n.5. vers. imò majori. Claud. de Seys. Spec. feud. rubr. qvi feud. dar. poss. §.1. vers. secundò amplia. Curt. tr. feud.2. p.2. p.p. n.6. & 7. Marin. Frecc. tr. subfeud. d. rubr. de orig. baron. n.36. Chassan. in consuet. Burg. rubr.8. §.3. gl.2. n.23. Capyc. decis.121. n.13. per text. c. licet. X. vot.

Nec obstat Hostiensis consideratio: Legem regiam respectu aliorum regum latam non esse. Qvapropter nec regaliorum jus illis competere posse. Qvia verum qvidem est, qvod ex lege regia, reliqvi, præter Romanum, Reges, regalia sua deducere, pro- 21

probareq; neqveant, sed hinc illis facultas regaliorum exercendorum denegari planè non potest, cum præter legem regiam, & præscriptione & consvetudine regalia acqvirantur, ut suo loco abundè demonstrabitur: Conseqvitur eqvidem ex prædicta Hostiensis ratione, alio modo penes Romanum Principem regalia esse, alio item modo, penes exteros reges, qvod & superiùs annotavimus.

22 Hæc conclusio limitatur: ut non procedat qvoad Reges gentilium, crucis Christi inimicos, his enim de jure nulla regalia competunt, qvantumvis de facto sibi usurpent. *Host. c. qvod super. ibi Ant. de But. col. penult. vers. ad tertium. & Panorm. n.* 10. *x. voto. arg. c. si de rebus.* 23. *qv.7.*

Et hanc esse veriorem opinionem attestatur *Affl. rubr. nostr. h. num.*6. *ad fin. ferè. Oldr. cons.*71. *n.*3.

23 Contrarium tenet. *Innoc. d. c. qvod super. n.*3. *x. vot. Arcbid. c. fin.* 3. *q.7. qvem refert & seqvitur. Sap. in add. ad Panorm. d. c. qvod super vers. & adde hic. Bl. l. cunctos populos. n.* 10. *C. sum. trinit. & fid. Cathol. & latissimè comprobat. Vasq. ill. cont. c.*24. *per totum.*

Et hanc esse veriorem opinionem, in qvam omnibus eundum & ego censuerim, attestatur *Covar. c. peccatum. p.*2. §.10. *n.*2. *de R. l. lib.*6.

24 Et confirmatur: Tùm autoritate ipsius Christi, Cæsari qvæ Cæsaris sunt, qvi tamen tùm temporis, idolorum cultor erat, dari præcipientis. *Matth. c.* 22. *n.*21. *Marc. c.*12. *n.*17. *Luc. c.*20. *n.*25.

25 Tùm pedagium (qvod species regaliorum est) exolventis. *Matth. c.*17. *n.*27.

26 Tùm Pilato, homini Ethnico dicentis: Non haberes potestatem adversus me ullam, (ubi tamen agitur de suprema jurisdictione) nisi tibi data esset desuper. *Johannis cap.*19. *n.*11.

27 Tùm per id: qvod Hazaëlem, qvi tamen infidelis erat, infideli populo imperabat, DEI populum perseqvebatur, regem ungi Siriæ Dominus præcepit. 3 *Reg. c.*19. *n.*15.

28 Tùm, qvia regna & conseqventer regalia, sunt jurisgentium. *L. ex hoc jure. ff. just. & jur. & §. dictum est.*

29 Qvo jure non solum Christiani nominis: Verum etiam barbari, & cujusvis religionis homines, utuntur. *§. jus autem civile. Inst. jur. nat. gent. & civil. c. jusgentium. distinct.*1.

Tùm deniqve, qvia occupatio, tàm rerum, qvæ nullius sunt. *§. feræ igitur bestiæ. Inst. rer. divis.* 30

Qvàm sedium hostilium de juregentium, approbatus acqvirendi modus est, *d. c. jusgentium. gl. verb. sedium. distinct.*1. *§. item qvæ ex hostibus. Institut. rer. divis. l. naturalem. §. fin. ff. acqvir. rer. dom. l.*1. *§. item in bello. ff. acqvir poss.*

Nec obstat, qvod in contrarium adducebatur: regnum à gente in gentem transferri, propter injustitias, injurias & contumelias, *d. c. si de rebus.* 23. *qvæst.7.* 31

Nam id qvidem toto die fieri fatemur, non tamen hinc elici poterit, reges infideles regalibus privandos. Qvamobrem rectè dixisse Vasqvium censeo, textum præallegatum (cui tamen priorem opinionem tenentes, cumprimis confidunt, & si qvæ præterea afferunt, merè susurri sunt papicolarum) nihil ad rhombum facere. *Vasq. ill. contr. cap.*24. *n.*5.

Retenta igitur posteriori opinione, qvam omninò in judicandò consulendoqve seqvendam judicàrim, declaranda illa erit, ut procedat, qvoad illa regna, qvæ semper, vel per tantam temporis metam, à barbaris fuere possessa, ut de contrario nō extet memoria: Secus verò erit, qvoad illa regna & territoria, qvorum possessionem, veteribus colonis pulsis, bello adorti atq; adepti sunt. Illorum enim qvasi possessionem regaliorum habebunt, horum verò neutiqvam, uti seipsum explicat. *Innoc. d. c. qvod super. n.7. x. vot.* 32

Ratio autem diversitatis in promtu est: Nam respectu illorum regnorum, qvæ intra hominum memoriam subjugàrunt, qvasi possessio regaliorum penes Principem, qvem ejecerunt, adhuc consistere videtur, nec eorum priùs amittit possessionē, qvàm recuperandi animum deposuerit. *Br. l.*3. *§. eum igitur. n.*1. *ff. vi & vi arm. Bl. l. fin. num.*3. *C. his qvi à non dom. manum. Bl. l. data opera. n.*67. *C. his qvi accus. non poss. Joh. de Imola. l.*1. *§. qvi præsens. n.*19. *ff. verb. obl. Jas. l. clam possidere. §. qvi ad nundinas. n.*35. *per ill. text. ff. acqvir. poss. Panorm. c. significasti. el.*2. *num.* 9. *ibi Fel. n.*12. *qvi hanc communem esse opinionem attestatur. x. homicid. Plot. tr. de in lit. jur. §.*3. *n.*26. *Gail. lib.*1. *de pac. publ. c.*16. *n.*16. *Menoch. tr. remed. poss. recup. rem.*1. *n.*385. *per l.*5. *§. in amittenda. ff. acqvir. poss.* 33

Qvar-

34 Qvartò concludo: Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & qvandoqve etiam nobilibus, immediatè vel mediatè Imperio subjectis, si de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baronia, vel territorio aliqvo, per Principem, Regem, vel etiam inferiorem Principem fuerint investiti, puta si Comes, à Duce Comitatum in feudum recognosceret, regalia competere.

And. de Iser. rubr. nostr. h. n. 3. ubi & reliqvi feudistæ. Bl. c. innotuit. n. 18. x. elect. Federicus Schenck. c. 1. vers. hic textus, qvis dic. dux. com. vel march. Mart. Laud. tr. princip. conclus. 120. Felin. c. qvæ in Ecclesiarum. n. 32. x. constitut. Chassan. in consvet. Burg. in proœm. verb. duc. num. 4. Rol. à Valle cons. 4. n. 42. vol. 3.

35 Tùm, qvia Princeps illis feuda, regalem dignitatem annexam habentia concedendo, illos approbare, adeò etiam videtur, ut, qvicqvid ipsi faciunt, Princeps ipse superior, fecisse videatur. Indubitati enim juris est, qvibus autoritatem impartimur, hæc ipsi fecisse videamur.

Neguz. tr. pignor. l. memb. 6. p. p. n. 10. Affl. decis. 135. n. 5. & decis. 305. n. 14. decis. 366. n. 5. Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 9. n. 20. vers. Secundò Claud. de Seys. spec. feud. Rubr. orig. feudi. vers. & licet text. L. 2. §. sed si qvid ex his C. vet. jur. enucl.

36 Tùm, qvia Duces & reliqvi, perpetuò regalem dignitatem obtinentes, in suis Ducatibus & territoriis jura Imperatoris habent.

Cyn. l. ea lege. num. 4. C. condict. ob. causam. Bl. l. more. n. 7. ff. jurisd. om. jud. Bl. l. pen. n. 3. C. donat. int. vir. & uxor. Bertach. in suo repert. litera D. verb. Dux. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. Carolus Dux. vers. dubitatur. n. 4. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. n. 6. Boss. tr crimin. tit. de crim. Cæs. Majest. num. 51. & tit. de regal. n. 36. Zasius l. 1. in pr. num. 8. ff. edend. Chassan. in cons. Burg. Rubr. 8. §. 3. gl. 2. num. 26. & rubr. 1. §. 5. verb. Dux. prince. n. 14. ubi Bl. Castr. Franc. Curt. & Barb. idem tenentes allegat. Cacherr. decis. 155. n. 1. Alb. Brunus cons. 19. num. 4. cons. 45. num. 19. Johan. de S. Julia int. cons. Bruni cons. 3. num. 7. Cardin. Paris. cons. 1. n. 25. vol. 1. consil. 69. num. 3. eod. vol. Rol. à Valle cons. 86. n. 14. & 21. vol. 1. cons. 1. num. 50. cons. 91. n. 17. cons. 76. num. 3. vol. 3. ubi hanc opinionem communem attestatur.

Nihilqve à summo Principe, nisi ambitus ratione ceu scapha à navi differunt. 37

Bl. rubr. nost. h. n. 4.

Qvintò concludo: Civitates liberas, Imperio immediatè subjectas, nec non & alias, superiorem non recognoscentes, qvales sunt Venetiarum, & aliæ civitates, jura Principis & regalia habere. 38

Bl. rubr. n. 19. ff. rer. divis. Bl. l. 1. n. 22. C. hæred. vel act. vend. Bl. l. 2. n. 8. C. sent. qvæ sin. cer. qvant. Bl. l. receptia. n. 3. C. const. pecun. Br. l. infamem. n. 14. ibi Johan. de Imola. n. 8. ff. publ. judic. Br. l. hostes. n. 4. ff. capt. & postlim. revers. Br. l. aut. acta. §. de ampliando. ff. re judic. Br. l. un. n. 11. C. bon. Vacant. lib. 10. Br. l. 1. §. de qva re. n. 3. ff. postul. Br. l. 3. in pr. num. 1. ff. minor. Br. repress. qv. 3. n. 4. Abb. c. qvæ in ecclesiarum. n. 6. x. constit. Bertach. tr. Gabell. p. 1. n. 5. Abb. c. super qvibusdam. num. 2. x. verb. sign. Boer. tr. sedit. q. 6. n. 5. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. n. 8. Exea. tr. pact. n. 350. Mart. Laud. tr. princip. conclus. 126. Gail. obs. 57. n. 7. lib. 2. & lib. 1. de pac. pub. n. 11. Affl. decis. 361. n. 5. Sebast. Sap. in l. imperium. n. 27. ibi Vallascus n. 93. ff. jurisdict. om. jud. Anton. Boidius Rubr. n. 81. C. novect. imp. non poss. Cæsar. Contard. l. un. limit. 22. n. 12. C. si de moment. poss. fuer. app. Abb. consil. 20. n. 1. vol. 2. Rol. à Valle cons. 29. n. 20. vol. 1. cons. 91. n. 4. vol. 2. per l. Antiochensium. ff. privileg. credit.

Sextò concludo: Episcopis & aliis Prælatis ecclesiasticis, ut Episcopis & ecclesiasticis, regalia non competere, eò verò respectu, qvo Principes & status sunt Imperii, Episcopos & reliqvos regalibus frui. 39

per trad. Innoc. c. cum te. num. 2. ibi Panorm. n. 14. & communiter. Canon. x. sent. & re judic. Panorm. c. significasti. n. 10. ibi Fel. n. 4. x. off. deleg. Panorm. c. ex diligenti. n. 7. x. Simon. Panorm. c. cum non ab homine. n. 8. x. jud. Bl. l. nam salutem. §. ait. enim. ff. off. præf. Vigil. Igneus. l. necessarios. §. non aliàs. p. 2. n. 128. ff. ad Syllania. Brunus cons. 46. per tot. per text. c. conuerior. vers. qvod sacerdotis. & per tot. cap. 23. qv. 8. c. si qvæ causæ 11. qv. 1.

Facit præterea id, qvod traditur: Episcopum ut feudi dominum, de controversia feudali cognoscentem, id non ut Episcopum, sed ut Principem secularem facere, proindeqve ab eo, non ad Papam, sed ad Imperatorem provocari. 40

Innoc. c. solitæ. x̃. major. & obed. Panorm. c. verum. n. 16. x̃. for. comp. Panorm. c. dilectus. el. 3. n. 4. x̃. præbend. Curt. tract. feud. p. 1. qu. 2. n. 4. per text. d. c. verum. x̃. for. comp..

41 Ratio ad hæc ea erit, qvod Episcopi, ut Episcopi, Imperatori, vel Imperio non subsint, nec alio modo, nisi ut status Principesqve Imperii, Imperio subjici qveant. Undè si regalia illis ut Episcopis competerent, abutendo iisdem, contraqve Imperatorem, vel Imperium delinqvendo, regalibus privari non possent, conseqventerq; qvod dicere absonum est, delicta eorum impunita relinqverentur.

Contra l. ita vulneratus. ff. ad L. Aquil.

42 Et diverso juri contrarium non est, unam eandemqve personam, diverso respectu & qvalitate, duplici qvoqve jure censeri posse.

L. si consul. & l. seq. ff. adopt. l. Tutorem. ff. his quibus ut Indig. l. cum quadam C. admin. tut. §. si tutor. Inst. inoff. test. l. fin. ff. institor. l. ille à quo. §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. l. sed si hab. §. si liberta. ibi Bl. & Jas. n. 5. ff. in jus voc. l. apud filiumfam. ff. manum. vind. l. 1. §. sed & si præses. ff. quand. app. sit. c. postulastis. x̃. conceß. præb. c. sanè. el. 2. ibi Panorm. n. 3. x̃. off. deleg. c. à collatione. ibi Gemin. num. 3. de appell. l. 6. Bl. c. cum inferior. n. 1. ibi Fel. num. 3. x̃. major. & obed. Tiraq. tract. nobilit. cap. 28. num. 15.

Licet Arnoldus qvidam Brixianus, anno Domini 1139. Qvod Episcopis regalia congruere abnegaret, hæresi propterea in Lateranensi concilio, præsentibus mille antistibus, sit condemnatus, autore 43

Carol. Sigon. lib. 11. de regno Italiæ.

Hæc conclusio ampliatur: Ut idem qvoqve juris sit, in Abbatibus, principium gradu ac titulo decoratis, In den Gefürsteten Aepten/ qvales olim fuere Abbas Fuldensis & alii. Namq; & his non ut Abbatibus, sed tanqvam Imperii principibus & statibus, regaliorum usus indultus. Eadem enim in his, qvæ in Episcopis, ratio militat, idem ergò jus qvoq; statuendum. 44

Vulg. L. illud. ff. ad L. Aquil. L. à Titio. ff. verb. oblig.

CAPUT V.

Qvomodo acqvirantur Regalia.

1. *Regalia acqviruntur Principis concessione.*
2. *Princeps in præjudicium successorum, regalia concedere neqvit.*
3. *Regalia sunt qvasi corpus, qvod minimo qvoqvo membro abscisso, abominabile apparet.*
4. *Princeps, Imperii viscera eviscerans, propriæ dignitatis fit homicida.*
5. *Regalia concedi neqveunt, si id maximè utilitati Reipubl. perniciosum sit.*
6. *Regalia non possunt ita alienari, ut directum & utile simul dominium in accipientem transferatur.*
7. *Regalia in conseqventiam, non verò principaliter per Principem concedi possunt.*
8. *Regalia in uno eodemq; territorio pluribus simul, his generatim, illis in specie seu in certis casibus concedi possunt.*
9. *Generi per speciem derogatur.*
10. *Princeps non præsumitur, beneficium cuiqvam in tertii præjudicium exhibere.*
11. *Regalia in generali concessione non includuntur.*
12. *In generali concessione ea, qvæ qvis verisimiliter in specie concessurus non fuisset: non veniunt.*
13. *Generaliter fieri, qvod specialiter faciendum erat, non sufficit.*
14. *Ea, qvæ notabiliter fieri debent, nisi specialiter notentur, neglecta qvasi videntur.*
15. *Regalia etiam in concessione generalissima non includuntur.*
16. *Regalia non continentur, ea etiam concessione, qva castrum in feudum datur, cum omni jure Principis.*
17. *Contrarium.*
18. *Omne qvi dicit, nihil excludit.*
19. *Verba non debent esse otiosa & superflua.*
20. *Dictio qvibuscunqve, ejus est efficaciæ, ut casus, expressis, etiam majores comprehendat, & eo ipso dictionem omnis, vel omne superas.*
21. *Qvæstio voluntatis admittenda non est, ubi verba sunt expressa.*
22. *Regalibus concessis, non veniunt Principi reservata.*
23. *Genere posito, ultrò seqvitur qvælibet ejus species.*
24. *Specialia insunt generalibus.*
25. *Genere posito, qvod sub se plures complectitur species, qvarum aliæ speciale sibi nomen arripuerunt, aliæ generis nomen retinuerunt, illæ tantùm seqvuntur species, qvæ speciale nomen non habent.*

26. Declaratur. n. seq.
27. Verba in dubio, in potiori significatu accipienda.
28. Indefinita oratio non infert qvamlibet speciem, sicuti universalis.
29. Qvæ dubitationis tollendæ gratia contractibus inseruntur, jus commune non lædunt.
30. Regalia, ut censeri possint concessa, reqviritur, ut præter specificam eorum concessionem, addatur qvoq; clausula, ex certa scientia & motu proprio.
31. Doctoris dictum secundum legem, qvam allegat, intelligendum.
32. A separatis non fit illatio.
33. Erubescimus sine lege loqvi.
34. Regalia, absqve alia expressione, veniunt in conseqventiam, si Princeps noviter Regem, Ducem, Marchionem & similes creat.
35. Princeps concedens castrum, jurisdictionem ejusdem, & si peculiatim non convenerit, una concedere videtur.
36. Qvæ in conseqventiam veniunt, etsi aliàs nomine exprimi velint, sub generalitate tamen, hoc casu continentur.
37. Multa accessoriè & in conseqventiam facta, qvæ per se facta, irrita sunt, valent.
38. Regalia omnia concessa intelliguntur, si qvibusdam in specie recensitis, generalis per concedentem subjiciatur clausula.
39. Mandatum speciale habere consecuturis, cui mandatum ad casus aliqvot speciale mandatum, reqvirentes, datum est, addita generali clausula.
40. Clausula generalis, post specificata aliqva atq; expressa, posita, ad omnes casus, similes expressis, extenditur.
41. Regalia absq; alia speciali mentione cedunt, si castrum cum pertinentiis in feudum datur.
42. Vendito castro cum pertinentiis, venditum non censetur jus percipiendi pedagium vel gabellam.
43. Beneficia Principum latissimè sunt interpretanda.
44. Pertinentiarum appellatione: illa duntaxat, qvæ fundo, lege, statuto, consvetudinevè attributa sunt, veniunt.
45. Regalia concessa intelliguntur, si castrum in feudum datur, cum juribus suis & cæteris.
Dictio & cætera, integrè scripta, ejus naturæ est, ut comprehendat majora expressis, & omnia, qvæ ex verbi significatione comprehendi in dispositione possunt, ibid.
46. Regalia absq; in specie concessione veniunt, si absq; speciali concessione venire, esset solitum vel consvetum.
47. Contractus à consvetudine interpretationem recipiunt.
48. Clausula apponi solita, etiamsi casu omissa fuerit, pro apposita habetur.
49. Consvetudo ex iis, qvæ meræ sunt facultatis, oriri neqvit.
50. Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis.
51. Variatio & inconstantia non sunt probanda.
52. Voluntatis mutatio non præsumitur.
53. Princeps immobilis esse debet, ut lapis angularis & polaris in cœlo stella.
54. Regalia etiam majora concessa videntur, si regalia generaliter concessa sunt, is verò cui concessio facta est, majoribus qvoq; diu, patiente illo, qvi concesserat, usus sit.
Patientia, cum temporis longi cursu, traditionis & concessionis instar est, ibid.
55. Patientia operatur consensum priorum actuum confirmativum.
56. Feudum constituitur, si qvis ut Vasallus sciente & patiente domino, servitia præstiterit.
57. Patientia sine contradictione, vim consensus expressi obtinet.
58. Jura nostra, aliis consentiendo perdimus.
59. Taciturnitas ejus, qvi jus suum ubiq; sibi salvum fore scit, nullum illi præjudicium affert.
60. Vincula duo magis ligant.
61. Regalia in generali concessione continentur, si feudum quod ematur, pro eoqve tantum pendatur precium, qvod regalibus non connumeratis, dimidium justi pretii excederet.
62. Actus omnis interpretari debet, ut potius valeat, qvàm pereat.
63. Regalia pretio nummario æstimari neqveunt.
64. Feudum in generali alienatione non complectitur.
65. Feudum in generali alienatione includitur, si illud ipsum ex qvantitate pretii colligi potest.
66. Regalia in generali concessione transeunt, si ab illa concessione generaliter facta, qvædam in specie regalia excipiantur.
67. Procurator, cui generale mandatum datum est, præterqvam qvod juramentum deferre non debeat, omnia alia potest, qvæ aliàs speciale mandatum reqvirunt.
68. Exceptio, in casibus non exceptis, firmat regulam.
69. Regalia generali concessioni insunt, si feudo generatim concesso, apponitur onus aliqvod, absq; regalibus inexplicabile.
70. Onus appositum, verborum interpretationem ampliat & effectum auget.
71. Regalia omnia tributa dicuntur, si in specie plenitudo potestatis datur.
72. Cui licet, qvod est plus, licet utiqve qvod est minus.
73. Regalia ob qvalitatem personæ, cui fit feudi concessio, transeunt.
74. Qvalitas personarum actum aliqvem celebrantium, ut à regulis juris communis recedamus, facit.
75. Parentes honorem liberorum suorum cupiunt.
76. Regalia concessione generali, qvæ verbis geminatis constat, insunt.
77. Clausulæ geminatæ, majoris, qvàm simplices, sunt efficaciæ.
78. Clausulæ triplices, vi sua geminatas superant.
79. Clausula omnia & singula, eam habet vim, ut sub se omnia, qvasi nomine specificata essent, contineat.

80. *Ge-*

80. *Geminatio verborum actusqve reiteratio, propositi & consensus firmi argumentum sunt, & jus ab actu simplici diversum, inducunt.*
81. *Geminatio ea, qvæ alias comprehendi non deberent, complectitur.*
82. *Geminatio habet vim clausulæ derogatoriæ.*
83. *Immunitas alicui geminato concessa, comprehendit etiam immunitatem, ab oneribus causa belli & pestis.*
84. *Immunitas simpliciter concessa, immunitatem ab oneribus belli & pestis non tribuit.*
85. *Geminatio, ut efficax sit, temporis intervallum reqvirit.*
86. *Geminationem intervallum desiderare, verum est in actuum geminatione.*
87. *Geminatio intervallum non desiderat, ubi agitur de declarandâ mente dicentis.*
88. *Geminatio, qvæ viva voce fit, poscit intervallum, non verò ea, qvæ scriptis constat.*
89. *Regalia concessa judicantur, si concessioni generali addatur juramentum.*
90. *Juramentum habet vim expressi.*
91. *Regalia concessa censentur, absqve speciali nominatione, si concedens feudum cum juribus suis, nihil ibi aliud, qvam regalia habet.*
92. *Regalia concedi non debent, nisi viris, virtutibus ornatissimis.*
93. *Regalia concedi non debent, nisi necessitate urgente.*
94. *Regalia, etsi aliqvibus Princeps concedat, id tamen ita fit, ut major regaliorum facultas penes Principem remaneat.*
95. *Regalia acqviruntur spacio ejus temporis, cujus in contrarium memoria non est.*
96. *Præscriptio immemorialis, vim privilegii atq; specialis concessionis obtinet.*
97. *Qvicqvid est alienabile, est qvoq; præscriptibile.*
98. *Regalia etiam majora, seu soli Principi reservata, præscriptione temporis immemorialis acqviruntur.*
99. *Præscriptio immemorialis est consvetudo.*
100. *Regalia jam imposita, cum generali feudi concessione transeunt, non verò imponenda.*
101. *Faciliùs qvid in esse conservatur, qvàm de novo producitur.*
102. *Intellectus ad l. 3. §. fin. ff. op. no. nun. Jura vigilantibus scriptæ sunt.*
103. *Intellectus ad L. viam pub. ff. via pub. Facultatis meræ qvæ sunt, ullo tempore præscribuntur.*
104. *Intellectus ad L. 1. C. ne rei dom. L. 1. & L. 3. C. fund. patrim. lib. 11. præscriptione prohibita, nunqvam prohibita censetur, præscriptio immemorialis. ibid.*
105. *Præscriptione prohibita, exclusa non censetur, nec præscriptio longissimi temporis qvidem.*
106. *Præscriptione immemoriali contra supremam Principis potestatem qvoq; præscribitur, ex communiore & veriore.*
107. *Intellectus ad l. comperit C. præscr. 30. annor.*
108. *Intellectus ad c. cum non liceat. x. præscript.*
109. *Populus, contra supremam Principis potestatem præscribens, sibi ipsi est caput.*
110. *Regalia spacio temporis immemorialis, absq; scientia etiam Principis præscribuntur.*
111. *Præscriptio immemorialis, opus non habet scientia adversarii ex communiori.*
112. *Regalia adversus privatos præscribuntur 40. annorum meta.*

1 Circa qvintum caput concludo. 1. Regalia Principis concessione acqviri.

Br. l. 1. n. 11. C. *bon. Vacant. lib.* 10. *Luc. de Penna l. contra publicam. col.* 4. *vers. sed pone rex.* C. *re milit. lib.* 12. *Abbat. c. quod translationem. n.* 2. *per ill. text. x. off. leg. Bapt. Caccialup. L. Imperium. num.* 36. *ff. jurisd. om. jud. Præpos. h. n.* 2. *Rol. à Valle cons.* 1. *n.* 15. *vol.* 2. *Mandellus cons.* 67. *n.* 5. *ubi hanc communem opinionem esse attestatur. arg. c.* 1. *de feudo march.*

2 Nec obstat complurimos voluisse Principem neutiqvam in præjudicium suorum successorum alicui regalia concedere posse.

Bl. c. 1. *vers. amplius. n.* 2. *de pac. constit. Fel. c.* 1. *num.* 5. *x. probat. Fel. c. ad audientiam. n.* 5. *x. præscript. quam esse communem opinionem innumeros ferè adducens attestatur Vasq. de success. creat. lib.* 3. §. 26. *num.* 82. *& de success. resolut.* §. 3. *num.* 5. *ubi tamen addit: vix cognosci posse, utra pars sit receptior. Tiber. Dec. cons.* 2. *num.* 168. *vol.* 1.

Item, regalia qvasi corpus esse, qvod minimo qvoqvo membro demto, monstrosum efficiatur 3

Bl. in prælud. feud. num. 32. *Affl. rubr. nostr. h. n.* 15. *Rol. à Valle cons.* 1. *num.* 126. *vol.* 2. *Boss. tr. regal. n.* 32.

Item, Principem Imperii viscera eviscerare non posse, cum hoc faciens, propriæ sit dignitatis homicida. 4

Bl. c. licet causam. n. 7. *x. probat. per L. qui feudum.* §. *si tutor. ff. usucap. proemt.*

Illud enim intelligi debet, ut verum sit in ea concessione, qva maximum respubl. detrimentum caperet, non verò de illa, qvæ mediocris esset vel minima. 5

Br. l. prohibere. §. *fin. num.* 5. *ff. quod vi aut clam. Affl. rubr. nostr. h. num.* 14. *Mandell. d. consil* 67. *num.* 5. *Cephal. cons.* 154. *num.* 10. *lib.* 2. *per text. c. Abbate sanè. de re jud. lib.* 9.

6 Vel de ea alienatione qvæ fit, & dominium directum & utile à se abdicando, non verò de ea, qvæ utili dominio retento peragitur, accipiendum est. *Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. in feudum. num.2.*

7 Vel deniqve responderi potest, regalia principaliter concedi non posse, secus verò in conseqventiam alicujus feudi, vel dignitatis.

Cephal. cons.154. n.12. vol.2. ubi Jason. idem voluisse refert per text. l. quoties. C. judic. l.1. ff. autor. tut. cum simil.

8 Hæc conclusio ampliatur: Ut in uno eodemqve territorio, uni regalia possint concedi universaliter vel generaliter, alteri verò in specie, seu in certis casibus, puta jus cudendi monetam, huic, illi verò omnia reliqva regalia.

Rol. à Valle cons.1. num.142. ubi Signorol. de Homod. idem voluisse refert. vol.2.

9 Regulariter enim verum est, in toto jure, per speciem generi derogari.

L. in toto. ff. R. I. l. uxorem. §. felicissimo. & l. Servis Urbanis. §. fin. ff. leg.3. L. sanctio legum. ff. Pœn. l. si peculium. in pr. ff. manum. test. l.2. in pr. ff. vin. trit. oleo. leg. l.1. in pr. ff. aur. & arg. leg. c. generi. de R. I. lib.6. Virgilius de Sylvestris Rubr. num.3. ff. si cer. pet. Johan. Gauduntius L. re conjuncti. n.28. ff. leg.3. Coras. l. testamento. num.51. C. impub. & al. subst. Sichard. l. si Rufinus. n.7. C. testam. mittit. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib.9. tit.6. num.23 Cephal. cons.96. n.26. vol.1.

10 Qvam ampliationem restringi oportet, ut procedat duntaxat, si ante illud privilegium speciale cuipiam concedatur, qvàm primus actus possessorius, etiam in casu istius privilegii exercuisset. Tunc enim tale privilegium nullius momenti erit æstimandum. Cum nunqvam ea mens præsumatur in Principe, qvæ alicui beneficia, in tertii injuriam tribuere velit.

Abb. c.1. n.20. x. jud. Abb. c. super eo. in pr. n 2. x. off. deleg. Jas. l. quoties. num.33. C. prec. imper. offer. Lancell. polit. tract. vulg. subst. n.68. & n.90. & tr. exempl. subst. n.1. vers. circa quartum. Affl. decis.286. n.3. & decis.334. num.3. Gomez. var. resol. lib.1. c.4. n.7. vers. quinto. Gail. obs.33. n.6. lib.1. obs.1. n.14. obs.54. n.8. lib.2. Menoch. tr. rem. poss. recup. remed.10. num.102. per nec avum. C. adopt. c. audita. jun. gl. verb. intellexerunt. x. rest. spoliat.

Hæc conclusio limitatur: Ut in concessione, qvæ fit per verba generalia, regalia non intelligantur inclusa. 11

Bl. l.2. n.44. C. servit. & aq. Bl. l. à procuratore. n.2. C. mand. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. n.32. x. constit. Paris. de put. tr. Syndic. Rubr. de excess. baron. n.13. Lup. rubr. §.66. num.28. x. donat. inter vir. & uxor. Prapos. c.1. n.1. 7. h. t. Grammat. decis.59. n.15. Carol. Molin. in consvet. Parisiens. tit.1. §.1. gloss.5. n.55. Sichardus L. quoties. num.9. C. fam. arc. Cardin. Paris. cons.10. n.7. vol.4. Tiber. Decian. consil.123. n.10. vol.3. Rol. à Valle cons.42. n.8 vol.2. consil.4. n.48. vol.3. Bursat. cons.190. num.2. vol.2. Cephal. cons.418. n.51. vol.3. per c.1. in pr. de capitan. qui cur. vend.

Et confirmatur: Tùm per notissimam juris regulam, qvæ habet: In generali concessione ea, qvæ specialiter concedi debent, non venire. 12

L. obligatione generali. ff. pignor. l.1. C. quæ res ping. oblig. poss. l. filius. fam. ff. donat. l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. c. in generali de R. I. lib.6. c. si Episcopus de pœnit. & remiss. c. cum in generali de off. vic. lib.6. c. qui ad agendum. de procurat. eodem lib. Br. l. sed & si quis. §. quæsitum. num.1. ff. si quis. caut. Pract. Pap. in for. resp. rei convent. verb. Simoninus Spelta n.6. Curt. l. causas. n.17. C. transact. Sapia. l.1. n.17. ff. off. ejus cui mand. est jurisd. Longovallius l. Imperium. n.129. ff. jurisd. om. jud. Ripa l. si unquam. n.10. C. revoc. donat. Cephal. cons.94. n.36. vol.1.

Tùm, qvod non sufficiat generaliter fieri, qvod specialiter faciendum. 13

gl. Clem.2. verb. specialis de off. ordin. Natta auth. hoc inter liberos. num.22. C. testam. Cephal. cons.524. n.14. vol.4. argum. l.4. §. quæsitum. ff. si quis caut.

Tùm, qvo ea, qvæ notabiliter fieri debeant, nisi specialiter notentur, neglecta qvasi videantur. 14

Lancell. polit. tr. vul. substit. n.95. Affl. decis. 111. n.9. decis.220. n.16. Tir. LL. connub. gl.7. n.124. Stracch. tr. mercat. p.1. n.45. Menoch. tr. remed. poss. adip. rem.4. n.834. Cephal. cons.332. n.10. vol.3. per text. l. item apud. §. hoc edictum. ff. injur.

Hæc limitatio extenditur. I. Ut nec sub concessione generalissima contineantur regalia. *Rol. à Valle cons.1. num.103. vol.2. nihil tamen allegat.* 15

II. Ex-

16 II. Extenditur: Ut nec in hac conceſſione, regalia comprehendantur: puta, ſi caſtrum in feudum datur cum omnibus juribus Principis.

Luc. de Penna l. 1. col. penult. verſ. denegamus. C. privil. ſcolar. lib. 12. Luc. de Penna l. 1. col. 2. verb. augere. C. veter. eod. lib. Fel. c. ſedes apoſtolica. n. 1. x. reſcr. Mart. Laud. tract. Principe. concl. 115. Jacob. de S. Georg. tract. feud. verb. de caſtro Rubei montis. n. 6. Boſſ. tr. regal. n. 25. Molin. in conſvet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 53. Rol. à Valle d. conſ. 4. n. 46. vol. 3.

17 Licet contrarium teneat. *Cravet. conſ. 194. n. 2. verſ. ſed magis. ubi idem conſulendo tenuiſſe Jaſon. atteſtatur, qvem ſeqvitur Cephal. conſ. 150. n. 11. lib. 1. & conſ. 516. n. 20. vol. 4.*

18 Ea moti ratione, qvod verbis univerſalibus nihil ſit prægnantius, qvodqve omne qvi dicit, nihil excludere videatur.

L. Julianus. ff. leg. 3. l. à procuratore. C. mand. c. ſi Romanorum. 19. diſtinct. Vasq. ill. contra. c. 45. n. 2. Paul. Orian. lib. 1. num. 77. ff. off. ejus cui mand. eſt jurisd.

19 Qvæ opiniones contrariæ, facilè conciliari poterunt, ſi prior procedere intelligatur eo caſu, qvo Princeps in caſtro conceſſo, alia, præter regalia, habet jura, non autem procedat, imò locum ſibi vendicet contraria, eo caſu, qvo alia præter regalia jura in caſtro, in feudum dato, Principi non ſunt. Priori enim caſu verba qvod operentur, habent, poſteriori verò, planè ocioſa reperiuntur. Indubitati autem juris eſt, ſuperfluè verba poſita eſſe non debere, ſed aliqvid, ut operentur, interpretanda.

Bl. rubr. n. 19. C. contrah. emt. Alex. l. fin. num. 4. ff. qvod qvisq; jur. Fel. c. 1. n. 7. x. reſcr. Bertach. tr. gabell. p. 2. n. 28. Cotta in memor. verb. verbum. el. 1. Jaſon. l. qvo minus. n. 153. ff. flum. Gail. obſ. 28. num. 3. lib. 2. Aſcar. Clem. tr. pat. pot. eff. 2. n. 42. Joh. Hanibal. rubr. n. 55. & n. 168. ff. ſol. matr. Berengarius l. 2. num. 3. ff. ſol. matr. Crottus l. re conjuncti. n. 178. ff. leg. 3. Panthal. Crem. l. 2. n. 60. C. reſc. vendit. Lancell. polit. l. filium qvem habentem. n. 15. C. fam. erc. Lud. Gozad. l. is. apud quem. n. 24. C. edend. Berengarius à Paulhaco l. unica. num. 311. C. ſent. qvæ pro eo, qvod intereſt. Alex. conſ. 10. n. 11. vol. per l. ſi per alium. §. docere. ff. ne qvis eum, qvi in jus voc. eſt, vi exim. l. fundus. qui locatus. ff. fund. inſtr. & alios. adduxi. in rep. l. in multis. memb. 4. art. 2. n. 10. ff. ſtat. homin.

Vel ita conciliari poſſunt, ut prior obtineat, ſi concedens uſus ſit verbo omni: poſterior verò, ſi per verbum prægnantius, puta qvibuscunqve juribus, concedens loqvatur. Dictionis enim qvibuscunq; vel qvicunqve, ea natura, vis atqve poteſtas eſt: ut caſus non expreſſos, expreſſis etiam majores comprehendat, qvod ſecus eſt in dictione omnia, qvæ tàm latè minimè patet, ut diffusè docet. 20

Tir. v. R. p. 1. §. 1. gl. 7. præſertim. n. 23. & ubi innumeros idem tenentes citat & ultra ibi citatos latiſſimè id ipſum proſeqvitur. Joh. Anton. Rubr. L. Gallus. §. qvidam rectè. n. 200. cum ſeqq. ff. lib. & poſth.

Poſtremò & ea dabitur conciliatio, qvod prior opinio vera ſit in iis regalibus, qvæ majora ſuperius in diviſione nominavimus: poſterior verò in minoribus. Hæc enim facilius à Principis oſſibus illis ſeparantur.

arg. l. idem Julianus. §. conſtat. ff. leg. 1. l. fin. ff. ut in poſſ. legat.

Conſultiùs tamen ubiq; erit, Regaliorum expreſſam & ſpecificam fieri mentionem. 21

Tunc enim, cum verba adſint expreſſa, ulteriùs voluntatis qvæſtio admittenda non eſt.

L. ille aut. ille. ff. leg. 3. l. non aliter in pr. ff. eod. tit. gl. c. ad abolendam verb. ſecularibus. x. fil. presbyt. Rol. à Valle conſil. 79. n. 85. vol. 3.

III. Hæc limitatio extenditur: Ut in conceſſione, in qva ſpecialis regaliorum mentio facta eſt: tamen non veniant Principi, in ſignum ſupremæ poteſtatis & præeminentiæ reſervata, niſi & illa ulterius adhibeatur clauſula: Concedimus & alia jura, ſoli Principi reſervata. 22

Uti hoc expreſſim & in ſpecie decidunt Boſſius tr. regalib. num. 20. Cacherranus deciſ. 29. n. 5. & deciſ. 101. n. 12.

Qvam tamen deciſionem procedere vix poſſe ſtatuo. Eam ob cauſam: qvod regalia generis ſint terminus, ſub ſe & Principi reſervata, ſive regalia majora, regalia item minora, comprehendens. Ergò ad ejus poſitionem, qvælibet ſeqvetur ſpecies: Tùm, qvia clari apertiqve juris eſt, qvod poſito genere, qvælibet ejus ſpecies ultrò etiam ſeqvatur, poſitaqve cenſeatur. 23

Br. l. si qvis major. n. 13. *ibi Bl. n.* 14. *Jas. n.* 11. *Parpal. n.* 10. *& dd. C. transact. Bl. l.* 2. *num.* 4. *C. jur. aureor. annul. Coras. l. qvi liberos. n.* 125. *ff. rit. nupt. Ludovic. Catus l. qvinq. pedum. n.* 7. *C. fin. regundor. per l. si qvid earum.* §. *interemtum. ff. leg.* 3. *l. in fraudem.* §. *fin. ff. testament. milit. l.* 1. §. *qvod autem. ff. aleæ lus. & aleat. l. cum lege. ff. testam.*

24 Tùm, qvia generalibus specialia semper insunt. *L. semper in generalibus. ff. Reg. jur. Joh. Hanibal. rubr. num.* 353. *ff. sol. matr.*

25 Nec obstat, qvod traditur, posito genere, plures sub se species continente, qvarum aliæ speciale sibi nomen arripuerunt, aliæ verò generis nomen retinuerunt, illas tantùm continere species, qvibus speciale nomen inditum non est. Qvæ est doctrina *Hubert. Zuch. l. posthumo. n.* 14. *C. bon. poss. cont. tab. Dec. rubr. n.* 7. *C. pact.*

26 Qvia illam procedere posse judico, in tali genere, qvod plures sub se species complectitur, non verò in illo, qvod non nisi de duabus tantùm speciebus prædicatur. Hoc enim casu, nil operaretur generis expressio contra.
L. si qvando. ff. leg. 1.

27 Tùm, qvia, si hanc amplecteremur opinionem, verba in minùs digno significatu acciperentur, contra regulam: Verba in dubio, in potiori significatu accipienda esse jubentem.
Jurib. superiùs in id citatis.

28 Vel forsitan ad concordiam fœdere distinctionis reduci poterunt: Ut scilicet prior procedat regalibus indefinitè concessis: posterior verò qvando cum dictione universali omnis, fit concessio. Nam, qvod dicitur, generalibus specialia inesse, qvatenus scilicet natura indefinitæ patitur, accipiendum est. Qvæ genere posito, aliqvam, non tamen omnem speciem, qvod universalis orationis proprium est, infert, ut elegantissimè tradit.
Camillus Visitarimus Rubr. num. 66. *cum.* 2. *seqq. ff. sol. matr. per d. l. si qvid earum.* §. *inter emtum. ff. leg.* 3.

29 Sed hîc iterum autor sum, ut specialis & expressa reservatorum Principis, concessionis instrumento, inseratur mentio. Qvæ etenim dubitationis tollendæ gratia inseruntur, jus commune non lædunt.
L. qvæ dubitationis. ff. R. l. Lup. Rubr. §. 14. *n.* 5. *x̄. donat. inter vir. & uxor. Roncheg. all. l.* 3. §. 1. *n.* 63. *ff. duobus reis.*

IV. Hæc limitatio extenditur: Ut ultra specialem concessionem clausula qvoqve ex certa scientia & motu proprio adhiberi debeat. 30
Jas. in prælud. feud. n. 80 *ubi Mart. Laud. & Alberic. idem originaliter voluisse refert. præpos. in prælud. feud. num.* 25. *Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. in feudum. num.* 3. *Rol. à Valle consil.* 1. *n* 102. *vol.* 2. *consil.* 18. *n.* 78. *eod. volum. per text. l.* 1. *C. pet. bonor. subl. lib.* 10.

Sed isthæc extensio, etsi communem fatear necesse est, vix videtur vera. Namqve, si Doctoris dictùm secundum legem, qvam allegat intelligendum sit. 31
Jas. repetit. l. admonendi n. 226. *ff. jurejur. Curt. tr. feud.* 2. *p.* 2. *p. p. n.* 53. *Affl. decis.* 321. *num.* 16. *Caball. tr. evict.* §. 4. *num.* 28. *Stracch. tr. mercat. rubr. contract. mercator. n.* 8. *Georg. Natan. tr. pact. n.* 76. *Hormannoct. Det. l.* 1. §. *hoc autem edictum. n.* 22. *ff. op. no. nunc Cagn. l. diem functo. num.* 21. *ff. off. assess. Igneus. L. necessarios.* §. *non aliâs. p.* 4. *n.* 118. *ff. ad S. C. Syllan. Mascard. tr. probat. conclus.* 16. *n.* 5. *vol.* 1. *Bellonus cons.* 5. *n.* 17. *cons.* 16. *num.* 10. *& multos alios in id citavi in repet. mea l. in multis. memb.* 2. *artic.* 18. *n.* 3. *& memb.* 3. *aur.* 24. *n.* 3 *ff. stat. homin.*

Cuivis facilè apparebit, dispositioni l. 1. C. pet. bon. subl. lib. 10. & concessioni regaliorum, nihil commune esse. Imò ab uno ad aliud tanqvam diversis & separatis, illationem non fieri. 32
Caball. d. tr. evict. §. 3. *n.* 135. *Crau. rep. rubr. n.* 53. *ff. leg.* 1. *Zoanet. l.* 2. *n.* 24. *C. pact. inter. empt. & vendit. Contard. l. diffamari. c.* 4. *n.* 38. *C. ingen. manum. Gail. obs.* 11. *n.* 4. *obs.* 63. *n.* 7. *lib.* 1. *& lib.* 2. *de pact. pub. c.* 11. *n.* 15. *Vincent. Carocc. tract. locat. trit. renovat. locat. n.* 6. *Ant. R. l. sed etsi qvis.* §. *qvæsitum. n.* 17. *ff. si qvis caution. Bellonus cons.* 27. *n.* 1. *Rol. à Valle cons.* 11. *n.* 24. *vol.* 3. *per L. Papinianus. ff. minor. L. Julianus. ff. condict. indeb. l. inter stipulantem.* §. *sacram. ff. verb. oblig. & plures alios cumulavi in repet. l. in multis. memb.* 1. *artic.* 2. *n.* 8. *ff. stat. homin.*

Undè, cum non sit lex, tale qvidpiam, vel dicens vel reqvirens, nec nos vel dicamus vel reqviramus. Qvandoqvidem sine lege loqvi erubescendum sit. 33

Jas.

Jas. l. illam. n. 8. per ill. text. C. collat. Curt. tr. feud. 4. p. p. num. 78. Cephal. cons. 226. n. 22. vol. 2. cons. 451. n. 61. vol. 4. cons. 611. n. 33. eod. volum. cons. 661. n. 49. vol. 5. per L. dissentientis. C. repud. & alios adduxi in repet. l. in multis. memb. 1. art. 1. num. 15. ff. statu homin.

34 Hac limitatio sublimitatur. I. Ut non procedat, si Princeps novè Regem aliqvem constitueret, vel Ducem, Marchionem, Comitem, &c. crearet, tunc enim, etsi specialis regaliorum mentio non fiat, pariter tamen, cum nova illa dignitate, in conseqventiam ejusdem, concessa esse, communis habet opinio.

Bl. h. n. 8. ibi Præpos. in pr. ante. n. 1. Felin. c. qvæ in ecclesiarum. n. 32. x. constit. ubi Castr. consulendo id secututum esse, attestatur Felin. c. cum nobis. n. 6. x. præscript. Bertach. tr. gabell. p. 1. n. 3. ad finem ferè. Bossius tr. regal. n. 3. & num. 5. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. Dux. vers. dubitatur etiam. n. 4. Caspar. Vallascus L. imperium n. 228. ff. jurisd. om. jud.

35 Et confirmatur: Tùm per id, qvod in iisdem ferè terminis traditur, si Princeps alicui concedat castrum, civitatem vel territorium, qvod simul concedere, etsi speciatim non convenerit, jurisdictionem videatur.

Br. l. 2. num. 6. C. bon. vacant. lib. 10. Br. l. 2. n. 1. per ill. text. ff. verb. significat. Br. l. 1. §. cum urbem. n. 5. per ill. text. ff. off. præf. urb. Pract. pap. in for. lib. in act. reali. verb. pertinent. ibi Masuer. in add. Vallascus. l. Imperium. n. 54. ff. jurisd. om. jud. & infra, Deo volente tradetur.

36 Tùm, qvia, qvæ in conseqventiam veniunt, etsi specificam reqvirant aliàs concessionem, sub generalitate tamen, hoc casu, alia non facta expressione, includuntur. *Br. l. indebitam. n. 2. per ill. text. ff. cond. indeb. Br. l. cum procurator. num. 2. ff. op. no. nunc.*

37 Tùm, qvia multa accessoriè & in conseqventiam, qvæ principaliter irrita sunt facta, valent.

Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 6. n. 3. Cephal. consil. 154. n. 12. vol. 2. per l. qvoties. C. judic. & l. 1. autorit. tutor.

Video tamen duas posteriores rationes, parùm aut nihil sublimitationi nostræ opitulari. Juta enim & Doctores in eis adducti, de tali conseqventia, qvæ necessariò suum principale comitatur, & sine qva Principale negotium confici neqvit, loqvuntur: Sed alio, in nostro subjecto, utimur jure. Non enim negari potest, qvin, qvis Dux, Marchio, Comes esse possit, etiamsi regaliorum exercitium, illi non competat. Nisi fortè respondeas, generali totius Imperii consvetudine, in conseqventiam qvasi necessariam redactum esse, ut eo ipso, qvòd qvis sit Dux, Marchio, Comes, eum qvoqve maneant regalia.

II. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si regalibus qvibusdam, nominetenus in concessione expressis, subjiciatur clausula generalis, puta concedente, dicente: concedimus, cedimus & transferimus, ei & in eum, jus legitimandi spurios, restituendæ famæ, & alia regalia. Tunc enim dubitandum non est, qvin omnium in genere, jus regaliorum, ei mandatum sit. 38

And. de Isern. Rubr. nostr. h. n. 3. Fel. d. c. qvæ in ecclesiarum. n. 33. x. constit. Affl. c. 1. in pr. n. 7. de cap. qvi cur. vendit. Boss. tit. de regalibus. n. 24. Carol. Molin. in consvet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 60. Sichard. l. qvoties. n. 9. C. fam. erc.

Et confirmatur: Tùm qvia sufficit in mandato enumerare casus aliqvot, speciale mandatum reqvirentes, & postea generalem subjicere clausulam, valebitq; mandatum, etiam qvoad casus, speciale mandatum deposcentes, qvamvis non expressos, æqvè ac si in specie expressi ac nominati essent. 39

gl. Clem. non potest. verb. jurandumq. de procurat. lib. 6. Covarr. var. resolut. lib. 1. c. 6. num. 3. vers. 4. text. c. qvi ad agendum. ibi Dominic. de S. Gemin. n. 2. de procurator. eod. lib.

Tùm, qvia clausula generalis, certis qvibusdam speciebus enumeratis, apposita, ad similes specificatis porrigitur atqve extenditur. 40

Br. l. sed etsi qvis. §. qvæsitum. n. 2. ff. si qvis caution. Isern. c. 1. §. nemo retia. n. 32. de pac. ten. Felin. c. sedes apostolica. n. 3. per ill. text. x. rescr. gl. fin. communiter approbata. l. 3. ibi Bl. in 6. C. ser. fugit. Mantic. tr. conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 14. n. 7. Mandell. cons. 16. n. 13. per l. fin. §. cui dulcia. ff. vin. trit. ol. leg.

III. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat castro cum suis pertinentiis, 41

absqve

absq; alia speciali regaliorum mentione, in feudum concesso. Hoc enim casu cedunt qvoqve regalia.

arg. c. ex literis. jun. ibi gl. verb. excepto. x. jur. patron. c. cum. Venerabilis. x. relig. dom. jun. l. verbum illud. ff. verb. signif.

42 Nec obstat, qvod traditur: Vendito territorio cum suis pertinentiis, venditum non censeri jus percipiendi pedagium vel gabellam, ut tradunt.

Affl. & alii feudistæ. d. c. 1. in pr. num. 7. de capit. qvi cur. vend. Sichard. L. qvoties. n. 9. C. famil. erc.

43 Qvia loqvuntur in contractu venditionis, in qvo arctiorem seqvimur interpretationem: Nostra verò sublimitatio, in benefici Principis terminis versatur, in qvibus latissimam fieri debere, in præjudicium concedentis interpretationem, constituti juris est.

gl. l. fin. verb. beneficium. ibi Pet. de Bellapert. n. 2. & alii Dd. communiter. per ill. text. ff. constit. princip. Br. l. liberorum. num. 7. ff. verb. significat. Luc. de Penna L. 1. vers. 5. qværitur. C. deserto. lib. 12. Jas. l. qvo minus. n. 126. ff. fluminib. Pract. pap. in for. lib. in act. reali. verb. & cum pertinentiis. n. 2. Curt. in feud. 1. p. p. qu. 11. n. 3. & p. 2. p. p. n. 49. Jul. Clar. recept. sentent. §. fundum. qu. 17. Sfortius Oddus tr. restit. in integr. qu. 93. n. 11. Rol. à Valle cons. 10. n. 36. vol. 3. text. c. cum dilecti. x. donat. c. olim tibi. x. verb. significat.

44 Fateor tamen, illum ipsum pertinentiarum terminum, ad majora regalia, seu Principi reservata, extendi non posse, qvandoqvidem hæc Principis personæ cohæreant, sed in minoribus duntaxat locum reperire, qvæ feudo seu territorio magis aliqvantulò inesse creduntur. Eam ob causam, qvod pertinentiarum nomine, ea solum, qvæ fundo, lege, statuto, consvetudinevé attributa sunt, intelligi receptum est.

Innoc. c. cum ad eadem. n. 2. ibi Panorm. n. 11. x. rest. spoliat. Pract. pap. in for. lib. in act. reali. verb. & cum pertinentiis. ibi latissimè. Bernh. Landr. Zilett. & Masuer. in addit. & in for. lib. qvo ux. ag. ad dotem. verb. cum omnibus suis jurib. & pertinent. & for. lib. qvo ag. ad revocat. feudi. verb. cum omnibus juribus. Bertach. in repert. verb. pertinentiarum. el. 2. Oldrad. cons. 10. n. 1. Card. Paris. cons. 20. n. 72. lib. 1.

IV. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si investituræ inserta fuerit isthæc clausula: Investimus Titium de tali feudo cum omnibus ejus juribus & cæteris. Tunc enim per verbum & cætera extentè integreqve scriptum, regalia concessa respondere, rationis erit. Eam ob causam: qvod dictio & cætera, plenis Syllabis & absqve notis scripta, universalis sit, complectanturqve non modo similia expressis: Verum ea etiam omnia, qvæ ex verbi significatione, in dispositione comprehendi poterunt. 45

gloss. 1. c. deinde. 26. distinct. gloss. l. non solum. §. qværitur. verb. creditores. ibi Br. ff. procurat. Fr. Aretin. l. eandem. in pr. notab. 2. per ill. text. ibi Ronchegall. n. 25. ff. duobus reis. per L. Gallus. in pr. jun. §. idem credendum (qvatenus nimirum. in aliqvibus Codicibus, dictio & cætera, absqve abbreviatura scripta. offenditur) ff. lib. & posth.

V. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat: Si regalia absqve concessione in specie venire, esset consvetum 46

text. c. qvod translationem. ibi Abb. num. 3. & Dd. x. off. legat. Ant. Gabr. Rom. tr. regul. lib. 6. tit. de consvetud. concl. 1. n. 26.

Et confirmatur: Tùm, qvia contractus, à consvetudine interpretationem recipiunt. 47

Innoc. c. olim. n. 2. x. verb. signif. Br. l. magistratus. num. 2. ff. ad municip. Jas. l. diem functo. n. 16. ff. off. assess. Jas. l. certi condictio. §. si nummos. n. 10. ff. si cer. pet. Felin. c. ex literis. n. 12. x. fid. instrum. Ronchegall. l. nemo. num. 27. ff. duob. reis. Rubeus l. non solùm. §. morte. n. 72. ff. op. no. nunc. Strach. tr. naut. p. 3. n. 9. Gail. obs. 23. n. 28. lib. 2. Caroc. tr. locat. tit. sublit. locat. n. 2. Mascard. tr. probat. concl. 299. n. 7. vol. 1. Alex. cons. 66. n. 4. vol. 7. Nicolaus Bellonus cons. 1. n. 2. & tradunt innumeri alii, qvos comportavit Ant. Gab. Rom. d. conclus. 1. n. 1. per l. qvod si nolit. §. qvia assidua. ff. ædil. ed.

Tùm, qvia clausula ex stylo & consvetudine curiæ apponi solita, pro eo, si casu omissa fuerit, ac si expressim apposita esset, haberi debet. 48

Ant. de Butr. c. accepimus. notab. 4. x. æt. & qvalit. Br. l. si pignore. §. fin. n. 2. ff. ping. act. Brun. l. fin. in fine principii. ff. qvæ in fraud. credit. Bl. l. fin. n. 1. per ill. text. in fin. C. fidejuss. Bl. l. 1. n. 27. ff. sol. matrim.

Bl.

matrimon. Bl. l. fideicommissa. §. si servo. n.1. ff. leg.3. Bl. L. Imperator. lect.1. ff. stat. homin. Paul. de Castr. l. errore. num.1. ibi Jas. num.3. post med. C. testam. Alex. l. si finita. in pr. n.2. ff. dam. inf. Jas. l. ut liberis. n.17. C. collat. Panorm. c. cum M. Ferrar. n.5. ibi Felin. n.6. Ripa n.39. constitut. Everard. in Top. in Loc. ab usitat. num.3. Neguzant. tr. pig.1. p. p. membr.3. num.25. Tiraq. V.R. p.2. §.3. gl. un. num.7. Tiraq. tr. jur. constit. possess. lint. 31. num. 9. Covar. var. resolut. lib.1. c.15. num.9. Caball. tract. evict. §.2. n. 15. Boer. decis.182. n.54. Ant. Gab. Rom. tract. regular. lib.6. tit. ne consvetud. conclus.3. num. 2. Lancell. Galiaula. L. Gallus. §. idem credendum. n.14. ff. lib. & posth. Anton. Rub. l. non solum. §. morte. num.80. ff. op. no. nunc. Curt. l.1. num.19. C. edend. Johan. Nicol. l. generaliter. n.79. & 81. C. secund. nupt. Cephal. consil. 439. n. 92. vol.3. Joseph. Mascard. tract. probat. concl.299. n. vol.1. text. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. pignor. L. licet. C. locati.

Licet contrariam sententiam, crebriori calculo approbatam, attestetur

Emanuel Soarez. in suis com. opin. litera. C. n. 87. & deficiant nonnulli, quos modo retulimus.

49 Nec obstat Panormitani consideratio: ex iis nempe, qvæ meræ sunt facultatis, qvæqve gratuitò conceduntur consvetudinem vix oriri posse.

Panorm. d. c. quod translationem. num.4. x. off. leg.

50 Fateor enim cum Panormitano tempus solùm nec inducendæ, nec tollendæ obligationis modum esse.

L. obligationum ferè. §. placet. ff. act. & obl. l. nemo potest. in pr. ff. leg.1. Speculat. tit. restit. spoliat. §.1. n. 8. Speculat. tit. de censibus. num.2. Brun. l. servitutes. la. num.3. ff. servit. Br. l. eum qui ita. §. qui ita. el.1. num.1. ff. verb. oblidat. Bertach. in repert. verb. tempus. in pr. Jas. l. qui in aliena. in pr. n.10. ff. acquir. hæred. Johan. Hanibal. l. nemo potest. n. 599. ff. leg.1. Gozadin. l. ff. certis annis. num.1.3 & 9. C. pact. Saison. in consuet. Turonens. tit.18. art.2. col.1. Cravetta. tr. antiquit. tempor. p.4. in pr. num.28. Sichard. lib.1. n. 4. C. fideicomm. Vasq. ill. controv. cap.36. num.17. & cap.81. num.17. & c. 83. num. 11. Matthias Colerus in suo processu. part.1. cap.10. num.97. & num.301. Card. Paris. cons.7. num.7. vol.4.

Sed hîc de obligatione inducenda agi, negârim. Neqve enim dicimus, ex concessionibus antea factis, Principem tantoperè obligari, ut volens nolensqve regalia solita concedere cogatur: Sed illud solum nostra vult sublimitatio: Principem concedere regalia, antea concedi solita, qvamdiu expressim, se non concessurum, non declaraverit, videri: Cum, nec in privato homine variatio laudetur. 51

L. fin. in fin. C. mod. mulct. l. si fundus. la. 2. §. eleganter. ff. leg. commiss. l. si mulier. in fine. ff. quod met. causa. l. si ex toto. §. fin. ibi notat. ff. leg.1. Clement. cum illusio de renunciat. Neguz. tr. pignor. 4. p. p. n.25. Affl. decis.146. n.2. Cotta in memoral. verb. statuto. el Joh. Bapt. Asin. in sua praxi. §.25. ampl.1. n.4. Fortun. Garcia l.1. n.8. ff. pact.

Nec voluntatis mutatio præsumatur. 52

L. fideicommissa. §. si rem. ff. leg.3. l. quinquaginta, aliàs incipit quingenta. ff. probation. L. Lucius Titius in fine. ff. leg.2. c. majores in fine. x. baptismo. c. licet. de procurat. lib.6. gloss. c.1. verb. mortis. x. his quæ vi met. caus. Br. l. sive possidetis. lect. 2. in pr. C. probation. Bl. l.1. n.3. C. collat. Bertach. in suo repert. verb. voluntas. n.10. in fine. Jas. l. sancimus. num.6. C. testament. Ripa l. si quis in fundi. n.21. ff. leg.1. Ægid. Bellam. decis. 135. in fine. Marcus Anton. Blanch. tr. indic. n.135. Alc. tr. præsumt. reg.2. præsumt. 16. n.1. Crau. tr. antiquit. temp. p. 4. §. materia ista. num. 115. Vant. tract. nullitat. Rubr. de nullitat. ex inhab. seu def. mand. comp. num.157. Crottus l. 2. §. quod si in patris. num 36. ff. sol. matrim. Hieron. Verius rubr. num.65. ff. verb. obl. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib. 12. tit.1. n.1. Covarr. c. possessor. p. 2. §. 1. num.1. de R. I. lib.6. Petr. Pecc. tract. testam. conjug. lib.1. c.10. num.7. & c.44. num. 3. Ascan. Clem. tr. pat. pot. c. ult. n.104.

Tantò minus in Principe Variatio est ludanda, mentisq; mutatio præsumenda. Cum Principem constans propositum, unum calamum, unam lingvam habere addeceat, qvi immobilis, ceu lapis angularis polarisqve in cœlis stella esse debet. 53

Ægid. Boss. tr. principe. n.18. & 19. Gail. obs. 55. n. 3. v. 4. lib.2. Cl. cons.327. n.4. vol.1. Johan. Jac. de Leon. int. cons. Bruni cons. 117. n.95. cum seqq.

VI. Hæc

54 VI. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si is, cui generaliter regaliorum concessio, unà cum feudi investitura facta est, diu regalibus majoribus usus sit, sciente & patiente illo, qvi concesserat. Talis enim patientia, loco traditionis, specialisqve concessionis erit. Tùm, qvia patientia, cum temporis longi cursu, traditionem concessionemqve

L. penult. ibi Br. n.1. ff. servit. l. si à te emero. ff. si servit. vend. l.1. & 2. C. servit. Br. l.2. n.8. C. servit. Paul. de Castro l. servitutes. l.3. n.5. ff. eod. tit. Tir. V. R. p.1. §.1. gloss.2. n.31. & p. ad finem tituli. num.69. Gomez. var. resol. lib.2. c.15. n.25. vers. secundus igitur modus. ibi Emanuel. Soarez. in add. Covarr. c. possessor. p.2. in initio. n.8. vers. ego verò ubi communem dicit de R.I. lib.6. Balb. tr præscript. 4. p. 4. p. p. qu. 28. n.5. Bl. de Bartolinis in l.1. n.134. ff. sol. mart. Alc. l. §. & harum. num.36. ff. verb. obl. Gail. obs.66. n.5. & 6. lib.2.

55 Imò consensum primorum actuum confirmativum operatur.

Br. l. item qværitur. §. fin. ff. loc. Sebast. Sapia. qui se patris. n.24. C. un. lib. per l.2. ubi Br. not. C. acqvir. poss.

56 Tùm, qvia constituti juris est, qvod si cujuspiam à Domino tanqvam Vasalli servitia recepta sint, eoq; sciente & patiente diu pro Vasallo, rem illius Domini, in feudum tenendo & possidendo, is se gesserit, per hoc feudum constitui Dominum, Vasallumqve fieri.

c.1. in pr. de consvet. recti feudig. jun. l. qvoties. C. judic.

57 Tùm, qvia patientia sine contradictione, consensus expressi instar est.

L. quidam. ff. evict. l. si verò. §. idem Papinian. ff. mand. l. si ut proponis. la.1. C. nupt.

58 Tùm deniqve; qvod aliis consentiendo jura nostra perdimus.

L. cum quædam. vers. dum enim. C. admin. tutor. l.2. & L. hypothecas. C. remiss. pig. l. creditor. ff. reg. jur. l. nihil. in pr. & l. fin. in pr. ff. inoff. testam. Curt. tr. feud.4. p. p. n.139. Tiraq. V. R. p.1. §.1. gl.9. num.136. Oldrad. cons.110. n.2.

59 Nec obstat: qvod dici posset, dominum hac sua taciturnitate, qvandoqvidem exploratum ei sit, non nisi specifica & expressa concessione, regalia ejus generis venire, nullum sibi præjudicium gignere. Cum clari juris sit, taciturnitatem patientiamq; ejus, qvi jus suum sibi ubiqve salvum fore scit, nullius esse momenti.

L. sicut. §. non videtur. ff. qvib. mod. pig. vel hypoth. sol. gl. d. l. creditor. ff R.I. Br. l. fin. C. remiss. pig. Neguz. tr. pignor.3. memb.6. p. p.23.

Nam jura in contrarium adducta, qvando præter tacitum consensum & patientiam nihil amplius ex parte tacentis & patientis intervenerit, loqvuntur. Hìc autem primò, generalis regaliorum concessio facta fuit, deinde tacita qvædam approbatio ejus, qvod ex generali concessione, Vasallus, vel is, cui concessio facta est, reservatis etiam soli Principi, usus sit, insecuta. Non igitur novum erit, concedenti, his duobus concurrentibus præjudicari, Juris siqvidem aperti est, duo vincula magis ligare arctiusqve plectere. 60

L 1. c. pact. auth. itaqve. C. com. de success. l. cum in adoptivis. in pr. ibi Bl. n 3. C. adopt. l. cum scimus. C. agri & cens. lib.11. c. ex tuarum de autorit. & usupallei. c. non potest. de præb. lib.6. c.1. jung. gl. x. treug. & pac. Chassan. in consvet. Burg. Rubr.7. §.11. gl.1. n.3. Saison. in consvet. Turonens. tit.25. artic.26. verb. tant. qu'il. ait. col.3. circa med. Corasius rep. l. admonendi. n.14. ff. jurejur. Cravett. cons.201. n.18. Card. Paris. cons.73. n.101. vol.3. Tiber. Decian. cons.4. n.24. consil.9. n.10. vol.1. consil.16. n.16. vol.2. Rol. à Valle cons.25. n.35. vol.4. Cephalus cons.168. n.7. vol.2. consil.461. n.50. cons.464. n.63. cons.566. n.34. cons.585. n.40. vol.4. cons.615. n.47. cons.942. n.22. cons.656. n.14. cons.684. n.41. & 42. vol.5. & alios adduxi in repet. l. in multis. memb.3. art.38. n.3. ff. stat. hom.

VII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si feudum qvod ematur, pro eoqve tantum pendatur, qvod regalibus, non computatis, dimidium justi excederet precii. Tunc enim in dubio, absqve alia speciali concessione, regalia in venditione comprehendi, dicendum videtur. 61

Per trad. Bl. l. liberti libertæque. n.34. in fine. C. op. libert. Tiraq. v. R. p.1. §.1. gloss.18. n.19. Alex. cons.222. num.6. lib.6. cons.14. num.6. lib.7. per gl. l.1. §.1. verb. agendo. ff. superfic.

Et confirmatur: Tùm, qvia actus omnis ita interpretandus est, ut potius valeat, qvàm pereat *L. quoties. la.2. ff. rebus dub. l. quoties. la.2. ff. verb. oblig. gl. l. & puto. verb.* 62

verb. non communicari. ff. fam. arcisc. Br. l. veteribus. num. 4. C. pact. Alexand. l. si donatione. n. 3. ibi Dec. num. 111. C. *collat. Alciat. lib. 4. de verb. significat. num. 32. Affl. c. 1. in gl. 4. num. 21. de pac. juram. firm. Coras. l. 1. §. si quis ita. n. 11. ff. verb. oblig. Zuchard. Rubr. num. 41.* C. *eod. tit. Tiraq. rep. l. si unquam. verb. donat. lar. n. 83.* C. *revoc. donat. Card. Paris. cons. 2. n. 69. vol. 3. cons. 68. n. 224. vol. 4. Bellonus cons. 5 n. 4. Tiber. Decian. cons. 5. num. 62. cons. 7. n. 103. vol. 1. Cephal. cons. 524. n. 71. vol. 4. cons. 691. num* 11. *vol. 5. & alios adduxi in rep. l. in multis. memb. 3. art. 35. n. 3. ff. stat. homin.*

63 Tùm, qvia regalia precio nummario æstimari neqveunt.

Tiber. Dec. cons. 2. n. 167. vol. 1. *per trad. Br. l. 1. n. 96.* C. *dignit. lib. 12.*

64 Tùm per id, qvod in simili traditur. Etsi in generali alienatione non comprehendatur feudum.

c. 1. §. in generali. si de feud. fuero. controv. Bl. lib. 1. n. 46. ff. rer. divis. Bl. l. voluntas. n. 14. C. *fideicomm. Præpos. c. 1. num. 1. de prohib. feud. alienat. per Feder. Afflict. decis. 4. n. 9. & decis. 26. n. 1.*

65 Venire tamen, si ex pretii qvantitate, illud venundatum esse, colligi possit.

Ut ex Barbat. tradit. Curt. tract. feud. 4. p. p. n. 153. per gloss. d. l. 1. superius allegatam. & trad. Bl. l. 1. n. 5. C. *qui test. fac. poss.*

66 VIII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si in feudi concessione, aliqva in specie excipiantur regalia, qvibus concedens, eum, cui fit concessio, ut nolit. Tunc enim ambigendum non est, qvin omnibus aliis regalibus non exceptis, perinde, ac si specialiter enumerata essent, uti fruiqve possit.

Everard. in top. in Loc. ab except. ad reg. n. 1. Alb. Brunus cons. 31. n. 21. Tiber. Decian. cons. 124. n. 11. vol. 3. ubi Roman. & Dec. idem consulendo tenuisse, attestatur.

67 Et confirmatur: tùm per id, qvod traditur: procuratorem generaliter constitutum, eo excepto, qvod jusjurandum deferre non debeat, omnia posse agere atqve expedire, etiam speciale mandatum reqvirentia, præterqvam, qvod sacramenti deferendi non habeat potestatem.

Lapus & Domin. d. S. Gemin. c. qui ad agendum. §. sed si aliquis. n. 2. de procur. lib. 6. Alex. de Imola l. fin. 4. ibi Jas. n. 9. ff. quod quisque jur. Jas. l. nummis. n. 12. ff. in lit. jur. Jas. l. properandum in pr. n. 11. C. jud. Felin. c. quoniam frequenter. n. 1. x. ut lit. non contest. Dec. l. 1. n. 25. ibi Cagn. n. 36. ff. R. I. Everard. in Top. in loco ab except. ad regul. n. 3. Tiraq. V. R. p. 1. ad finem tituli. num. 96. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 208. Vasq. ill. controv. cap. 51. n. 75. Eman. Soarez. com. opin. lit. M. n. 23. Motzius tract. contract. rubric. de mandato. tit. de divis. mand. n. 15. Alex. cons. 36. n. 3. vol. 9.

Et hanc esse veram & communem opinionem attestatur *Joh. Bapt. Plot. tr. de in lit. jur. §. 6. n. 4.*

Licet contrarium teneat, *Petrus de Anchor. & Phil. Fr. quos refert & sequitur, sed malè Carol. Molin. in add. ad Dec. d. l. 1. n. 25. ff. R. I. & in add. ad Alexand. d. cons. 36. n. 3. vol. 6.*

Tùm: qvia regulariter verum est, exceptionem in casibus non exceptis confirmare regulam. 68

L. quæsitum. §. denique. ff. fund. instr. l. nam quod liquidè. in fin. ff. pen. leg. l. legata inutiliter. in pr. ff. leg. 1. l. tribunus. §. fin. ff. testam. milit. c. dixit Dominus. 32. quæst. 1. l. lege Julia. ff. ad L. Jul. repetund. prætor. in pr. ff. judic. l. in his. ff. ll. l. 1. §. ait prætor. ff. postul. Dyn. rubr. num. 16. de R. I. lib. 6. Luc. de Penna l. nepotes in fine. C. his qui num. lib. 10. Bl. l. 1. n. 2. C. posthum. hered. instit. Joh de Imola l. suus quoque. in pr. n. 3. ff. instit. Raph. Fulgos. auth. ex causa. n. 31. C. lib. præter. Jas. L. Titiæ textores. in pr. n. 21. ff. leg. 1. Abbat. c. quoniam. n. 2. per ill. text. x. conjug. lepros. Felin. c. quoniam freqnenter. n. 1. x. ut lit. non contest. Dec. l. un. n. 13. C. mand. princip. Bertach. in repert. verb. exceptio. el. 1. n. 10. Turzanus reg. 86. quæ extat post ejus communes opin. Curt. tr. feud. 4. p. p. n. 122. Exea tr. pact. n. 536. Cotta in memor. verb. exceptio. el. 1. Vant. tract. nullit. Rubr. an quæcunque. sent. poss. dic. null. n. 4. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. §. 4. gloss. 6. n. 58. Tir. tr. privil. piæ causæ. privil 38. Strach. tr. mercat. p. 1. n. 76. Covarr. var. resolut. lib. 2. c. 5. num. 6. Matth. Coler. in suo proc. p. 1. c. 2. n. 183. Matth. de Affl. decis. 13. n. 9. decis. 239. n. 3. decis. 319. n. 6. decis. 356. n. 2. decis. 359. n. 7. Cacherr. decis. 108. num. 8. Petr. Roiz. decis. Lituan. 4. n. 3. Marant. L. is. potestat. num. 203. ff. acquir. hered. Ripa. l. fin. n. 142. C. revoc. donat. Bened. de

de Plumb. l. si fratris. num. 15. C. jur. delib. Crott. l. omnes populi. num. 240. ff. just. & jur. Anton. Rub. l. pater filium. num. 56. ff. inoff. testament. Hanib. l. post contractum. num. 195. ff. donat. Berengar. de Paulhaco. l. un. n. 217. C. sent. quæ pro eo quod. interest. Michael Urcurr. l. si finita. §. Julianus. ff. dam. inf. Purpur. lib. 1. n. 36. C. edend. Aym. Crav. l. cum filio. num. 191. ff. leg. 1. Panormit. cons. 75. n. 1. vol. 2. Alex. cons. 125. n. 5. vol. 2. cons. 35. n. 20. cons. 126. n. 4. vol. 4. cons. 106. n. 2. vol. 5. Hipp. de Mars. cons. 84. n. 8. Albert. Brun. cons. 31. n. 21. cons. 38. n. 4. Johan. Jac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 114. n. 304. Cardin. Paris. cons. 33. n. 41. cons. 35. n. 8. cons. 99. n. 30. cons. 109. n. 32. vol. 1 cons. 94. n. 5. vol. 2. cons 7. n. 25. cons. 25. n. 21. cons. 31. num. 4. cons. 33. n. 59. cons. 69. n. 58. vol. 3. cons. 2. n. 162. cons. 5. n. 146. cons. 9. n. 7. cons. 21. n. 15. cons. 155. n. 7. vol. 4. Mynsing. cons. 21. n. 19. Tiber. Decianus cons. 5. n. 92. vol. 1. cons. 35. n. 56. cons. 55. n. 10. vol. 2. cons. 76. n. 24. cons. 123. n. 40. cons. 124. n. 9. vol. 3. Rol. à Valle cons. 86. n. 52. vol. 1. cons. 79. n. 78. cons. 80. n. 53. vol. 3. cons. 99. n. 42. vol. 4. Cephal. cons. 150. n. 16. vol. 1. cons. 321. n. 2. cons. 288. n. 45. vol. 2. cons. 405. n. 18. cons. 421. n. 17. vol. 3. cons. 537. num. vol. 4. cons. 669. n. 14. vol. 5. Franc. Bursat. cons. 114. n. 29. vol. 1.

69 IX. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si generali feudi concessione, onus aliqvod, qvod absqve usu regaliorum explicari neqvit, adjectum sit. Tunc enim ambigi non oportet, hac generali concessione regalia qvoq; comprehendi.

Raphael Cumanus cons. 162. n. 3.

70 Et confirmatur: Nam certi & indubitati juris est, onus appositum verborum interpretationem ampliare, ex eoqve effectum augeri.

Bl. l. proculus ante. num. 1. per ill. text. secundum communem intellectum quem. ibi Dd. comm. sequuntur. ff. n. sufr. Stracch. tract. adjecto. p. 3. n. 75. Gail. obs. 143. n. 7. lib. 2. Vasq. ill. contr. c. 51. n. 75. vers. secundo. Crassus lib. recept. sentent. §. legatum. q. 36. num. 3. & tenent complures alii, qvos refert Pinell. l. 1. p. 3. num. 41. C. bon. matern. per l. deniq. §. interdum. ff. pen. leg.

71 X. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si concedens nulla alia regaliorum mentione facta, plenitudinem potestatis, se concedere expresserit. Tunc enim cum reliqvorum regaliorum, ad absolutam illam, qvam vocant potestatem, nulla fere comparatio sit, ex hujus attributione, ad reliqvorum concessionem, haud perperam argumentabimur.

Fel. d. c. quæ in ecclesiarum. n. 33. x. const.

Cui enim qvod plus est licet, utiq; qvod minus est, haudqvaqvam denegabimus. 72

L. non debet. ibi Dec. & Cagn. ff. R. l. filius fam. in fine. ff. donat. L. Marcellus. ff. donat. caus. mort. l. nec in ea. §. sed qui occidere. ff. ad L. Jul. de adult. l. cui pacto. ff. ser. ex port. l. in suis. ff. lib. & posth. c. ex parte. el. 3 x. decim. c. ecce. 95. distinct. c. cui licet. ibi Dyn. de R. l. lib. 6. Jas. l. in actionibus. n. 13. ff. in lit. jur. Marant. l. is potest. n. 19. ff. acquir. hered.

XI. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat: Si qvalitas personæ, cui fit concessio, aliud svadeat. Unde, si rex filium, nepotem, fratremvé suum de feudo aliqvo, nulla regaliorum mentione facta, nisi qvod cum juribus feudi concedere sese dixerit, investiret, dubium non est, hunc filium & reliqvos regalibus, licitè ex concessione generali, ob præsumtam affectionem uti posse. 73

Tùm: qvia qvalitas & disponentium, & in qvos confertur dispositio, ut à juris communis regulis recedamus, facit. 74

l. aut facta. §. persona. ff. pœn. l. milites agrum. §. desertorem. ff. re milit. l. si servus plurimum. §. fin. ff. leg. 1. l. cum alimenta. in pr. ff. alim leg. Matth. tr. conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. n. 1. & multa hujus farinæ sunt apud Alc. lib. 1. de verb. signific. n. 49. & 56.

Tùm, qvia parentes honori liberorum suorum favent, eorumdemqve incrementum flagranti desiderio cupiunt. 75

Bl. c. super eo. el. 2. n. 2. x. testibus. Tiraq. rep. l. si unquam in præfat. n. 9. C. revoc. donat. per l. Paulo. §. 1. ff. leg. 3.

XII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat: Si concedens utatur in concessione, verbis geminatis (vel, ut loqvuntur, multùm prægnantibus) puta: Si dicatur, concedimus castrum cum omnibus & singulis, vel cum omnibus & qvibuscunqve juribus ejus, vel alia, ejus generis verba exprimantur: Tunc enim ambigi non oportet, vi horum verborum, regalia qvoqve comprehendi. Tùm, qvia clausula simplex 76

simplex operatur, ut præter regalia, omnia reliqva jura veniant: Clausula igitur, sive verba geminata, istius erunt energiæ, ut regalia qvoqve includant, cum aliàs nullus eorum esset usus.

Per l. si stipulatus. ff. usur.

77 Tùm, qvia clausulæ geminatæ, majoris, qvàm simplicis.

Rol. à Valle cons. 5. n. 21. vol. 1. cons. 100. n. 63. vol. 4.

78 Tertiò verò repetitæ, majoris, qvàm geminatæ sunt efficaciæ.

Rol. à Valle d. cons. 100. n. 65. vol. 4. Tiber. Decian. cons. 1. num. 104. vol. 1. per c. 1. x. treug. & pac.

79 Tùm, qvia clausula omnia & singula eam habet vim, ut qvasi omnia specificata essent, sub se comprehendat.

Curt. Jun. tr. feud. 2. p. 3. p. p. n. 39. ubi Aret. in id citat. Rol. à Valle cons. 1. n. 71. vol. 3. ubi id multis & autoritatibus, & similibus roborat. Cardin. Paris. consil. 1. num. 104. & 130. vol. 3. Tiber. Dec. cons. 32. num. 102. vol. 2.

80 Tùm, qvia verborum geminatio actusqve reiteratio, propositi, voluntatis atqve consensus firmi argumentum sunt, & jus à simplici actu diversum, inducunt.

L. quingenta. ff. probat. l. Balista. ff. ad Trebell. l. si mulier. la. 2. & auth. sive à me. C. ad Vellejan. l. cum scimus. C. agric. & cens. lib. 11. c. eam. te. x. rescr. Everard. in top. in loc. à vi gemination. n. 1.

81 Tùm, qvia geminatio, qvæ aliàs non comprehenderentur, vel qvæ comprehendi non deberent, complectitur.

Hanibal. l. post contractum. n. 221. ff. donat. Hanibal. l. nemo potest. n. 512. d. leg. 1. per l. prospexit. ff. qui & à quibus. & l. fin. ff. milit. testam.

82 Tùm, qvia geminatio, vim clausulæ derogatoriæ non obstante qvacunqve lege in contrarium disponente, habet.

Ant. de Butr. c. 1. col. 3. vers. salutari potest dictum legistarum. x. rescr. Zuchard. l. 1. n. 144. C. pact. Cephal. cons. 608. n. 65. vol. 4. ubi Fr. Aretin. in adducit.

83 Tùm, qvia immunitas alicui geminatò concessa, comprehendit etiam ab illis, qvæ belli vel divini, vel humani causa imponuntur, oneribus immunitatem,

Cacherr. decis. 39. n. 21. Plot. tr. de in lit. §. 1. n. 17. Vivius com. opin. lib. 1. opinion. 179. Alex. cons. 30. n. 14. vol. 5. Cardin. Paris. cons. 25. n. 113. cons. 68. n. 17. & 29. vol. 1. Bursat. cons. 16. num. 52. vol. 1. ubi Festasium idipsum secutum attestatur. Bursat. consil. 142. n. 9. vol. 2. Rol. à Valle consil. 5. n. 51. vol. 1.

Cum tamen immunitas ab oneribus 84 belli vel pestis, in generali concessione, ab oneribus non insit, sed specificam & expressam mentionem desideret.

Johan. de Imola l. si ex toto. in pr. num. 2. ibi Raph. Cuman. lect. 1. n. 2. Jas. n. 7. & n. 12. ubi hanc magis communem opinionem attestatur. & Ripa n. 12. per ill. text. leg. 1. Bertach. in repert. lit. 1. verb. immunitas in dubio. Jas. l. principalibus. n. 2. limit. ff. si cer. pet. Felin. c. nonnulli. n. 16. vers. & ultra. x. rescript. Felin. c. causam quæ. n. 17. x. eod. Ripa l. 1. n. 51. ff. vulg. Cæpoll. caut. 63. n. 2. Bossius tr. princip. num. 140. Rabeus l. non solum. §. morte. n. 88. ff. op. no. nunc. Parpal. l. placet. n. 132. C. sacros eccles. Eman. Soarez. com. opin. lit. I. n. 6. Plot. & Burs. in locis modo citat. Johan. Jacob. de Leon. int. cons. Bruni cons. 117. num. 26. & 27. Cephal. cons. 451. n. 293. & 331. vol. 4. Rol. à Valle consil. 80. n. 17. vol. 3. per l. 1. ibi Luc. de Penna C. ut nem. lic. in emt. specier. sese excus. lib. 10.

Nec obstat, qvod dicitur: geminatio- 85 nem, ut efficax censeri possit, temporis intervallum omnimodò reqvirere.

Felin. c. fin. num. 1. x. off. deleg. Jac. de Nigr. rubr. n. 40 ibi Lancell. Galiaula. n. 79 ff. verb. obligat. & in l. 1. in pr. n. 88. ibi Butigella. n. 21. ff. eod. tit. Eman. Soarez. com. opin. lit. G. n. 12. per gl. c. ab eo. verb. instanter. de appellat. lib. 6. gloss. l. si convenerit. verb. nisi ei. ff. pignor. act.

Qvia id verum est, vel cum agitur de 86 actuum geminatione res est. Illo enim casu, intervallum erit necessarium, hoc neqvaqvam.

Decius l. penult. n. 4. C. pact.

Vel procedere poterit objectio, cum 87 tractatur de terii præjudicio: diversum verò erit, ubi de mente dicentis intelligenda percipiendaqve est tractatio. Hic enim intervallo opus non est.

Decius d. l. penult. n. 4. C. pact. Tiraq. repert. l. si unquam verb. revertatur. n. 51. C. revoc. donat.

Vel deniqve nihil ista nos remorabitur 88 objectio, qvandoqvidem locum sibi tunc vendicet, cum verba geminata, viva proferun-

feruntur voce, obstaculo vero non sit, cum uno eodemqve contextu scripturæ, verba repetito inseruntur, tunc enim & cum mysterio posita, & lingvæ lubricitatem ab fuisse, credendum, nec ullo, ad geminationis effectus producendos, intervallo opus est. Qvæ est resolutio

Ever. in Top. in Loc. à vi geminat. n.16.

89 XIII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si concessioni generali, cum omnibus juribus &c. addatur juramentum. Tunc enim dubitari non oportet, in hac generali concessione, regalia qvoqve includi: Tùm, ut juramentum aliqvid operetur, cujus aliàs effectus nullus esset

Juribus vulg.

90 Tùm, qvia juramentum vim expressi habet.

c. ex rescripto. x. jurejur. l. cum pater. §. filius matrem. ff. leg. 2. Cyn. 1. num. 5. ibi Bl. n. 12. Sal. n. 12. Commodat. Alex. l. 1. §. si quis ita. n. 13. ibi Bl. Novell. n. 24. ff. verb. obl. Jas. l. sancimus. n. 9. C. testam. Jas. l. si convenerit. n. 15. ff. jurisd. om. jud. Jas. l. certum est. n. 4. ff. si cer. pet. Jas. l. sub prætextu. la. 2. n. 3. C. transact. Jas. §. item si quis postulante. n. 14. vers. tertio. Inst. act. Curt. senior. l. si causa cognita. n. 20. C. transact. Ripa rep. l. si unquam. n. 118. C. revoc. donat. Ripa l. n. 68. ff. vulg. & pupill. Ripa l. 4 §. condemnatum. n. 24. ff. re jud. Ripa l. fœminæ. n. 20. C. secund. nupt. Anton. de Petrucia. l. 1. n. 158. ff. jurejur. Butigella l. stipulatio hoc modo. n. 32. ff. verb. obligat. Gozad. l. 2. num. 170. C. pact. int. emt. & vendit. Gozad. l. fin. n. 27. C. pact. Natta auth. hoc inter liberos. n 57. C. testam. Lup. c. per vestras notab. 6. §. n. 13. x. donat. int. vir. & uxor. Everard. in Top. in loc. à vi juram. num. 33. Tiraq. rep. l. si unquàm in præfat. n. 132. C. revoc. donat. Tiraq. ll. connub. gloss. 7. n. 152. Georg. Nathan. tr. pact. n. 30. Gail. obs. 114. num. 14. lib. 2. Tiber. Decian. consil. 39. num. 71. vol. 2. Cephal. cons. 58. num. 26. cons. 94. n. 7. cons. 147. n. 12. vol. 1. cons. 410. n. 5. vol. 3. cons. 467. n. 49. cons. 567. num. 10. vol. 4. cons. 772. n. 40. vol. 5.

91 XIV. Et ultimò hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si concedens territorium cum juribus suis, in loco concesso, nil nisi regalia haberet. Tunc enim generalis concessio, ne actus fiat frustra, ad illa protenditur.

Ut tetigimus superius in 2. ampliat. nostræ limitationis.

In calce qvoqve hujus subjecti, illud annotandum erit, viros, rerum scientia virtutibusqve præfulgentes, non verò servum assentatorum pecus, regalibus donandos esse, ut scitè admonet *Lucas de Penna l. contra publicam. col. 7. vers. eis autem qui ex insigni. C. re milit. lib. 12. Affl. rubr. nost. h. n. 18. Boss. tr. regalibus. n. 26. Rol. à Valle cons. 1. n. 128. vol. 2. per l. omnium. C. testam. l. jurisperitos. in pr. ff. excus. tutor. l. magistros. C. profess. & medic. lib. 10.* 92

Idqve non facilè neqve absqve præviâ consideratione, sed tùm demum, cum duræ id urgeat necessitatis telum, fieri debere. 93

Rol. à Valle cons. 18. num. 77. vol. 2. per c. v. i. majus. de elect. lib. 6.

Postremò, & illud annotatu dignum censeo: Principem nemini privativè, ut loqvuntur, sed cumulativè regalia concedere posse. Ita eqvidem, ut qvocunq; modo alii regalia indulgeat, major tamen penes principem relinqvatur regaliorũ potestas. 94

c. dudum. §. nos igitur. de præbend. lib. 6. & in specie quoad regalia, idipsum decidit, Rol. à Valle cons. 1. n. 138. vol. 2. & faciunt tradita Caccialup. l. cunctos populos. n. 12. C. sum. trinit. & fid. cath. & l. in imperium. 35. ff. jurisd. om. jud. & alia attulimus. 5. in fine capit.

Secundò: Circa qvintum nostrum caput concludo: regalia acqviri spacio ejus temporis, cujus initii non extat memoria in contrarium. 95

Br. l. cunctos populos. n. 50. C. sum. trinit. & fid. cath. Abbat. c. cum non liceat. n. 16. x. præscript. Johan. de Imola l. si Publicanus. §. in omnibus. n. 4. ff. Publican. Affl. rubr. nostr. h. n. 5. ad fin. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. cum mero & maxit. imp. n. 19. Curt. tr. feud. 1. quæst. 1. p. p. n. 7. & n. 17. Claud. de Seysell spec. feud. rubr. qui feud. dar. poss. §. 2. vers. possent tamen aliquæ. Boss. tr. regalibus. n. 21. Cacherr. decis. 101. num. 14. Igneus l. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 1. ff. ad S. C. Syllan.

Ubi hanc esse communem opinionem fatetur *Nicol. Mil. in repert. v. consvetudo exigendi. Alex. cons. 6. n. 4. vol. 1. cons. 13. n. 18. vol. 6. Aym. Cravett. cons. 54. num. 8. Mandellus cons. 16. n. 9. Tiber. Decian. cons. 24. n. 112. vol. 1. cons. 108. n. 6. vol. 3. Fr. Bursat. cons. 142. n. 19.*

Ubi

Ubi hanc communem esse opinionem post Laur. Sylvan. qvem allegat, testis est *Cons.* 160. *n.* 61. *ubi similiter communem dicit vol.*2.

Et confirmatur: Tùm, qvia regalia privilegio & concessione principis acqviri possunt, *ut in praced. conclus. firmavimus.*

96 Ergo etiam immemoriali præscriptione acqviri poterunt. Ejus enim generis præscriptio, vim privilegii atqve concessionis specialis obtinet.

C. *super quibusdam.* §. *praterea.* x̄. *uerb. significat. l. hoc jure.* §. *ductus aqua. ff. aq. quot. & ast.*

Et tradunt vel sexcenti, congesti per *Ant. Gabr. Rom. tr. regul. lib.* 5. *tt. prascr. conclus.*1. *n.*1. *&* 2. *ultrà ibidem accumulatos idem tenent. Curt. tract. feud.*3. *quast.*1. *p.p. n.*1. *Vivius com. opin. lib.*10. *pin.*242. *Eman. Soar. com. opin. liter. p. n.* 223. *qui esse communem opinionem, testes sunt Nicol. Bellonus cons.* 55. *n.* 5. *ubi hanc magis communem dicit.*

97 Tum, qvia regalia suo modo alienabilia esse diximus: Et certum est, qvod qvæcunqve sunt alienabilia seu concessionabilia, ut loqvuntur, sint qvoqve præscriptibilia.

*L. quod quod principis. ff. plu. arc. l.*3. *C. nov. vect. imponi non poss. l. quò minus. ff. flumin. l. Imperatores. ff. public. l.*1. *C. emancipat. liber. l. viros. C. divers. off. lib.*12. *l. ubi lex. ff. usucap.*

98 Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat, non tantùm respectu regaliorum minorum: Verùm etiam majorum seu reservatorum soli Principi vel ejus personæ cohærentium.

*Vasq. ill. controv. c.*22. *n.*19. *& tradunt innumeri, quos refert Anton. Gabr. Rom. tr. regul. d. conclus.*1. *n.* 3. *quibus cum tantus eorum sit numerus, neminem praterea addam per text. d. c. super quibusdam.* §. *praterea.* x̄. *verb. signif.*

Et licet contrarium teneat volens, illa regalia ullo haudqvaqvàm tempore præscribi. *Johannes Igneus d.p.* 4. *n.*71. *& passim per discursum, per l.*3. §. *si in publico. & l. seq. ff. op. n. nunc. l. viam publicam ff. via publ. ref. l.*1. *C. ne rei dom. vel templ. l.*1. *&* 3. *feud. patrim. lib.*11. *fin. C. no. vect. imp. non poss.*

Ad textum verò d. c. super qvibusdam, respondere conetur, illum de consvedutine, non verò de præscriptione loqvi, qvæ sint diversa.

Per c. Abbate. jun. gl. verb. juxta Paschalis. x̄. *verb. signif.*

Tamen illa responsio nullius momenti 99
est, ut enim ipsemet fatetur Igneus, plerisq; rationis non esse, discrimen inter hanc præscriptionem & consvetudinem constituere, visum est. Igitur commune Doctorum placitum sectandum esse, omninò censeo. Nam, qvod attinet ad glossam d. c. abbate, cosvetudinem & præscriptionem ut diversa ponere fateor, illud verò negârim, loqvi eam de præscriptione illa, cujus in contrarium non extat memoria. Isthæc enim & consvetudo idem sunt, & qvicqvid eâ acqvirimus, perinde est, ac si consvetudine conseqventerqve jure ipso ita jubente & disponente, acqvireremus. Ut optimis rationibus & fundamentis innixus tradit.

*Vasq. ill. contr. cap.*83. *n.*23.

Alia rursus ratione, fundamentum super d. c. super qvibusdam extructum, demoliri conatur Igneus, illud ipsum nempe capitulum de regalibus, qvæ qvisqve comes, marchio, dux, princeps &c. in suis territoriis, subditis, ultra concessa sibi peculiatim jura, percipiendi vectigal, passagium, pedagium &c. imponit, non verè de regalibus fiscalibus seu patrimonialibus summi principis disponere, sed & hæc resolutio, priori pejor est. Non enim animadvertit Igneus, eô ipsò, dum jus imponendi vectigal &c. adversus subditos præscribitur, una qvoq; adversus superiorem præscribi. Præterea concesso, jus istiusmodi regaliorum, qvoad subditos, novâ præscriptione adipisci posse, multò magis concedendum erit, regalia principis, qvæ jam in esse deducta sunt, præscriptione adipisci, illorum enim præscriptioni jus resistit, horum neqvaqvam.

Toto rubr. & nig. C. n. vect. im. non poss.

Illa, cum generali feudi concessione 100
transeunt nullo modo, uti concludit *Rol. à Valle consil.*1. *n.*147. *vol.*2. *post Cuman. quem refert.*

Hæc verò illi inclusa planè censentur, uti consulendo decidit ille ipse *Rol. à Valle cons.* 42. *n.* 33. *vol.* 2. *ubi Corn. ante se, id tenuisse tradit.*

Facit triviale illud, longe qvid facilius 101
in esse productum conservari, qvàm de novo fieri.

L. patre furioso. ibi Jas. n. 8. ff. his qui sunt sui vel ali. jur. l. 1. §. casum. ff. postul. l. usu retinetur. ff. quemadm. ser. amitt. l. sicut. §. fin. ff. quod cujusque univers. nom. Jas. l. 1. in pr. n. 78. ff. acquir. poss. Piag. tr. tut. & curat. qu. 3. n. 52. Menoch. tract. remed. poss. adip. rem. 4. n. 571. Crottus l. 2. §. quod si in patris. n. 31. ff. sol. matr. Hormannoct. Det. l. hoc edicto. n. 31. ff. op. no. nunc. Cravett. cons. 298. n. 12.

102 Nec in contrarium adducta, qvicqvam obstant, & primò text. *l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. op. no. nunc.*

Haud qvaqvàm qvoad nostrum subjectum alicujus momenti est. Eqvidem nemo inficiatur, cives omnes, si in publico aliqvid fiat, novum opus nunciare posse, omnibus qvoqve in confesso est, Reipub. interesse, plures habere defensores: Sed hâc ratione, neminem, immemorialis temporis præscriptionem, exclusum iri, affirmaturum censuerim. Qvinimò, dum omnes cives præscriptionem regaliorum interrumpere atqve impedire modo adducti, §. fin. beneficio, potuerint, tantum verò temporis labi passi sint, qvibus aliis, qvàm ipsis, culpam annumerabimus. Cum indubitatum sit non negligentibus & solertibus jura scripta esse.

L. pupillus. in fine. ff. quæ in fraud. credit. l. non negligentibus. ff. ex quibus caus. major. c. nunciatum. 84. distinct. Affl. decis. 190. num. 2. Pirrh. in consuet. Aurel. tt. retrah. vend. c. 4. Tiraq. V. R. p. 2. §. 1. gl. 2. n. 12. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 4. n. 20. Menoch. tr. rem. poss. recup. rem. 17. n. 14. Gail. obs. 108. n. 5. obs. 118. n. 3. lib. 1. obs. 25. num. 12. lib. 2. Marin. Frecc. tr. subf. lib. 2. qu. 16. n. 5.

103 Pariter non obstat L. viam publ. ff. via publ. dum habet: Viam publicam, populum non utendo, non amittere, qvod gl. ibidem, ad centenariam usqve præscriptionem extendit. Respondeo enim cum Bartolo ibidem, posse ire per viam publicam non esse jus, sed facultatem, cui nimirum facultati, nullo tempore præscribitur, ut habet communis opinio, de qva

Anton. Gabr. Rom. d. tt. præscript. concl. 10. n. 1. per modò allegatam l. viam pub. ff. via pub. & alia jura. ibid. adducta.

104 Ejusdem qvoqve vigoris sunt *l. 1. C. ne rei dom. vel templor. l. 1. & l. 3. C. feud. patrim. lib. 11.*

Dum omnem temporis definitionem, item cujuscunqve temporis præscriptionem excludunt, item in perpetuum, dictione utuntur. Illud enim dabitur responsi, temporis immemorialis præscriptionem, nunqvàm per legem statutumvè utatur licet, verbis generalissimis sub motam censeri.

Bl. d. l. 1. lect. 1. n. 2. C. ne rei domin. vel temp. Bl. l. 2. n. 1. C. eod. tit. Felin. rubr. num. 18. x. præscript. Balb. tr. præscript. 2. p. 3. p. p. qu. 6. n. 21. & 5. p. 5. p. p. qu. 9. n. 2. Capyc. decis. 20. n. 4. Tir. V. R. p. 2. §. 1. gl. 2. n. 25. Joh. Hanib. l. nemo potest. n. 603. ff. leg. 1. Pinell. auth. nisi tricennale. n. 20. C. bon. mat. per l. servitutes prædiorum rusticorum. ff. servit. jun. l. ex hoc jure. §. ductus aquæ. ff. aq. quot. & æst. text. auth. ut de cæt. commut. ecclesiast. rer. fict. non fiant. jun. gl. verb. præscriptione. ibi Angel.

Et qvod plus est, multi ejus sunt sententiæ, nec præscriptionem longissimam qvidem per legem, generalissimis verbis, geminatò etiam utentem enervari. 105

Ut tradit. Pet. Gerh. de Petras. sing. 18. Tiraq. loco modo citat. per l. ff. sol. mat. jun. l. in rebus. ff. jur. dot.

Sed isthæc præsentis non sunt indagationis, nec scrupulo carent. Postremò, ejusdem exitus L. fin. B. no. vect. imp. non posse; allegatio erit. Nam præter id, qvod nec ipsa qvidem in præscriptione immemoriali disponat, conductoribus vectigalium ibidem, non erat animus inducendi præscriptionem imposterum, sed eò tendebat eorum aviditas, ut saltem hâc vice à provincialibus ultra antiqvam consvetudinem & præscriptam à principe metam, profligatè atq; injustè extorqverent, unde actus eorum, ultra intentionem eorundem operari non potuit.

Vulgatiss. l. non omnis in pr. ff. si cer. pet. Pract. Pap. in for. product. instrum. verb. in illis passibus. Ronchegall. l. 3. vers. fin. n. 33. ff. duob. reis. Tiraq. ut retr. p. 1. § 36. gl. 2. n. 23. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 7. n. 4. vers. sexto. Covarr. var. resol. lib. 1. c. 2. n. 2. Gail. obs. 106. n. 5. & observ. 139. n. 3. lib. 2. Ludovicus Burges l. si se subjiciant. n. 169. ff. jud. Crottus l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 56. ibi Marius Salomon. in divis. n. 12. ff. lib. & posth. Crottus l. si constante. 11. ff. sol matrimon. Hipp. de Mars. rubr. num. 433. ff. fidejuss.

Deni-

Deniqve hanc legem penitùs abſolviſſe, qvapropter nec ad cauſarum deciſionem allegari poſſe patet.

Ex gl. fin. d. l. fin. C. *no. vect. imp. non poſſe, quæ eam non legi atteſtatur.*

106 II. Hæc concluſio ampliatur: Ut præſcriptione tanti temporis cujus incontrarium non extat memoria, præſcribatur etiam contra ſupremam Principis poteſtatem, ita nimirum, ut præſcribens, nemini ſubſit.

Br. l. hoſtes. num. 16. ff. capt. Br. l. acta. §. de amplianda. n. 1. ff. re judic. Br. l. ex quibusdam. n. 2. ff. jur. fiſc. Abb. c. cum veniſſent. n. 6. x. judic. Abb. c. cum contingat. n. 10. cum ſeq. x. for. comp. Abb. c. cum te. n. 19. x. ſent. & re judic. Abb. c. fin. n. 1. x. præſcript. Felin. c. cum nobis. n. 3. x. eod. Caccialupus L Imperium. n. 37. & 38. ubi communem dicit. ibi Sapia n. 29. ſimiliter communem exclamans Vallaſcus. n. 125. ubi ſimiliter communem eam eſſe, teſtis eſt. ff. jurisdict. om. jud. Crau. tr. antiquit. temp. p. 4. §. materia iſta. n. 73. ubi magis communem pronunciat Covarr. c. poſſeſſor. p. 2. §. 8. n. 4. Vaſq. ill. contr. cap. 78. n. 4 & 82. per tot. ubi hanc ipſam opinionem, optimis rationibus & fundamentis fulcit Alexand. conſ. 15. n. 4. lib. 5. conſ. 11. n. 9. vol. 7. Alb. Brunus conſ. 36. n. 4. per c. cum contingat. x. for. compet.

Licet multi in contrarium euntes, nôn deſint, qvos referunt.

Felin. Crau. & Vaſq. in loc. cit. & ultra ibi allegatos contrarium quoq; tenet Bl. c. noſtro h. n. 3. Jaſ. l. Imperium. n. 2. ff. jurisd. om. judic. Cotta in memor. verb. exemtus. el. 1. Gail. obſ. 21. num. 16. lib. 3. ubi Gvidon. Papa idipſum decidentem alleg per l. compereit. C. præſcript. longis. temp. 30. ann. c. cum non liceat. x. præſcripc.

107 Sed prior opinio, ut communior, ita qvoqve verior. Nec obſtat text. L. Comperit. C. præſcr. 30. vel 40. annor. Is enim procedit in privatis hominibus territorio carentibus, non verò in regibus, ducibus, principibus vel populis, territorium habentibus.

Textum c. non liceat qvòd attinet, facilè ejus obſtaculum removetur, ſi limitabis, eum non precedere, in immemorialis temporis præſcriptione, item loqvi duntaxat in ſpiritualibus. 108

Minìnè qvoqve obſtat ἀνακεφαλαίωσις illa, qvam Doctores conſiderant, reſpondetur enim, populum ſuperioritatem, ut loqvuntur, ſeu ſupremam poteſtatem, præſcriptione adeptum, jam non membrum eſſe, ſed ſui ipſius caput. 109

III. Hæc concluſio ampliatur: Ut in præſcriptione regaliorum illius temporis, cujus in contrarium non extat memoria, minimè qvoqve ſcientia Principis, vel vicem ejus tenentium ſit neceſſaria. 110

Crau. tr antiquit. temp. p. 4. §. 1 num. 14. ubi plures in id. allegat. nonnihil tamen communi opinioni reluctatus Crau. conſil. 54. num. 8. ubi Bl. idipſum tenentem allegat. Burſat. cons. 160. n. 61. qui idipſum Lambertengo placuiſſe, teſtis eſt.

In præſcriptione enim ejus temporis, cujus in contrarium memoria non extat, illius, contra qvem præſcribitur, ſcientiam non deſiderari, magis freqventer Doctoribus placuit. *Ut videre eſt ex eodem Anton. Gabr. Rom. d. concl. 1. n. 61.* 111

Hæc concluſio limitatur: Ut non procedat, ſi præſcribantur regalia adverſus privatos, tunc enim temporis longævitas non reqviritur, ſed qvadraginta annorum curſus ſatis erit. 112

Crau. d. cons. 54. n. 8. per gl. auth. quas actiones. verb. excluduntur. in fine. ibi Br. & Jaſ. n. 41. & dd. C. ſacros. eccleſ. per l. licitatio. §. fin. ff. public. & vectigal.

CAPUT VI.

Qvomodo amittantur Regalia.

1. *Regalia poſſunt per principem revocari.*
2. *Regalia poſſunt revocari abſq; cauſa, & cauſa legitima dicitur, qvod ita vult princeps.*
3. *Privilegium ſeu conceſſio per principem gratuitò facta, ex ſola ejus voluntate revocatur.*
4. *Regalia revocantur, etiamſi recipiens pro eis ſolviſſet pecuniam.*
5. *Principis contractus, irrevocabiliter ſervari debet.*
6. *Pro regalibus æqvivalens non ſolvitur precium.*
7. *Regalia ob benemerita conceſſa, ſunt irrevocabilia.*
   Conceſſio ob benemerita, fit ex cauſa onerosa, & eſt irrevocabilis ibid.
8. *Donatio ſimplex, ex ingratitudine adverſus donatorem revocatur.*
9. *Donatio remuneratoria, ob ingratitudinem non irritatur.*

 10. *Re-*

10. Regalia ob merita concessa, non revocantur, respectu qvoq; illius, in qvo merita superant.
Donatio remuneratoria revocabilis est, in eo, qvod ultra merita donatum est, ibid.
11. Declaratur, num. seq.
12. Regalia præscriptione qvæsita, absqve causa à Principe minimè revocantur.
13. Qvem non honoro, gravare non debeo, ibid.
14. Auferre non debeo ab eo aliqvid, cui nihil dedi.
15. Præscriptione adeptâ, firmiora sunt, qvàm qvæ Principis privilegio & concessione qvæsivimus.
16. Regalia in conseqventiam feudi concessa, non nisi ex causis, ex qvibus feudum amittitur, revocantur. Accessorium sui principalis naturam seqvitur, ibid.
17. Regalia civitati vel populo concessa, concidunt, si civitas aratrum passa est.
Civitas aratrum passa, pro civiliter mortua habetur.
18. Civitas civiliter mortua censetur, si ejus habitatores aufugiunt, & eam vacuam relinqvunt, & eo ipso regalia perdit.
19. Civitas, à civibus suis deserta, ita demùm regalia amittit, si cives in universas oras dispergantur, aliud est, si congregati manentes, novam sibi sedem elegerint.
20. Civitas aratrum passa, restaurata, nihilo magis regaliorum jus, nisi ad id expressim per Principem restituatur, habet.
21. Civitas qvæ hostium vi evertitur, soloq; æqvatur, regalia retinet.
22. Status Imperii amittunt regalia sententia Banni.
23. Status Ecclesiastici qvoq; regalibus proscripti, exuuntur.
24. Regalia auferuntur ab eo, qvi ob contumaciam proscribitur.
25. Regalibus, etiam per immemoriale tempus præscriptis, Princeps, adversus qvem præscribuntur, non privatur, licet præscribenti acqvirantur.
26. Præscribens adversus superioritatem Principis, eum regalibus privat.
27. Princeps regalibus non privatur, etiamsi aliqvantulum justitiam læserit.
28. Cessante causâ, cessat effectus.
29. Effectus non cessat, qvamdiu reliqviæ aliqvæ causæ ejus supersunt.
30. Princeps superiorem recognoscens, si legitimo principatu abutitur, per superiorem primò, ut moderatiorem se subditis exhibeat, admoneri, deinde verò, si ut cœperit, perrexerit, jure principatu privari potest.
31. Princeps ignaviâ planè obtorpescens regno privari potest, conseqventerq; regalia amittit.
22. VVenceslaus Imperator, ab Imperii Septemviris Imperio deturbatur.
33. Childericus, Gallorum Rex ignavus, à Pipino spoliatus, in Monasterium detruditur.

1 Circa sextum caput concludo. I. regalia amitti revocatione principis, qvi ea indulserat.

Br. l. hostes. num. 4. ff. capt. & postl. revers. Cotta in memor. verb. exemtus. el. 1. Boss. tr. regal. n. 27. Rol. à Valle cons. 66. n. 8. vol. 2. per text. l. si quis in principio testamenti. ff. leg. 3. l. qui fundos. C. om. ag. desert. lib. 11.

2 Hæc conclusio ampliatur primò: Ut princeps etiam absq; causa concessionem regaliorum à se factam revocare possit, utqve hoc casu sufficiens revocationis causa vel ipsa sit, qvod princeps concesserit.

Angel. l. Antiochensium. ff. privileg. credit. Rol. à Valle cons. 13. num. 4. vol. 3. ubi hoc. Jas. Curt. Jun. idem consulendo tenuisse refert.

3 Id enim longè receptissimum est: qvod privilegium seu concessio, facta à Principe gratuitò, sola ejus voluntate, haud consentiente privilegiato revocari possit.

c. clericis. in fin. de immun. eccles. lib. 6. c. alma mater. de sentent. excom. lib. 6. gl. fin. c. decet. de R. I. eod. lib. Bl. l. qui se patris. n. 33. C. bon. poss. un. lib. Zasius l. Princeps. n. 16. ff. ll. Caccialup. l. omnes populi. num. 107. ff. just. & jur. Affl. decis. 128. num. 10. Cardin. Paris. cons. 2. n. 120. vol. 4. Rol. à Valle d. cons. 13. n. 3. vol. 3.

II. Hæc conclusio ampliatur: Vt procedat, etiamsi pro regaliorum impetratione, numerata esset pecunia. Nam nihilò minus esset concessio revocabilis. 4

Roman. sing. 458. Cotta in memor. d. verb. exemtus. el. 1. per text. quem dicũt aureum. L. Titius puerum. ff. obseq. à lib. præst.

Neqve verò obstat, qvod princeps accipiendo pecuniam, contrahere cum illo, cui regalia concedit, videatur, conseqventerqve concessio debeat esse irrevocabilis. 5

Per trad. Matth. de Affl. d. decis. 128. n. 10. & infra suo loco tradetur.

Illud enim in aliis privilegiis & concessionibus verum esse, fateor, non verò in regaliorum impetratione, his enim nulla pecunia respondere compararíq; potest, sed, etiamsi pecunia data sit, simplex nihilominùs erit privilegium, & non contractus, qvandoqvidem regalia precio nummario æstimari neqveant, 6

Ut supra ex Tiber. Decian. adduximus. fac. l. 1. §. est quidem. ff. var. & extraord. cogn.

Hæc

7 Hæc conclusio fallit primò: in regaliorum concessione factâ ob benemerita, ea enim est irrevocabilis. Tum, qvia generaliter cautum & à Doctoribus traditum est: Concessionem ob merita factam, & ex causa onerosa fieri & irrevocabilem esse.

Bl. l. si cum mihi n. 1. ff. dolo. Felin. c. novit. n. 12. x. judic. Bl. c. 1. §. ult. n. 2. de his qui feud. dar. poss. Ripa l. si unquam. n. 29. C. *revoc. donat. Anton. Gabr. Rom. tr. regul. lib. 3. tit. jur. quæs. non toll. conclus. 6. n. 6. & 7. Cardin. Paris. cons. 2. n. 127. vol. 4. Rol. à Valle cons 76. num. 13. vol. 2. cons. 13. n. 21. vol. 3. Fr. Bursat. cons. 160. n. 32. vol. 2. ubi Soc. Ruin. Rom. Cels. Nattam Roder. Soarez. Mandos. Barbat. & Menoch. in id. citat. Bursat. consil. 16. n. 56. vol. 1. ubi Grammat. Festas. Nicol. Moron. præter antè citatos adducit.*

8 Tùm: qvia insimili jure decisum est: Etsi donatio simplex revocari ex causâ possit.

L. fin. ibi Br. Bl. Sal. & Dd. C. *revoc. donat. c. fin. ibi gl. Innoc. Ant. de Butr. Panorm. n. 1. & 2. & dd. x. donat. Bl. l. si cum mihi. n. 2. ff. dolo. Paul. de Castr. Rubr. num. 1. ibi Sichard. n. 4. 5. & 6.* C. *inoff. donat. Jas. l. ex hoc jure. n. 54. ff. just. & jur. Pract. Pap. in for. lib. pro donat. verb. irrevocabiliter. n. 1. Hipp. de Mars. l. un. num. 81.* C. *rapt. virg. Curt. tr. feud. 4. p. p. n. 59. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 4. n. 14. Lup. Rubr. §. 50. n. 6. x. donat. int. vir. & uxor. Exea tr. pact. n. 248. Covarr. var. resolut. lib. 1. c. 11. num. 8. Carol. Molin. in consvet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 136. Jul. Clar. recept. sentent. §. donatio. qu. 21. n. 1. Eman. Soar. com. opin. lit. D. n. 261. Ascan. Clem. tract. pat. pot. c. 5. n. 68. Menoch. tr. remed. poss. re cup. rem. 9. n. 121. Mozzius tr. contr. tt. donat. Rubr. quom. annull. donat. num. 1. cum seqq. Rol. à Valle consil. 5. n. 13. vol. 1. cons. 77. n. 10. eod. vol.*

9 Secus tamen esse in donatione remuneratoriâ. Illa enim, nec ob ingratitudinem qvidem sit irrita.

L. Aquilius. ibi Joh. de Im. n. 2. & l. penult. ibi Imola. & Paul. Castr. num. 2. ff. donat. l. cum post. divortium. §. Patrona. ff. jur. dot. gl. fin. verb. inveniatur. C. *revoc. donat. Bl. tr. pact. num. 65. Roman. l. si vero. §. de viro. n. 260. ff. sol. matr. Bertach. in suo repert. verb. donatio. el. 3. vers. 1. & vers. 12. & verb. donatio. el. 13. vers. 17. Roman. sing. 514. Ripa l. fin. n. 150.* C. *revoc. donat. Ripa l. si unquam. n. 29. ibi Tiraq. verb. donat. largit. n. 13.* C. *eod. tit. Nicol. Milius in suo repert. lit. D. n. 32. in fin. Cotta in memor. verb. donatio. el. 4. Cagn. l. donari. n. 4. ff R. I. Alc. l. creditores. n. 13. ff. verb. sign. Fortun. Garc. l. 1. §. jus naturale. num. 62. ff. just. & jur. Coras. l. frater à fratre. n. 33. ff. cond. indeb. Peckius tr. testam. conjug. lib. 3. c. 16. n. 2. Thom. Grammat. decis. 65. n. 24. Ant. Capyc. decis. 121. n. 15. Boer. decis. 27. n. 2. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 79. ubi communem dicit. Jul. Clar. d. donatio. qu. 21. n. 4. ubi & is communem ait Eman. Soar. com. opin. lit. D. n. 234. Vasq. de success. resolut. §. 5. n. 4. ubi hanc veram & communem opinionem esse, attestatur Mozz. d. Rubr. quom. ann. donat. n. 64. ubi similiter communem dicit Alex. cons. 40. n. 16. vol. 4. cons. 43. & cons. 78. n. 6. eod. volum. Panorm. cons. 3. q. 26. vers. præterea. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 25. num. 34. vol. 1. Fr. Bursat. cons. 31. n. 3. & 4. vol. 1. ubi & is communem affirmat Cephal. cons. 463. n. 18. vol. 4.*

Et hoc usqve adeò verum est, ut conces- 10
sio regaliorum ob merita facta, etiamsi ei merita non correspondérint, in eô etiam, in qvô merita superat, sit irrevocabilis & à Principè minimè irritanda. Qvod enim dicitur, donationem remuneratoriam, qvatenus merita donationi adæqvari possunt, irrevocabilem esse, aliud verò esse qvoad id, qvod ultra merita donatum est, uti declarant.

Ripa l. si unquam. n. 30. & 31. ibi Tiraq. verb. donat. largitus. n. 79. ubi plures refert. C. *revoc. donat. Br. l. si quis pro eo. §. 1. in fin. ff. fidejuss. Bl. l. illud. n. 13.* C. *sacras. eccles. Ripa l. fœminæ. n. 43.* C. *ser. nupt. Rubens L. Titia Seio. §. Imperator. n. 128. ff. leg. 2. Coras. d. l. frater à fratre. n. 51. ff. condict. indeb. Petr. Benint. decis. 97. n. 8. Joseph. Ludov. decis. 66. num. 20. p. 2. Mascard. tr. probat. conclus. 186. n. 2. vol. 1. ubi Cephal. Mant. Natt. Jas. Rol. à Valle in id. citat.*

Obtinet in illis terminis, in qvibus Dd. 11
modô allegati, additis etiam reliqvis, loqvuntur, nempe, qvando actus celebratur inter personas suspectas, vel aliàs de jure prohibitas, puta, inter patrem & filium, qvi in sacris paternis est, inter maritum & uxorem, qvibus, nisi ob merita donare denegatur, & si qvæ fuerint aliæ. Item respectu insinuationis aliarumq; de jure reqvisitarum solen-

solennitatum, qvibus simplex donatio indiget. In qvibus nos terminis non versamur. Si enim princeps regalia subdito, vel alii non subdito concedit, nulla extat juris prohibitio, fieri idipsum, etiamsi remunerationis causa non fiat, vetans, Regalia item, etiamsi, à meritis non proficiscantur & qvingentos solidos (si tamen æstimari possent) excesserint, insinuatione nihilò magis indiget eorundem concessio. Unde à diversis separatisq; perperàm fiet illatio.

L. fin. ff. calumniat. cum simil. vulgar.

12 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat respectu regaliorum, qvæ non principis privilegio seu concessione, sed præscriptione temporis immemorialis sunt acqvisita. His enim per principem, causâ legitimâ non intercedente, præscribens non destituitur, uti hoc in specie decidit.

Casp. Vallasc. l. Imperium. n. 132. ff. jurisdict. om. jud.

13 Tum: qvia, qvem non honoro, nec gravare qvoqve debeo.

L. ab eo. ibi Cyn. Brun. Bl. Sal. Castr. Jas. Sichard. & Dd. C. fideicomm. L. filiusfam. §. apud Marcellum. ff. leg. 1. L. Imperator. §. cum quidam. ff. leg. 2. l. 1. §. sciendum. ff. leg. 3. §. 1. Instit. sing. reb. per fideicomm. relict. Mar. Socin. l. cum filiofamilias. n. 35. ibi Ripa n. 13. Anton. Baver. n. 39. ff. leg. 1. Ripa l. ex facto in pr. n. 38. ff. ad S. C. Trebell. Lancell. Polit. tr. comp. subst. num. 32. Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 54. Mantic. tr. conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 31.

14 Tum: qvia recipiendum non est, ut, cui nihil dederim, ab eô qvoqve, qvod aliàs habet, auferam. *L. sed & si sic. in fin. ff. leg. 3.*

15 Tùm, qvia ea, qvæ præscriptione acqvisita sunt, firmiora sunt, præsertim, qvoad revocationem, qvam qvæ Principis privilegio & concessione adipiscimur.

Vallascus d. l. imperium. n. 132. ff. jurisd. om. jud. l. ejus militis. §. militia missus. ff. milit. testam.

16 III. Hæc conclusio fallit: In regalibus, in conseqventiam feudi concessis. Hæc enim, non nisi ex illis causis, ex qvibus feudum amittitur, revocari possunt. Cum accessorium suum principale seqvatur.

c. accessorium. de R. l. lib. 6. l. fin. C. non num. pec. l. fin. ff. constitut. pecun. l. cum principalis. ff. R. l. L. Lucius. ff. qui pot. in pig. hab. L. Aurelius. §. legatum. ff. liber. leg. l. fin. C. per quas pers. nobis acquir. l. eas. C. usur. l. si stipulatus. ff. eod. Clem. 2. de præbend. Ludov. Rom. l. si verò. §. de viro. num. 174. ff. sol. matr. Bertach. in repert. lit. A. verb. accessorium. Jas. l. ex testamento. C. fideicomm. Cœp. caut. 131. n. 2. Hipp. de Mars. sing. 17. Cotta in membr. verb. apices. Crau. tract. indem. mulier. num. 5. Strach. tr. adject. rubr. de his quæ in pers. adject. design. seu conf. poss. n. 21. Tiraq. tr. in constit. poss. p. 3. limit. 7. n. 40. Mascard. tr. probat. conclus. 14. n. 3. Dilect. tr. artic. test. trit. 6. caut. 47. num. 1. Hipp. de Mars. rubr. n. 67. ff. fidejuss. Butigella l. 4. §. Cato. num. 48. ff. verb. obl. Alciat. l. 1. §. sed si mihi. n. 14. ff. eod. tit. Igneus. l. necessarios. §. non aliàs. p. 1. n. 443. ff. ad S. C. Syllan. Anton. de Petrucia. l. 1. num. 256. ff. jurejur. Carol. Ruin. l. hoc edicto. §. nunciatio. n. 95. ff. op. no. nunc. Joh. Hanib. l. nemo potest. n. 384. ff. leg. 1. Petr. Stella l. si creditores. n. 43. C. pact. Hipp. de Mars. cons. 125. n. 28. & n. 35. cons. 25. n. 16. cons. 45. n. 52. Tiber. Decian. cons. 45. n. 2. vol. 2. cons. 13. num. 50. eod. volum. cons. 1. n. 238. vol. 1. Rol. à Valle cons. 45. num. 29. vol. 1. Cephal. cons. 382. num. 3. vol. 3. cons. 630. n. 40. vol. 5.

Secundò concludo: Regalia civitati vel populo, certam civitatem habitanti concessa, vel præscriptione acqvisita, si civitas ista aratrum passa sit, perdi. Civitas enim aratrum passa, civitas esse desinit & pro mortua judicatur. 17

arg. l. si usufr. ff. quemadm. usufr. amitt. l. in singulos. ibi gl. Br. num. 1. & d. ff. ann. leg. Speculat. tt. instr. edit. §. nunc autem videndum. num. 10. Br. l. ejus qui. §. Celsus. num. 4. ff. ad municip. Br. l. hereditatum. in pr. n. 1. ibi Alex. de Imol. num. 8. ff. ad l. Falcid. Bl. auth. habita. n. 12. C. ne fil. pro patr. Bl. in 1. Const. ff. vet. §. hac autem. lect. 1. n. 13. Bl. tr. pac. Const. verb. imperialis clementiæ. n. 8. Bl. l. si grege. n. 1. ibi Joh. de Imola n. 2. ff. leg. 1. Mart. Laud. tr. principe. conclus. 102. Bertach. in repert. verb. civitas. vers. 3. Rayner. de forliu. l. omnes populi. num. 8. ff. just. & jur. Gomez. var. resolut. lib. 3. cap. 1. n. 53. Thom. Grammat. decis. 46. num. 10. Jul. Clar. pract. crimin. §. fin. qu. 16. n. 9.

Hæc conclusio ampliatur primò: Ut procedat etiam eo casu, qvando cives omnes urbe relicta aufugiunt, eamqve civibus 18

vacuam

vacuam relinqvunt, nam & tunc civiliter est mortua.

Gloss. d. l. si usussr. ff. quemadm. ususfr. amitt. Br. d. l. ejus qui. §. Celsus. n. 4. ff. ad municip. Brun. dd. l. in singulos. n. 1. ff. ann. leg. Rayner. d. l. omnes populi. num. 8. ff. just. & jur.

19 Hoc ita, si cives dispergantur & vagabundi, qviqve, qvo fata trahunt, seqvantur: alio utimur jure, si cives oppidum, qvod prius in habitârant, reliqventes, congregati tamen manentes, novam sibi sedem eligant. Tunc enim regalia omniaqve alia privilegia retinent.

Gl. d. l. si ususfr. ff. quemadm. ususfr. amitt. Innoc. c. Abbate. in fine. x. ver. significat. Br. d. §. Celsus. n. 4. arg. l. hoc jure. §. si aquam. ff. aq. quot. & æst. c. quia diligentia. x. elect. l. quod in rerum. §. fin. ff. leg. 1.

20 II. Ampliatur: Ut procedat, etiamsi civitas vel opidum aratro subactum, denuò refectum sit. Nam nihilomagis regalia perdita recuperat, nisi expressim ad ea, vel per principem restituatur, vel præscriptione in id definita, sibi reparet,

Bl. in sua Margar. verb. Civitas. Abb. c. Abbate. n. 16. x. verb. signif. Bertach. in repert. verb. civitas. n. 60. vers. 6. Affl. c. 1. §. & iterum. num. 18. de capitul. Corrad. per l. pater. §. Tusculanus. ff. leg. 3. l. inter stipulantem. §. sacram. vers. & navis. ff. verb. obl.

Licet contrarium teneat. *Sfort. Odd. tr. rest. in int. qu. 68. n. 29. & 30.*

21 Limitatur autem hæc conclusio: Ut non procedat, si qva urbs aratrum, vi hostium passa sit, tunc enim ei regalia sarta tecta remanent. Qvæ enim diximus, vera sunt, intercedente superioris autoritate & condemnatione legitima.

Innocent. c. cum ex injuncto. n. 2. per ill. text. ibi Abb. num. 5. x. no. op. nunc. Bl. marg. d. verb. civitas. Felin. c. cum dilecta. n. 21. x. rescr. Jas. l. inter stipulantem. §. sacrament. num. 30. ff. verb. obligat. gloss. c. privilegium. de R. I. lib. 6. gloss. c. statutum. verb. collegiatas de elect. lib. 6. arg. c. placuit de consecrat. distinct. 1.

22 Tertiò concludo: Principes reliqvosqve Imperii status, per Banni sententiam, ritè recteqve latam, regalibus privari.

Gail. in libris de pac. pub. per discursum, & inprimis. lib. 2. cap. 1. num. 21. & c. 9. n. 10. Zoanett. lib. 2. n. 204. B. pact. int. emt. & vendit.

Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat non tantùm in principibus statibusqve Imperii secularibus, verum etiam qvoad principes Imperiiqve status ecclesiasticos, imperio immediatè subjectos. Namqve & hi omnes, Banni sententia, regalibus, qvæ ab imperio tenent, destituuntur, privantur & spoliantur. 23

Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 1. n. 13. & lib. 2. c. 4. num. 21.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiam in proscriptionis sententia ob contumatiam. Nam & ea qvoqve ad regaliorum privationem porrigitur. 24

Gail. dd. lib. 2. de pac. pub. c. 5. n. 12.

IV. Concludo: Præscriptione regaliorum, tempore ligitimè factà, à Principe supremo, adversus qvem præscripta sunt regalia, minimè auferri, sed præscribenti qvidem acqviri, ita tamen, ut major eorum potestas penes principem supremum remaneat. 25

Ut s. in fin. 1. Conclus. 5 cap. annotavimus.

Qvæ conclusio fallit: Si præscribatur adversus superioritatem (ut dicunt) Principis, qvâ populus, vel præscribens alius, in naturalem seu primævam libertatem collocatur. Is enim populus sibi ipsi caput est, nec qvicqvam cum principe commune habet. 26

Uti diximus in c. praced.

V. Concludo: Principem, jus justitiamqve, uti decuerat, semper constanterq; non administrando, regalibus tamen illicò exui ob id non posse. 27

arg. §. 1. jun. ibi addit. ult. ad gloss. 1. & Syl. Aldobr. Inst. just. & jur.

Nec obstat supra in regaliorum definitione, causam finalem, ut jus justitiaq; subditis administraretur, regaliorum, à nobis recensitam. Unde conseqvens erat, Principem justitiæ gnaviter non inserviendo, regalibus privari posse, qvandoqvidem regula tristissima sit, lippis etiam atqve tonsoribus nota, causa finali cessante, effectui locum non esse. 28

L. 1. & l. dedi. in pr. ff. condict. ob caus. l. quod dictum. ff. pact. l. jura. §. si cum alio. ff. fidejuss. l. generaliter. C. Episcop. & Cler. Alex. l. fin. n. 2. ibi Hubert. Zuchard. n. 11. C. ed. D. Hed. toll. Hipp. de Marsi. rubr. n. 262. ff. fidejuss. Ripa l. 2. §. voluntatem. n. 21.

n.21. ff. sol. matrim. Ripa l.1. n.30. C. pact. Igneus auth. ex causa. n.174. C. lib. præter. Johan. Hanib. rubr. n.39. ff. sol. matr. Ludov. Burges. l. si se subjiciant. n.10. ff. judic. Rubeus l. non solum. §. morte. n.139. ff. op. no. nunc. Joh. Hanib. l. naturaliter. n.71. ff. usucap. Nevizan. Sylv. nupt. lib.1. num.205. Caball. tract. evict. §.3 num.87. Stracch. tract. mercat. part. 2. n. 26. Plot. tract. de in lit. jur. §.7. n.2. Gail. observ.85. num.3. lib.2.

29 Qvia nullus Princeps adeò malus esse potest, nisi planè Tyranni naturam induat, qvin aliqvando & utplurimum, juris justitiæq; normam seqvatur æqvitatisq; filum sectetur, unde succedit, prædictæ regulæ limitatio, causa nimirum qvamvis esset, effectum tamen haud qvaqvam detinere, donec reliqviæ aliqvæ causæ finalis perdurant atqve consistunt.

gl. c. decet. verb. decet de R. I. lib.6. Zuchard. d. l. fin. n. 22. C. ead. D. Hadr. toll. Tiraq. tr. cessant. caus. limit.16. n. 1. arg. l. 1. & 2. ff. rer. amot. l. unius. §. servus. ff. quæst. & l. servos. C. eod. tit.

30 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, si principatus in tyrannidem mutatus esset, qvâ subditi ut pecudes vivere cogerentur.

Vasq. post Isern. tr. ill. controv. c.1. n.8. per l.2. §. ex actis. ff. orig. jur.

Qvod si is Princeps, qvi jam in tyrannum evasit, inferior fuerit, & superiorem recognoverit, tunc per superiorem, sub comminatione regalibus illum privatum iri, nî à tyrannicis præsumtionibus & usurpationibus sibi temperârit, primò admoneri, siqve Principis admonitioni aures obturaverit, regalibus jure privari poterit.

Specul. tit. de denunciat. n.13. Bl. c. 1. §. publici latrones. n. 2. per ill. text. ibi Aluarott. §. quicunque. n.1. Affl. n.4. de pac. tenend. Bl. l.2. §. dominorum. num. 2. per ill. text. ff. his qui sunt sui vel al. jur. Castr. in auth. qui rem. n.3. ibi Jas. n.5. C. sacros. eccles. Alex. l. divortio. §. si fundum. num.3. ibi Curt. in add. ff. sol. matrim. Dominic. de S. Gemin. c. ad Apostolicæ. §. sed licet. n. 8. de sent. & re judic. lib.9. Curt. tr. feud. 6. p. p. num.2. Matth. de Affl. decis.265. num.72. ibi Thom. Gram. in addit.1 Boer. decis.55. n.6. & decis.304. n.7. Molin. in consvet. Paris. tit.1. §.30. n.166. Gail. lib.1. de pac. pub. c.2. n.22. Menoch. tr. remed. poss. recup. remed.10. n.86. arg. §. dominorum. Just. his qui sunt sui vel alien. jur. l.1. §. dispiciamus. ff. eodem tit. l. 1. C. emend. serv. l.3. C. locati.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si Princeps ignaviâ prorsus obtorpuerit & commissi sibi Imperii res, in utramqve aurem securè dormiens, prorsus neglexerit. Talem enim regno conseqventer & regalibus, jure carere, ejusqve Imperium alii magis ad id idoneo, concedi posse, Doctores nostri concludunt. 31

Paul. de Castr. repet. l. ex hoc jure. num. 18. ff. just. & jur. Vasq. ill. controv. cap.1. n.8. & 5. num.10. ubi Imol. Neviz. Purpur. & Loaz. in id. allegat. per l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cujusq. univers. nom.

Exemplo esse possunt Wenceslaus Imperator, qvi ab imperii septemviris, Romano, Bopardiæ imperio est deturbatus, de qvo præter alios 32

Munster. in sua Cosmograph. lib.3. in Catalog. Germ. Imper. & ex nostratibus. Mynsing. cons.19. n.6.

Idem Childericus Rex Gallorum, à Pipino regno exutus, in monasterium detrusus, cujus ultrà pleraqve historiarum monumenta, fit qvoqve mentio. *In scriptis illis titulo de postremis motibus Galliæ anno superiore divulgatis.* Nunc, qvod feliciter cedat, nostri erit propositi, venationis materiam per tractare. 33

§. VENA-

§. VENATIO.

1. Partitio. §. Venatio.

UTi, dum Rubricam capituli nostri auspicari exordiebamur polliciti sumus. Rubricæ explicationi de Venationibus doctrinam connectere: Ita id nobis reipsa explere, individuæ Trinitatis postulato suffragio, nunc cordi est. Conficietur audem idipsum seqventi methodo. Videbimus enim.

1. *Venatio an sit regalibus connumeranda.*
2. *Quid sit Venatio.*
3. *Quotuplex.*
4. *Cui permissa.*
5. *Quando permissa.*
6. *Ubi venatum exercere liceat.*
7. *An, si in Sylva mea alius venandi jus habeat, possim arbores complures simul & semel exscindere?*
8. *Glandis legendæ jus in Sylva, quæ Venationem debet cujus sit, an ejus, qui Venationis jura possidet, an Domini, cujus Sylva est propria.*

CAPUT I.

Venatio an sit regalibus computanda.

1. *Verba legis ubi deficiunt, ipsa qvoqve deficit dispositio.*
2. *Casus omissus in dispositione juris communis remanet.*
3. *Lex, qvæ non dicit, nec nobis dicenda.*
4. *Ea, qvæ notabiliter fieri debent, nisi expresse ponuntur, consultò qvasi omissa videntur.*
5. *Si id, qvod minus videtur inesse, inest, multò magis id, qvod magis est, inerit.*
6. *Expressum, non id tantùm dicitur, qvod verbis expressum est, sed & id, qvod ex mente legis seu verborum ejusdem infertur atqve colligitur.*
7. *Lex, majus dubium decidens, minus dubium decisum velle, ambigi non oportet.*
8. *Opinio, qvam adjuvat consvetudo, reliqvis omnibus præferenda.*

1 SUbsistendum ideò videbatur, qvorsum referenda esset Venatio, qvia Imperator in textu nostro omnes regaliorum species enumerare sibi proponens, nullam tamen Venationis mentionem facit. Unde conseqvens erat, Venationes regaliorum albo haud insculpendas, cum juris clari sit. Tùm, qvod, ubi deficiunt legis verba, ipsa qvoqve deficiat dispositio.

L. quod constitututum. ff. test. milit. l. ita autem. in pr. ff. ad min. tut. l. 4. §. toties. ff. dam. inf. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elect. lib. 6. Bl. l. illam. num. 1. C. collat. Angel. l. qui se patris. num. 39. C. un. lib. Hippol. de Marsf. l. qui falsam. n. 66. ff. ad l. Corn. de fals. Crott. l. 1. §. si quis simpliciter. n. 16. verb. obl. Cæsar. Contard. l. diffamari. c. 4. n. 152. C. ingen. manum. Zoanett. l. 2. n. 49. C. pact. int. emt. & vendit. Thom. Ferrat. caut. 9. n. 4. Tiraq. ut retr. p. 1. §. 2. gl. 1. n. 15. Tiraq. rep. l. si unquam. verbo libertis. num. 2. C. revoc. donat. ubi complurimos alios in id congessit. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 98. Menoch. tr. remed. poss. adip. remed. 4. n. 133. Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 13. n. 17. & lib. de pignorat. c. 14. n. 10.

2 Tùm, qvod casus omissus in dispositione juris communis, remanere debeat.

L. si extraneus. ibi Br. n. 1. Raph. Fulg. in pr. Jas. n. 1. & dd. ff. cond. caus. dat. caus. non sec. l. Si cum dotem in pr. ff. mat. l. commodissimè. ibi Br. in pr. Alex. n. 2. Jas. n. 1. & dd. ff. lib. & posthum. c. susceptum. de rescr. lib. 6. Ferrat caut. 24. n. 2. Dil. tr. ar. test. tit. 5. caut. 5. n. 1. & caut. 25. n. 1. Affl. decis. 238. n. 1. Boer. in consvetud. Bitur. tt. præscript. §. 6. gloss. 2. ibi apost. Curt. tract. feud. 2. part. 3. p. p. n. 54. Everard. in top. in l. ab æquipoll. n. 13. Peckius tr. testam. conjug. lib. 4. c. 37. n. 1. & lib. 5. cap. 1. ante n. 1. c. 2. n. 2. & c. 20. num. 1. Mantic. tr. conject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. sub n. 5. Tiraq. tr. jur. primig. q. 40. n. 104. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 82. Hartman. Pistor. q. 3. n. 22. lib. 1. Raynerus de Forliu. l. omnes populi. n. 104. ff. just. & jur. Joh. Hanibal. l. naturaliter. n. 286. ff. usucap. Sapia l. 1. n. 61. ff. off. ejus cui mand. est jurisdict. Hanib. l. nemo potest. n. 254. ff. leg. 1. Crott. rubr. num. 36. ff. acquir. poss. Nevizan. Syl. nupt. lib. 1. n. 208. ad fin. Seraphin. de Seraphin. tr. privil. juram. privil. 73. n. 31. Hippolyt. de Mars. cons. 13. n. 14. cons. 30. n. 1. cons. 61. n. 2. cons. 101. n. 6.

Tùm, qvod ea, qvæ lex non dicit, nec nobis qvoqve dicenda sint. 3

L. illam

L. illam. §. de collatione. ibi Cyn. post pr. Br. n.1. Salyc. n.1. Alex. n.1. Jas. n.6. Dec. n.5. & dd. C. collat. L. fin. C. un. vi c. consuluisti. 2. qu. 5. c. inter corporalia. §. sed neque. x̄. translat. Episcop. c. illa. x̄. ne sed. vac. c. is. qui de sent. excom. lib. 4. Bl. tract. schismat. in pr. n. 3. Cæsar. Contard. L. un. notab. 1. num. 5. C. si de moment. poss. fur. appell. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 223. Hipp. de Mars. cons. 53. n. 33. Rol. à Valle cons. 45. n. 38. vol. 1. Tiber. Decian. Cons. 1. n. 149. & Cons. 62. n. 78. vol. 3.

4 Tùm, qvod ea, qvæ notabiliter fieri debent, nisi expresè ponantur, consultò qvasi omissa neglectaqve videantur.

Gloss. auth. qua in provincia. verb. excipitur. C. ubi de Crim. agi oport. Tiraq. ll. connub. gl. 7. n. 98. Pinelus L. 2. p. 1. c. 1. n. 3. C. resc. vendit. text. L. item apud Labeonem. ff. injur. cum aliis Doctorum autoritatibus superius allegatis.

5 Sed his, nîl qvicqvam obstantibus, in contrariam tamen eundum est sententiam. Textus enim noster hîc expresè piscationum meminit & inter regalia recenset. Jam verò nemo tantoperè rerum omnium ignarus est, qvi Venationem ferarum, nobiliorem præstantioremq; piscium piscationi esse, inficias ibit: Conseqvitur ergo, Venationem jus regale esse, textu nostro satis concinnè decidi posse. Si enim, qvod minùs videtur inesse, inest, multô magis & id, qvod magis videtur, inerit. *L. fin. ibi gl. verb. septuagenario.* C. *qui æt. lib. 10. L. 3.* C. *condict. indeb. L. si quando. testibus L. si non singuli.* C. *si cer. pet. auth. multò magis.* C. *sacros. Eccles. L. 1. §. sed consulto. ff. his quæ in test. delent. L. qui pignoris. ibi Joh. de Imola n. 1. ff. acquir. poss. L. 2. §. quædam. ibi gloss. verb. ut non sit. ff. interd. L. penult. ff. si quis caut. L. si adulterium cum incœstu. §. liberto. ff. ad L. Jul. de adult. §. filiusfamiliâs. vers. quis enim ibi Bl. n. 2. Instit. quib. mod. jus. pat. pot. sol. c. quæsta. 13. q. 2. c. cum in cunctis. in pr. ibi Abb. n. 5. & dd. x̄. elect. c. inter corporalia. in pr. ibi Anton. de But. notab. 4. x̄. translat. Episc. c. quemadmodum. vers. alioqui. x̄. jurejur. Abb. Venerabilem. num. 6. per ill. text. x̄. qui fil. sint legit. Jas. L. quæ de Legato. n. 4. ff. leg. 1. Jas. L. si quando. §. & generaliter in fine. C. inoff. testament. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n 223. vers. à majori.*

Nec obstant incontrarium adductæ rationes, qvia casum Venationis satis in textu nostro exprimi expresseqve poni, palàm est. Tum, qvia expressum in lege, non id tantum est, qvod verbis expressum est: Verum etiam, qvod ex mente legis seu verbis ipsius, infertur atq; colligitur, dicitur. 6

Br. l. prætor ait. in pr. n. 1. ibi Joh. de Imola n. 2. Alex. n. 1. Raph. Cuman. n. 5. Jas. n. 3. cum seqq. per ill. text. ff. op. no. nunc. Bl. l. ad probationem. lect. 1. num. 3. C. probat. Bl. l. fin. n. 10. C. his qui ant. ap. tab. Tiraq. ll. connub. gl. 7. n. 58. Aym. Crau. tract. ant. temp. p. 1. §. ampliatur. n. 38. Borg. Cavalc. tract. tut. & cur. n. 84. quam esse communem opinionem post Baptis. à Villabos, attestatur Eman. Soarez. in suis com. opin. lit. E. num. 133. Marius Salomon. L. Gallus in pr. vers. mihi nova. n. 22. ff. lib. & posth. Lancell. Galiaula. l. centurio. n. 401. ff. vulg. & pupil. Fr. Niconitius rubr. n. 52. C. edend. Cravetta l. cum filio. n. 7. & 9. ff. leg. 1. Tiber. Dec. cons. 34. n. 98. & 101. vol. 3. Cephal. cons. 342. n. 84. cons. 303. n. 47. vol. 3. per l. 1. §. sin autem. ibi Br. & L. quoties. §. 1. ff. hered. inst.

Tùm, qvia lex majus dubium (de piscatione puta) decidens, qvod minus dubium est, decisum velle, ambigendum non est. 7

Hieron. Laurentius L. in fideicommissariam. n. 59. ff. ad Trebell. per trad. Br. L. nec in ea. n. 2. ff. ad L. Jul. de adult. jun. L. non debet. ff. reg. jur.

Qvod si ex textu nostro Venationem inter regalia referri, elici non potuisset: dicendum, qvandoqvidem consvetudo totius Germaniæ hoc strictè observat, nihilò minus fuisset idipsum. Juris enim indubitati est, opinionem, qvæ consvetudinem receptam approbatamqve habet sociam, reliqvis omnibus missis seqvendam sectandamqve esse. 8

Bertach. in repert. verb. opinio. vers. 8. Jas. L. post dotem. n. 100 ff. sol. matrim. Alc. tr. præsumt. 30. n. 3. post Mathesilan. quem allegat. Octavius Simoncellus tr. decret. tit. 1. n. 68. ubi Dec. Roch. Curt. & Corac. idem tradentes refert, & esse communem opinionem attestatur Eman. Soarez. in suis com. opin. lit. O. n. 17. Abb. cons. 26. n. 5. lib. 2. Alex. cons. 19. n. 13. vol. 7. Tiber. Decian. cons. 44. n. 9. cons. 46. n. 130. & 133. & cons. 52. n. 1. vol. 2. per L. cum de interpretatione. ff. ll. c. cum dilect. x̄. consvetud.

CAPUT

CAPUT II.

Qvid sit Venatio.

1. *Definitio Venationis.*
2. *Venatio jus est reale, secundum aliqvos, qvorum opinio notatur.*
3. *Personalia cum Persona extingvuntur.*
4. *Venatio à re, Personæ debetur.*
Jus reale seu prædiale est, qvod à re rei, pro usu utilitateqve vicini prædii debetur.
5. *Fundi appellatione, totus etiam populus continetur.*
6. *Jus prædiale seu reale, consistere non potest, nisi in duobus prædiis, qvorum alterum dominans, alterum serviens erit, & confusione horum extingvitur.*
7. *Actio & passio, in uno eodemqve subjecto minimè insunt simul & uno respectu.*
8. *Res sua nemini servit.*
9. *Venatio est fructus jurisdictionis secundum Zoanettum, qvi similiter redarguitur.*
10. *Princeps arcem suam mercatori vel alii cuipiam vendens, ratione arcis venditæ, minimè venandi jus in eum transfert.*
Effectus absqve causa esse neqvit, ibid,
11. *Venatio in generali concessione vel alienatione non comprehenditur, cum sit jus regale, sed specialiter concedatur oportet.*
12. *Venatio est jus personale, merè & simpliciter.*
13. *Venatio, cum persona cujusqve, qvi venandi jus habet, extingvitur, sed heredi defuncto nova investitura redintegratur, illiq; novum venandi jus acqviritur.*
Ususfr. pro se & heredibus constitui potest, qvi novus in persona heredis exoritur ibid.
14. *Bestiæ appellatione, nisi aliud communi loqvendi usu introductum sit, feræ tantùm animalia veniunt.*
15. *Advocatus non opus habuisset falsis allegationibus uti ad probandum id, qvod asinus bestia non sit, de qvo advocato habetur apud Mathesilan.*
16. *Res nullius, cedunt occupanti.*
17. *Bestiæ in sylva principis ejus non sunt, sed tum demùm, cum capiuntur, ejus fiunt.*
18. *Feræ, vivariis inclusæ, uti aves in cavea, pisces in piscina sunt includentis, & capientis non fiunt.*
19. *Feræ, prius vivariis inclusæ, inde elapsæ pristinæqve laxitati restitutæ, cedunt occupanti.*
20. *Cervus cicuratus, qvi in pascua ire redireqve solet, qvamdiu revertendi animum retinet, occupanti non cedit.*
21. *Capricorni in Valesia cicurantur, ut domo exire redireqve soleant.*
22. *Sylvia apud Virg. justam qviritandi causam habuit cervo ejus domato, ab Ascanio sagittta confixo.*
23. *Cervum cicuratum vel aliud animal capiens, furtum committit.*
24. *Bestia cicurata, animum revertendi deposuisse tunc judicatur, cum viso domino aut familiaribus ejusdem, qvibus assveverat, eos fugit, vel qvæ diu in Sylvis, non tamen aberrans, hæsit.*
25. *Bestia an pristinæ sese laxitati receperit nec ne, judicis erit arbitrium.*
26. *Bestia à Titio vulnerata, à Sempronio verò capta, fit Sempronii.*
27. *Intellectus ad gl. L. naturalem. §. illud ff. acqvir. rer. dom.*
28. *Venatori, qvi bestiam vulneraverat. qvamdiu eam perseqvitur, ea eripi jure non potest.*
29. *Idem qvoqve juris est, Si canes ejusdem, bestiam vulneratam insectentur.*
30. *Bestia in rete vel laqveari alicujus capta, ei cedit, qvi è casse, vel laqveari dissolvit,*
31. *Lepus vel cuniculus ædes alicujus ingressi, si dum dominus ædium eos includere cupit, elabuntur, & à tertio includuntur, fiunt includentis.*
32. *Animal meum à lupis raptum aq; tuis canibus, lupo abactum, tuum non fit, sed mihi restituendum est.*
33. *Bestiam alicujus esse, apparet ex signis.*
34. *Cervus monili, falco sonaleis argenteis ornati, occupari non debent, sed si caperentur, & penes capientem morerentur, capiens in factum actione teneretur.*
35. *Cervus monili ornatus, pristinæ laxitati sese recepisse videtur, si ex annorum numero, monili insculpto appareat, multùm jam effluxisse temporis, cum torqves collo alligaretur atqve tunc capienti cervus cedet.*
36. *Bestia ut ex signis alicujus esse æstimari possit, oportet signa non esse naturalia, sed talia, qvæ hominis manum atqve operam deposcant.*
37. *Non probat hoc esse, qvod ab hoc contingit abesse.*
38. *Principes multum delectantur Venatu.*
39. *Alexander Magnus insignis Venator.*
40. *Heroës alii Venatores.*
41. *Alberti Imperatoris apophthegma.*
42. *Henricus I. Imperator, aucupis cognomen ex Venationis studio invenit.*
43. *Maximilianus I. Imperator, aliqvoties, dum venaretur, in vitæ discrimen adductus.*
44. *Venatio immodica non laudatur.*
45. *Commodum pecuniarum, proprium rusticorum & mercatorum, principibus autem & nobilibus res indignissima.*
46. *Venatio, typus veræ militiæ & rerum bellicarum.*
47. *Pelopidas ex Venatione, rerum bellicarum administrationem excogitavit.*
48. *Venatio animum acuit, corpusqve robustius efformat.*

1 Circa secundum caput concludo: Venationem esse jus personale, hodiè solis principibus & nobilibus concessum, qvo bestias, qvæ in dominio nullius sunt, cum canibus vel absqve canibus, in fundo proprio vel alieno, delectationis vel commodi gratia perseqvi & capere licet.

2 Genus hujus definitionis, jus personale est, de qvo genere maxima inter nostrates est controversia. Alii enim Venationem, ad servirutum realium speciem, crinibus qvasi trahere conantur, antesignano

Zasio singul. intell. lib. 1. *c.* 11. *per tot. Zasio in* §. *æquè.* 24. *Instit. action. Zasio cons.* 6. *col. fin. lib.* 2. *quem sequitur Gail. lib. de pignorat. observat. ult. n.* 7.

Pro qva opinione judicatum in Camera Imperiali. Attestatur idem *Gail. observ.* 66. *num.* 2. *lib.* 2.

3 Eô innixi fundamentô, qvod Venatio ad heredes transmittitur, qvæ tamen, si personale esset jus seu servitus, unà cum persona extingveretur.

L. usus aquæ. ff. usu & hab. l. Lucius. ff. servit. rustic. præd. l. sicut in annos. §. *morte. l. si ususfruct. civitati. ff. quib. mod. ususfruct. amit. l. cum in fundo. in pr. ff. jur. dot. l. in omnibus causis. id observatur. & l. privilegia. ff. R. I. l. Stychus.* §. *Titia. ff. alim. leg. l. non solùm. la.* 2. 2. §. *tale. ff. liber. leg.* §. *finitur. ibi Bl. n.* 1. *Instit. ususfr. c. privilegium. de R. I. lib.* 6. *gloss. l. si quis binas. ff. ususfr. gloss. l.* 1. *ff. servit. Brun. l. Sempronius. n.* 1. *ff. usufruct. leg. Bl. l. un.* §. *exceptio. n.* 2. C. *ead. toll. Jas.* §. *æquè. n.* 9. *Inst. act. Cæpoll. tr. servit. urb. prædior. c.* 3. *n.* 1. *Bl. caut.* 8. *Dil. tr. ar. test. tit.* 6. *caut.* 43. *n.* 1. *& caut.* 57. *n.* 3. *Marian. Soc. l.* 4. §. *Cato. n.* 153. *ff. verb. obl. Bertach. in repert. verb. servitus perditur. vers.* 4. *Gomez. var. resolut. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 19. *Menoch. tr. remed. poss. retin. remed.* 6. *n.* 26. *Borgn. Cavalc. tr. usufr. mul. rel. n.* 81.

4 Sed hoc fundamentum eâ facilè evertitur ratione, si consideraverimus: Venationem non à re rei, sed personæ, illi etiam, qvæ in vicinia prædium nullum possidet, deberi. Igitur jus reale seu prædiale minimè erit. Cum jus reale seu prædiale illud sit, qvod à re rei, pro usu utilitateqve vicini prædii debetur.

L. quoties. la. 1. *in pr. ff. servit. l. ergò.* §. *nec haustum. ff. ser. rustic. præd. l.* 1. *ibi gloss. verb. non possunt. & Brun. ff. comm. præd. l. qui aliena.* §. *fin. ibi Br. n.* 1. *ff. neg. gest.* §. *ideo autem. Inst. servit. l. unus ex sociis. ff. servit. rustic. præd. Azo in sum. versic. & est hoc generale.* C. *servit. Br. lib.* 1. *n.* 2. *ff. eod. Br. l. ut Pomum. ibi Castr. n.* 1. 2. *&* 3. *Fulgos. num.* 1. *ff. eod. tit. Bl. l. ergò.* §. *Neratius n.* 1. 2. *&* 3. *ff. servit. rust. præd. Bl. l. qui filios. num.* 3. C. *quæ res. pig. obl. poss. Castr. l.* 2. *num.* 3. *ff. si ser. vend. Castr. rubr. num.* 1. *ibi Fulg. num.* 4. *ff. servit. Castr. l. si ædes.* §. *libertas. n.* 2. *ff. ser. urb. præd. Raphael Fulg. l. pecoris pascendi. n.* 2. *ff. servit. rustic. præd. Ang. Aret.* §. *inter rusticorum. n.* 2. *Instit. servitut. Cæpoll. tr. servit. urb. præd. c.* 2. *in pr. Jas. l. si domus.* §. *si fundus. num.* 22. *ff. leg.* 1. *Jas. l. hujusmodi.* §. *ædes. num.* 2. *ff. eod. tit. Jas. l. si prius. num.* 11. *ff. op. no. nunc. Boer. decis.* 212. *n.* 22. *Menoch. tract. remed. poss. ret. remed.* 6. *n.* 28.

Qvod obstaculum, multùm sibi obversari Zasius cernens, confitendo remotum iri, arbitratur: dicit enim, Venationem omni modo à re rei deberi, puta ex hoc nemore, sylva, arbusto, saliceto &c. Vicinæ villæ, civitati, monasterio, nobilium familiæ, &c. Imo fundi vocabulo totos populos, ex Cicerone pro M. Marcello (qvod tamen Cicero ibi, parcant mihi amplissimi viri manes, minimè dixit, sed pro L. Cornelio Balbo fundi Vocabulo in eâ significatione aliqvoties usus est) contineri, affert *Zasius in locis superius alleg.* 5

Sed Zasius dum elabi nititur, in pristinum Labyrinthum incidit, nec qvicqvam ad contrarii resolutionem rationes adductæ conducunt. Qvod enim dicitur, jus Venationis ex hoc nemore, villæ vicinæ deberi, non de villa ipsa, qvid enim ad Venatum ineptius? Sed de hominibus, villæ habitatoribus, intelligitur. Si igitur hominibus, & sic personæ debetur, qvî jus reale seu prædiale esse poterit?

Accedat qvoqve contra Zasium & asseclas, Venationem plerumqve illi deberi, cujus est territorium. Ergo jus prædiale non erit. Jus enim prædiale, duo reqvirit prædia, alterum dominans, alterum serviens, & per acqvisitionem amborum prædiorum (qvam confusionem nostri appellitant) extingvitur, adeò qvidem, ut interitu alterutrius prædii semel extinctû, minimè revi- 6

reviviſcat, ſed in perpetuum extinctum remaneat.

L. ſi quis ædes. ibi Br. Florian. Caſtr. num. 2. *& dd. ff. ſer. urb. præd. l. ſi cummuni. ibi Br. ff. ſer. ruſt. præd. l. Papinianus. ff. ſerpluribus.* §. 1. *ff. verb. oblig. Bertach. in repert. verb. ſervitus perditur. n.* 20. *verſ. ult. & n.* 30. *verſ.* 30. *Cap. tr. ſervit. urb. præd. c.* 24. *n.* 2.

7 Actio enim & paſſio, uni eidemq; ſubjecto ineſſe minimè poſſunt.

L. Uranius. verſic. ſed cum duo. ff. fidejuſſ. L. hominem. §. qui debitorem. ff. ſolut. L. debitor. ff. ſeparat. L. ſi uxor tua. ibi Bl. num. 1. *C. bon. aut. jud. poſſ. L. ſi quis. pro eo.* §. 1. *ff. fidejuſſ. gloſſ. magna. L. frater à fratre. ff. condict. indeb. Jaſ. L. debitori. n.* 4. *ibi Curt. num.* 2. *C. pact. Jaſ. L. hujusmodi. §. ædes. num.* 2. *ff. leg.* 1. *Johan. de Arnon. caut.* 70. *Jaſ. L. cum filiofam. n.* 16. *ff. leg.* 1. *And. ab Exea tr. pact. n.* 365. *Bertach. in repert. verb. actio. el.* 1. *num.* 7. *vers.* 8. *Carol. Molin. in conſvetud. Paris. tit.* 2. § 55. *gloſſ.* 3. *n.* 3. *Ripa reſp.* 86. *num.* 5. *Schurpff. int. cons. Bruni cons.* 141. *n.* 8. *Tib. Decian. cons.* 36. *n.* 38. *vol.* 1. *cons.* 45. *n.* 16. *cons.* 106. *n.* 3. *vol.* 2.

8 Nec res propria alicujus illi ſervire poteſt.

L. uti frui. ff. ſi uſusfr. pet. l. in re communi. ibi Caſt. n. 5. *ff. ſer. urb. præd. l. proprium. & l. quicquid. ff. com. præd. l. cum in fundo. ff. jur. dot. gloſſ. inſtit. uſusfruct. in pr. verb. alienis. Jaſ. d. l. hujusmodi. §. ædes. n.* 2. *ff. leg.* 1. *Cap. tr. ſervit. urb. præd. c.* 24. *num.* 1. *Affl. decis.* 361. *num.* 25. *Ludovic. Bologn. l. qui viam. n.* 49. *ff. op. no. nunc. Molinæus in conſvet. Paris. tit.* 2. §. 55. *gloſſ.* 3. *n.* 3. *Ronchegall. l. ſi id quod. num.* 5. *ff. duob. reis. Menoch. tr. remed. poſſ. retin. remed.* 6. *n.* 6.

9 Alii deinde mediam qvaſi viam eligentes, venationem ſervitutem realem eſſe, negârunt, ſed nec ſimpliciter jus perſonale eſſe, voluerunt. Qvapropter jus, ſeu fructum jurisdictionis cenſuerunt. Qvæ eſt opinio *Zoanetti lib.* 2. *num.* 204. *C. pact. int. emt. & vendit.*

10 Idqve ab effectu demonſtrare nititur: multis Germaniæ nobilibus, poſt bellum proteſtantium, Anno Chriſti 1547. aut ſopitum aut confectum, jurisdictionem inqvit, ob crimen læſæ majeſtatis, ereptam eſſe, qvos poſtea reſtitutos ſimpliciter, priùs tamen venandi jus non recuperâſſe, qvàm jurisdictionem recceperint. Item: Principem, vendendo arcem, qvam priùs inhabitârat, cuipiam mercatori, aliumqve locum, abjectum licet, ut domicilium conſtituendo, nullo modo tamen jus venandi, in mercatorem emtorem tranſtuliſſe. Rationem exiſtimat acutiſſimus Zoanettus eam, qvòd jurisdictio penes Principem remanſerit, unde mercatori emtori venationem comperere non poſſe, infert, ſiqvidem effectus absqve cauſa eſſe neqveat.

Marius Salomonius L. Gallus. §. quid ſi is. n. 23. *ff. lib. & poſth. arg. l. penult. ff. quæ res pig. oblig. poſſ. l. hujusmodi. ff. quand. dies leg. ced.*

Aſtlabitur doctiſſimus Zoanettus, non cauſam enim ut cauſam ponit. Etenim, qvod proſcriptus ab Imperio, deinde bannitorum albo exemtus, aq; principe in gratiam ſimpliciter receptus, Venatione non fruatur, item: qvod mercator à principe emens arcem, Venatum non adipiſcatur, non ea ratio cauſaqve eſt, qvod Venatio fructus ſit emolumentumq; jurisdictionis, ſed qvod Venatio jus perſonale regaliorum ſit, qvod absqve ſpeciali & nomine facta conceſſione, ſive absqve nova inveſtitura non conceditur. *Ut 5. circa Rubr. c.* 5. *abundantiſſimè oſtendimus.* 11

Ego itaqve apprimè conſideratis rationibus, pro utrâqve opinione militantibus, Venationem ſimpliciter jus perſonale eſſe, definiendam ſtatui. Nec obſtat, qvòd ad heredes ſit tranſitoria, cum tamen jus perſonale cum perſonâ diſpereat atqve evaneſcat: 12

Nam & venationem cum qvalibet perſona, qvæ jus Venationis habet, extingui dico, ſed deinde per novam inveſtituram cujusq; heredis perſona redintegrari affirmo, Exemplo ejus, qvòd de uſufructu pro ſe heredeq; ſuo ſtipulato jure cautum eſt, valere nempè ſtipulationem: Sed novum in perſona heredis uſumfructum, jure qvo utimur, oriri. 13

L. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ibi Brun. num. 1. *&* 3. *Caſtr. num.* 1. *Fulg. num.* 2. *Johan. de Imola n.* 16. *Alexand. n.* 1. *&* 5. *Jaſ. n.* 3. *& dd. verb. obl. Paul de Caſt. l. ambiguitates. n.* 3. *C. uſufruct. Fortun. Garc. l. Gallus. §. quidam rectè. n.* 64. *ibi Anton. Rub. n.* 133. *ff. lib. & poſth. Dil. tr. ar. teſt. tit.* 6. *caut.* 57. *n.* 4.

14 Dico bestias: Bestiæ enim appellatione propriè &, nisi communi loqvendi, usu aliud introductum sit, fera tantum animalia continentur.

l. 1. §. *bestias. ibi Br. in* §. *removet. n.* 1. *ff. postul. Bertach. in repert. verb. bestia. Jas. l.* 3. §. *Nerva. n.* 10. *ff. acquir. poss. Caccialup. L. omnes populi. n.* 243. *ff. just. & jur. Ferrat. caut.* 52. *n.* 3. *Joseph. Mascard. tr. probat. concl.* 190. *n.* 2.

15 Unde opus non fuisset advocato, Rubricam (qvæ non habetur) C. *asin. prob. est non hab. lib.* 12.

Montono judici allegare, falsisqve allegationibus uti, *de quo advocat. Mathes. sing.* 96. *& alii passim.*

16 Dico: qvæ in dominio nullius sunt, illæ enim tantum bestiæ, volucres piscesq; maris, qvæ antea nullius sunt, capientis fiunt: diversum est, si dominum habeant.

§. *feræ igitur bestiæ. ibi Bl. n.* 1. *Ang. num.* 1. *Joh. de Plat. n.* 1. *Porc. n.* 3. *& dd. Institut. rer. divis. l.* 1. *in fine cum* 2. *ll. seqq. ff. acquir. rer. dom. l.* 1. *in pr. ibi Jas. num.* 7. *ff. acquir. poss. l. usufructuarium. ff. usufruct. Azo in summa Institut. rer. divis. Luc. de Penna l. fin. quæst.* 23. C. *de quib. mun. nem. lic. se excus. lib.* 10. *Isern. cap.* 1. §. *nemo retia. num.* 31. *de pac. ten. Fortun. Garcias l.* 1. §. *jus naturale. n.* 29. *ff. just. & jur. Anton. Rubeus l. naturaliter.* §. *nihil commune. num.* 19. *ff. acquir. poss. Chassan. consvet. Burg. rubr.* 13. §. 1. *num.* 1. *vers. & primo, gloss. Latina art.* 61. Landrecht *lib.* 2. *Rol. à Valle consil.* 9. *num.* 22. *vol.* 2.

17 Nec obstat: qvod bestiæ plerumqve à principibus & nobilibus in sylvis nemoribusqve propriis capiantur. Non minus enim in dominio nullius sunt, & ab hora captivitatis capientis esse censentur.

Jas. l. 3. §. *Nerva. n.* 12. *per ill. text. ff. acquir. poss. Cujac. obs. lib.* 4. *cap.* 2. *text. d. l. usufructuarium. ff. usufr.*

18 Ex prædictis verbis taliter declaratis, infertur primò: Feras in Vivariis, aves in ornithone, pisces in piscina, captos, capientium non fieri, qvia in dominio alicujus sunt. *Gloss. German. vult. art.* 62. Landrecht *lib.* 2 *Boer. in consvet. Bitur. tt. consvet. præd.* §. 5. *Pirrh. in consvet. Aurelian. tit. de stagnis. c.* 1. *Cujac. d. lib.* 4. *observ. c.* 2. *d. l. usufructuarium.* §. *si in vivariis. ff. l.* 3. §. *item feras. ff. acquir. poss.*

II. Inde infertur: animalia prius vivariis inclusa, si inde elapsa fuerint, qvandoqvidem pristinæ laxitati restituta sunt, capienti cedere. 19

d. l. usufructuarium. §. *si in Vivariis. ff. usufruct. d.* §. *feræ. vers. quicquid. l.* 3. *ff. acquir. rer. dom. Hostiens. in summa. n.* 4. *x. rest. spoliat. Castr. l.* 3. §. *feras. num.* 1. *ff. acquir. poss. Chassan. d. rubr.* 13. §. 1. *num.* 1. *Vasq. in præfat. ill. coutrov. n.* 25. *Col. ejus num.* 4.

III. Conseqvitur: Cervum cicuratum, vel similem feram, qvæ in Sylvam ire rediréq; assvevit, qvamvis fera bestia sit, occupantis tamen non fieri, nisi priùs revertendi morem deposuerit. 20

§. *cervos. ibi dd. Inst. rer. divis. L. naturalem.* §. *cervos. ff. acquir. rer. dom. l.* 3. §. *item feras. ff. acquir. poss. Bl.* §. *pavonum. n.* 1. *Instit. rer. divis. Mascard. tr. probat. conclus.* 17. *num.* 2. *Host. in summa. n.* 4. *x. caus. possess.*

Et adhuc capricornos in Valesia, primæ ætatis captos, ab habitantibus cicurari, ut ex consvetudine pastum ire redireqve soleant, autor est *Munster. in sua Cosmograph. folio mihi* 349. 21

Proindeqve liqvet, justam qvititandi rogitandiqve causam apud *Virgil. lib.* 7. *Æneid.* habuisse Sylviam, qvod cervus ejus, qvi animum remeandi non deposuerat, ab Ascanio sagitta confixus esset, *quod ex nostris refert Mascard. d. conclus.* 157. *num.* 8. 22

Cæterùm ejuscemodi animalia capiens, nisi animum revertendi abjecerint, furtum committit. 23

l. si Pavonem. ff. furt. Gvido. Papæ. decis. 218. *n.* 1. *ibi Steph. Ranch. in addit.*

Pristinam autem libertatem animalia cicurata recepisse tunc videntur, cum visis domini, cujus erant, domesticis, fugerint, vel diu in sylvis latebrisqve, non tamen aberrantia, hæserint. 24

Johan. Fab. vers. revertendi. n. 1. *Instit. rer. divis. Ang.* §. *Pavonum. n* 4. *Instit. eod. tit. arg. l.* 2. §. *si tamen. ff. ad ed.*

Vel qvod verius, judicis id definiendum relinqvitur arbitrio, ut rectius censet *Aldobr. d. vers. quicquid Inst. rer. divis.* 25

IV. Hinc qvoqve deciditur: cum fera globulo tormentario icta, vel ense, vel venabulo vulnerata, adhuc vulnerantis non sit, rectè tertii, qvi ceperit, eam fieri. 26

§. *illud.*

§. *illud. ibi Bl. n.1. Joh. de Plat. n.29. & Ang. Institut. rer. divis. l. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin. Alvar. c.1. §. nemo retia. n.2. de pac. jur. fir. Cap. tr. servit. rust. præd. c.21. n.5.*

Licet contrarium deconsvetudine observari attestatur *gl. d. l. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin.*

27 Sed gl. ista, nihil nos remoratur, qvoniam de consvedutine qvadam locali, intelligenda videtur.

28 Verùm præcedentia ita demùm vera erunt, si venator, qvi vulneraverat bestiam, vulneratam non perseqvatur. Qvamdiu enim eam perseqvitur, è manibus perseqventis jure non eripitur. *d. §. illud. & d. l. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin.*

29 Idem qvoqve erit, si canes Venatoris, qvi Venabulo vel mucrone bestiam perstrinxerat, eam indagarentur, perinde enim erit, acsi ipse Venator prædam sectaretur. *Chassan. in consvet. Burg. rubr. 13. §. 7. gl. 1. n.9. arg. qui facit. de R. I. lib.6.*

30 V. Hinc qvoq; patet, qvid dicendum sit eô casu, qvando fera laqveari alicujus illaqveata, vel qvæ in foveam à certo homine effossam, inciderat, ab aliqvo prætereunte enodetur & auferatur. Dissolventis enim & auferentis, eò, qvia in nullius bonis est, erit.

L. in laqueum. ibi gloss. verb. meum. & Br. in pr. ff. acquir. rer. domin. Paulus de Castr. l.1. in pr. n. 18. ff. acquir. poss. Joh. de Plat. d. §. illud. num. 29. Inst. rer. divis. Alvar. d. c. 1. §. nemo retia. num. 2. de pac. tenend. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum venationibus. n.5. Capoll. tr. servit. rustic. præd. in consvet. Burg. rub. 13. §. 7. gl. 1. n.9.

31 VI. In tali qvoqve facti contingentia, qvid juris sit, hinc facilè enucleabitur: nempe, si lepus vel cuniculus ædes alicujus casu intrârit, cui, dum includere concupierat, elabitur & ab alio capitur. Fieri nimirum eum, qvoniam apprehensione opus est, capientis, non verò ejus, qvi includere concupiverat, ut rectè resolvit *Raphael Cumanus l.3. §. Nerva. n.3. ff. acquir. poss. per l.1. in pr. ff. eod. tit.*

32 Postremò ambigi non oportet, animal meum, qvod à lupo rapitur, cui canibus tuis robustis perseqvendo, prædam extorqves, tuum non fieri, sed mihi restituendum esse, in cujus puta dominio remanserit. *L. Pomponius. ff. acquir. rer. dom. Jacob. de S. Georg. d. verb. & cum Venationibus. n.6. Alvar. d. §. nemo retia. n.2. Capoll. d. c.21. n.6. Bertach. in repert. verb. animal.*

Cæterùm bestiam alicujus esse, ex signis apparebit. 33

Br. l. stigmato. num. 1. per ill. text. ibi Luc. de Penna verb. agnosci. C. Fabricens. lib. 11. Bl. c. causam. n. 2. x. probat. Bertach. in repert. verb. signum. vers. 9. Saison in consil. Turonens. tit. 5. art. 2. gl. 1. col. 2. Chassan. in consvet. Burg. rubr. 13. §. 1. num. 7. Affl. decis. 23. n. 3. Cacherr. decis. 40. n. 3. Neviz. Syl. nupt. lib. 2. n. 90. Straccb. tr. mercat. p 2. n. 72. & 73. Mascardus tract. probat. concl. 91. n. 2. & 3. & conclus. 157. num. 3. l. quod si neque. in fine. ff. peric. & com. rei vendit. c. displicet. versic. unde idem Salomon. 23. qu. 4. c. si judex. ibi Domin. de S. Gemin. §. idem esse. n. 3. de sent. excom. lib. 6.

Unde, si cervus monili, vel accipiter sonaleis argenteis ornati fuerint, qvoniam inde apparet, alicujus eos esse, occupantis non fient, imò, si apud occupantem morerentur in factum actione teneretur. 34

Br. tr. Falcone. Bertach. in repert. verb. accipiter & verb. rusticus. n. 40. vers. 1. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. n. 7. Capoll. tr. servit. rustic. præd. cap. 21. n. 7.

Qvod verum non est, si ex annis domini monili insculptis appareret, multùm jam effluxisse temporis, cum monile illud collo cervi alligaretur. Tunc enim capienti cedet, eò, qvôd pristinæ laxitati sese recepisse videatur. 35

Per d. §. feræ. vers. quicquid. Inst. rer. divis.

Similiter, ut ex signis bestiam alicujus esse appareat, opus est, ut signa illa non sint naturalia, sed talia, qvæ absq; manu factoqve hominis, bestiæ accidere non possint. Unde, si cervo cornu fractum fuerit, vel avis ungvibus caruerit, qvandoqvidem id aliter, qvâm hominis facto contingere potest, præsumtio dominii ex ejuscemodi signis non exorietur. *Chassan. d. §. 1. num. 8. Mascard. d. concl. 57. n. 4.* 36

Non enim hoc probat esse, qvod ab hoc contingit abesse. *L. non hoc. ibi Jas. n. 2. & dd. C. un. legit. c. in præsentia. x. probat. c. fin. de success. ab intest.* 37

Dico delectationis: Principes enim & nobiles multùm Venationibus delectantur. *Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 139. Gail. obs. 67. n. 3. lib. 2.* 38

39 Et in specie Alexandrum Magnum, multam â prandio venatui navasse operam, autor est *Plutarch. in vita ejusdem.*

40 Heroës item recensentur à Tiraqvello, ex variis Historiarum monumentis Venationibus dediti, Chiron, Melanion, Hippolytus, Mnestcus, Pollux, Antilochus, Menelaus, Cephalus, Nestor, Palamedes, Diomedes, Machaon, Æneas, Scamandrius, Æsculapius, Theseus, Ulysses, Castor, Podalirius, Achilles, Pelopidas, Philopoemenes, Pompejus. Nec non & Imperatores, Trajanus, Antonius pius, Alexander Severus, Hadrianus, Antonius Philosophus, Alphonsus Rex, Dornadilla, Rex Scotorum, & alii.

Tiraq. d. c.37. n.14. cum seqq.

41 Albertus Imperator, Venationem virilem esse exercitationem, saltationem verò muliebrem dixit.

Tiraq. d. c.37. n.146.

42 Henricus I. Auceps dictus est, eò, qvòd cûm diadema imperiale & insignia imperii reliqva afferrentur, Venationis fuisset studio occupatus,

Autore Munstero in sua Cosmograph. fol.296.

43 Patrum memoria Maximilianus I. Romanorum Imperator summè ibi cum Venatione exhilaratus, usqve adeo operam illi dedit, ut sæpissimè per saxa, avia atqve prærupta ascendens, inqve vitæ discrimen præsens adductus, vix DEI benignitate clavum tenente, hinc emerserit.

44 Dico delectationis gratia: Immodica enim Venatio, qvæ fit, rebus aliis necessariis semper pôstpositis, improbanda est.

Tiraq. d. tr. nobilit. c.37. n.149.

45 Dixi commodo: qvod non de commodo pecuniario intellectum volo. Qvippe illud rusticorum & mercatorum, qvi omnia ex lucro metiuntur, proprium est: Principibus autem & nobilibus, res indignissima & turpissima.

Per l. nobiliores. C. *commer. & mercat.*

46 Sed vel de commodo exercitationis. Est enim Venatio, species qvasi militiæ, strepitus armorum, meditatio. In qvâ summo mane ê thalamo surgere, currere, eqvitare, ferocissimas bestias indagare, inventas lacessere, impetum facientes excipere, teloqve ceu hostem prosternere, & sudoris & algoris tædio non affici, nec famis sitisqve desideriò defatigati oportet, ut Venatio, palæstra qvasi verissima sit, in qvà militiæ assvefieri principes nobilesqve possint.

Tiraq. d. tr. nobilit. c.37. n.141. Gail. d. observat.67. num.1. lib.2. post Xenophontem & Aristotelem, quos laudant.

47 Imò Pelopidam Thebanum, primum ex venationis meditatione, bellica instituta invenisse placet *Plut. in vita Pelopid.*

48 Vel Valetudinis gratia suscipi debet Venatio: unde animum acui promtioremq; reddi, corpusq; aliâs obtorpescens, agilius effici perhibent.

Tiraq. d. tr. nobilit. d. c.37. n.141. & n.148.

CAPUT III.

Qvotuplex sit Venatio.

1. *Venationem complures qvadruplicem constituerunt.*
2. *Qvid sit Venatio oppressiva.*
3. *Qvid sit Venatio adulatoria.*
4. *Qvid sit Venatio arenaria.*
   Matronis conspectus Venationis arenariæ ob crudelitatem ejusdem inderdictus olim. ibid.
5. *Venatio arenaria, hominum ingenuorũ non erat.*
6. *Pugnantes cum bestiis sunt de jure infames.*
7. *Virtutis causa, non qvæstus gratia cum bestiis in arena pugnantes, infames non sunt.*
8. *Venator occidens bestiam, patriæ nocivam, extra arenam, pactus de præmio, infamiam metuere non debet.*
9. *Moschi pugnant cum bestiis, jussu sui tyranni etiam hodiè.*
10. *Genus à qvo removetur, qvælibet removetur species.*
11. *Venatio Saltuosa, rectè dividitur in eam, qvæ fit cum canibus, & eam, qvæ fit absqve canibus.*
12. *Venatio qvæ fit absqve canibus, qvalis sit.*

1 VEnationem pleriq; ex nostratibus triplicem, vel qvadruplicem constituêre: oppressivam nimirùm, adulatoriam, arenariam & saltuosam.

Gloss. c. qui Venationibus. 86. distinct. Host. in summ. n.1. x̃. Cleric. Venat. Abb. c.1. n.1. x̃. eod. tit. Bertach. in repert. verb. Venatio. Chassan. in consvet. Burg. rubr.13. §.7. n.8. Saison. in consvet. Turonens. lib.5. artic.1. Gail. obs.68. n.9. lib.2..

2 Oppressivam Venationem vocant, qvâ homines opprimuntur, ideò tyrannidem esse facilè conspicis. Qvo referunt illud sacri codicis dictum: Nimrod robustus Vena-

Venator erat coram Domino. *Genes. cap. 10. num. 9.*

3 Adulatoriam ad histriones, caprimulgos, parasitos, Geld und Schalckßnarren/ & alia turpissimorum hominum theatra referunt. Qvibus solenne est, bonum malum, malum bonum dicere, lucem vocare, qvi, qvicqvid alii laudant, arridere sibi affirmant, si displicuerit idipsum, rursus vituperant, qvorum finis propositumq; est, omnibus assentari. Qvippe, uti nunc sunt mores, hic qvæstus longè est uberrimus.

c. væ qui dicitis 11. qu. 3.

4 Arenaria est, qvâ in ludis Circensibus, cum bestia pugnaturi, in arenam prodibant. Qvod tantæ fuit crudelitatis spectaculum, ut matronam his interesse, nefas putârint, uti *autor est Rosin. antiquit. Romanar. lib. 5. c. 24.*

5 Ast hæc cum bestiis pugna, ingenuorum non erat, sed hominum servilium & abjectissimorum, ut tradit idem *Rosinus d. lib. 5. cap. 5.*

6 Præterea infamiæ labe in jure nostro istiusmodi pugnatores aspergebantur & â postulando reliqvisqve dignitatibus arcebantur.

L. 1. §. item ex Senatusconsulto. ff. postul. l. 2. in fin. ff. his qui not. infam. Azo in summa. n. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog.

7 Qvod verum est, si qvæstûs gratia hoc facerent, qvod si virtutis suæ probandæ causa id obirent, infamiæ macula reformidanda non erat.

d. l. 1. §. deniq. ff. postul. l. athletas in pr. ff. his qui not. infam.

8 Idem qvoqve erit, si bestiam multùm ferocientem sevientemqve, patriæq; pauperiem facientem, accepta pecunia qvis occidere non in circo agressus fuerit. Hoc enim factum, laude dignum est, à qvo procul submota sit omnis infamia.

d. l. 1. §. deniq. ff. postul. Gail. d. observat. 68. num. 9. lib. 2.

9 Cæterùm nostro ævo hujus arenariæ Venationis nusqvam gentium, præsertim mansvetiorum, usus est, sed tanqvam facinus crudelissimum ab omnibus execratur, nisi qvod Moschus in usu adhuc habeat pugnam qvorundam rusticorum, cum ursis cicuratis pro recreatione legatorum exterarum nationum, instituere, ut scriptis prodiderunt *Sigismundus Lib. Baro ab Herberstein in sua Moscoviæ descriptione. Paulus Oderborn in vita Johannis Basilidis, Moschorum tyranni lib. 3. ad finem ferè.*

Videmus igitur omnes, hucusqve recensitas Venationum species, minimè Venationis veræ & propriæ species esse. Priores enim duas qvod attinet, non nisi figuratè & per Metaphoram venationes dicuntur, uti & posterior nihil cum nostra Venatione commune habet. Illa, non nisi terræ filiis congruebat, nostra, principibus & nobilibus: Illa infamiâ inqvinabatur, nostra inter regalia computatur: Illa ipsa deniqve, qvod nostræ genus est, jus personale minimè potest dici. Qvare, cum ab eâ genus removeatur, cujuslibet qvoqve seqvetur speciei remotio. 10

L. jurisgentium. § sed si fraudandi. ibi Brun. num. 2. Bl. num. 4. Castr. num. 2. Alex. num. 6. & dd. ff. pact. l. 1. in fin. ff. suis & legit. l. fundi in fine. ff. fund. instr. l. fin. C. usur. rei jud. l. si causa cognita. ibi Br. num. 3. Bl. num. 5. Castr. num. 5. Sal. n. 9. Jas. num. 10. Curt. n. 29. & dd. C. transact. Bl. l. si dotali. §. cum mulier. num. 16. ff. sol. matr. Bl. cap. 1. in pr. num. 18. de prohib. feud. alien. per Feder. Butigell. l. 1. n. 11. ff. cer. pet. Jac. de Nig. in rubr. num. 15. ff. leg. 1. Everard. in Loc. à gen. ad speciem. n. 1. Zoanettus lib. 2. n. 95. C. pact. int. emt. & vendit.

Qvare rectè à nobis dividetur Venatio saltuosa in eam, qvæ fit cum canibus, & eam, qvæ absqve canibus conficitur. Prior est nobilior, de qvâ mentio fit. 11

c. 1. x. Cleric. venator.

Alterius nomine omnes intelligimus modos, qvibus feris insidias struimus, puta fossis, decipulis, item, cum laqvearibus sylva cingitur, vulgò der Hagen vorbinden/ & si qvi sint alii, de qvibus loqvitur text. 12

cap. 1. §. nemo retia. de pac. tenend. in usib. feudor. l. qui foveas. ff. ad l. Aquil.

§. *Venatio.*

CAPUT IV.

Qvibus permissa sit Venatio.

56. Sci-

56. Scientia rei alienæ, præscriptioni non officit, si verisimilibus rationibus persvasus, putârim, eam à me, volente & patiente domino, possideri.

57. Mala vel bona fides in personalium actionum præscriptione non attenditur, sed solummodò scientia & negligentia ejus, adversus qvem præscribitur.

58. Pœna corporis afflictiva minima, major est qvacunqve pecuniaria, etiam maxima.

Princeps faciliùs conseqvitur jus prohibendi Venationem, si proclamatis suis mulctam pecuniariam, non verò ultimi supplicii pœnam inseruerit, ibid.

59. Delicta non præsumuntur, maximè verè in Principe.

60. Jure suo utens, neminem injuria afficit.

61. Princeps non acqvirit jus prohibendi Venationem, si proclamatis ejus subditi contradixerint, & ad superiorem appellaverint.

62. Princeps, contra facientem proclamatis illis venatoriis, pœna sangvinis affici non debet, comminari tamen eam poterit.

63. Sententia Scabinorum Lipsiensium post speculum Saxonicum, Rubrica von Pöen der Wildbradbeschädiger *longè injustissima.*

64. Anima hominis qvibuslibet rebus pretiosior.

65. Natura cuncta hominis gratia edidit.

66. Qvi principi resistit, DEI ordinationi resistit.

67. In una eademqve sylva, duo simul jus venandi habere possunt.

68. Usu fructuarius alicujus fundi, non habet jus venandi.

Venatio non est in fructu, ibid.

69. Venatio tum demum usu fructuario competit, si omnes fundi reditus in venatione consistunt, usus fructusqve absqve Venatione, planè esset inutilis.

70. Princeps aliqva vel vidua nobilis usufructuaria relicta, Venationis exercitium, si alicujus aliàs usus fructus est utilitatis, non habet. Lex generaliter loqvens, generaliter est intelligenda, ut personas qvoqve in dignitate constitutas, complectatur, ibid.

71. Usufructu alicujus fundi, cum pertinentiis relicto, venit qvoqve Venatio.

72. Clerici non debent venari.

73. Idem in monacho.

74. Clericus ob Venationes sæpius reiteratas, ab officio suspenditur, si in majori ordine fuerit constitutus.

75. Clericus in minoribus ob Venationes, arbitrio judicis punitur.

76. Trina monitio præcedere debet anteqvam Clericus Venator puniatur.

77. Clerici, canes venatorios & accipitres alere non debent.

78. Clerici tunc venatui operam dare possunt, qvando omnes monasterii reditus in Venatione consistunt.

79. Clerici, qvando reditus monasterii in Venatiotione consistunt, Venationem per alios expedire debent, non ipsi interesse.

80. Sublimitatur.

81. Episcopus, etiamsi reditus monasterii in Venatione consistunt, minimè tamen Venatum ire debet.

82. Contrarium.

Intellectus ad c. 1 34. distinct. ibid.

83. Clerici, qvando proventus monasterii in sola Venatione positus est, laqveo & rete, non canibus & accipitribus venari debent.

84. Clericus recreationis & valetudinis causa, rariusculè tamen & cum modestia venari potest.

85. In dubio clericus præsumitur ivisse venatum recreationis causa, non voluptatis.

86. Clericus venatui jure operam dat, si necessitate ad id compellitur, puta si feræ segetes vastarent.

87. Clericus, qvi nihil aliud, qvo vescatur, habet, ut carnibus ferarum satietur, venatum proficiscitur jure.

88. Necessitas alias illicita, licita facit.

89. Negotiatio omnis clericis probo est & interdicta.

90. Clericus negotiator, ceu pestis vitandus est.

91. Clericus negotiari potest necessitate compulsus.

1 Viros nostræ ætatis, longè præstantissimos, hujus subjecti tractationem arripientes, malè ob id vulgò audivisse, qvasi plus æqvo blanditi hacqve in re principibus indulserint, me non latet. Qvare, ut assentationis vitium, cujus me fatalem hostem profiteor, eluderem, diu substiti atqve cogitavi. Verùm re apprimè pensitata, minimè à majorum vestigiis recedendum esse, visum est, qvandoqvidem jure optimo connivente locutos, exploratum habebam, qvò minus metuenda reprehensio. Concludo igitur primò: Principibus nobilibusqve, jure qvasi proprio venationem permissam. *Tiraq. tr. nobil. c. 37. n. 139.*

Nec obstat, Venationem, artem dici neqvissimam. 2

c. qui venatoribus. el. 1. & 2. distinct. 86.

Id enim vel respectu clericorum, qvibus venatûs usus, ut suo loco dicetur, est interdictus, dictum esto, ut placet. 3

Tiraq. d. cap. 37. num. 147.

Vel qvod verius mihi videtur, de Venatione impropriè & abusivè sit dicta, puta, qva adulatione assentationeqve qvæstum qværunt, vel qvæ in arena peragitur, non verò de nostra, qvæ verè nobilis est, principibus nobilibusqve competens, accipiendum erit, qvæ est opinio optimi Jureconsulti & Domini mei piæ memoriæ

Matth.

Matth. Wesenbec. in suis paratit. num. 7. ff. acquir. rer. dom. & ante cum Hostiens. in summa. n. 2. x̃. cleric. venat.

4 Similiter non obstat, Venatores aucupesqve. eò, qvòd servilia erant ministeria, inter vilissimos fuisse habitos.

Tiraq. d. tr. nobilit. c. 34. n. 59. per servis verbanis. §. venatores. ff. leg. 3.

Id enim in iis, qvorum opera retia expanduntur, & alia Venationis aucupiive præparamenta expediuntur, qvorum etiamnum haud magna habetur ratio, procedit, non verò de eo, qvi summo Venationis imperio præest.

5 Venationem deniqve jure nostro, minimè sordidam illicitamq; ingenuis fuisse, vel ex eo constat, qvod, etsi ob hanc solam professionem, à muneribus necessariis immunitas nulli largiretur.

L. Venatoribus. C. *excusat. mun. lib.* 10. *Cæpoll. tr. servit. rust. præd. c.* 21. *n.* 11.

6 A gravioribus tamen muneribus, tanqvam utiles commeatui & annonæ, Venationibus dediti, vacationem conseqverentur. *L. fin. ff. jur. immunit.*

7 Hæc conclusio ampliatur: ut principes subditis suis, maximè ignobilibus, Venationis usum interdicere possint.

Joh. de Imola l. 3. §. Nerva. n. 20. ff. acquir. poss. Isern c. 1. §. nemo retia. n. 31. ibi Alvarott. ante n. 1. Præpos. n. 1. Affl. n. 2. & dd. de pac. tenend. Cæpoll. tract. servit. rustic. prædior. c. 21. n. 2. Jacob. de S. Georg. tract. feud. verb. & cum Venationibus. n. 1. & 2. Bossius tr. regalibus. n. 42. Joh. Saison. in consvetud. Turonens. tit. 5. art. 1. gl. 2. col. 1. Chassan. in consvetud. Burg. Rubr. 13. §. 7. n. 4. Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 150. gl. German. art. 61. Landrecht *lib. 2. Zoanett. l. 2. ex n. 145. cum mult. seqq.* C. *pact. int. emt. & vendit. Wesenbec. in suis parat. n. 7. ff. acquir. rer. dom. Nicol. Bellonus cons. 49. n. 9. fac. l. 2.* C. *noxal. act.*

8 Licet contrarium teneant, *Host. Johan. And. Card. Florent. Ant. de But. c. non est. x̃. decim. quos sequitur. Gvilh. Benedict. Raynutius verb. & uxorem, nomine Adelasiam. n. 898. x̃. testam. Emanuel Soarez. communem dicens in suis com. opin. lit. U. n. 10. Rol. à Valle cons. 9. n. 10. vol. 2. ubi Jas. Dec. & Affl. in id citat. Menoch. cons. 299. n. 18. per l. injuriarum. §. penult. ff. injur.*

9 Sed isthæc posterior opinio, ita demum obtinebit, si Princeps vel superior absqve causa venatum prohiberet, qvare rarissimè locum sibi vendicabit. Qvandoqvidem nunqvam Principem absqve causa id facere, rationis sit, sed causa semper in Principe præsumatur.

Cyn. l. rescripta. n. 7. ibi Bl. n. 10. C. *precib. imp. offer. Ant. de But. c. cum inter versic. in materia. x̃. renunciat. Anton. de But. c. quia plerisque versic. Secunda opinio. x̃. immun. eccles. Panorm. c. cum inter n. 9. x̃. except. Panorm. c. nisi. n. 6. x̃. off. leg. Panorm. c. quanto. n. 8. vers. ex quo infero. x̃. jurejur. Panorm. c. cum olim. n. 17. x̃. re jud. Panor. c. cum venissent. n. 8. x̃. jud. Domin. de S. Gemin. c. grandi. n. 10. de suppl. negl. prælat. lib. 6. Jas. l. si testamentum. num. 3. ubi hanc communem attestatur.* C. *testam. Gvilh. de Perno tract. Principe. num. 99. Cagn. l. diem functo. n. 24. ff. off. assess. Cotta in memoral. verb. Papa. Menoch. tr. remed. poss. recup. remed. 8. num. 60. Eman. Soarez. com. opin. lit. P. n. 255. Coler. in suo processu. p. 4. c. 1. n. 32. Alexand. cons. 2. n. 20. vol. 1. cons. 216. n. 23. vol. 2.*

Qvod autem hîc replicari posset, Principem contra jus gentium disponentem, sinè causâ id facere, præsumtionem esse. 10

Hipp. de Mars. l. d. unoquoque. n. 14. ff. re jud. Alc. tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 8. num. 3. Gail. obs. lib. 2. obs. 58. n. 1. Mascard. tract. probat. conclus. 276. n. 3. vol. 1. qui plures in id allegant.

Verum erit in his, qvæ ex dictamine rationis, passim apud omnes per æquè gentes in viridi sunt observantiâ, & primo juris præcepto, honestè nempe vivere, derogant. Non verò in his, qvæ qvidem juris gentium sunt, haud qvaqvam tamen tanti ponderis atqve æstimationis, ut est Venatio, sine qvà subditus qvisqve, sat potest commodè, sat honestè vivere. 11

arg. c. ubi majus in pr. de election. lib. 6.

Nihil qvoqve priorem opinionem sectantes, textu L. injuriarum. §. penult. ff. injur. remoramur, qvod enim habet: Sæpissimè rescriptum est, qvem non posse prohiberi aucupari, de prohibitione privati hominis dictum esto, non verò de prohibitione, qvæ fit ab eo, qvi in isto territorio merum mixtumqve imperium habet. 12

Igitur, si Princeps proclamato publico pœnali Venatum inhibuerit, cui subditi non reclamârint, sed, qvò pœnam evitarent, 13

rent, à Venationis exercitio abstinuerint, temporisq; in id definiti, puta triginta annorum meta cucurrerit, Principi hinc juris prohibendi qvasi possessio exoritur, & Venatio à subditis perditur, ut præter Dd. plerosqve pro priori opinione recitatos, idipsum tradidère. *Fr. Balb. tr. præscr. 5. q. 4. p. 5. p. p. num. 4. & ipsemet Roland. à Valle d. cons. 9. n. 14. vol. 2.*

14 Licet rursus talia proclamata passim divulganda non esse, svadeat ille ipse *Roland. à Valle d. cons. 9. n. 18. vol. 2.*

15 Qvod, ut dilucidiùs constet, confirmo I. autoritate sacræ scripturæ, ejus esse bestias, cujus est territorium dicentis, ut in specie de Nabuchodonosor Dominus per Hieremiam Prophetam fatur. *Hierem. c. 27. n. 6. & c. 28. n. 14. Daniel. c. 2. n. 38.*

16 Ergo princeps rei suæ, legem, qvam vult, dicere potest, cum qvilibet rerum suarum moderator sit & arbiter.

L. in re mandata. C. mand. l. etiam. §. licet. ff. sol. matrim. l. sed si lege. §. consuluit. ff. petit. hered. l. nemo exterus. C. Judæis. §. per traditionem. Instit. rer. divis. Stracch. tr. mercat. p. 4. n. 50. Andr. de Bessetis lib. 1. n. 17. C. sacros. eccles. Dil. tr. ar. test. lit. 6. caut. 64. n. 2. Joh. Hanib. Rubr. n. 84. ff. sol. matr. Ferdin. Loaz. l. filiusfam. §. Divi. n. 124. ff. leg. 1. Sap. l. 1. n. 45. C. qui adm. Hartman. Pistor. q. 38. n. 50. lib. 2. Hieron. Schurpf. ff. cons. 142. int. cons. Bruni n. 2. Joh. Barthol. de Scaramp. int. consil. ejusdem Bruni cons. 108. n. 28. Cardin. Paris. cons. 72. n. 3. vol. 1. Rol. à Valle cons. 86. n. 31. vol. 1. cons. 35. n. 8. vol. 3.

17 II. Confirmo: Qvia, si cuilibet permissum integrumqve esset, Venationi, qvando & qvomodo liberet, operam navare, omnes ab artificiis avocarentur, agri inculti relinqverentur. Qvare princeps Venationem rectè subditis prohibebit, præsertim rusticis. Cum publicè intersit, agros coli uberioresqve effici.

arg. auth. agri cultores. C. quæ res pig. obl. poss. l. 3. C. fer. l. 1. ff. eod. l. 1. C. collat. fund. patrim. lib. 11. l. 2. ff. nundin. cum plerisque alii congestis per Ripam tr. remed. præservat. contr. pest. n. 206. cum mult. seqq.

18 Hinc in simili traditum reperimus: usuras inter cætera, vel eam ob causam esse prohibitas, ne usurarum inescatione, à gravioribus agriculturæ laboribus magno Reipubl. malo abhorrerent.

Innoc. in Rubr. ibi Abb. n. 5. x. usur. Bl. rub. n. 3. C. eod. tit. Salyc. auth. adhæc. n. 6. C. eod. tit. Pract. Papin. in for. lib. in act. hypothecar. verb. sine aliq. usurar. convent. num. 6. Cotta in memor. verb. usura. el. 1. circa med. Anton. de prato veteri. int. cons. Alex. 49. n. 17. vol. 4.

III. Confirmo: Venatio absq; armorum usu utplurimum expediri neqvit, sed arma omnibus (in qvo tamen contraria, nisi qvoad rusticos & plebeios, obtinuit consvetudo) sunt interdicta. 19 20

auth. armis. per tot. c. 1. §. si quis rusticus. de pac. tenend. in usib. feudor. l. 1. ibi Luc. de Penna. C. ut armor. usus lib. 11. Roman. sing. 263. Jacobus Boulenc. l. capitalium. §. famosos. n. 132. ff. pœn. Cotta in memor. verb. armorum. Carol. Molin. in consvet. Paris. §. 1. gloss. 6. n. 13. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. verb. justices. n. 109. Tiraq. tr. nobilit. c. 20. n. 67. cum. 2. seqq. Sfort. Oldus. tr. rest. in integr. qu. 8. n. 103. Rol. à Valle cons. 3. n. 32. vol. 2. cons. 90. n. 21. vol. 4.

Ergo & Venatio rectè prohiberi poterit. Nam, cum qvid prohibetur, omnia, qvæ seqvuntur ex illo, prohibita censentur. *c. deniqve. distinct. 4. c. eos. distinct. 81. c. pastoralis. x. appellat. l. fin. C. reb. alien. non alien. c. cum quid prohibetur de R. I. lib. 6. Jas. l. 2. n. 25. ff. jurisd. omn. jud.* 21

Nec obstat: qvod L. 1. ff. ad L. Jul. de vi pub. arma in usum Venationis habere licere, permissum est. Id enim de Venatione arenaria, cujus tum temporis maximus apud Qvirites erat usus vehemensqve delectatio, non de nostra, qvæ sylvas peragrando, effecta datur, accipi debet. 22

IV. Confirmo: Nî enim princeps venandi studium vetaret, brevi ferarum genus ad internecionem usq; depopularetur. Qvare, ut inconveniens & absurdum illud evitetur, princeps, ne indiscriminatim venatui operam dare cuilibet liceat, edicto cavere poterit. *Tir. d. tr. nobil. d. c. 37. n. 150.* 23

Argumentum enim ab absurdo in jure nostro, maximi est vigoris & fortitudinis. *L. fin. C. aut. præst. l. unic. §. pro secundo. C. cad. toll. c. in Genesi. x. elect. c. ex ore. ibi Panormit. n. 2. x. privil. c. dubium. ibi gl. verb. absurdum prabend. lib. 6. l. nam absurdum. ff. bon. libert. l. 2. C. condit. insert. Brun. l. furti. §. pactus. n. 2. ff. his qui not. infam. Bl. l. conventiculam. num. 4. C. Episc. & Cleric. Jas. l. divortio in pr. per ill. text.* 24

text. n. 12. *ff. sol. matrim. Jas. l. si sic stipulatus. la.* 2. *n.* 15 *per ill. text. ff. verb. oblig. Jas. l. existimo. num.* 3. *ff. eod tit. Jas. l. de pupillo.* §. *si qvis fortè. n.* 1. *ff. op. no. nunc. Panorm. c. injustum. n.* 2. *x. rer. permut. Everard. in top. in Loc. ab absurdo. num.* 1. *Neviz. Syl. nupt. lib.* 1. *n.* 192. *Marian. Soc. l. cum filiofamiliâs. n.* 195. *& num.* 205. *ff. leg.* 1. *Butigella l.* 1. §. *qui præsens. num.* 29. *ff. verb. obligat. Capiic. decis.* 169. *num.* 6. *Cacherran. decis.* 307. *n.* 3.

25 Confirmo V. Nam indifferens omnibusqve concessus Venationis usus, maximum cædium & latrociniorum est fomentum. Eqvidem si fera, istius telo vulnerata, ab illo perseqveretur, vel illi fas non esse, hoc in loco Venationem exercere, hic contendere, & ut aliis modis infinitis, jurgia & tumultus, hanc ob rem gliscere concitariqve possent. Qvare princeps, ne ad arma concurratur, pax tranqvillitasq; contineatur publica, omnis dissidiorum occasio præscindatur, rectè autoritatem suam interponendo & Venationem qvasi seqvestrando, illam ipsam ad se avocat. Tùm, qvia communio parit discordiam.

L. cum pater. §. *dulcissimis. ff. leg.* 2. *L. in re communi. ff. ser. urb. præd. L. sancimus.* §. *re autem ibi Sichard. n.* 5. *C. donat. l.* 2. *C. quand. & quib. quarta pars lib.* 10. *l. qui neque.* §. *fin. ff. rebus eor. l. si non sortem.* §. *centum. ff. condict. indeb. gl. c. nullus.* 17. *qu.* 4. *gloss. c. illud.* 71. *distinct. Castr. l. non amplius.* §. *fin. ibi Johan. de Imola num.* 4. *Jas. n.* 12. *ff. leg.* 1. *Jas. l. qui Romæ.* §. *coheredes. n.* 16. *ff. verb. obligat. Pract. Pap. in for. lib. pro hered. vel re sing. divid. verb. omnis communio. ibi Zilett. in addit. Marian. Soc. l.* 4. §. *Cato. n.* 218. *ibi Hormannoct. Det. n.* 154. *& Syl. Aldob. in addit. ff. verb. obligat. Paulus de Monte Pico. l. in quartam. n.* 143. *ff. ad l. Falcid. Bertach. in repert. verb. communio. Jas.* §. *quædam. n.* 34. *Inst. action. Menoch. tr. arbit. judic. quæst. casu* 164. *num.* 4. *Gabr. Mudæus l. si convenerit. n.* 12. *ff. pro soc.*

26 Tùm, qvia Reipublicæ inter est, subditos concordiam alere.

auth. armis. in pr. l. si quis ingenuam. §. *fin. ff. capt. l. æquissimum. ff. usufr.*

27 Tùm, qvia aliàs videmus, judicem, si inter partes rixam exarsuram armorumq; strepitum timeat, ob possessionē, de qvâ lis est jure facere, si possessionis litigiosæ seqvestrum qvasi se faciat, & utriqve parti ejus possessionis usu interdicat. *Br. l. si ususfr.* §. *sed si inter duos. n.* 1. *per ill. text. ff. usufr. Specul. tit. de petit. & possess.* §. 1. *n.* 38. *Specul. tit. sequest. possess. & fruct. n.* 1. *Innocent. c. in præsentia. n.* 2. *x. probat. Bl. l. fin. num.* 3. *ibi Dec. num.* 6. *Zuchard.* 123. *C. ed. D. Hadr. toll. Bl. L. nullus. n.* 3 *per ill. text. C. sum. trinit. & fid. Cath. Bl. l. un. num.* 3. *C. probib. seq. pecun. Jas. l. quidam æstimaverunt. n. ff. si cer. pet. Panormit. cap.* 2. *n.* 12. *x. sequest. possess. Guidon. Papæ decis.* 578. *ibi Rachin. in addit. Capyc. decis.* 96. *n.* 10. *Plot. tr. de in lit. jur.* §. 3. *num.* 28. *& n.* 47. *Neviz. Sylvan. nupt. lib.* 1. *num.* 81. *Menoch. tr. remed. poss. adip. rem.* 6. *n.* 13. *Gail. observ.* 5. *num.* 2. *lib.* 1. *Raymund. Fichard. caut.* 59. *caut.* 62. *& caut.* 74. *Alex. cons.* 7. *n.* 12. *vol.* 5. *Mandell. cons.* 78. *n.* 3. *per l. communi dividundo.* §. *cum de usufruct. ff. com. divid.*

Confirmo VI. Nam subditi, qvi à Venatione superioris proclamato arcentur, injuriam sibi fieri, conqveri neqveunt, qvia nec dominio, nec possessione aliqva privantur. Cum in loco aliqvo Venationi incumbere, actus sit merè facultatis, unde nulla possessio, nulla obligatio, nulla deniqve actio proficiscitur. 28 *Gl. German.* 1. *artic.* 61. Landrecht *lib.* 2. *Zoanettus lib.* 2. *n.* 154. *C. pact. int. emt. & vendit. per trad. Br. l.* 1. *n.* 4. *ff. condict. ex lege.*

Unde spoliatis nullum competit ad redintegrandam Venationem remedium. 29 Non possessorium, qvia possessione, qvam nunqvam habuerunt, nec adipisci (cæteris tamen paribus,) possunt, spoliati non sunt, privatio verò habitum suum præsupponit. *c. ad dissolvendum. x. despons. impub. c. quod verò non formatum.* 32. *quæst.* 2. *l. remittit. ff. jurejur. Panormit. c. de infidelibus. n.* 5. *per ill. text. x. consang. & affinit. Jas. l. si quis major. n.* 23. *C. transact. Everard. in top. in Loc. à privat. ad hab. n.* 1. *Ballionus de nobilib. auth. ex causa. n.* 32. *C. lib. præter Igneus. l. necessarios.* §. *non aliàs. p.* 1. *num.* 75. *ff. ad S. C. Syllan. Ludov. Bologn. l. qui viam. num.* 31. *ff. op. no. nunc. Bologn. l.* 4. §. *Cato. num.* 5. 8. *&* 133. *ff. verb. oblig. Gail. obs.* 21. *n.* 5. *lib.* 1. *& lib.* 2. *de pac. pub. c.* 11. *num.* 13. *Tiber. Decian. cons.* 10. *n.* 80. *vol.* 1. *& cons.* 31. *n.* 3. *vol.* 2. *& alios adduxi in repet. l. in multis memb.* 3. *artic.* 20. *n.* 2. *ff. homin.*

Non

30 Non petitorium, qvia nulla adest obligatio, vel qvid simile obligationi, qva princeps astringeretur, ne usum Venationis interdiceret. Ergo nec actio, cum sine actione nemo experiatur. *L. si pupilli. §. videamus. ff. neg. gest. Br. l. vinum. n.14. ff. si cer. pet. Jas. l. ubi pact. n.10. C. transact. Pract. Papin. in for. respons. rei convent. verb. quoad impediendum processum. n.3. ibi Masuer. in addit. Marant. tr. ord. jud. p.4. distinct. n.3. Tiraq. ll. connub. gloss. 2. n.40. Gomez. var. resolut. lib.2. c.11. n.24. Cæsar. Contard. l. diffamari. c.4. num.153. C. ingen. manum. Gail. observ. 17. num. 3. & observ. 27. num. 6. lib. 2. & lib. 2. de pac. pub. c. 12. n. 13. & lib. de pignorat. c. 5. n. 12. Corasius l. si Titius. n. 4. ff. verb. obligat. Exea tr. pact. num. 268. Sichard. l. actione. num. 8. C. transact. Anton. de Petruc. l. 1. num. 430. ff. jurejur. Menoch. tr. remed. possess. adip. remed. 6. num. 47. l. quoties. §. item si temporali. ff. admin. tut. l. si quis. §. illud. ff. petit. hered. l. nam & postea. in pr. ff. jurejur.*

31 Obligatio verò mater actionis sit. *L. licet. §. ea obligatio ponderando. verbum, parit. ff. procurator. gl. 1. Rubr. Instit. verb. obligat. gloss. l. 1. verb. justitia. ibi Fortun. Garzia. n. 33. ff. just. & jur. Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. n. 52. Brun. l. 1. in pr. num. 5. ff. pecul. Jas. §. superest. n. 5. & 7. Inst. act. Exea tr. pact. n. 337.*

32 Confirmo VII. Nam subditi seu inferiores, mandatis suorum principum & superiorum, siqvidem contra honestatem non sint, obedire atqve obtemperare jure connivente obstricti sunt. Decet namq; inferioris sortis homines, majoribus honorem & reverentiam exhibere, majoris est imperare, minoris cedere atqve obseqvi. *L. potioris. in pr. C. off. rect. provinc. l. 1. ad fin. C. off. præf. urb. l. tyrones. C. tyronibus. lib. 12. l. 1. & 2. C. ut dignitat. ord. servet. eodem lib. l. 3. in pr. ff. alien. jud. mut. caus. fact. l. 1. denique. & §. sed etsi vicinus. ff. aq. pluv. arc. c. est ordo naturalis. 33. qu. 3. & fact. pleraque tradita. Fel. in Rubr. x. major. & ob. item Vasq. in præfat. illust. contr. n. 18. cum seqq.*

33 Sed præceptum seu edictum, ut à Venatione subditi abstineant, contra honestatem non est. Non enim qvicqvam subdito, qvod suum est adimitur, religio & conscientia libera relinqvitur, res familiaris sarta tecta remanet, conjugum liberorumqve pudicitia non violatur. Ergo subditi, illi præcepto atqve edicto sui superioris, in signum præeminentiæ ejusdem suæqve submissionis acqviescent.

Confirmo IIX. Nam usu consvetudineqve, hominum memoriam superante, totius Germaniæ receptum est, in principum investituris, clausulam: Et cum Venationibus &c. inseri. *Ut toto die in investituris Principum Germaniæ videre est, & attestatur Zoanett. d. l. 2. num. 169. C. pact. int. emt. & vend.* 34

Igitur, cum tali investiturarum formulæ, subditi sese non opposuerint, sed sub hac figurâ principes investiri pertulerint, conseqvitur, etiam absqve ullo proclamatum terrore, ex hâc investiendi consvetudine, temporisqve immemorialis lapsu, Imperatori directum Venationum dominium, Principibus verò & nobilibus taliter investitis, utile cum jure alios prohibendi, fuisse acqvisitum, uti hâc ratione commotus, in specie decidit. *Jacob. de S. Georg. tract. feud. verb. & cum Venationibus. n. 9.*

Confirmo IX. Uti enim nobiles, negotiationum qvæstibus inhiare. *L. nobiliores. C. commerc. & mercat. Luc. de Penna l. mulieres. col. final. vers. primo. C. dignit. lib. 12. Anton. de Butr. Rubr. x. ne cler. vel monachi. Mart. Laud. tr. dignit. conclus. 66. Gvidon. Papæ decis. 196. n. 1. Tiraq. tr. nobilitatis. c. 33. n. 2. Sais. in consvet. Turonens. tit. 24. art. 8. Col. 8. in fine. Neviz. Syl. nupt. lib. 5. n. 49. Strach. tract. mercat. p. 2. n. 17. & p. 3. n. 14. Gabr. Mud. l. si fratres. in pr. n. 5. ff. pro soc.* 35

Artificiisq; sordidis & mechanicis operam navare non addecet. *Bl. d. l. nobiliores. n. 2. per ill. text. C. comm. & mercat. Bertach. in repert. verb. nobilis. versic. 13. Felin. c. super eo. n. 5. x. testib. Igneus l. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 143. ff. ad S. C. Syllan. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 4. §. 19. gl. 2. n. 30. Cravetta cons. 163. n. 2.* 36

Ita è diverso negotiatores & plebeji sua agant Venationem iis, qvos decet, relinqventes. Absurdum namqve est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alii creditum, alius subtrahat. *L. consulta divalia. C. testam. l. fin. C. assess. l. quisquis. §. fin. §. C. postul. Abb. Rubr. ad fin. x. ne cler. vel mon.* 37

38 Confirmo 10. Loca enim publica ptincipis, cujus est territorium, sunt §. *thesaurus Inst. rer. divis. l. 2. & l. 3. ff. ne quid in loc. pub. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de jact. l. 3. C. quadr. præscript. l. bona civitatis. ff. verb. signif. Raymund. Senilis. l. eum qui vectigal. n. 15. ff. verb. significat.*

Unde conseqvitur: qvemadmodum dominus loci privati, ne qvis rem suam Venandi gratia ingrediatur, prohibere potest, *ut suo loco dicemus.*

39 Ita qvoqve Principem, ne qvis in loco publico venatui studeat, vetare posse, cum princeps deterioris, qvàm privatus conditionis esse minimè debeat.

L. item veniunt. §. ait senatus. ibi gl. verb. in publica. ff. petit. hered. l. 1. & 2. C. privil. fisci. l. 1. C. conduct. & procurat. præd. fisc. lib. 11. Covarr. var. resol. lib. 1. c. 16. n. 2.

40 Confirmo 11. Nam princeps ex causa, dominium rei suæ aufferre potest alicui.

L. item si verberatum. §. 1. ff. rei vend. l. Lucius. ff. evict. l. 2. ff restit. natal. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. toto. tt. C. in quibus. caus. scr. pro prem. lib. accip. Fortun. Garcia. l. conventionum. num. 17. ff. pact. Crottus l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 121. ibi Lancell. Galiaula. num. 59. ff. lib. & posth. & tradunt innumeri, quos referunt Arius Pinell. Rubr. p. 1. cap. 1. n. 31. C. resc. vendit. Vasq. ill. contr. c. 5. num. 1. Ant. Gabr. Roman. tract. regul. lib. 3. tit. de jur. quæs. non toll. conclus 1. n. 1.

41 Ergo multò magis venatione interdicere, qvæ tota in spe consistit, & in qva multa, ut Venatorem spes fallat, contingere possunt. §. *illud. Instr. rer. divis. l. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. dom.*

42 Confirmo 12. Nam prohibitus per judicem fundum alterius Venandi causa ingredi prædam suam non facit, sed Domino fundi restituat, oportet, *ut infra suo loco.*

Ergo multò minus præda ejus erit, qvi contra principis edictum venari attentârit.

43 Confirmo 13. & ultimò: per textum in id expressum. *l. unica. ibi Azo in summa. C. ven. ferar. lib. 11.* dum enim occidendorum Leonum, nulla metuenda calumnia, potestatẽ facit (qvod ex identitate rationis, ad similes bestias, humano generi insidiantes, extenditur,) haud perperam à contrario sensu rectè ex eo colligitur, subditis, alias bestias tantopere hominibus non nocivas, venari occidereq; fas non esse, imò contra facientibus, calumnias metuendas fore. Qvod argumentum à contrario sensu, in jure nostro est fortissimum.

L. 1. in pr. ibi Br. n. 4. & n. 7. Bl. n. 2. Alex. n. 9. Castr. n. 10. Fulg. n. 10. Jas. num. 36. Decius n. 38. Paul. Orian. n. 73. Jacob. de Nigr. n. 41. Sapia num. 21. & Doctores. ff. off. ejus cui mand. est jurisdict. l. inter socerum. §. cum inter. ff. pact. dotal. l. apud antiquos. C. furt. l. si quis locuples. ff. manum. testament. l. qui testamento. la. 2. §. mulier. ff. testam. c. cum apostolica. in fin. x. his quæ fiunt à præl. sin. cons. cap. c. cum virum. x. regular. Everard. in top. in Loc. à contrar. sens. num. 1. Neviz. Sylv. nupt. lib. 1. num. 212. Tiraq. V. R. p. 1. §. 6. gloss. num. 5. Johan. Hanib. post. contractum. num. 192. ff. donat. Gvidon. Papæ decis. 380. num. 2. Plot. tract. de in lit. jur. §. 3. num. 24. Cavalc. tract. tut. & curat. num. 83. & 84.

Atqve has Zoanetto & acutissimo Domino & Præceptori meo pie memoriæ, Wesenbecio, rationes, pluribus eqvidem additis, acceptas fero. Non enim ignarus sum, laudis alienæ occultatorem, furi rectè exæqvari, ut dicit. *Bl. in proœm. feudor. n. 2. Jas. §. fin. n. 31. Inst. action. text. l. hereditatum. §. fin. ff. ad l. Falcid.* 44

Item benignum plenumq; ingenui pudoris esse, per qvos profeceris, fateri, ut ait *Cotta in memorab. verb. gemmæ. Neviz. Syl. nupt. lib. 6. n. 58. circa med.* 45

Non deniqve me latent, qvæ Bartolus scripta reliqverit, dum inqvit: Ego de omnibus mentionem facio, ut, qvod eorum est, furari non arguar, & in eo, qvod meum est, cognoscar. *Brun. l. non solum. §. morte. num. 10. ff. op. no. nunciat.* 46

Igitur, ut è semita in viam revertar, receptissimæ huic opinioni, altera sacræ scripturæ autoritas non obstat, qvæ habet: Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli & universis animantibus, qvæ moventur super terram, *Genes. cap. 1. n. 28.* 47

Dominatum enim illum, de qvo præcedens textus ait, in venatu consistere, omninò nego. Sed hoc sibi velle dominatum istum edico, ut ferocissima qvæqve bestia sit, hominem tamen expavescat, & , ceu Dominum suum revereatur, qvæ expositio, ipsimet Sacræ Scripturæ optimè est consentanea, comprobaturq; ex eadem *Genes. c. 9. n. 2. ibi:* Et terror vester & tremor &c.

Eâdem

48 Eâdem qvoqve ratione non obſtat, Venationem juris eſſe gentium. *§. feræ igitur. Inſtit. rer. divis. l.1. ff. acquir. rer. dom. l.1. in pr. ff. acquir. poſſ.*

Qvibus Virgilii adſtipulatur 1. Georgic. autoritas. Tum laqveis captare feras, & fallere viſco Inventum, & magnos canibus circumdare ſaltus.

49 Qvia id minimè procedit, jure totius Germaniæ conſvetudinario, ultra tempus, qvod hominum memoria capi poteſt introducto, qvo Principes Germaniæ ab Imperatoribus de feudis ſuis regalibus, unà cum Venatione ſunt inveſtiti. Qvâ inveſtiturà deinde ceu medio, Principes Venationem ſubditis vetârunt, ſubditisqve interdicto acqvieſcentibus, venatu ſoli uſi ſunt. Qvare Venationem ulterius, juris gentium eſſe, rectè non dicimus. Cum gentium juri per conſvetudinem maximè, cujus initii in contrarium memoria non exiſtit, ex cauſa ſit derogatum, qvæ conſvetudo valet. *Abb. c. fin. n.1. & n.22. per ill. text. x. conſvet. Incertus autor in repetit. l. de quibus. n.12. ibi Zaſius num. 39. cum ſeqq. ff. ll.*

50 Pariter qvoqve nil nobis negotii faceſſet id, qvod objici poteſt, ſubditos pœnæ ſangvinis metu perterritos, proclamatis illis ſui Principis auſos non eſſe contradicere. Qvapropter nunqvam in qvaſi poſſesſione juris prohibendi ſubditis Venationem erit princeps, cum ſubditi, etſi metu per longum vel etiam longiſſimum tempus tacentes, non tamen conſentiant, ſed qvandoqvidem cauſa metus violentiæqve durat, metus qvoqve ipſe violentiaqve, juris præſumtione conſtabit. *Br. l.2. n.7. ibi Bl. n.10. Sichard. n.6. C. quod met. caus. Br. l. ob turpem. n.5. ff. condict. ob turp. caus. Bl. l.2. n.4. C. his qui prop. met. jud. non appellav. Jaſ. l. qui in aliena. §. Celſus. n.9. ff. acquir. hered. Jaſ. l. Titia. in pr. ſub n.6. ff. verb. obligat. Abb. c.1. num.1. & 12. per ill. text. x. his quæ vi. met. caus. Felin. c. cauſam matrimonii. in 2. declarat. in fin. x. off. deleg. Neviz. Sylvam nupt. lib.2. n.119. Anton. Rub. l. hoc edicto. §. morte. num.214. ff. op. no. nunc. Crottus l. ſtipulatio hoc modo. num.72. ff. verb. obl. Nicolaus Mil. in ſuo repert. verb. metus illatus. Raymund. Fichard. caut. 9. Sfortia Odd. tract. reſtit. in integr. quæſt. 7. n.108. Maſcard. tract. probat. concl. 1054. num.34. vol.2. Mandell. conſil. 77.14. & cons.78. n.12.*

Conſeqvitur ergò, jus illud nunqvam à principe præſcriptum, cum ſine poſſeſſione non procedat præſcriptio. 51
c. ſine præſcriptione. ibi Dd. de R.l. lib.6. l. qui in ſervitute eſt. ff. eod. tit. c. Porro. 16. q.3. c. cauſam quæ. x. præſcript. l. unic. C. uſucap. transform. Inſt. uſucap. in pr. l.1. & 3. ff. eod. tit. Vaſq. ill. controv. c.57. n.1.

Ut taceam, principem ob metum ſubditis illatum, in mala fide eſſe. Malæ verò fidei poſſeſſorem nullô præſcribere tempore. 52 *c. vigilanti. & c. fin. x. præſcript. c. poſſeſſor. ibi Covarr. & dd. de R. l. lib.6. Balb. tr. præſcript. 2. p.3. p. p. qu.2. num.2. Pinell. auth. niſi tricennalem. 56. C. bon. matern. Vaſq. ill. controv. c.79. n.1.*

Illud ipſum inqvam (poſito, qvod princeps feras capientibus, ultimum ſupplicium minatus ſit) nil nobis faceſſit negotii. 53 Qvòd enim de cauſa metus metusqve duratione affertur, tantiſper verum eſt, qvantiſper per ſubditos non ſtat, ut ad ſuperiorem recurrendo, proclamata iſta pœnalia, refigi faciant. *per tradit. Innoc. c.2. x. regular. & ita ſeipſum, & textum ibi explicat. Abb. d. c. n.12. x. his quæ vi met. caus.*

Qvare, cum ſubditis juribus ſuis, vel privandis à principus, vel duriùs tractandis, ad Cameram Imperialem vel ipſum Imperatorem pateat recurſus refugiumqve, *ut s. in fin. Rubr. diſſeruimus.*

Illi ipſi verò ad Cameram vel Imperatorem minimè provocârint, liberæ voluntatis & renunciationis, qva in principes ſuos omnem Venatûs poteſtatem transferunt, hoc erit ſignum & ſcientibus conſentientibusqve, non fiet neqve injuria, neqve dolus, conſeqventerqve nec metus. 54
L. cum donationis. ibi Br. num.1. Bl. num.7. Sal. n.1. Curt. n.1. Jaſ. n.1. & dd. C. transact. l.1. §. usque adeò. ff. injur. l. nemo videtur. ff. reg. jur. l. venditor. C. reſc. vendit. l.1. in fin. ff. act. emt. Jacob. de Belvis. pract. crimin. Rubr. de injur. verb. quod dictus. num.29. & Rubr. de furt. num.11. Rebuff. l. unic. num.566. C. ſent. quæ pro eo quod. intereſt profert. Paul. de Monte Pico L. in quartam. num.104. ff. ad L. Falcid. Coraſ. L. filium quem habentem. num.169. C. fam. erc. Hippol. de Marſ. L. vinc. n. num.24. C. rapt. virg. Dilect. tract. artic. teſt. tit.6. caut.18. num.2. & tit.

& tit.11. caut.19. n.4. Tiraq. V.R. p.1. §.11. gloss.1. n.17. Raym. Fich. caut. 49. Jodoc. Damhoud. Pract. Crimin. c.137. n.14.

55 Qvæ de possessione dicta sunt, etsi prædicta ratione, qvòd metus subditorum taciturnitate purgatur, concidant: attamen & alio demoliri modo possunt. Certum enim est, principem proclamatis suis detentionem Venationis acqvirere: Jam verò sufficit à primordio in detentione esse, cui si deinde domini voluntas accesserit (qvod in præsenti subjecto, dum ad superiorem subditi, non recurrunt, fit) qvin detentio, in possessionem ad præscribendum legitimam vertatur, dubium non est, ut scitè admodum tradit *Vasq. ill. controv. c.69. n.8. per l. qua ratione. §. interdum. ff. acquir. rer. dom. §. interdum. inst. rer. divis.*

56 Malam fidem, de qvâ superiùs, qvod attinet, eam demum rei alienæ scientiam, præscriptioni nocere dixerim, qvam comitatur domini, adversus qvem præscribitur, voluntas: qvod si scio, rem esse alterius, illam verò à me sciente & patiente domino, vel verè vel præsumtivè (uti in nostro themate) possideri, crediderim, ist hæc rei alienæ scientia, præscriptioni minimè officiet. *Vasq. tr. ill. controv. c.32. num.10. & c.79. n.7. per l. si id quod. vers. nam & si. ff. pro derel.*

57 Deniqve cum hic agatur de præscriptione actionum personalium, bona vel mala fides præscribentis non attenditur: Sed solummodo ejus, qvi præscribi patitur, scientiam & negligentiam reqvirimus. Ut complures alios adducens, tenet.

Alex. consil. 99. n.1. vol.4. ubi hanc opinionem veram esse. Carol. Molin. in addit. attestatur. Capell. Tholas. decis. 74. ibi Stephan. Aufr. in addit. latissimè.

58 Aliud esse, omnes fatentur, si princeps proclamatis suis mulctam pecuniariam, non verò corporis afflictivam pœnam, adjecerit, Tunc enim, ut minor est metus: ita justiorem principis præscriptionem fore, arbitrantur. Cùm pœna corporalis, qvantumvis minima, major sit regulariter, qvacunqve pœna pecuniaria, etiam maxima. *text. l. in servorum. in fin. ff pœn. Br. l.1. in fin. ff. pœn. Jas. rep. l. admonendi. n.221. ff. jurejur. Dec. l. si quis id quod. n.25. ff. jurisdict. om. jud. Cap. l. si fugitivi. n.57. C. ser. fugit. Tir. tr. pœn. caus.31. n.29. Capyc. decis.5. n.5. Menoch. tr. arbit. jud. quæst. qu.90. n.39.*

Unde alia conseqvitur, prædicti fundamenti de metu durante destructio. Cum enim versemur in iis terminis, in qvibus principibus, ultra memoriale tempus, jus à venatione subditos coërcendi fuit, nec sciamus, an primis illorum proclamatis pœna corporalis an mulcta pecuniaria tantùm fuerit, à Venatione non abstinentibus, indicta, eccur mulctam tantum contaminatoribus indictam fuisse, non præsumemus, cum illa, hominem puta ad Dei imaginem conditum, ob bestiam captam vel interficiendo vel mutilando, princeps gravissimè peccet, hac verò minimè relinqvat. Delicta verò (in principe cumprimis) nunqvam præsumenda sint. 59

c.1. x. scrutin. c. fin. in fin. x. præsumt. c.2. x. reg. jur. l. igitur. vers. & generaliter. ff. lib. caus. l. quoties. §. qui dolo. ff. probat. Sadolet. l. quod te. num.125. ff. si cer. pet. Fr. Niconit. rubr. n.66. ff. op. no. nunc. Rubr. l. penult. §. ad crimen. ff. pub. judic. Joh. Purpur. l. is apud quem. num.52. C. edend. Joh. Hanibal. l. post. contractum. n.66. ff. donat. Cacherran. decis.42. num.7. Tiraq. V.R. p.2. ad fin. tit. n.127. Ant. Gab. Rom. tr. regul. lib.7. tit. de malefic. concl.2. n.1. Card. Paris. cons.77. in pr. volum.3. Rol. à Valle cons.58. n.7. vol.4.

Postremo, eò qvoq; redigendum, qvòd libertatis Democraticæ Vindicatores, ulterius urgendo objicere solent, negari non posse, qvin tamen aliqva hac prohibitione subditi afficiantur injuria, qvin lædantur, qvin detrimentum capiant: Responderim enim, olim hanc objectionem gentium jure obtinuisse, jureq; civili vetustiori: contrarium verò hodierno jure consvetudinario introductum esse. Qvi enim princeps, qvem subditorum prohibendo aggravaret, cum solus hac die de Venationibus, per summum Principem investiatur, cum ultra hominum memoriam, hoc prohibendi jure usus sit: nemo verò, qui jure suo utitur, alium injuriâ afficiat. 60

L. nullus videtur dolo facere. ff. R.I. l.3. §. is tamen. ff. lib. homin. exhib. l. injuriarum. §.1. ff. injur. l. si donaturus. §. si quis indebitam. ff. condict. caus. dat. caus. non secut. l. cum creditor. ff. furt. l. fluminum. §. fin. & l. proculus. ff. dam. inf. l. si pupillus post. pr. ff. vulg. & pup. c. cum ecclesia. x. elect. Joh. Hanib. l. si insulam. n.65. ff. verb. obl. Gail. obs.101. n.7. lib.2.

Con-

61 Conclusio superius facta, qvæ vult, Principes subditos à Venationibus prohibere, jurisqve prohibendi qvasi possessionem acqvirere posse, limitatur primò: Ut non procedat, si proclamati inhibitorio Venationum, subditi statim contradixerint, seq; in venatu, jure gentium communi tutati fuerint. Protestantesq; superiorem appellaverint, *ut tradunt Dd. communiter in locis, in conclus. citat. & ultra. ibi relatos. idem tenet Rol. à Valle cons. 9. n. 16. vol. 2.*

62 II. Hæc conclusio limitatur: Ut princeps sub pœna sangvinis edictum, ne venetur, neutiqvam exeqvi possit, etsi, ut majoris apud subditos sit ponderis, hanc comminari contrafacientibus qveat, uti hoc expressim & in specie decidit *Zoanett. d. l. 2. n. 192. C. pact. int. emt. & vendit.*

63 Cujus opinionem, uti longè æqvissimam censuerim: ita è diversio qvæ à Scabinis Lipsiensibus lata, extat post Speculum Saxonicum, ejus tenoris sententia: qvod is, qvi contra mandatum & edictum principis, in principis sylvis atqve forestis, ut vocant, venatus fuerit, laqveo suffocandus sit, omni & juri & rationi dissentaneam putârim.

Sentent. Scab. Lipsiens. post. Spec. Saxon. Rubr. von Pöen der Wildbrätbeschädiger.

64 Sit enim Princeps humanæ sortis memor, cogitet, hominis animam, qvibuslibet rebus prætiosiorem esse.

L. sancimus. in fin. C. sacros. eccles. c. cum infirmitas. x. pœnit. & remiss. c. præcipimus. 12. qu. 1. Felin. c. in præsentia. n. 42. x. probat. Jas. l. si qua mulier. n. 5. C. sacros. eccles. Jas. l. licet inter privatos. num. 5. C. pact. Speculat. tit. de advocato. §. nunc tractemus. n. 5. Bertach. in repert. verb. anima. versic. 1. Cotta in memoral. verb. anima. Neviz. Syl. nupt. lib. 4. n. 4. Tiraq. repet. l. si unquam. verb. donat. larg. n. 202. C. revoc. donat. Plot. tr. de in lit. jur. §. 40. n. 2. Frider. Schenck. tr. feud. tit. 5. §. 1. n. 11. Strach. tr. mercat. p. 2. n. Vasq. ill. contr. c. 33. num. 2. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 5. n. 13. Octav. Simonc. tr. decret. tit. 8. n. 143. Rol. à Valle cons. 69. n. 29. cons. 98. n. 33. vol. 1. cons. 70. n. 35. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 63. n. 8. vol. 3.

65 Ad animum advocet, cuncta naturâ, hominis gratiâ edita esse. *§. in pecudum. Instit. rer. divis. Bertach. tract. gabell. 1. p. 8. p. num. 2.*

Subditi verò præsertim, qvi Christiani 66 nominis verè esse cupiunt, obnixè operam dabũt, ne principis iram, jus suum pervicaciter defendendo, irritent in se, sint memores, superiorum edicta, etsi rigorem sapiant, toleranda attamen esse, ne, qvi principi resistit, Dei ordinationi resistere se, haud impunè experiatur. *Paul. ad Rom. 3. n. 2.*

Secundò concludo: in una eademqve 67 sylva, duobus principibus vel nobilibus, Venationem simul vel uno, vel diversis modis ac formis competere posse, videlicet, ut hic feras majores, ille minores Venatione insectetur: Daß dieser macht habe/ das hohe Wild zu jagen und zu schlagen/ jener nur das niedrige/ uti hoc qvotidiè videmus, & Germaniæ totius consvetudine recipi attestatur *Gailius lib. de pignorat. c. ult. num. 6.*

Tertiò concludo: Usufructuarium ali- 68 cujus feudi vel fundi, venandi jus non habere. Venatio enim in fructu non est. *L. Venationem. ff. usur.*

Qvæ conclusio fallit primò: Si omnes 69 fundi reditus ex Venatione constent. Tunc enim dubium non est, qvin & usufructuarius, ne ususfructus inutilis planè sit, Venationem exercere possit.

d. l. Venationem. ibi gl. ff. usur. l. item. §. aucupiorum. ff. usufruct. l. usufructuarium; jun. ibi gl. 1. ff. eod. tit. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 13. §. 7. gl. 1. n. 7.

Unde infero: Principem aliqvam vel 70 viduam nobilem, usufructuariam relictam, Venationem, nisi in ea totius usufr. utilitas consistat, minimè exercere posse. Textus enim allegati generaliter & indistinctè loqvuntur, qvamobrem indistinctè ut Principem & reliqvas in dignitate positas personas complectantur, intelligendi erunt. *L. 1. §. quod autem. ff. aleator. l. in fraudem. in fin. ff. test. milit. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 218. Curt. tr. feud. 2. p. 3. p. p. n. 40. Plot. tr. de in lit. jur. §. 3. n. 5. in fin. Caball. tr. evict. §. 2. n. 12. & §. 3. num. 79. Strach. tr. Sponsion. p. 4. versic. finge modo. n. 1. Gail. obs. 88. n. 2. lib. 1. obs. 33. num. 2. obs. 80. n. 2. lib. 2. & lib. 2. de pac. pub. c. 13. n. 13. Octav. Simoncell. tract. decretis. tit. 8. num. 34. Cæsar. Contard. l. diffamari. c. 5. num. 108. C. ing. manum. Lancell. Galiaula l. centurio. n. 13. ff. vulg. & pub. Anton. Rub. l. Titia Seio. §. imperator. num. 178. ff. leg. 2. Zuchard. l. 1. n. 115. C. qui adm.*

 II. Hæc

71 II. Hæc conclusio fallit: Si usufructus alicujus rei relinqvatur cum pertinentiis ejusdem. Tunc enim dubitandum non est, Venationem qvoqve contineri, ut superius circa Rubricam annotavimus.

72 IV. Concludo: Venationem Clericis minimè permitti. *toto rub. & nig. ibi Panormit. & dd. x̃. cler. venator. gl. 1. Esau. distinct. 86. c. 1. distinct. 34. Host. in summa. n. 2. x̃. cler. venat. Specul. tit. de cler. venat. ibi Henric. Ferrandat. in addit. Bertach. in repert. verb. venatio. Capolla tr. servit. rust. præd. c. 21. n. 11. Jac. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. n. 8. Saif. in consvet. Turonens. tit. 5. art. 1. gl. 2. col. 1. Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 148.*

73 Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat etiam in Monacho: Nam & ei qvoqve omne Venationis interdictum est exercitium. *Clement. ne in agro. §. porrò. ibi Joh. de Imola n. 6. & Dd. d. stat. monach. Bert. in repert. verb. monachus. el. 1. vers. 8.*

74 II. Ampliatur: Ut ob Venationes sæpius reiteratas, à Clericis, si Episcopus sit, à communione tribus mensibus, si Præsbyter duobus, si Diaconus, ab omni officio suspendatur.

c. 1. ibi Abb. in pr. x̃. cler. venat. Host. in sum. n. 4. x̃. eod. tit.

75 In minoribus verò ordinibus constituti, arbitrio judicis puniantur.

Host. in loc. modò citato. arg c. de causis. x̃. off. deleg.

76 Qvæ pœna irrogari ut possit, trina omnimodò præcedat oportet monitio.

Host. in sum. n. 4. x̃. cler. venat. Jacob. Menoch. cons. 221. num. 52. ubi Henr. Boic. & Anan. in id citat. arg. c. omnes. el. 1. 16. q. 7. c. fin. x̃. vit. & honest. cleric.

77 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut non solùm Venationi studere non possint clerici & monachi: verum etiam, nec canes, nec accipitres, aut alia id genus animalia, ad venandum promta, habere atqve alere.

c. 1. x̃. ne cler. vel monachi. d. c. 1. ibi Abbat. notab. 1. x̃. cler. venat. d. Clem. 1. §. porrò. ibi Joh. de Imola num. 6. de stat. monach. Clem. 2. de censibus.

78 Limitatur autem hæc conclusio I. Ut non procedat, si reditus omnes clericorum in Venationibus consistant: Tunc enim licitè, venationi operam dare poterunt.

Panorm. post. Host. in d. c. 1. ad fin. ferè. & in c. 2. x̃. cler. venat. Host. in summa. n. 3. in fin. x̃. eod. Saison. in consvetud. Turonens. d. art. 1. gloss. 2. col. 2. in pr. arg. l. adigere. §. quamvis. ff. jur. patron. c. præsentium. 7. q. 1.

Qvæ limitatio rursus sublimitatur I. Ut vera non sit religiosorum ratione. Hi enim utilitaris qvidem causa, personaliter venationi interesse non poterunt, licèt per alios expedire possint. 79

gl. dd. Clem. 1. §. porrò. verb. personalem quam sequitur Zenzelin. ibi & Johan. de Imola. n. 23. per ill. text. de stat. monach.

Qvam sublimitationem, hanc rursus recipere restrictionem crediderim, ut vera sit, ita demum, si Monachi familiam, qvæ venetur, alere possint, qvod si monasterii egestas venatores alere non siverit, tunc monachos ipsos Venationi, tempore tamen licito, incumbere posse, omnimodò putârim. 80

arg. dd. Clem. 1. §. porrò. de stat. monach.

II. Sublimitatur: Ut non procedat in Episcopo. Hunc enim ex causa utilitatis, Venationi operam navare, minimè decet. 81

gloss. d. c. 1. verb. voluptate. x̃. cler. Venator. arg. c. 1. 34. distinct.

Qvam glossam minimè veram esse arbitror. Nec obstat textus cap. 1. distinct. 34. per glossam allegatus, qvia in eo Episcopus, non qvòd utilitatis causa venatus esset, sed qvòd totus venatui esset deditus, arguitur. Uti in id propositum præfatum quoq; textum expendit *Abb. c. 2. x̃. cler. venat.* 82

III. Sublimitatur: Ut utilitatis causa, laqveo & rete, Monachi & Clerici venari possint, non autem canibus & accipitribus. *d. Clem. 1. §. porro. ibi Johan. de Imola. n. 23. de stat. monachor. Bertach. in repert. verb. clericus artifex. versic. 5.* 83

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si causa recreationis & valetudinis adjuvandæ, rariusculè tamen ad Venandum clericus, qvod absqve clamore & cum modestia fiat, prosiluerit. 84

Host. in summa. n. 3. post. med. x̃. cler. venat. Innoc. c. dudum. el. 2. n. 13. ibi Panorm. n. 37. x̃. elect. Panorm. d. c. 1. ad fin. ferè. x̃. cler. venat. Felin. c. auditis. n. 13. x̃. præscript. Domin. de S. Gemin. cap. 1. n. 11. de juram. calum. lib. 6. Bertach. in repert. verb. clericus succedit. n. 70. vers. ult. Saif. d. gl. 2. col. 2. Tiraq. tr. nobilitat. c. 37. n. 148. Menoch. cons. 221. n. 50.

III. Hæc conclusio limitatur, seu potiùs declaratur: Ut in dubio, si constat, cleri- 85

clericum iviſſe venatum, magis ſit, ut dicamus, recreationis qvàm voluptatis cauſa id eum feciſſe, ut tradunt nonnulli ex proximè citatis, & ultrà ibidem citatos, idipſum voluêre. *Felin. c. fin. n.* 11. *x. præſumt. Sebaſt. Sap. in addit. ad Panormit. d. c.* 1. *x. cler. venat. Alex. cons.* 72. *n.* 13. *vol.* 1. *arg. l. meritò. ff. pro ſoc.*

86 IV. Hæc concluſio limitatur: Ut non procedat, ſi clericus neceſſitate, puta, ſi feræ ſegetes depaſcerent, lupi armentorum gregumqve ſtabulis inſidiarentur, compulſus venaretur. Hoc enim ei fas erit *Hoſt. in ſumm. n* 3. *x. cler. venat. Saiſ. in conſil. Turonenſ. tit.* 5. *art.* 1. *gloſſ.* 2. *col.* 2. *arg. c.* 1. *ponderando verbum voluptatis. x. cleric. venat.*

87 Idem quoqve juris erit, ſi ut famem toleraret, feras inſectaretur, carnibus earum veſciturus clericus. *argum. dd. c.* 1. *x. cler. venat.*

88 Qvod confirmatur: Tùm quia neceſſitas multa aliàs illicita, licita facit. *gl. c. paſtoralis. verb. mortis. x. off. ordin. gl. c. cepit. verb. perciperet.* 24. *q.* 1. *Jacob. de Belu. Pract. crim. rub. de injur. verb. falſarium. n.* 43. *Bl. l. Divus Pius lect.* 1. *ſub. num.* 1. *ff. petit. heredit. Fr. Curtius l. admonendi. ex n.* 241. *ff. jurejur. Sapia l.* 1. *n.* 27. *&* 76. *ff. off. ejus cui, mand. eſt jurisdict. Vallaſcus l. imperium. n.* 186. *ff. jurisd. om. jud. Hipp. de Marſ. l.* 1. §. *præterea. n.* 130. *ff. CC. Joh. Hanibal. l. nemo poteſt. num.* 51. *ff. leg.* 1. *Sichard. in auth. ſed novo jure. n.* 19. *C. ſerfugit. Curt. tr. feud.* 2 *p. p. n.* 107. *Hartm. Piſtor. q.* 6. *n.* 51. *p.* 2. *Coler. in ſuo proceſſu. p.* 2. *c.* 1. *n.* 81. *Seraphin. de Seraphin. tr. privil. juram. privileg.* 52. *n.* 6. *Tiber. Decian. cons.* 20. *num.* 14. *vol.* 1. *text. c. quod non eſt licitum x. R. I. & plures in id adduxi in repet. l. in multis memb.* 3. *art.* 3. *n.* 11.

Tùm, qvia jure cautum & à Dd. traditum eſt, etſi negociatio omnis Clericis opprobrio ſit atq; interdicta Jure Canonico qvàm ſeveriſſimè. *diſt.* 88. *per tot. c. canonum.* 14. *q.* 4. *c.* 1. *ibi Innoc. n.* 3. *Abb. n.* 6. *& dd. x. ne clericis vel monach. ſæcul. neg. ſeſ. immiſc. Hoſt. in ſumma. n.* 2. *x. eodem tit. Abb. c. fin. n.* 14. *x. vit. & honeſt. cler. Strach. tr. mercat. p.* 3. *n.* 4. *Bertach. tr. gabell. p.* 3. *n.* 2. *Mozzius tr. contract. tit. emt. & vendit. rubr. perſ. quæ em. poſſ. num.* 4. *Rol. à Valle cons.* 38. *n.* 24. *vol.* 2. 89

Qvod usqve adeò verum eſt, ut ceu peſtis clericus negociator fugiendus ſit, *c. negociatorem.* 88. *diſtinct. Dom. de S. Gemin. c. quanquam. n.* 10. *de cenſib. lib.* 6. *Strach. tr. mercat. p.* 3. *n.* 4. *Rol. à Valle d. cons.* 38. *n.* 28. *vol.* 2. 90

Id tamen duræ neceſſitatis telo urgente, licitè per clericum eam expediri *d. c.* 1. *ibi Anton. de But. in pr. Ab. ſub num.* 6. *& dd. x. ne cler. ſæc. neg. Bertach. in repert. verb. cler. beneficiatus. n.* 50. *verſ.* 11. *Vincent. Caroc. tr. loc. tit. quib. non eſt perm. conduct. eſſ. n.* 4. *arg. c. fin.* 86. *diſtinct.* 91

CAPUT V.

Venatio qvando permiſſa.

1. *Venatio non debet fieri diebus feſtis, jejuniorumqve temporibus.*
2. *Venatio, ſi in diebus feſtis, ut fames reſtingvatur atq; ſopiatur, fiat, licita.*
3. *Venatio diebus honori divino cultuiq; dictis, permiſſa, ſi, ut à ferarum devaſtatione agri conſerventur, fiat.*
Reipub. intereſt, frumentum & annonam conſervari ib.
Utilitas magna æqviparatur neceſſitati. ib.
4. *Commoditas, cœleſti proviſione conceſſa temporis momento ut pereat, ferendum non eſt.*

1 Circa qvintum caput concludo: Venatorem tàm laicum, qvàm clericum, diebus, honori Dei, jejuniis precibusq; pro totius Chriſtianiſmi incolumitate fundendis, dictis, à Venatu abſtinere debere. *c. an putatis.* 86. *diſtinct. c. irreligioſa. de conſecrat. diſt.* 3. *c. jejunia. de conſecrat. diſt.* 5. *Bertach. in repert. verb. venatio. verſ.* 7.

Licet his refragetur autoritas (qvâ tamen nil qvicqvam remoror) Virgilii, Georgicorum lib. 1, canentis.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus,
Fas & jura ſinunt: rivos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſeptem,
Inſidias avibus moliri &c.

Hæc concluſio limitatur I. Ut non procedat fame dirâ, Venationem fieri jubente. Tunc enim, cum neceſſitas exlex ſit, legesqve ſibi reſiſtentes, frangat, hoc erit permiſſum. *Jurib. & rationib. in fin. præced. cap. adductis.* 2

3 II. Limitatur: Ut non procedat, si diebus festis repentino excursu bestiæ segetes conculcarent atqve devastarent. Tunc enim bestias, diebus etiam honori cœlestis Numinis consecratis, capi posse crediderim. Tùm, qvia devastationem frumenti præstare, maximè Reipub. est utile. Et certum est, qvod utilitas magna necessitati sit exeqvanda. *Curt. l. principalibus. ff. si cert. pet. quam refert & sequitur Sap. l. 1. n. 27. ibi Paul. de Orian. n. 128. ff. off. ejus cui mand. est jurid. per gl. fin. Clem. 1. de procurator.* Tùm qvod commoditatem cœlesti provisione concessam, temporis momento perire, minimè legum conveniat humanitati. 4 *l. 3. C. fer. Tiraq. V. R. p. 1. §. 1. gl. 11. n. 12.*

CAPUT VI.

Venatio ubi permissa.

1. Venatio permissa, non solum in fundo proprio, sed in alieno etiam.
2. Ingrediens fundum alienum Domino invito, qvicqvid ibi capit, nihilominus suum facit ex communi opinione.
3. Contrarium.
4. Ingrediens fundum alterius domino invito, committit in legem.
Ex facto, cui lex resistit, lucri qvid sperandũ non est.
5. A primordio tituli, posterior formatur eventus.
6. Possessor malæ fidei rem unà cum fructibus restituere debet.
7. Pœna delicto commensuranda.
8. Privati prohibitio, non impedit dominii translationem.
9. Lex ingredi venandi causâ fundum alterius vetans, ingressum vitiat tantùm, non Venationem post ingressum secutam.
10. Pœna privationis non habet locum, nisi in casibus, in jure expressis.
11. Regula est: Res nullius, occupantis fieri.
12. Regulæ standum donec de exceptione doceatur.
13. Commodatarius, cui res subtracta erat, à fure, furti actione duplum vel qvadruplum consecutus, domino rei, rem tantum non duplum sed qvadruplum reddit. Id namqve suo discrimine percepit.
14. Venator, qvod in fundo alieno, contra prohibitionem Domini ceperat, Domino restituit, si fructus omnis utilitasqve fundi consistit in Venatione, aliàs secus secundum aliqvos, qvorum opinio non placet.
Doctori distingventi potius adhibenda fides, qvàm indistinctim aliqvid proferentibus, ibid.
15. A separatis non fit illatio.
16. Venator ideo prohibetur domino invito fundum ejus ingredi, qvòd dominus incertus est, an venator venerit, possessionis adipiscendæ animo, an verò feras insectandi.
Ratio Legis ubi cessat, ipsa qvoqve cessat Lex ib.
17. Initium qvando est illicitum, finis verò licitus, finem spectamus & non initium.
18. Exitus acta probat, finis, nõ verò pugna coronat.
19. Intellectus ad L. si fundum. & L. certum. C. rei vendic.
20. Damnatus injuriarum, nisi per procuratorem ligitaverit, fit infamis.
21. Factum, legitimè pœnam non meretur.
22. Bestiæ in fundo meo, antè non sunt meæ, qvàm eas incluserim.
23. Privatio præsupponit habitum.
24. Restitutio est in pristinum statum repositio.
25. Prohibitus per judicem, fundum alterius ingredi, qvæ ibi ceperat, sua non facit, sed domino restituenda sunt.
26. Ingrediens fundum alienum domino invito, tenetur injuriarum.
27. Actio injuriarum, ut contra ingredientem me invito fundum meum, locum inveniat, oportet, ingredientem à me prohiberi, priusqvam intret. Cæterùm si prohibitio ingressum seqvatur, cessat.
28. Dominus ingredienti se invito fundum etiam venandi gratiâ, armatâ manu resistere potest.
29. Venator, qvicqvid in fundo alterius, eo nolente ceperat, id suum non facit, hoc ita disponente consvetudine.
30. Venator, qvi fundum alterius, contra ejus voluntatem ingreditur, ab eo capi & detineri non potest.

1 Circa sextum caput concludo: Venari non solum posse in fundo proprio. Verum etiam in alieno *§. ferè. vers. nec interest. ibi gl. Joh. de Plat. n. 26. Ang. n. 1. notab. 5. Porc. n. 3. & dd. Inst. rer. divis. l. 3. §. 1. ff. acquir. rer. domin. l. Divus Pius ff. servit. rust. præd. Capoll. tr. servit. ra. l. præd. c. 21. num. 1. Bossius tr. principe. tit. de regalibus. n. 43. Pyrrh. in consvet. Aurelianens. rubr. de stagn. & cunicul. cap. 1. Sais. in consvet. Turonens. tit. 5. art. 1. gloss. 2. in pr. Cujac. observat. lib. 4. cap. 2. Rol. à Valle consil. 9. n. 22 vol. 2.*

Hæc conclusio ampliatur primò: Ut etiamsi invito domino fundum qvis alienum ingrediatur, capta nihilominùs ibidem bestiarum præda, capientis fiat. 2 *Gloss. d. l. Divus. ibi Castr. n. 4. & Raph. Fulg. ff. servit. rust. præd. gloss. d. l. 3. §. 1. ff. acquir. rer. domin. quas communiter receptas attestatur. Bl. d. §. feræ. n. 1. ibi Joh. Fab. n. 1. Plat. n. 26. Ang. n. 1. vers. in gl. si ingrediatur. & Aldobr. Instit. rer. divis. Brun. l. 1. §. omnia. n. 1. ff. acquir. rer. d. min. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus.*

nibus. num.3. Cæpolla d.c.21. n. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 13. §.7. *n. Rol. à Valle d. cons.9.n.23.*

Et hanc esse communem opinionem, qvam communiter in praxi observamus, novissimè attestatur *Emanuel Soarez in suis commun. opin. lit. U. n.*12.

3 Licet contrarium teneant. *gl. d.* §. *feræ. ibi Christoph.Porc. n.*8. *Inst. rer. divis. affl. decis.*321. *n.*13. *gl. Latin. ult. art.* 62. Land=recht *lib.*2. *Cujac. obs. lib.*4. *c.*2.

4 Nec desunt utriqve opinioni suæ rationes. Et hanc qvidem adjuvat: Tum, qvòd ingrediendo domino invito fundum alienum, committitur in legem, qvare conseqvens est, neutiqvam aliqvid facto, cui lex resistit, lucrari deberi. *Vulgatiss. l. non dubium.* C. *ll. c. ex eo. de R. I. lib.*6.

5 Tùm qvod initium vitiosum est. Ergo qvicqvid ex eô conseqvitur. Cum à tituli primordio posterior formari eventus soleat. *L. un.* C. *imp. lucr. descript. lib.*10. *And. ab Exea tr. Pact. n.*76. *Neviz. Syl. nupt. lib.*1. *n.*202.

6 Tùm deniqve, qvod malæ fidei possessor, rem unà cum fructibꝰ restituere debeat. *L. si fundum. & l. certum.* C. *rei vend.*

7 Nec obstat, qvod replicari posset, satis esse, ut domino invito ingrediens (sicuti mox dicetur) injuriarum teneatur. Qvia respondetur, Venatorem qvandoqve plus ex venatione consecuturum, qvàm injuriarum donatus, sentiret dispendii. Qvapropter alicui adhuc pœnæ subjugandum, capta scilicet ut restituat. Ita enim demùm pœna, qvod juris est, delicto commensurabitur. *L. respiciendum. ff. pœn. l. heres qui tacitam. & l. rescriptum. ff. his quibus ut indign. Hormannoct. Det. l.*4. §. *Cato. n.*127. *ff. verb. obl. Menoch. tr. arbit. jud. CC. lib.*1. *qu.*90. *n.*38. *Seraphin. de Seraphin. tr. Privil. juram. privil.*137. *n* 7.

8 Pro communi opinione militat: Tùm, qvod prohibitio privari dominii translationem non impedit.

*L. ea lege. jun. ibi gl.*2. C. *condict. ob caus. facit. l filiusfam.* §. *Divi. ff. leg.*1.

9 Tùm, qvod lex prohibens fundum alterius ingredi, ingressum tantùm, non verò venationis actum afficit.

arg. l. Virilis. §. *sed si adiret. ff. leg. præst. l. in laqueum. ff. acquir. rer. dom.*

10 Tùm, qvia si is, qvi qvid Venatione ceperat, restituere idipsum cogeretur, commodo laboris sui privaretur, qvod nulla lex dicit. Et certum est: qvod pœna privationis, nunqvàm, nisi in casibus à lege expressis, locum sibi vendicet, *text.* §. *cum igitur. auth. de non elig. sec. nub. Alex. L. etiam.* §. *licet. n.*7. *ff. solut. matrim. Thom. Parpal. l.*2. *n.*25. *ff. eod. tit. Parpal. l. si quis major. num.*68. C. *transact. Crottus Rubr. n.*15. *ff. op. no. nunc. Crott. l.*1. *n.* 22. *ff. eod. tit. Joh. de Garronib. l.* 1. *n.* 89. C. *secund. nupt. gl. in summa.*15. *q.*8. *gl. c. fin. x. jur. Patrona. Bl. c.* 1. §. *Vasallus. el.*1. *n.* 5. *si de feud. fuer. contr. Cozad. l.*2. *n.*183. C. *pact. int. emt. & vendit. Niconitius Rubr. n.*51. C. *edend. tract. incerti autoris de crim. læs. majest. qu.*5. *n.*5. *Cacherr. decis.* 147. *n.* 4. *Hartm. Pistor. qu.*27. *n.*12. *& qu.*50. *n.* 32. *p.* 2. *& tradunt complures alii, relati per Soar. com. opin. lit. P. n.*126.

Tùm, qvia regula est; Res nullius, occupanti cedere, ut *s. circa definition. diximus.* 11

Huic ergò regulæ donec de exceptione (occupatâ nimirum in fundo alieno, domino invito, occupantis non fieri) doceatur, standum erit. *L. ab ea parte. ff. probat. l. suus quoque. ff. hered. instit. c.* 2. *x. conjug. lepros. c. ad decimas. x. restit. spoliat. gl. Clem. fin. de rescr. Br. l.*1. §. *nunciatio. n.*29. *ibi Crottus num.* 74. *ff. op. no. nunc. Bl. l. si tutor. n.* 5. C. *ser. pig. dat. manum. Bl. c. un. n.*2. *x. alien. jud. mut. caus. fact. Br. l. quoties. la.*2. *ff. si quis caut. Jas. l. ex quacunque sub n.*33. *ff. si quis in jus voc. non ier. Jas. l. à Divo Pio. in pr. n.* 7. *ff. re jud. Panorm. c. fin. num.* 22. *x. judic. Mathesilan. sing.*19. *Everard. in top. in Loc. ab. except. ad regul. n.*12. *Crottus l. si constante. n.*34. *ff. sol. matr. Crottus l. re conjuncti. n.*110. *ff. leg.*3. *Gozad. l. qui se patris. n.*110. *ibi Fab. Acorombon. n* 116. C. *un. lib. Zoanett. l.* 2. *n.* 26. C. *pact. int. emt. & vendit. Cas. Contard. l. unic. qu.*21. *n.* 7. *&* 8. C. *si de mom. poss. fuer. appell. Exea tract. pact. n.*194. *Tiraq. ut retr. p.*1. §. 1. *gloss.* 9. *n.*211. *Covarr. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *num.*4. *Strach. tr. mercat. tit. contr. mercat. n.* 2. *Johan. Baptist. Asin. in sua praxi.* §.2. *c.*12. *n.* 55. *Mantic. tr. conject. ult. volunt. lib.*5. *tit.*15. *n.*31. *Vasq. ill. cont. c.*103. *n.*17. 12

Tum textus. L. fin. §. sed cum in secunda. C. furt. Ubi commodatarius, cui res subtracta erat, furti actionem, contra furem instituens, & eum in duplum qvadruplumve condemnari impetrans, domino 13

rei,

rei, adversus se agenti, rem tantummodo, vel æstimationem ejus præstat, non verò dupli qvadruplivé lucrum, ex condemnatione consecutum. Qvippe suo egit furti discrimine. Pariter qvoqve in nostro subjecto, lis dirimetur, sufficere nempe rem, id est, qvietam possessionem, in qvâ venator ingressu suo dominum turbaverat, non verò commodum ex venatione redundans, qvandoqvidem id periculo suo consecutus sit, domino restitui.

14 Hoc dubium nonnulli, mediam qvasi viam eligendo, distinctionibus sopiri posse, crediderunt, antesignano Angelo Perusino, Baldi fratre, & Floriano, seu, ut refert Chassanæus (qvod tamen typographicum mendum esse crediderim,) Alberico de Rosate: Ut scilicet prior opinio, qvam communem dixi, vera sit, cum reditus fundi, minimè in venatione consistit: Posterior verò cum in venatione omnis fundi reditus positus sit, procedat. Qvibus qvidem adstipulatur notissima juris maxima: Doctoribus distinctim loqventibus potius, qvàm in discriminatim loqventibus, fidem adhibendā esse, qvàm tradidère *gl. l. apud antiqūos. verb. omnibus discretis.* C. *furt. gl. fin. l. si vehenda. ff. ad l. Rhod. de jact. Salyc l. filiæ cujus. n. 5. vers. expeditis.* C. *fam. arc. Ang. Aret. Inst. emt. & vendit. in pr. num.* 2. *ad finem. Neviz. Syl. nupt. lib. 5. n.* 32. *Ponzinib. tract. d. lamiis. n. 55. Cæsar. Contard. l. diffamari. c. 5. n.* 114. C. *ing. manum. Hartm. Pistor. qu.* 3. *n.* 21. *p.* 2. *Octav. Simoncell. tr. decret. tit.* 8. *n.* 228. *Cardin. Parisi. cons.* 92. *n.* 32. *vol.* 2. *Cæphal. cons.* 195. *n.* 26. *cons.* 208. *num.* 2. *cons.* 240. *n.* 21. *cons.* 283. *n.* 21. *vol.* 2. *Menoch. consil.* 256. *n.* 82. *vol.* 3.

Cujus distinctionis meminêre *Angel. Chassan. & Rol. à Valle in loc. modo cit.*

15 Verùm, ego primam, ut communem & verissimam, indistinctè seqvendam esse, planè censuerim. Neqve enim distinctio à Doctoribus tradita, ulli juri innititur, neqve fundamenta, prò posteriori opinione allata, alicujus sunt momenti. Primum enim qvod attinet, responsio est facilis, alium videlicet esse ingressionis actum, alium item actum esse Venationis. Illum à lege domino invito prohibitum: hunc prohibitum esse, nulla præcipit juris dispositio. Qvare ab uno, maximè cum de pœnis sit tractatus, ad alium, tanqvam diverso & separato, illationem non sumendam esse *L. Papinianus exuli. ff. minor. Curt. tr. feud.* 1. *p.* 3. *p. p. num.* 12. *Neviz. Syl. nupt. lib.* 1. *n.* 222.

Qvòd si rationem prohibitionis, de non ingrediendo fundum alienum invito domino ivestigaverimus paulò altiùs, hanc esse conspicabimur, qvòd per talem ingressum dominus possessione sua spoliari privariqve posset. Latet enim animus ingredientis, num possessionis adipiscendæ, num Venandi causa fundum intrârit. Qvæ ratio nihil cum Venatione commune habet. Apparet nempe animus venantis, cui, domino possessionem suam intervertere cordi non est, sed fera destinata est finis. Unde cum prohibitionis causa absit, qvî, ut prohibitiva dispositio, locum haberet, fieret? contra *l. cum cum cessante. ff. appellat. l. quod dictum. ff. pact. l. adigere. §. quamvis. ff. jur. Patron. l. unicam. §. ff. foute.* 16

Secundum qvoqve fundamentum facilè corruet, si cogitaverimus, axioma illud, de initio spectando, esse (ut vetustiores locuti sunt) brocardicon, in qvo regula ferè poni non potest, ob jurium diversitatem, nunc initium, nunc medium, nunc finem, nunc pariter omnia spectanda esse, jubentia. Proindeqve locum sibi in nostro subjecto haudqvaqvam reperiet. Jura enim, qvæ pro stabiliendo illo axiomate adduci solent, de uno eodemqve actu loqvuntur, non uti hîc est, cum duo separati diversiq; sunt actus actus nimirum, ut adhuc semel inculcem, ingressus, & actus Venationis. Posito verò, sed non concesso, locum esse illi, qvod initium spectandum sit regulæ, opponemus illi aliud receptum juris axioma, qvod habet: Qvando initium est illicitum, finis verò licitus, spectandum esse finem, & non initium, qvæ est doctrina Bartoli, communiter recepta, *in l. quod ait lex. §. quod ait lex. n. ff. ad l. Jul. de adult. per text. in id optimum. l. qui eum major. §.* 1. *ff. bon. libert.* 17

Exitus enim est, qvi acta probat, non pugna, sed finis coronat. *c. qualis. in pr.* 25. *distinct. l. rem non novam. §. Patroni autem.* C. *judic. Ever. in top. in loc. à virt. fin. n.* 2. *Curt. tr. feud.* 4. *p. p. n.* 16. *Neviz. Syl. nupt.* 1. *n.* 27. *Hipp. de Mars. cons.* 52. *n.* 14. 18

Textus in L. si fundum, & L. certum. C. rei vendicat, qvod attinet, est qvod dicamus, in terminis illorum textuum duo reqvi- 19

reqviri, perceptionem nimirum & bonam fidem ad hoc, ut possessor fundi fructus suos faciat. Qvi, si malæ fidei sit, non habet, qvod de restitutione fructuum côqveratur. In nostro verò subjecto, unum sufficit, nimirum occupatio, sive ea bonam, sive malam fidem conjunctam habeat, qvæ est resolutio *Joh. Fab. d. §. feræ. tr. rer. divis.*

20 Ad ultimum ea suppetit responsio, pœnam condemnatione injuriarum, delicto omninò commensurari, absqve eo, qvod capta venatori præda auferatur. Cum Venatori injuriarum damnato, infamiæ nota inuri qveat, nisi infamiam per procuratorem litigando, evaserit, qvæ est cautela. *Br. l. furti. §. si quis alieno. n. 3. per ill. text. ff. his qui not. infam. Cap. caut. 12. Marc. Ant. Blanch. caut. 3. Fich. caut. 38.*

21 Accedat, qvod Venator, occupando res, qvæ nullius sunt in fundo alieno, id faciat, qvod jure gentium etiam cuiq; liceat. Qvare pœnâ contristandus aliqvâ non est. Cum factum legitimè nullam mereatur pœnam. *L. Gracchus. C. ad Jul. de adult. Mar. tr. or. jud. p. 6. rubr. inquisit. n. 108. Zuchard. in Rubr. n. 62. C. bonor. possess. cont. tab. Tiraq. ll. connub. l. 9. num. 1. Menoch. tr. remed. poss. retin. remed. 3. n. 800. & tr. remed. possess. recup. rem. 9. n. 170.*

22 Adhæc bestiæ in fundo meo, nisi eas incluserim, meæ non sunt, *uti superiùs annotavimus circa definitionem.*

23 Eccur igitur mihi restituendæ essent ab eo, qvi eas in fundo meo, me invito ceperat, cum is neq; possessione, neq; dominio, earundem me privârit: Eqvidem privatio, ubi habitus non antecesserit, esse non potest. *arg. l. manumissiones. ff. just. & jur. c. exhibita. x. homicid. l. Titio usufruct. ff. cond. & demonstrat. l. restituere. ff. verb. obl. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 198. in fin. Cacherr. decis. 24. n. 11. & decis. 120. n. 7. Hartman. Pistor. qu. 29. n. 17. p. 2. Mascard. tr. prob. concl. 13. n. 3. Seraphin. de Seraphin. tr. privil. juram. privil. 109. n. 2. Card. Paris. cons. 41. n. 14. vol. 2. Rol. à Valle cons. 32. n. 57. vol. 4. Jacob. Menoch. cons. 232. n. 27. cons. 241. n. 27. vol. 3. cons. 326. n. 2. cons. 378. n. 9. vol. 4.*

24 Et restitutio fit ita demum, qvando in pristinum statum reponi possumus. *L. quod si minor. §. restitutio. ff. minor. Pract. Pap. in for. lib. quo agitur. ut sent. resc. verb. fore in integ. restituendum. & in for. lib. sub rest. in int. verb. eundemq; Simoninum. n. 2. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 14. n. 1. vers. ex quo primò. Tir. V. R. p. 1. §. 32. gl. unic. n. 69. qui plures in id citat. Covar. var resolut. lib. 1. c. 3. ante n. 1. Polit. tr. vulg. sub. n. 77. Menoch. tr. remed. possess. recup. in prælud. n. 4. & remed. 1. n. 412. Gail. lib. 1. obs. 114. n. 2. & lib. 2. obs. 61. n. 15. & de pac. pub. c. 15. n. 6. & c. 19. n. 2. & per tot. lib. 2.*

Hæc ampliatio restringitur primò: Ut non procedat, si qvis per judicem venari in alieno prohibitus esset. Tunc enim præda qvoqve domino, à cujus fundo judicis mandato arcebatur, restituenda erit. *Joh. Fab. d. §. feræ. n. 2. inst. rer. divis. Jacob. de S. Georg. tr. feud. d. verb. & cum Venationibus. sub num. 3. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 13. §. 7. gloss. 1. sub num. 8. Rol. à Valle d. cons. 9. n. 25. vol. 2. per l. qui fundum. §. qui sciens. ff. pro emt. l. de pollicitationibus. ff. pollicitat.* 25

II. Restringitur, vel potiùs declaratur. Nam etiamsi fera in fundo alieno, dominô invitô, capta, capientis maneat: tamen, qvia domino fundi invito, ingressus est, datur contra eum injuriarum actio. *L. injuriarum actio. la. 1. §. fin. ff. injur. gl. d. l. Divus. ff. ser. rust. præd. Jac. de Belvis. pr. Crim. rubr. de injur. verb. Falsarium. n. 41. Joh. de Plat. d. §. feræ. n. 26. Instit. rer. divis. Alvarott. c. 1. §. nemo retia. ante n. 1. ibi Isern. n. 31. de pac. tenend. in usib. feud. Jacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. sub n. 4. Cæpoll. tr. servit. rust. præd. c. 21. n. 1. Chassan. d. §. 7. gloss. 1. num. 3. Jul. Clar. pract. crimin. §. injuria. n. 2. Eman. Zoarez. com. opin. lit. U. n. 12. Rol. à Valle d. cons. 9. n. 23. vol. 2.* 26

Hoc ita: si dominus Venatorem antè prohibuerit, qvàm fundum ingrediebatur, Ceterum si post ingressum prohibitꝰ fuerit injuriarum non erit actio. *Ang. Aret. d. §. feræ. n. 1. & n. 5. per ill. text. ponderando verbū prævideri. Inst. rer. divis. §. apium. vers. planè in illis verbis: integrare Inst. eod. tit.* 27

III. Hæc ampliatio restringitur, seu potiùs declaratur, ut venator armatâ etiam manu à me, ne fundum meum ingrediatur, prohiberi possit. *gl. l. 3. §. planè. ff. acquir. rer. dom. Jacob. de S. Georg. d. verb. & cum Venationibus. sub n. 4. Cæpoll. tract. Serv. rust. præd. c. 21. n. 3. arg. l. quemadmodum. versic. aliud. ff. ad l. Aquil.* 28

IV. Restringitur: Ut non procedat, si aliud consvetudine introductum fuerit. 29

Dubi-

Dubium enim non est, qvin, si ob judicis præceptum, præda capientis non fiat, idipsum etiam fieri possit, consvetudine hoc ita disponente. *Johan. Fab. d. §. feræ. n. 2. Inst. rer. divis. Jacob. de S. Georg. d. verb. & cum Venation. n. 3. Chassan. d. §. 7. gl. 1. n. 8. Rol. à Valle de cons. 9. n. 26. per §. constat. Inst. jur. natur. gent. & civ.*

30 Secundò hæc conclusio ampliatur: Ut etiamsi fundi domino venatori, dum in venatûs actu est, obvenerit, capere tamē eum vel detinere, nullô jure possit. *gl. §. apium. verb. prævideris. ibi Ang. Aret. n. 1. Inst. rer. divis. gl. l. Divus. ff. ser rusti. præd. Christoph Porc. §. singulorum. n. 8. in fine. Inst. eod. tit. Jacob. de S. Georg. tr. feud. d. verb. & cum venat. n. 4. Capoll. d. c. 21. n. 3. argum. §. quia verò. auth. ut nulli jud. toto rub. & nig.* C. *ne quis in sua caus. toto rubr. & nig.* C. *privat. carcer. inhib. jun. l. 1. ff. jur.*

CAPUT VII.

An, si in sylvâ meâ alius venandi jus habeat, possim arbores complures simul semelqve exscindere.

1. *Arbores proceræ, qvibus extirbatis, venatio fit deterior, succidi non debent.*
2. *Jus servitutis non debet effici deterius.*
3. *Mandatum absq; clausula in Camerâ Imperiali, ne decidantur arbores, In Venationis deteriorationem, conceditur.*
4. *Qvod non licet in parte, multò minùs in toto licebit.*
5. *Arbores fundi, qvi Venationem debet, possunt succidi, si hinc non admodùm læditur jus Venationis.*
6. *Proprietas absqve utilitate penes dominum relinqvi non debet.*
7. *Charitas ordinata incipit à se ipsa.*
8. *Venatori, qvibus potest modis, Venationem adjuvare fas est.*

1 Thema qvidem propositum facilè resolvi, jurisqve medullis decidi posse, animadverto. Nolui tamen idipsum, qvoniam nostram attingit materiam, negligere: Verùm ejus potiùs tractationem, nno alteroq; verbo suscipere. Circa qvod concludo: Domino sylvæ arbores proceras succidere, qvo venatio inde deterior fiat, nefas esse. Uti hoc in specie decidit *Andr. Gail. qui solus hoc in terminis thema habet ex iis, quos mihi videre contigit, obs. 67. n. 5. lib. 2.*

2 Ratio in promtu est: Non enim jus servitutis deterius effici debet. *L. servitutes. §. si ante. ff. ser. urb. præd. L. sed & si quid. §. proprietatis. ff. usufr. l. etsi fortè. §. fin. ff. si servi. vendit. l. certo generi. §. si totus. ff. ser. rust. præd. l. 1. §. Labeo putat. ff. aq. quot. & æst. l. in fraudem. §. conductor. ff. jur. fisc. l. forma. §. si vites. ff. censib. Br. l. divortio. §. si fundum. n. 3. ff. sol. matr.*

3 Hæc conclusio ampliatur primò: Ut hoc casu, qvandoqvidem de damno irrecuperabili agitur, (intra hominis enim ætatem vix ac ne vix qvidem arbores, qvas dominus cæciderat, pristinæ proceritati restituuntur) in Camera Imperiali, mandatum, etiam absqve clausulâ justificatoriâ) mandamus, ut in termino compareas, causas, qvare non tenearis mandato, allegaturus, &c) & peti & concedi debeant, uti hoc in Camera observatum in causa Comitis à Zollern contra Comitem à Furstenberg attestatur idem *Gail. d. obs. 67. n. 8. lib. 2.*

4 II. Hæc conclusio ampliatur: ut longè minùs Dominus fundi, Venationem debentis, arbores funditus extirpare, evellere, eradicareq; possit, & novale efficere. Cùm enim hoc, in parte ei sit denegatum, in toto multò minùs hoc ei non licere, est qvod dicamus. *arg. aut. multò magis.* C. *episc. & cler. cum simil.*

Limitatur autem hæc conclusio primò: Ut non procedat, si Dominus sylvæ, arbores qvidem excinderet, at moderatè tamen sineq; juris Venandi dispendio. Hoc enim neutiqvam denegari ei posse, statuo. *argum. l. 2. versic. sed si non minus. ff. relig. & sumt. funer. jun. trad. per Pinell. l. 2. p. 2. c. 1. n. 25.* C. *resc. vendit.* 5

III. Limitatur: Ut non procedat, si nulla alia præter Venationem, nisi in lignis cædendis, Sylvæ esse utilitas: Hoc enim casu dummodo qvantum fieri potest, sarta tecta maneat Venatio, ligna ferire, maximè ad ædificiorum refectionem ei permittendum. Tùm, ne nulla sit proprietatis utilitas, contra *l. si usufr. ff. usu & usufr. leg.* 6

Tùm: qvod ordinata charitas à seipsa incipiat. *L. præses. ibi Bl. & Salyc.* C. *servit. & aq. Jas. l. si ita stipulatus fuer. te sisti. §. possum. n. 2. ff. verb. obl. Curt. tr. feud. 4. p. p. n. 8. Cotta in memorabil. verb. Ecclesia. ad finem. Affl. decis. 290. n. 8. & decis. 371. n. 3. Lup. Rubr. §. 65. n. 52. ꝟ. donat. int. vir. & uxor. Barbat. l. cum acutissimi. n. 197. ibi Sich. n. 4.* C. *fideicomm. Bertach. in repert. verb. charitas. vers. 1. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 17. n. 22. Tib. Decian. cons. 93. n. 113. vol. 2. cons. 111. n. 22. vol. 3.* 7

E di-

5 E diverso verò is, qvi in qvasi possessione juris venandi est, omnia poterit in sylva, qvæ Venationem habet, per qvæ Venatio feracior efficitur & adjuvatur. Unde folia arida, qvæ ex arboribus cessitaverũt, incendere, ut gramen & reliqva pascua, meliùs inqve majori copia bestiis crescant, arbores ætate tempestateqve corruptas, ità ut exaruerint, removere, ne hinc pascuis detrimentum inferatur, & si qvæ fuerint alia, ei fas erit. *arg. l. si iter. ff. servit. l servitutes. §. si domo. ff. servit. urb. præd.*

CAPUT VIII.

Glandis legendæ jus in Sylva, qvæ Venationem debet, cujus sit? an ejus, qvi Venationis jura possidet, an domini, cujus Sylva est propria.

1. *Glandis appellatione continentur omnes omninò fructus.*
2. *Contractus ex conventione, legem accipiunt.*
3. *Glandes, fundi Venatorii, in dubio Venatori, pro ferarum pascuis, adjudicandæ. Alimenta denegans, necare videtur, ib.*
4. *Glandes, si qvæ ultra alimoniam ferarum extant, domini fundi erunt.*

1 CIrca hoc subjectum, illud cum primis annotandum censeo: Glandis appellatione, omnes omninò fructus contineri. *l. unica. ff. gland. leg. l. qui Venenum. §. glandis. ibi Alcyat. ff. verb. sing. l. Julianus. §. gland. ff. ad exhib. l. qui servandarum. §. fin. ibi Br. ff. præscr. verb. Specul. tit. de injur. §. 2. num. 19. Capoll. tr. servit. rust. præd. c. 18. num. 5. Bertach. in repert. verb. glans. Pyrrh. in consvetud. Aurelian. tit. de pascuis. c. 6.*

2 Unde, qvod de glande dicimus, de castaneis, avellanis reliqvisqve sylvestribus fructibus intelligi volumus. Hinc ad decisionem propositæ qvæstionis descendens, primò concludo, si qva inter Dominum sylvæ & Venatorem fuerit de fructibus pactio, huic inhærendum esse. Qvandoqvidem contractus ex conventione legem accipiunt. *c. contractus. ibi Cyn. & Dd. de R. I. lib. 6. l. 1. §. si conveniat. ff. depos. Pract. Papin. in for. lib. quo ag. ad revoc. feudi. verb. nec superstitibus ex eo liber. num. 35. Lup. c. per Vestras. 6. notab. §. 11. num. 3. ff. donat. int. vir. & uxor. Zoanett. l. 2. n. 36. versic. neque. ibi Cagnol. C. pact. int. emt. & vendit. Jas. l. sed etsi quis. §. quæsitum. n. 40. ff. si quis. caut. Jas. l. si ista quis promiserit. §. Seia. n. 11. ff. verb. obl. petr. Rebuff. l. unic. num. 564. C. sent. quæ pro eo quod interest. prof. Caball. tr. evict. §. 4. n. 2. Strach. tr. sponsionib. p. 4. vers. quæro igitur. n. 1. Gail. observat 23. num. 18. lib. 2. Tiraq. V. R. p. 1. §. 26. gl. 3. n. 43. Mozzius tr. contract. Rub. de commod. tit. de accidental. commod. n. 6.*

Secundò concludo: Fructus Sylvestres, in dubio Venatori, in alimenta ferarum adjudicandos esse, si enim fructus omnes auferrentur, brevi feræ qvoqve fame perirent, venationisqve exitium secum traherent. Cum alimenta denegans, necare videatur *L. necare. ff. lib. agnosc. l. si victum. ff. re judic. c. pasce. 86. distinct. Pract. Pap. in for. lib. pro leg. rei sing. verb. coram vobis. n. 118. Jas. auth. res quæ. n. 7. c. com. de leg. Lup. Rubr. §. 70. num. 24. ff. donat. inter vir. & ux. Marius Salomon. l. 1. §. jus naturale. n. 1. ff. just. & jur. Gail. obs. 88. n. 6. obs. 122. n. 15. lib. 2.* 3

Qvod verò restat ultra ferarum victum, fructuum, eorum præsertim, qvibus homines communiter cum bestiis vescimur, uti sunt castaneæ, domino fundi seu sylvæ erit, penes qvem aliàs penitus inutilis remaneret proprietas, contra *L. si usus fruct. ff. usu. & usufr. leg.* 4

Atqve eò usqve Candidissime Lector judexq; æqvissime, certis rationibus commoti, progredi potuimus. Telam tamen de plenitudine potestatis exorsos, nondum tamen filum abrupisse nos, scito. Interim his utitor feliciter, nosqve amato.

Sat habet Fautorum, qvi rectè facit,

INDEX RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMUS, EORUM, QVÆ IN EXPLICATIONE RUBRICÆ ET §. VENATIONIS TRACTANTUR, IN QVO R. RUBRICAM, C. CAPITULUM, N. NUMERUM MARGINALEM TIBI OSTENDUNT.

Cer-

Impe-

Prin-

Rega-

Scie

Vena-

FINIS.



REPETITIO
L. in multis. ff. ſtat. hom.

IN QVA COMPLURES CASUS, IN QVIBUS FOEMINARUM, PRÆ MASCULORUM, VEL DETERIOR, VEL MELIOR, DE JURE NOSTRO, EST CONDITIO, CUM SUIS AMPLIATIONIBUS, ET LIMITATIONIBUS, FRUCTU, ATQVE UTILITATE SUA, MINIME CARENTES, HABITO UBIVIS, AD COMMUNEM OPINIONEM RESPECTU, TRACTANTUR.

CUM GEMINO RERUM ET VERBORUM INDICE.

OPERA ATQVE INDUSTRIA
FRIDERICI PRUCKMANNI,
FRANCOFURDENSIS AD ODERAM,
J. U. D.

O miſerrimam fortunam, qvæ invidia caret.

LIPSIÆ, Apud GROSIANOS,
HAL. SAX. LITERIS HÆRED. SALFELDIANIS.
ANNO M. DC. LXXI.

CLARISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS VIRIS AC DOMINIS DECANO, ORDINARIO, ET PROFESSSORIBUS JURIDICÆ FACULTATIS, INCLYTÆ FRANCOFURDENSIUM ACADEMIÆ, DOMINIS, PRÆCEPTORIBUS ET AFFINIBUS, AMANTIISSIMIS.

FRIDERICUS PRUCKMAN, J.C.

S. P. D.

Sapientiam, scientiam, atq; eruditionem, viri optimi, Præceptoresq; colendi, cœlestis numinis talenta esse, mortalium cuicunq; pro modulo, ac pede suo, non qvidem mancipio sed usu tantum, virgulta qvasi divina suppeditata, omnibus in confesso est, adeoq; documentis indigere ullis, haudquaquam existimo, hoc næ admonemur, quò quisq; reliquos, donis suis anteit, eò submissius sese gerere, eum decere. Uti enim qui alieno mundo exornatus, fastum præ se ferens, vultuq; tacito mentis sermone, indicans superbiam, alios viliori habitu exultos, susq; deq; sibi comparatos habens, ab omnibus perfrictæ frontis, & extremæ impudicitiæ homo argueretur: ita quoque eodem erunt jure, qui aliis excellentiores, ob dona aliena, quæ tamen Dei sunt, se esse, sibi persvasum (sæpiusculè falsò etiam) habent, nihil, nisi quod ipsi faciunt, rectè factũ ut Comicus ait (certissimum hominis imperiti τεκμήριον) putant. At, esse quidem ita decuerat: verùm omnes, universi terrarum orbis, status, turpissimo amoris suiipsius vitio laborare, & acutissimo ad concoquendum illud helleboro, indigere, proh dolor comperimus. Quid etenim mirum? cum illudipsum malum, primos nostros diabolica machinatione, parentes fefellerit. Agè verò de coryphæis inter nostrates, ut mutua æmulatione, & sui ipsius amore flagrarint, parumper dispiciamus. Nam de alterius disciplinæ hominibus, aliquid afferre, non est hujus loci. A Bartolo igitur exordientes, etiamsi eam apud nonnullos laudem meritus sit, ut unà cum glossa, tutissima dicatur navis, quaper vastum juris pelagum navigantes, in portum veritatis ducimur (Ripa l. si unqvam. n.45. C. revoc. donat.) *etiamsi eum, omnes reliquos scriptores, & æquitate, & veritate præcessisse, attestetur Panormitamus* (c. cum nobis. n.11. vers. quid ergo extra præscr.) *Bartolus inquam, etsi unanimi consensu primas Tiraquello teste obtineat,* (Tir. V.R p 2. ad fin. tit. n.31.) *etsi, splendor nominis ejus, per ora virûm volitet: is tamen neutiquam præstare potuit, quin aliorum sui ipsius amore fascinatorum, tum præceptorum, tum discipulorum invidiam incurreret. Raynerius enim antiquus illè glossator, quo præceptore Bartolus usus est, multa in odium Bartoli, frustra tamen conatus est, ut testis est Jason* (l. omnes populi. n.1. ff. just. & jure) *Baldus item, qui Bartolum habuit præceptorem, ut ipse fatetur Baldus* (c. 1. §. vasallus. el.2. si de feud. fuer. contr. & cap.1. n 2. de benef. frat.) *nihil duxit prius, quam præceptoris opinionibus, nescio qua gloriæ laude instigatus, reluctari. Quo factum est, ut Tiraquellus scriptum reliquerit, hos duos conjunctos, & in unam sententiam euntes, & quod omnes facilè superent, & quod Baldus libentissimè, & quasi ex professo Bartoli, nisi res omnimodo dubitatione careat, opinionem impugnet, intrepidè se omnibus aliis opponere ausurum.* (Tir. V.R. p.1. ad fin. tit. n.90.) *Quid? quod Bartolo adpræcordia usque, venenatum suum aculeum, cœco sui ipsius amore excœcatus, infixerit Cujacius. Ea enim illum, quapræterea neminem, de Bartolo cœpit dementia. Ita enim de Bartolo fatur: Bartolum, utpote verberonem, Papiniano (quod nonnulli factitant) non exæquandum, sed Bartoli traditiones, vanas esse fictiones, ægri somniis leviores, siquidem Accursio, non inhæserit,* (Cujac. obs. l.12. c.16.) *at jam reliquos attingemus. Maximas*

 inter

inter sese simultates, Alexandrum de Imola, & Cæpollam, ob loci præeminentiam ortas, aluisse, refert Fel. (rubr. n 3. vers. præcedit, extra major. & obed.) *Quas turbas dedit, Chassanæi, & Tiraquelli nostri dum alter, alteri, non vellet esse secundus, de primatu Gallorum Jureconsultorum obtinendo, studium, atq; contentio? vel decies millies, hic, illum, de legibus connub. tractatu, veteratorem & plagiarium exclamat, vehementissimeq; in eundem, in tractatu de utroq; retractu invehitur.* (§.1. gloss 9. n. 79. & §.21. gl. un. num. 6.) *Nec verò Tiraquello, qui pro Chassanæo, arma induit, Ennellanus pepercit, sed cum scriptis suis, puta, quæ in ll. connub. confecisset, ad istrum omninò, (nisi Dii in melius vertissent) relegandum, tulit sententiam. Igitur, ut coronidem addam, nemo adhuc, ab ipsis mundi primordiis, quæ omnibus placuissent, & sui ipsius amatoribus caruissent, edidit scripta.*

Quapropter ex minimorum cum maximis facta collatione, de his quid fiet, quæ ego in publicum prodire cupio, facilè præsentisco. Conscripsi enim, viri præstantissimi, de studiis meis, aliquos abripiens horas, quandam, in l. in multis. ff. stat. hom. *repetitionem, quam typis excusam, omnium judiciis, expositam esse volui.*


Huc confestim, apium instar, obtrectatorum globi convolabunt. Quorum potissimum quatuor erunt genera. Aliis vulgaria hæc esse incusantibus, aliis methodum aliam desiderantibus, aliis plagii forsitan insimulantibus, aliis deniq; nodum in scirpo quærentibus. Sunt enim homines, quibus nec veneris sandalium calumniari piaculum, sunt item homines, quibus alabastrum ungvento plenum sordescit.

Primis quidem, vulgaria fructu suo minimè destitui, responderim. Methodum quod attinet, non facilè quàm aliam, ad docendum magis idoneam, atq; hanc esse in qua conclusivè, ampliationes, limitationesq; tradendo proceditur alii, quid velint, per me licet, sentiant, putarim. At de veritate conclusionis disputandum erat? non enim conclusiones omnes, huic repetitioni insertæ, undiquaquam sunt elimatæ. Neq; verò mihi, contrarium quibus expromi posset argumentis, absconditum erat, nec quibus solutionibus discuti possent (Deo dante) ignorabam, sed quoniam repetitionem me conscribere memineram, intra repetitionis metas fuit continenda, subtilesq; argutiæ, justo tractatui reservandæ. Plagii insimulatores, credant mihi velim, hanc nostram opellam, qualiscunque sit, proprio labore partam esse. Non diffitebor tamen illis, nihil, quod dictum prius non sit, dici posse, proindeq; si hac me posterum captari via, sensero, eadem eos via capi, quod plagium in illos retorquendo longè meliori jure, fiet, non erit injurium. Nasutiores deniq; delicatioresq; illos, quibus ultra crepidam judicare mos est, rogatos volo, ut secum habitent. Norint enim tum demum, quàm curta ipsis sit suppellex, cum manticæ quod in tergo est, penitius inspexerint.

Porrò, quandoquidem pluris semper, æquum, quàm iniquum judicium fecerim, has malevolorum calamitates facilius libellum hunc nostrum superare posse, visum est; si sub tutela & patrocinio, hominum clarissimorum, in theatrum descenderet. Non autem vobis, viri clarissimi, præceptoresque optimi, cui addicerem, dignior visus est alter. Plurimum enim vobis, me debere agnosco, plurimum etiam me vobis velle agnoscatis quæso.

Atq; hunc meum laborem, quod vestræ erit benevolentiæ, serena fronte si exceperetis, vestriq; gratia susceptum, ut grati animi argumentum haberetis, persvasum habueritis, cumulatissimam reporto gratiam. Valete. Datæ in Musæo nostro, die S. Luciæ, Anno à Christo nato, sesquimillesimo, octuagesimo sexto.

PRO-



PROOEMIUM.

PAPINIANUS

L. in multis. 9. ff. statu hominum.

In multis juris nostri articulis, deterior est conditio fœminarum, qvàm masculorum.

SUMMARIUM.

1. *Mulier dicitur à mollitie mentis.*
2. *Mulieris vocabulum sexus est, & omnes mulierum species complectitur.*
3. *Qvod verum est, de lata ejus significatione.*
4. *Statutum loqvens de muliere, non ad omnem mulierem spectat.*
5. *Verba statuti propriè & strictè sunt accipienda.*
6. *Ratio qvare in lege nostra & in l. 2. ff. reg. jur. l. C. usus sit fœminæ, & non mulieris dictione. Fœminæ vocabulum generalius, mulieris verbo, eod. num.*
7. *Hermaphroditus, ad eum sexum in qvo plus incalescit, applicatur.*
8. *Dictio multum, cujus naturæ.*
9. *Dictio plerisq; cujus naturæ.*
10. *Contraria juxta se posita magis illucescunt.*
11. *Temperamentum optimum fit ex contrariis.*
12. *Partitio hujus repetitionis.*

1 MUlieris nomen à mollitie, & qvidem non corporis, sed animi derivatum, seu potiùs, qvadam vocabuli allusione deductum.

c. qvod proposuisti. §. sed illud. 32. q. 7. gl. c. 1. extra cland. despons. Bl. rubr. num. 1. extra cohab. cler. & mul. Luc. de Penna l. 1. col. 2. verb. mulieris. C. his qvi se def. lib. 10. Abb. c. forus. n. 3. extra verb. signif. Petr. Gerb. sing. 11. Neviz. Sylval. nupt. lib. 1. num. 111. Alc. l. mulieris in pr. num. 2. ff. verb. signif. Tir. ll. connub. l. 1. n. 55.

2 Sexus esse proindeqve sua significatione, tàm maritatas qvàm viduas, tàm veras uxores qvam putativas, tàm viri potentes, qvàm infra ætatem nubilem constitutas, tàm virgines qvàm corruptas, tàm eas qvæ enixæ qvàm qvæ nunqvam gravido corpore fuêre, tàm sanas, qvàm qvæ sanæ non sunt, continere, apud interpretes constituti juris est.

L. argum. §. muliebri. ff. au. & arg. leg. l. alioqvin. ff. cont. emt. l. qværitur. §. si qvis digitis. ff. ædil. edict. l. mulieris in pr. ibi Alc. ff. verb. sign. gl. c. mulier. 32. q. 2. Luc. de Penna. l. un. verb. mulieris. C. his qvi se def. lib. 10. Luc. de Penna. l. si cohortalis. col. 2. C. cohort. lib. 12. Br. l. servis. ff. leg. 3. Borg. Cavalc. tr. usufr. mul. rel. n. 126. circa med. numeri.

Qvod tamen ego, de lata duntaxat significatione, non verò de stricta (tunc enim mulier, illa solum, qvæ corrupta est, qvæq; virum habet, diceretur) procedere arbitror. 3
Ut hoc expressim & in specie decidit.

gl. d. l. argum. §. muliebri. ff. aur. & arg. leg. & sentit. Br. d. l. servis legatis in fin. ff. l. 3.

Qvæ jam dicta sunt, vel ex eo magis confirmantur, qvod statutum loqvens de muliere, raro vel nunqvam ferè, ad qvaslibet mulierum species trahatur, sed vel ad maritatam tantum vel duntaxat è diverso, ad non maritatam tantum referatur. 4

Tir. ll. connub. gloss. 6. n. 40. & gl. 8. n. 50. & 51. Thomas Ferrat. Caut. 29. n. 4. Card. Paris. cons. 16. num. 12. vol. 3.

Cujus sanè ea certè est ratio, qvod verba statuti strictè & propriè, non verò latè & impropriè sint accipienda. 5

Bertach. tract. gabell. p. 7. n. 27. Afflict. decis. 21. n. 10. & decis. 404. n. 7. Mar. l. si actor. n. 18. ff. procur. Boër. in consvet. Bitur. tt. retr. §. 3. gl. un. col. 3. & in tt. de testam. §. 3. gl. un. col. 3. Tir. V. R. p. 1. §. 35. gl. 1. n. 2. & p. 1. §. 1. gl. 10. n. 73. Cotta in memor. v. statuta el. 6. Menoch. tract. remed. poss. rec. rem. 8. n. 11. & in tr. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 4. casu 321. n. 11. Asin. in sua praxi. § 28. c. 4. n. 3. Borg. Cavalc. tr. usufr. mul. rel. n. 187. Asc. clem. tr. pat. pot. c. 5. num. 27. arg. l. 3. §. hæc verba. ff. neg. gest.

6 Ea propter, haud absqve mysterio, tùm Papinianus noster, in hac lege nostra, tùm *Ulp. l.2. ff. reg. jur.* regulam tradere cupientes, non mulieris termino, sed fœminarum vocabulo, uti voluêre, qvò nimirum ostenderent harum, similiumqve legum dispositionem, omnibus, cujuscunqve speciei essent, fœminis, intrepidè applicandam. Ita enim mecum reputo, omnem mulierem, fœminam ex proprio vocabuli significatu, rectè dici, sed ex propria nominis significatione, minimè converti. Nec enim fœminam omnem, mulierem, si proprietati studemus, dicere, rectè convenit. Sic eqvidem videmus angustius mulieris, per communius seu generalius fœminæ vocabulum explicari.

in d. l. argum. §. muliebri. ff. aur. & argum. leg.

7 Hermaphroditum, qvod attinet, cum in qvo plus incalescit, seqvetur sexum. Itaqve si ad fœmininum inclinat, regula qvoqve textus nostri, in ipso locum sibi vendicabit, si masculum se esse ostenderit, ab hujus regulæ gravamine, erit immunis.

L. qværitur. ff. hoc tit. text. & gl. c. si testes. §. Hermaphroditus. 4. qv. 3. Bl. l. qvoties. num. 7. C. suis. & legit. hær. Jas. l. sed est qvæsitum. n. 12. ff. lib. & posth. Abb. c. nonne sub. n. 1. col. 3. ejus numeri ext. præsumt. Menoch. tr. remed. poss. rec. rem. 9. n. 14.

8 Cœterum, *in multis* J. C. dixit, ne perperàm opinaremur, regulam hanc exceptione carere. Dictionis enim multum, ea natura est, ut casuum qvidem freqventiam, hanc, in qva posita est, legem complectere: Veruntamen ab exceptione, undeqvaqvam non esse vindicatam ostendat.

argum. textus nostri hic. Bl. §. libertinorum. num. 2. inst. libert. Pan. c. latores. num. 6. ext. cler. excom. Masc. tract. probat. conclus. 749. num. 6.

Sicuti & dictio plerisqve, (qvæ huic propè affinis est) cùm similibus, eandem sortita est naturam. 9

Br. l. 1. n. 2. ff. tut. & rat. distrab. Jas. l. juris gentium. §. prætor, ait n. 21. ff. pact. Jas. l. qvi plures. n. 6. ff. vulg. & pup. Ever. in Top. in loc. ab except. ad regulam. num. 13. Tir. V. R. part. 1. §. 1. gl. 9. n. 224. Menoch. tract. rem. poss. rec. remedios. 8. num. 91. argum. l. tutela. ff. tutelis. l. nam salutem. ff. off. præf. vig. Instit. leg. par. tut. in f. cum simil.

Igitur, siqvidem contraria, & opposita juxta se posita, sibiqve invicem appensata, ut Philosophi testantur magis illucescant. 10

Ever. in Top. in Loc. à contrariis. n. 6.

Et ex duobus contrariis, optimum fieri temperamentum, sciamus, ut docet 11

Br. l. si servos. n. 4. ff. pignorat action.

Nos hinc qvoqve ansam arripientes legem nostram bipartitò dividemus. Qvarum prior pars, qva in re durioris fœminæ, qvàm masculi sint conditionis, manifestabit: altera in qvibus de jure illis præ masculis, major sit concessa facultas, majusqve privilegium, & prærogativa demonstrabit.

In qvarum explicatione, illi inhærebimus methodo, ut omnes totius juris articulos, in judiciales & extrajudiciales dividamus. Et illos qvidem duplices, Personarum judicii principalium, qvales sunt judex, actor, & reus, & deindè minus principalium constituemus: Hos verò rursus, in articulos seu actus inter vivos, & in articulos seu actus morientium, qvos ultimas voluntates rectè nuncupamus, subdividemus.

Atqve his ita ordine constituto perlustratis, elucubratisqve, supremam fœliciter, Deo favente manum, huic repetitioni imponemus.

PRI-

PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS, MEMBRUM PRIMUM.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest judicare.*
2. *Fœmina non debet, cœtibus virilibus, immisceri.*
3. *Lex naturam imitatur.*
4. *Natura constituit, mares imperare, fœminas obedire.*
5. *Muliebre consilium debile & fragile.*
6. *Muliebre consilium adversus propria commoda laborat.*
7. *Statutum reqvirens consilium propinqvorum, non intelligitur de fœminis propinqvis.*
8. *Avaritia in judice detestanda.*
9. *Mulieres avarissimæ.*
10. *Judicem oportet esse discretum.*
11. *Rerum gerendarum scientiam mulieribus multi denegant.*
12. *Inconstantia plerisq; mulierum inest.*
13. *Ratione una ex pluribus superstite, non tollitur dispositio.*
14. *Fœmina nec inter fœminam qvidem jus dicere potest.*
15. *Etiam Augusta judicare neqvit. Erubescimus sine lege loqvi ibid.*
16. *Lex generaliter & indistinctè loqvens generaliter est intelligenda.*
17. *Ut omnes casus.*
18. *Atqve personas.*
19. *Etiam aliàs privilegiatas complectatur.*
20. *Regulæ inhærendum, donec de exceptione doceatur.*
21. *Fœminæ appellatione etiam Augusta venit. A qvo removetur genus & qvælibet removetur species.*
22. *Statutum prohibens mulierem absqve consensu mariti testari, obtinet etiam in Augusta.*
23. *Fœmina judicare non potest, etiam in Hispania.*
24. *Cessante causa, cessat effectus.*
25. *Fœmina multis virtutibus præfulgens, non includitur sub generali dispositione de muliere loqvens.*
26. *Fœmina judicat ex concessione principis.*
27. *Rescriptum permittens fœminæ judicare, desiderat clausulam, non obstante.*
28. *Fœminæ sæpiusculè illicita à principibus impetrant.*
29. *Fœmina judicat ex consvetudine.*
30. *Unumqvodq; dissolvitur eo, qvo ligatum est.*
31. *Consvetudo tribuens jurisdicendi potestatem fœminæ, locum tantùm habet in muliere, regalem habente dignitatem.*
32. *Abbas defenditur contra Decium.*
33. *Consvetudo contra probos mores non est consvetudo sed corruptela.*
34. *Jura juribus concordari expedit.*
35. *Doctori distingventi, potius, qvàm indistinctè loqventi, standum.*
36. *In Galliis clarissimæ mulieres judicant.*
37. *Fœminæ judicant, si statuto hoc illis permittitur.*
38. *Favori suo qvilibet renunciare potest.*
39. *Consvetudo & statutum æqviparantur.*
40. *Statutum permittens fœminam judicare, intelligitur de fœminis in dignitate positis.*
41. *Fœmina potest judicare ex successione si succedit, in feudo regalem dignitatem annexam habente.*
42. *Concesso territorio, concessa intelligitur jurisdictio.*
43. *Concesso uno, omnia sine qvo consistere neqvit, concessa intelliguntur.*
44. *Multa regna in qvibus fœminæ succedunt, & per conseqvens jus dicunt.*
45. *Fœmina non succedit in regno Galliæ.*
46. *Lex Salica, dicta est à Saliis, qvi erant Franci Orientales.*
47. *Exempla, in qvibus Galliæ regnum ad filias non fuit devolutum.*

1 PRimo itaq; circa primum membrum, primæ partis principalis concludo: mulierem in eo deterioris esse conditionis, qvod jurisdictioni, moribus qvidem, jure tamen nostro vallatis, obesse, nec possit, nec deceat.

L. cum prætor. §. non autem. ibi Bl. ff. judic. c. mulierem. 35. qv. 3. Spec. tt. de procurat. §. 1. n. 2. Spec. tt. de off. deleg. §. f. num. 10. Mar. tr. or. jud. 3. p. 6. p. p. act 1. n. 98. Dec. l. 2. n. 3. ibi Cagn. n. 3. ff. reg. jur. Chassan. in Consvet. Burg. rubr. 1. §. 6. num. 42. Vant. tr. nullit. Rubr. de nullit. sentent. ex def. iurisdict. deleg. n. 71.

Tùm qvia contra decus muliebre est mulierem inter cœtus viriles conspici. 2

gl. l. §. sexum. ff. postul. Bl. l. qvoties. num. 7. C. suis & leg. Cagn. d. l. 2. n. 3. ibi Cuchalon in add. ad Dec. ff. R. 1. Tir. tr. ll. Connub. l. 10. n. 12. gl. Lat. art. 63. Landrecht *lib. 2. argum. l. 2. C. his qvi ven. æt. imp. l. maritus. C. proc. c. mulieres de judic. lib. 6. c. indemnitatibus. §. porrò de elect in 6. ibi gl.*

 Tùm

3 Tùm qvia Lex naturam imitatur.
Mar. tr. or. jud. 3. p. 6. p. p. act. 1. n. 64. Vasqv. ill. controv. c. 56. n. 13. Oldradus consil. 74. arg. §. minorem. Inst. adopt.

4 Et certum est, natura ita constitutum esse, ut viri imperent, mulieres verò obediant, nec verò natura patitur mulieres viris præesse. Ut hoc latè & copiose explicat.
Tir. ll. connub. lib. 1. n. 9. cum seqq. Barthol. Soc. int. cons. Bruni cons. 10. n. 6.

5 Tùm qvia muliebre consilium debile & fragile est.
Bl. c. 1. lect. 2. n. 19. ext. judic. Bl. c. significavit. n. 1. ext. rescr. Cagn. d. l. 2. n. 3. ff. reg. jur. Præpos. c. 1. §. & qvia. n. 12. de his qvi feud. da. possunt. Tir. ll. connub. l. 1. n. 71. Minsing. cons. 1. n. 13. arg. l. sicut. C. qvand. mul. tut. off. fung. pos.

6 Qvod usqve adeò verum est, ut muliebre consilium, plerumqve adversus propria commoda, emolumentaqve laborare, ex imperiali constitutione in confesso sit, ut est textus.
l. si pater inf. C. sponsal. Sais. in consvet. Turonens. tit. 32. art. 1. gl. 2. post princ. Panor. cons. 65. n. 4. vol. 2. Card. Paris. consil. 75. num. 30. vol. 3. Joh. Jac. de Leon. int. cons. Bruni cons. 114. n. 149.

7 Unde deciditur: statutum, consensum duorum, reqvirens, proximorum seu propinqvorum, de masculis, non verò de fœminis, intelligi deberi. Qvandoqvidem fœminæ integri consilii non censeantur.
Bl. l. 1. n. 67. C. qvi adm. Bl. l. ult. n. 3. C. verb. sign. Alex. de Im. l. 2. §. voluntatem. n. 8. ff. sol. mat. Castr. l. si cum dotem. §. si patri. n. 3. ff. eod. tit. Jas. l. si qvis id qvod. n. 11. ff. jurisd. om. jud. Dec. l. 2. n. 45. ff. reg. jur. Alc. l. 1. n. 7. ff. verb. signif. Cotta in memor. v. masculinum. & in v. statutum. el. 5. circa med. Alex. cons. 24. n. 32. vol. 2. arg. l. fin. ff. fid. instr. l. qvidam decedens. §. Papinianus. ff. adm. tut.

8 Tùm qvia avaritia, jus dicentis majestati obversatur.
l. solent. §. non verò in totum. ibi Br. & Bl. ff. off. procons. & leg. Luc. de Penna l. per Illyricum, per ill. text. C. cohort. lib. 12. & in l. ad splendidioris. C. divers. off. eod. lib.

9 Igitur ad id muneris subeundum, fœminæ ineptæ erunt, qvas esse avarissimas omnes exclamant.
gl. l. Nesennius. ff. neg. gest. gl. l. 2. C. his qvi ven. æt. impet. gl. l. qvæ dotis. ibi Br. n. 1. ff. sol. mat. Neviz. Sylv. nupt. lib. 2. n. 65. Boer. in consvet. Bitur. tt. stat. pers. §. 4. gl. 1. col. 2. & §. 10. gl. 1. col. 1. Tir. ll. connub. l. 9. n. 83. Borg. Cavalc. tr. usufr. mul. rel. n. 29. Masc. tr. probat. concl. 1080. num. 29. Br. qvæst. 7. n. 2. Br. consil. 124. n. 2. & cons. 127. n. 1. vol. 1. Mandellus cons. 77. num. 26. arg. l. si stipulata in f. ff. donat. inter vir. & uxor. l. sed si ego in f. ff. ad S. C. Velleian.

Tùm qvia judicem (ut nostri loqvuntur) discretum esse oportet. 10
c. judicantem. 30. q. 5. Spec. tt. off. om. jud. §. f. n. 2. Spec. tt. rescripti præsen. in princ. n. 1. Hipp. de Mars. cons. 118. n. 3.

Qvàm tamen rerum gerendarum scientiam, pleriqve ex nostris, mulieribus, denegare videntur, ut constat. 11
ex Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 10.

Tùm deniqve, qvia inconstantia & lubrica vota, qvibus jus dicentis persona maximè commaculatur, fœminis sæpissimè inesse solent, ut hoc expressim & in specie decidunt. 12
Bl. l. qvoties. num. 7. C. suis & leg. Bl. l. filios. n. 3. C. inoff. test. Br. tr. reprobat. test. n. 5. Cagn. d. l. 2. num. 3. ff. reg. jur. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 18. Tir. ll. connub. l. 9. n. 129. Joseph. Mascard. tr. probat. conclus. 1080. n. 29. vol. 2. Rol. à Valle cons. 41. n. 11. vol. 4. text. c. forus. §. testes. ibi gl. verb. varium. ext. verb. signif. arg. l. filia. C. in off. test.

I. Hæc conclusio ampliatur, 13
Ut, etiamsi ex recensitis causis impeditivis, una vel plures cessent, aliqvibus tamen remanentibus, nihilominus procedat. Certi namqve & indubitati juris est, unam ex pluribus rationibus subesse, sufficere.
Br. l. 2. in pr. n. 37. ff. vulg. & pupill. Neguz. tr. pignor. 4. membr. 2. p. p. n. 91. Hipp. de Mars. l. un. num. 77. C. rapt. virg. argum. §. affinitatis. & §. socrum, Instit. nupt. l. si ventri. §. in bonis. ff. privil. credit.

Unde infero, nec fœminam qvidem, inter fœminas jus dicere posse. Etsi enim cesset ratio inhonestatis, ne fœmina inter cœtus viriles appareat: attamen reliqvas rationes, in suo vigore permanere, palàm est. 14
d. juribus & rationibus.

II. Hæc conclusio ampliatur, 15
Ut procedat etiam in Augusta. Tùm per text. *l. un. C. conduct. & procur. præd. fisc. lib. 11.*

Tùm

Tùm qvia nullibi cautum eſt, Auguſtam judicare poſſe. Et certum eſt, qvod lex non dicit, nec nos dicere debeamus, qvodqve ſine lége loqvi erubeſcendum ſit.

§. conſideremus auth. trient. & ſem. l. diſſentientis. C. repud. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. l. ſi ſervum. §. non dixit prætor. ff. acqvir. hæred. cap. 1. §. Obertus de feudi cog. Evèr. in Top. in loc. à lege ceſſante. num. 1. Lup. c. per veſtras notab. 2. §. 1. n. 21. ext. donat. int. vir. & uxor. Roncheg. l. reos in pr. n. 21. ff. duob. reis. Rol. à Valle conſ. 30. n. 29. v. 4.

16 Tùm qvia *l. cum prætor. §. non autem ff. judic. & l. 2. ff. reg. jur.* generaliter & indiſtinctè loqvuntur. Et certum eſt, legem generaliter & indiſtinctè loqventem, generaliter & indiſtinctè accipiendum eſſe.

Bl. c. 1. verb. poſſeſſiones. num. 2. de pa. Conſt. Jaſ. l. non dubium. n. 38. C. legibus. Neguz. tr. pignor. 4. p. p. n. 2. ampl. 1. & 1. memb. 5. p. p. n. 36. Ever. in top. in Loc. à generalitate. num. 2. Lup. c. per veſtras notab. 3. §. 14. n. 11. extra donat. int. vir. & ux. Roncheg. l. & ſtipulationum. num. 5. ff. duobus reis. Menoch. tract. rem. poſſ. rec. rem. 1. n. 124. & remed. 15. n. 82. Piag. tr. tut. & curat. q. 18. n. 2. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 98. arg. l. de precio. ff. pub. in rem. act. l. 1. §. generaliter. ff. leg. præſt.

17 Adeò qvidem ut omnes caſus.

l. ſ. C. hæred. vel act. vend. Tir. l. ſi unqvam in præfat. n. 118. C. revoc. donat.

18 Atqve perſonas complectatur.

Crav. conſ. 3. n. 1. arg. d. l. 1. §. generaliter. ff. leg. præſt.

19 Etiam aliâs privilegiatas.

Bl. l. in fraudem per ill. text. ff. teſt. milit. Dec. l. 1. num. 5. ff. reg. jur. Vasqvius ill. contr. cap. 45. n. 2.

Tùm qvia regula Juris eſt: fœminam jus dicere non poſſe.

d. l. 2. ff. reg. jur. jun. l. Imperatores. ff. de in diem addict.

20 Et certum eſt: regulæ ſemper inhærendum, & ſecundum regulam pronunciandum, qvousqve fides fiat, caſum de qvo res eſt, à regula exceptum eſſe.

l. ab ea parte. ff. probat. l. ſuus qvòqve. ff. hæred. inſtit. c. ad decimas de reſt. ſpol. lib. 6. Jaſ. l. 2. n. 33. ff. ſi qvis in jus voc. non ier. Jaſ. l. à Divo Pio in pr. n. 8. ff. re jud. Jaſ. l. ſi conſtante. n. 15. ff. ſol. mat. Neviz. ſyl. nupt. lib. 6. num. 21. Tiraq. v. R. part. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 97. Mant. tract. conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 31. Alb. Brunus conſ. 31. num. 5. Mandell. conſ. 25. num. 18. conſil. 46. num. 3. Card. Pariſ. conſil. 76. num. 14. conſ. 53. n. 20. vol. 1. conſ. 5. num. 5. vol. 4. Rol. à Valle conſ. 18. n. 4. vol. 1. conſil. 5. nu. 6. vol. 4.

Tùm qvia fœminæ, ut puta cum ſexus ſit, appellatione Auguſta venit. Et certum eſt, qvod à qvo removetur genus; etiam qvælibet ejus removeatur ſpecies. 21

l. ſi cauſa cogn. ibi gloſ. verb. peremiſti. Jaſ. & dd. C. transact. Br. l. fundi. §. qvidam. n. 3. ff. fund. inſtr. Jaſ. l. filius à patre in pr. n. 10. ff. lib. & poſt. Jaſ. l. 2. num. 3. ff. leg. 1. Ever. in Top. in loc. à genere ad ſpeciem. n. 1. Bl. c. 1. in pr. n. 18. de prohib. feud. alien. per Feder. Tir. ll. connub. gl. 5. n. 80. argum. l. ſi qvid earum. §. interemtum. ff. leg. 1.

Tùm denique, qvia in ſimili deciditur: ſtatutum, ne uxor, ſine mariti conſenſu teſtari poſſit, qvamvis generaliter loqvatur, nihilominus in Auguſta locum habere. 22

Pet. Peck. tr. teſtam. conjug. lib. 3. c. 26. n. 2. arg. l. fœminæ. ff. ſenator.

III. Hæc concluſio ampliatur: Ut procedat etiam de Jure regni Hiſpanici. Nam nec in Hiſpania fœmina judicare poteſt. 23

Vasqvius ill. controv. c. 103. n. 18.

Hæc concluſio limitatur I. Ut non procedat, qvoties omnes prædictæ rationes, in fœmina qvapiam ceſſarent. Tùm qvia cauſa, ſeu ratione prohibitionis ceſſante etiam diſpoſitio ipſa, ceu effectus, ceſſare debeat. 24

c. cum ceſſante extra appell. l. adigere. §. qvamvis. ff. in pat. l. ff. teſt. tut. l. fin. ff. hær. inſt. Jaſ. l. 1. n. 61. ff. off. ejus cujus mand. eſt jurisd. Neguz. tr. pignor. 3. memb. 8. p. p. n. 28. Mar. tr. or. jud. p. 2. n. 31. Cotta in memor. verb. mater. Lup. c. per veſtras notab. 3. §. 4. n. 1. Ronch. l. ſi ex duobus. n. 5. ff. duobus reis. Piag. tr. tut. & cur. qv. 13. num. 9. Covar. Var. reſol. lib. 1. cap. ult. n. 1. verſ. contrariam. Aſcan. Clem. tr. pat. pot. c. 5. n. 53. & eff. 2. n. 35. Menoch. tr. remed. poſſ. adip. rem. 2. n. 55. & rem. 4. n. 719. Men. tr. rem. poſſ. rec. rem. 15. n. 92.

Tùm qvia veriſimile non eſt, legislatorem fœminam adeò bonam virtutibusqve exornatam ſub generali diſpoſitione includere voluiſſe. 25

arg.

arg. eor. qvæ tradit. Br. l. nam ad ea n.1. per ill. text. ff. legibus. Br. l. pater Severinam. §. focrus. n.1. ff. cond. & dem. Tir. d. conn. l.9. n.15. & 20.

26 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat qvando mulieri principis rescripto, vel privilegio hoc esset indultum.

gl. l.1. C. mul. & in qvo loc. mul. lib. 10. gloss. c. dilecti. verb. sint remotæ extra arbit. Br. l.2. ibi Dec. n.5. Cagn. n.4. ff. reg. jur. Abb. c. nova. num.1. extra pœnit. & rem. Coras. Miscell. jur. lib.2. cap. ult. n.6. arg. l. imperialis. §. similes jun. gl. C. nupt.

27 Qvod tamen ita demum procedere arbitror, si rescripto, vel privilegio principis, inserta fuerit clausula, non obstante, lege in contrarium disponente, uti hoc in specie decidit.

Benedict. de Vad. in add. ad Fel. c. dilecta. n.1. extra major & obed.

28 Idqve rescriptum, vel privilegium, attentè prius videtur, qvàm effectum conseqvatur, considerari deberi. Eò qvod illicita sæpiusculè fœminæ impetrare soleant ex traditis.

Bl. cap.1. num.30. extra const.

29 III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties contrarium consvetudine esset introductum.

Bl. l. fin. §. f. n.1. C. arbit. Abb. c. dilecti. n.4. ext. arb. Bened. de Vad. in add. ad Felin. d. c. dilecta ext. maior & obed. Tiraq. tr. primog. q.10. n.12. Mising. cons.32. n.20.

Qvemadmodum enim moribus, mulierem juris dicendi officio fungi non posse introductum est.

d. l. prætor. §. non autem. ff. judic.

30 Ita qvoq; econtra, mulierem jus diceere posse, moribus invehi potuit. Omne enim ligatum, eo, qvo ligatum est genere dissolvi, & naturæ, & juri congruit.

l. nihil tam naturale. ff. reg. jur. c.1. ext. eod. tit. Affl. decis.232. n 4.

Nec obstat, qvod contra honestatem, decusqve muliebre, isthæc consvetudo (ita enim paulò ante docuimus) esse videatur, proindeqve rejiciendam, dicendum sit.

arg. c. cum decorem. & c. cum ab omni ext. vit. & honest. cler.

31 Nam consvetudo ista, solum, in mulieribus regalem dignitatem habentibus, obtinet, qvibus dedecus, si electorum satellitum manu stipatæ, ad tribunal, ibi jus redditurae, adirent, non est. Conclusio enim nostra de mediocris, vel minimæ fortunæ fœminis accipienda, qvibus, una pedissεqva comitatis, in vulgus virorum, judicaturis, sese immiscere, dedecus esset, intelligenda erit, sicut hanc objectionem rectè ita removet.

Abb. d. c. dilecti. n.4. ext. arbit.

Et licet rursus contra Abbatem teneat Decius, volens hanc consvetudinem, in qvibuscunq; fœminis locum habere posse, eò qvod qvæcunqve consvetudine introducta sint, contraria consvetudine, tolli possint. 32

Dec. d. l.2. n.4. ff. R. I.

Attamen ab Abbate distingvente, minimè videtur recedendum, Deciiqve argumentationem eatenus procedere judicandum, qvatenus contraria isthæc consvetudo, in honestatem secum non trahit.

Qvam cum in nostro casu, conjunctam habeat, non consvetudo, sed corruptela potius dicenda videretur. 33

d. c. cum decorem. ext. vita & hon. cleric.

Cujus & similium textuum objectionem, si ab Abbate desciverimus, ut evitare possimus non video. Qvæ tamen Abbatis doctrina retenta facilè declineatur. Igitur Abbatis vestigiis inhærendum omninò erit.

Tùm qvia Jura, juribus, concordari expediat. 34

c. cum expediat de elect. lib. 6. Affl. decis.321. n.6. Tir. v. R. p.1. §.1. gl.10. n.12.

Tùm qvia doctori distingventi, tanqvam magis veritati appropinqvanti, est standũ. 35

gloss. l. apud antiqvos. V. omnibus discretis. C. furt. gloss. fin. l. si vehenda. ff. ad l. Rhod. de jactu. Pon. Zinibius tr. lamiis. n.55. Neviz. Sylv. nupt. lib.5. n.32.

In specie verò talem consvetudinem in Gallia, qvo ad clarissimas mulieres, vigere testatur. *Ripa responso 103. n.7.* 36

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties statuto, mulieribus juris dicendi potestas, esset tributa. 37

Dec. d. l.2. num.5. ff. reg. jur.

Et confirmatur: Tùm qvia in favorem subditorum introductum esse videtur, ne mulier jus dicat, judicisvé officio fungatur, huic ergo favori per subditos renunciari posse indubitati juris est. 38

l. penult. ibi Br. ante n.1. Bl. n.1. Jas. n.1. & dd. C. pact. l. si qvis in conscribendo. ibi Br. & Bl. n.4. C. Episc. & Cler.

Tùm

Tùm, qvia si qvod damnum statuentibus ex muliebri jurisdictione, emergeret, propriæ culpæ afscriberent, oportet.

arg. c. damnum. ibi Dyn. de R. 1. lib. 6. l. qvod qvis ex culpa. ibi Dec. & Cagn. ff. eod. tit. de reg. jur.

39 Tùm denique qvia consvetudo & statutum æqviparantur ex traditis.

Bl. l. præscriptione. n. 16. ibi Jas. n. 12. C. si qvis contrà jus vel util. pub.

40 Hoc tamen statutum, æqvè ac consvetudinem non procedere, nisi in mulieribus in dignitate positis, posse, judico.

Juribus & rationibus in præcedenti limitat. adductis.

41 V. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat qvoties fœmina succederet, in regno ducatu, Marchinatu comitatu, baronia, aut in alio qvopiam feudo, regalem dignitatem annexam habente. Tunc enim, & jurisdictioni præesset, consequenterqve jus dicere posset, prout hoc expressim decidit.

Abb. c. significavit per ill. text. n. 4. extra rescriptis Abb. c. dilecti. n. 4. per ill. text. extra arbit. Fel. c. dilecta. n. 1. extra major. & obed. Paris. de Puteo. tract. Synd. §. dicitur. n. 7. Dec. d. l. 2. n. 3. ibi Cagn. n. 4. ff. reg. jur. Gomez. variar. resolut. lib. 3. c. 1. n. 56. Vant. tr. nullit. Rubr. de null. sent. ex def. jurisdict. deleg. n. 73. Card. Paris. consil. 3. n. 12. vol. 1. Mins. cons. 32. n. 20.

42 Et confirmatur. Certi namqve & indubitati juris est, jurisdictionem territorio, vel qvo ad id saltem, qvod concesso territorio, etiam jurisdictio concessa intelligatur, cohærere.

Br. l. 1. n. 15. ibi Jas. n. 12. ff. jurisdict. om. jud. Bl. l. 1. §. relegandi. num. 3. ff. off. præf. urb. Fel. c. Rudolphus n. 15. extra rescr. Bertach. tr. gab. p. 1. n. 10. & n. 16. Pract. Pap. in for. lib. in act. confess. v. plenam ac omnimodam. n. 2. Pirrh. in cons. Aurel. tt. de feudis. c. 66. fac. trad. Bl. c. mandata. n. 2. ext. præsumt. argum. l. pupillus. §. territorium. ibi Alc. n. 7. ff. verb. signif.

Ergò uno concesso, & aliud sine qvo consistere neqvit, concessum, judicandum est. 43

Br. l. veteres. ff. itin. act. priv. Jas. l. 2. n. 2. ff. jurisd. omn. jud. Cotta in mem. v. concesso uno. Ever. in Top. in Lo. à concess. anteced. ad concess. conseq. n. 2. Menoch. tr. rem. poss. retin. rem. 5. n. 110. & rem. 7. n. 27. Menoch. tr. rem. poss. recup. rem. 1. n. 362. Joh. Jac. de Leon. int. consil. Br. cons. 114. n. 234. arg. l. fin. ff. jurisdict. omn. jud. l. 3. ff. penu. legata.

In specie verò ex successione in regno Navarræ, Apuliæ, Siciliæ, Hierosolymæ, Neapolitano & Angliæ fœminas jus dixisse, & etiam nunc dicere attestatur. 44

Tir. tr. primog. q. 10. n. 2. & 3.

Qvod tamen nunqvam in regno Galliæ vetante id lege Salica evenire vel contingere jure potest. Ista enim lex fœminam à regni & successione, & administratione submovet. 45

Bl. lib. 1. num. 3. ff. senat.

Dicta autem Salica lex, à Saliis, (ita enim Franci Orientales nominabantur) nomen recepit, ut testis est 46

Car. Sig. lib. 4. de regno Italiæ mihi. fol. 90.

Idqve observatum fuisse in filiabus Philippi Longi, Caroli Pulchri & Ludovici II. testis est 47

Autor libri contra Machiavelium. lib. 1. de princip. consilio theoremate. 1. pag. 72.

ARTICULUS II.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest esse arbitrix.*
2. *Arbitria ad instar judiciorum sunt redacta.*
3. *Qvando unum adæqvatur alteri, omnis virtus, omnisq́ qvalitas ejus rei ad qvam fit adæqvatio, tribuitur adæqvato.*
4. *Qvando unum ad instar alterius inducitur, omnes limitationes & restrictiones illius, huic tribuuntur.*
5. *Fœmina non potest arbitrix esse. etsi partes jurassent.*
6. *Contrarium.*
   Juramentum qvod servari potest, absqve salutis æternæ dispendio, servandum est ibid.
7. *Juramentum facit actum valere, omni meliori modo, jure, & forma, qvo potest.*
8. *Intellectus ad c. si diligenti extra for. comp. à separatis non fit illatio ibid.*
9. *Fœmina etiam in dignitate non posita qvandoq́ potest esse arbitrix.*
   Ratione legis cessante, etiam ipsa legis dispositio cessabit.
10. *Fœmina potest esse amicabilis compositrix.*
11. *Arbitrator non habet aliqvam notionem, sed extrajudicialiter de bono & æqvo procedit.*
12. *Tanqvam proxœneta est censendus.*
13. *Fœmina excellens moribus arbitrix esse potest.*

14. *Fœmina potest esse arbitrix, in causis animam concernentibus.*
Exceptio tu non potes esse arbitrix, est de apicibus Juris.
Apices Juris nō curantur in causis spiritualibus.
15. *Fœmina potest esse arbitrix, ubi de bono & æqvo proceditur.*
16. *In curiis mercatorum de bono & æqvo, sola facti veritate inspecta proceditur.*
17. *Exceptio præposterationis est de apicibus Juris.*
18. *Exceptio excussionis non habet locum in curiis mercatorum.*
19. *Fœmina potest esse arbitrix inter conjunctos, & beneficiarios.*

1 SEcundo concludo: Fœminam conditionis, in eo præ masculis esse deterioris qvod arbitrix esse neqvit.

l. ult. ibi Br. Bl. Sal. & Dd. C. arbitr. Spec. tt. off. deleg. §. fin. num. 10. *Spec. tit. de procur. §.* 1. *n.* 2. *Spec. tit. de arbit. §.* 1. *num.* 1. *Abb. c. Qvintavallis. n.* 2. *extra jurejur. Nicol. Milius in suo repert. Litera A. n.* 35. *Abb. c. dilecti. n.* 2. *extra arbit. Dec. l.* 2. *num.* 17. *ff. reg. jur. Pract. Papin. in for. lib. qvo ag. ad pœn. ex comprom. verb. poni faciatis. n.* 7. *Vasq. ill. controv. c.* 103. *n.* 18.

2 Et confirmatur: Clari namqve & indubitati juris est, arbitria ad instar judiciorum esse redacta, sive judiciis esse adæqvata.

L. 1. *ibi Bl. ff. arbit. l. rem, non novam in pr. C. judic. Abb. c. dilecti. n.* 2. *extra arbit. Spec. rub. de arbitro. Br. l. licet. §. si servus. n.* 3. *ff. pecul. Jas. l. ex hoc jure. n.* 85. *ff. just. & jur. Jas. l. si qvis in conscribendo. n.* 9. *C. pact. Corasius. l. stipulationum. §. si fortem. n.* 6. *ff. verb. obl. pract. Pap. de verbo poni faciatis. n.* 4. *Jas. §. superest. num.* 13. *& n.* 17. *Inst. act. Ang. Aret. §. penult. n* 14. *Instit. except. Alc. l. illa verba. n.* 3. *ff. verb. signific. Gomez. reg. cancell. in utriusqve signaturæ compendio. vers. & si qværatur. Card. Paris. cons.* 46. *num.* 19. *Vol.* 1 *Rol. à Valle cons.* 22. *num.* 4. *Vol.* 4. *Mar. tr. ord. jud.* 2 *p.* 6. *p. p. act.* 5. *n.* 31. *in fine.*

3 Et certum est: qvod eo casu, qvando unum adæqvatur alteri, sive ad instar alterius inducitur, omnis virtus, omnis qvalitas, omnis qvoqve natura rei, ad qvam fit adæqvatio, illi cui adæqvatur, induatur.

Br. Jas. Jac. de Nigr. Crottus & dd. l. 1. *per ill. text. ff. leg.* 1. *fac. text. l.* 1. *§.* 1. *ff. si qvid in fraud. pat. l. illud. ff. donat. caus. mort. l.* 1. *in pr. C. rei ux. act.*

4 Præterea qvoqve certum est, cum aliqvid ad similitudinem alterius inducitur, illud intelligi inductum, cum omnibus ejus qvalitatibus, limitationibus & restrictionibus.

Paul. de Cast. l. 1. *n.* 4. *C. bon. qvæ lib.*

Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiamsi partes jurassent, staturos se, arbitrio fœminæ arbitrantis. Nam nec hoc casu, ratum esse, in fœminam compromissum sub juramento factum aliqvi contendunt.

Spec. tit. de arbit. §. 1. *n.* 1. *Bl. l. sed si ita, §. sed & n.* 2. *ff. rec. arb. Abb. d. c. dilecti. n.* 2. *extra arb. arg. c. si diligenti extra for. comp.*

Qvàm tamen ampliationem minimè procedere posse judico. 6

Tùm qvia omne juramentum, qvod absqve salutis æternæ dispendio servari potest, tenendum est.

c. qvamvis de pact. lib. 6. *c. licet mulieres de jurejur. eodem tit. c. cùm contingat, extra jurejur. Bl. l. qvi jurato. n.* 2. *ff. qvi satisd. cog. Ever. in Top. in l. à vi juram. num.* 17. *Ripa l. si unqvam. qvæst.* 3. *C. revoc. dona. Asc. Clem. tr. pat. pot. eff.* 4. *n.* 85.

Tùm qvia juramentum facit actum valere, omni meliori modo, jure & forma qvibus de jure valere potest. Ergo vel clausula jurisjurandi compromisso adjecta, hoc casu, ut tanqvam in arbitraticem, ad minus compromissum esse, dicendum sit, efficiet. 7

l. cùm pater. §. filius matrem. ibi Br. ff. leg. 2. *Br. l. si qvis pro eo. n.* 13. *ff. fidejuss. Br. l.* 1. *§. si qvis ita. n.* 6. *ibi Jas. num.* 24. *ff. verb. obligat. Bl. l. eam qvam. n.* 13 *C. fideicom. Abb. c. qvanto. n.* 2. *per ill. text. extra jurejur. Fel. c. super eo. num.* 9. *extra off. deleg. Mathes. sing.* 56. *Ang. Aret. §. f. n.* 4. *Instit. adopt. Cotta in memor. verb. emphyteota. el.* 5. *in f. Ever. in Top. in Loc. à vi juram. n.* 20. *Gomez. var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 23. *& ibi latè. Eman. Soar. in add.*

Nec obstat textus c. si diligenti ext. fo. compet. in contrarium allegatus. Nam in casu d. c. si diligenti, specialiter, in duobus conciliis erat, addita pœna, interdictum, ne qvis Clericus, ad tribunal judicis secularis Clericum traheret, qvod in nostro casu secus est. Nullibi enim talis nostro casui adversatur, in utroqve jure, pœnalis prohibitio. Nec jus compromisso in fœminam facto resistit, sed duntaxat non assistit. Præterea major longè prohibitionis ratio 8

ratio casui d. c. si diligenti, ac nostro inest. Clericum enim judicem secularem pro suo agnoscere, contra bonos mores est, non qvidem naturales illos (cum natura nemo sit Clericus,) sed Juris Canonici, qvodq; Papæ Romano ita placuerit: cum tamen mulierem arbitrari, non contra honestatem, & decus muliebre, conseqventerq; nec contra bonos mores (ut mox subjiciemus) sit. Igitur, cum diversa isthæc atqve separata sint, meritò ab uno ad aliud, perperam fit illatio.

l. fin. ibi Br. ff. calumniat. Jas. l. admonendi in repetitione. n.10. ff jurejur. pract. Pap. in for. lib. qvo agitur adficti. præst. verbo recusavit & recusat. n.3. pract. Pap. in for. appellat. ab interloc. v. fuisse & esse nullam pract. Papin in for. app. à diffinit. v. & in qvantum sit aliqva n.2. pract. Pap. in for. execut. sent. verb. Sapiens ac egregius. n.9. Neguz. tr. pignor. 4. membr.2 p.p. n.97. & 1. memb.6. p.p. n.45. Lup. c. per vestras notab.3. §.3. n.16. ext. donat. inter vir. & uxor. Afſl. d. cis 57. n.10. & decis 350. n.2. Asc. Clem. tr. pat. pot. c.5. n.55. Menoch. tr. rem. possess. adip. rem.4. n.185. Menoch. tr. rem. possess. recup. rem. 9. n.71. Mandellus cons.2. n.13.

9 Præter jam dicta hæc conclusio, ex iis qvæ in præcedenti atriculo dicta sunt, & ampliari & restringi potest, hac tamen addita declaratione, ut, cum arbitria intra privatos parietes, utplurimum conficiantur, statuto vel consvetudine (hæc qvippe paris virtutis sunt) introduci possit, ut qvælibet mulier, non habita consideratione, an in dignitate posita sit, nec ne, generaliter arbitricis officio, fungi possit. Cessat enim ratio inhonestatis, ne mulieres virorum coetui congregatæ, & immistæ conspiciantur, qvam superius hanc distinctionem constituentes, considerabamus. Merito & effectus cessare debebit. Eam ob causam, qvia ratione legis cessante, etiam ipsa lex seu dispositio ejus cessabit.

arg. l. qvod dictum. ff. de pact. cum sim. Ever. in Top. in loc. à lege cessante. n.2.

10 II. Hæc conclusio declaratur: Ut non procedat si mulier eligatur arbitratrix seu amicabilis compositrix. Hæ enim partes foeminæ esse possunt.

Br. in lege nostrâ hic. Spec. tt. de arbitr. §.1. n.1. Bl. c. Qvinta vallis. n.1. ibi Abb. n.2. per ill. text. ext. jurejur. Abb. c. dilecti. n.2. ext. arbitr. Pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad poen. ex comp. v. poni faciatis. n.7.

Vix enim est, ut arbitrator aliqvam notionem multoqve minus jurisdictionem habere dicatur, cum potius extrajudicialiter de bono & æqvo procedat. 11

Abb. d. c. dilecti, & d. c. Qvintavallis.

Et tanqvam proxeneta inter partes sit censendus. 12

Br. l. fin. num.1. ff. var. & extra ord. cognit. Jas. l. si convenerit. n.14. ff re jud. argum. l. si de meis, aliàs incipit, idem Pomponius. §. recepisse. ff. arbit.

III. Hæc conclusio declaratur: Ut non procedat in muliere morum excellentia præfulgente, prout hoc expressim & in specie decidunt. 13

Spec. tt. de arbit. §.1. num.1. Vasq. ill. controv. c.103. n.18. arg. c. cum devotissimam. 12. q 2.

IV. Hæc conclusio declaratur: Ut non procedat in causis spiritualibus, ubi de salute animarum est tractatus, utpote, cum agitur de usuris repetendis, item de decimis tributis pauperibus Christi. Hoc namq; casu, foemina arbitrari potest. Eò qvod hæc exceptio tu non potes esse arbitrix, qvia foemina es, est de apicibus juris. Et certum est, qvod apices juris in causis spiritualibus, insuper habendi sunt. 14

Romanus sing.684. Cotta in memor. v. anima, Henricus Ferrendat in add. ad Nic. de Mil. in suo repert. litera A. n.35. arg. c. duæ sunt. 19. qv.2.

V. Hæc conclusio limitatur: Ut Ut non procedat, ubi de bono & æqvo proceditur, ibi namqve jure connivente & rigorositas & juris apices negliguntur. 15

l. si fidejussor. §. qvædam. ff. mand. l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aqvil. Bl. l. clarum. num.3 C. aut. præst. Neguz. tr. pignor. 1. membr.8. p.p. n.28. Afſl. decis.208. num.2. Cotta in memor. verb. apices.

Unde infertur cum in curiis mercatorum sola facti veritare inspecta procedatur. *Br. d. l. si fidejussor. §. qvædam. num.2. ff. mand. Br. l. Qvintus Mutius. ff. eodem. Bl. l. si pro ea. num.22. C. man. Straccha. tract. mercat. Rubr. qvom. in caus. mercat. proced. sit. n.1.* 16

In curiis mercatorum, mulierem arbitricis partes, sibi assumere posse.

dicta ratione.

17 Qvod præter dictam rationem ex eo confirmari poteſt, qvod jure cautum & à Dd. communiter traditum eſt: exceptionem præpoſterationis ſive ordinis, & de apicibus juris eſſe.

gloſſ. ſing. l. ſi mancipium. §.1. ff. evict. Br. l. 1. in fin. ff. condict. in d. Br. l. cum qvis. n. 3. C. jur. & fact. ign. Neg. tr. pig. 1. memb. 8. p. p. num. 23. Cotta in memor. v. apices. & v. exceptio. el. ult. Ronch. lib. 3. §. 1. n. 123. ff. duobus reis. Gail. pr. obſ. lib. 2. obſ. 27. n. 26. arg. d. l. ſi fidejuſſor. § qvædam. ff. mand.

18 Et inter mercatores ſeu in curiis eorum locum non habere.

Bl. l. fruſtrà. num. 2. C. non numer. pec. Jaſ. l. ſingularia. n. 39. ff. ſi cer. pet. Jaſ. l. ſi conſtante. n. 204. ff. Sol. mater. Ang. Aret. §. ſi qvis in fraudem. n. 10. verſ. qvaro ſtatuto cavetur. Inſt. act. Hipp. de Marſ. rubr. n. 12. ff. fidejuſſ. Gail. d. obſ. 27. n. 27. Stracch. tr. merc. Rubr. qvom. in cauſ. mercat. proced. ſit tt. de exceptionibus. n. 5. gl. §. argentariorum per ill. text. auth. fidejuſſ.

VI. Hæc concluſio limitatur: Ut 19 non procedat qvoad conjunctos vel beneficiarios fœminæ. Inter hos enim compromiſſum rectè ſuſcipit ut placet.

Cujac. obſ. lib. 13. c. 23. nihil tamen allegat.

ARTICULUS III.

SUMMARIUM.

1. Fœmina non poteſt eſſe executrix.
2. Fœmina qvæ ſuo nomine actionem, vel officium judicis intentare non poteſt, à limine judicii repellitur.
3. In qvibus caſibus executrix fœmina eſſe poteſt in his, ſi maſculus unà datus ſit executor, ſemper potior eſt ſententia maſculi.
4. Fœmina poteſt eſſe executor extrajudicialis.
5. Fœmina rectè datur executrix in ultimis voluntatibus.
6. Ultimas voluntates, executioni mancipare pia & favorabilis cauſa eſt.
7. Fœmina, cui eo nomine legatum relictum eſt, ſi acceptaverit legatum, ut executrix ſit, cogi poteſt.
8. Voluntati teſtatoris in totum eſt parendum.
9. Factum ſine qvalitatibus ratificari neqvit.
10. Si fœmina, qvæ tale legatum agnovit, obierit, executio ſpectat ad hæredes.
11. Qvi ſentit emolumentum, nec onus recuſare debebit.
12. Qvi lucro inhiant, onusq; annexum recuſant, ſunt redarguendi.
13. Uxor à conjuge executrix relicta, manet executrix, etiamſi ad ſecunda vota tranſierit.
14. Uxor non poteſt conſtitui executrix, ſtante ſtatuto ne uxori maritus, qvicqvam, etiam mortis cauſa donationis titulo, relinqvat.
15. Contrarium ejus.
Executor ad reddendas rationes executionis eſt obligatus ibidem.
16. Fœmina etiam in judicio exeqvi poteſt, ſi ſua interſit.

1 Tertiò concludo: Fœminæ in eo deteriorem eſſe conditionem, qvod executrix eſſe neqveat.

gl. 1. c. fin de teſtam. lib. 6. Spec tit. inſtr. edit. §. nunc verò aliqva. n. 76. Br. & Dd. l. fœminæ. ff. reg. jur. pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verb. ac executores. num. 3. Chaſſan. in conſvet. Burg. rubr. 6. §. 6. gl. 2. n. 3.

2 Nec enim hoc caſu, mulier ſuo nomine actionem vel officium judicis habet. Et certum eſt fœminam, cui ſuo nomine actio vel officium judicii non competit, à limine judicis repelli.

l. qvi aliena. §. qvanqvam. ff. neg. geſt.

3 Hæc concluſio ampliatur: Nam in caſibus, in qvibus mulier executricis provinciam obit, ſi unà cum maſculo data ſit executrix, & inter eas diſcordia in exeqvendo oborta fuerit, ſemper maſculi ſententia potior æſtimanda eſt.

Bl. l. 1. ante. n. 1. per ill. text. ff. ſenat.

Hæc concluſio limitatur I. Ut 4 duntaxat procedat, ſi executio judicialiter ſit expedienda, ſecus verò ſit, ſi extra judicium effectui deſtinari poſſit. Tunc enim mulier rectè exeqvitur.

Br. d. l. fœminæ. ff. reg. jur. Bl. l. qvi cum decem. §. parvi in lect. antiqva. ff. inſtitor. act. Bl. l. 1. §. ſecundo loco. n. 1 ff. poſtul. arg. l. 3. §. 1. ff. neg. geſt.

Unde cum ultimarum voluntatum exe- 5 cutio, plerumqve via extrajudiciali conficiatur, in ultimis voluntatibus, fœmina rectè datur executrix.

Br. l. à filio in pr. n. 1. per ill. text. ff. alim. & cib. leg. Br. l. filio. §. matri. n. 2. per ill. text. ff. alim. leg. Bl. l. id qvod. n. 4. C. Epiſcop. & Cleric. Covar. c. tua. n. 3. extra teſtam. ubi Covar. hanc eſſe communem opin. atteſtatur.

Præſertim cum favorabilis. 6

gloſſ. & Abb. c. Johannes. n. 3. per ill. text. extra teſtam.

Et pia causa sit, ultima morientium arbitria executioni mandare.
Pirrh. Englebern. in consil. Aurel. tit. exec. instrum. art.17. in pr.

7 Hæc limitatio extenditur I. Ut cogi etiam possit mulier ad exeqvendum ultimum eulogium, si legatum, sibi hoc nomine, in testamentum relictum, acceptaverit.
text. l. à filio. ibi Br. ff. alim. & cib. leg.

8 Tùm qvia non pro parte, ultimo morientis judicio, sed in totum est parendum.
text. l. nam absurdum. ff. bon. libert. l.1. & 2. ff. acqvir. hæred. arg. l. si ita stipulatio in f. ff. oper. libert. l. neminem. ff. leg.2. l. Gajus. ff. manum. Tir. ut. rer. p.2. ad fin. tit. n. 4. cum seqq.

9 Tùm qvia qvis factum, sine suis qvalitatibus approbare neqvit.
Bl. l. observare. §. post hæc. n.12. ff. off. proconf. & leg. Bl. c. nihil. n.6. extra elect. arg. d. l. si ita stipulatio. & d. l. Gajus cum simil.

10 II. Hæc limitatio extenditur: Ut si mulier, ob executionem faciendam, legatum sibi factum agnoscens, in fata concesserit, executionem subire debeant, ejus hæredes. *arg. d. l. à filio in pr. ff. alim. & cib. leg. & l. cum unus in pr. jun. gl. ff. eod. tit. de aliment. & cib. leg.*

11 Tùm qvia non abs re est, ut cum emolumentum ex legato senserint, nec oneris subitionem recusent.
c. qvi sentit de reg. jur. lib. 6. charitatem. ibi gl. 12. q. 2. c. accedente, ibi gl.1. extra præscript. l. qvisqvis. C. omn. ag. def. lib.11. l. qvò tutela. ff. reg. jur. §. cum & agnatos Inst. leg. pat. tut. Pol. tr. vulg. subst. n. 67. Lup. in Rub. §. 83. n. 6. extra don. int. vir. & uxor. Pirrh. in consvet. Aurel. tt. de societ. int. vir. & ux. art.1. in fin. Tir. ut. ret. p.1. §.12. gl.1. n.16.

12 Tùm qvia non sunt ferendi, qvi lucro inhiantes, onus annexū subire contemnunt. *l. un. §. pro secundo in f. C. Cad. toll. gl. §. fin. Instit. leg. agnat. success.*

III. Hæc limitatio extenditur: 13
Ut uxor à marito suo in testamento executrix relicta, nec per transitum qvidem ad secunda vota, ab exeqvendo removeatur.
Br. l. à filio in pr. num. 2. ff. alim. & Cib. leg. Bl. auth. iisdem. num.24. C. Sec. nup. arg. l. cum pater. §. hæreditatem. el.1. ff. leg. jun. l. si arrogati. ff. tutel.

Licet contrarium teneat.
Luc. de Pen. l. fin. per duas col. C. priv. scol. lib.2.

Fallit autem hæc extensio, si statuto cau- 14
tum sit, virum uxori, nec donatione qvidem causa mortis, qvicqvam relinqvere vel donare posse. Tunc enim eam qvoqve executricem testamenti sui constituere neqvit, ne fraus fiat statuto. Qvod verum est, si sola executrix relicta sit; secus si cum aliis.
Jas. l. non dubium. n.87. per ill. text. C. Legibus. Boër. in cons. Bit. tt. testam. §.3. gl. un. in fine.

Qvæ tamen decisio, vix undeqvaqvam 15
mihi tuta videtur. Eam ob causam, qvod executor tenetur, rationem executionis per se factæ, reddere. Unde liqvido constare poterit, num qvicqvam interverterit necne testatoris conjunx, conseqventerqve fraudis suspicio evacuabitur, ut rectè considerat.
Alex. l. cogi. §. hi qvi solidum. n.3. ff. ad Treb.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut 16
non procedat, qvoties fœmina non est merè executrix, sed sua qvoqve exeqvi interest, sive ut ita loqvar, est in rem suam executrix. Tunc enim non tantùm extrajudicialiter: Verùm etiam in judicio exeqvi potest, ut hoc expressim & in specie nihil tamen allegans decidit.
Dec. d. l.2. num.21. ff. reg. jur.

Qvod tamen mihi confirmari posse videtur ex *l. alienam. C. procurat.*

ARTICULUS IV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest excommunicare.*
2. *Excommunicatio est jurisdictionis pœnitentialis, Fœminæ sunt incapaces clavium ibid.*
3. *Abbatissa est persona in dignitate constituta.*
4. *Abbatissa non potest excommunicare.*
5. *Non valet consvetudo, qva exercitium clavium fœminis permittitur.*
6. *Fœmina ut non potest excommunicare, ita nec ab excommunicatione absolvere.*
7. *Qvi condemnare non potest, absolvere non potest.*
8. *Dispositum in uno ex correlativis, etiam in alio locum habet.*
9. *Fœmina habens dignitatem, pronunciare potest, qvem esse excommunicandum.*
10. *Fœmina potest implorare superiorem, ut inobedientes excommunicet.*
11. *Fœmina potest invocare, brachium judicis secularis, si aliàs excommunicatio effectu destitueretur.*

1 QVartò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, præ masculorum, qvod excommunicare neqveunt.

text. & gl. c. dilecta. ibi Bl. n.1. Abb. n.3. Fel. num.3. & dd. extra major. & obed. c. nova extra sent. excom. Spec. tt. de procur. §.1. n.2. vers.28. Dec. l. fœmina. n. 8. & n.39. ff. reg. jur. Covarr. c. alma mater. §.11. n.2. de sent. ex excom. lib.6.

2 Et confirmatur: Nam excommunicatio, reliqvaq; jurisdictio, qvàm pœnitentialem vocant, ex potestate clavium promanat, qvæ claves fœminis non sunt concessæ, imò fœminæ illarum planè sunt incapaces.

textus est. d. c nova. ibi Abb. n.1. extra pœn. & remiss. Fr. Burs. cons.97. n.34. vol.1.

3 Hæc conclusio ampliatur I. Etiamsi fuerit fœmina, in dignitate posita, utputa Abbatissa, qvàm dignitatē habere constat.

Br. l.1. n.43. C. dign. lib.12. Fel. c. meminimus. n.5. extra accusat. argum. l. generali. ibi gl. & Bl. C. sacros. Eccles. c. indemnitatibus. §. verum de elect. lib.6.

4 Namq; nec illa excommunicationis fulmine, subjectos ferire potest.

d. c. dilecta ext. major. & obed.

5 II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiamsi in contrarium esset consvetudo. Nam ejuscemodi mores, tanqvam clavium dignitati repugnantes, de jure Canonico non recipiuntur.

Innoc. & Fel. d. c. dilecta. n.3. ext. major. & obed.

6 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut qvemadmodum fœmina nō potest excommunicare: ita nec possit, ab excommunicationis nodo illaqveatos evincire.

Abb. d. c. dilecta. n.5. extra major. & obed. arg. d. c. nova ext. pœ. & remiss.

Tùm qvia nemo, qvi condemnare non pótest, absolvere potest. 7

l. nemo. la.1. ibi Dec. n.1. Cagn. ante. n.1. ff. reg. jur. l. solent. ibi Bl. n.1. ff. off. procons. & leg. l.3. ibi gl. & Jas. n.1. ff. re judic. non potest. ibi Fel. n.2. extra sent. & re jud. gl. verbo absolvendo in l. fin. C. ubi senat. vel clariss. gl.1. c. penult. extra major. & obed.

Tùm qvia condemnare & absolvere sunt correlativa, & certum est, qvod dispositum in uno ex correlativis, etiam in alio, locum sibi vendicet. 8

argum. l. fin. C. ind. vid. toll. l.1. C. cupressis. lib.11. Lancell. Pol. tr. vulg. subst. num.53. vers.21. Everh. in loc. à correlat. n.3. Tiraq. utr. R. p.1. §.9. gl.1. n.3. & 4.

Hæc conclusio limitatur I. Nam etsi fœmina, qvem nec absolvere nec excommunicare possit, poterit tamen fœmina, dignitatem cum administratione habens, pronunciare, qvem esse excommunicandum vel absolvendum. Eam ob causam, qvia aliud est excommunicare, aliud pronunciare, qvem esse excommunicandum. 9

Br. l. solent in pr. n.1. ff. off. procons. & leg. Bl. l.1. ante. num.1. per ill. text. C. si adv. libert. Tir. ut. ret. p.2. ad fin. tit. n.52.

II. Hæc conclusio limitatur: Etsi enim fœmina non possit excommunicare, potest tamen implorare superiorem, ut inobedientes sibi, excommunicatione coërceat. 10

Abb. c. dilecta. n.3. per ill. text. extra major. & obed.

Qvod usqve adeò verum est, ut qvoad id, ut excommunicatio effectui destinetur, etiam brachii secularis auxilium desiderare possit. 11

Abb. d. c. dilecta. n.3. arg. c. abbates.18. qv.2. jun. c.1. extra off. ord.

ARTICULUS V.

SUMMARIUM.

1. Fœminæ non possunt habere beneficium curatum.

2. Moniales habere possunt beneficium curatum, sed idipsum viro idoneo demandare debent, non ipsæ superesse.

1 QVintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem in eo esse, qvod beneficium curatum, qvoad exercendum idipsum per se habere neqveunt, ut hoc in specie decidit

Fel. c. dilecta. n.1. extra major. & obed.

Cujus ratio ex superiori articulo liqvere videtur. Declaratur autem, ut moniales qvidem possint habere beneficium curatum: verum ejus exercitium, virò idoneo demandare, necesse habeant. 2

Fel. d. c. dilecta. n.1. extra major. & obed.

ARTI-

ARTICULUS VI.

SUMMARIUM.

1. *Uxor seqvitur forum mariti, non econtra.*
2. *Vir & uxor una caro.*
3. *Vir & uxor sunt unum & idem.*
4. *Uxor non solum efficitur incola, in loco domicilii mariti, verumetiam civis.*
5. *Statutum loqvens de cive, locum habet, in uxore, qvæ civilitatem in loco mariti per nuptias contraxit.*
6. *Uxor non solum efficitur civis: verumetiam civis originaria in loco domicilii mariti.*
7. *Illud verum est, qvoad munerum subitionem, reliqvosq; effectus civiles: non vero respectu ipsius naturæ.*
8. *Uxor seqvitur forum mariti, etiam, qvando cum ipso marito, se defendendo litigat.*
9. *Uxor seqvitur forum mariti, etiam, cum agit, ut dissolvatur matrimonium vel sponsalia.*
10. *Intellectus ad c. ex parte ext. rest. spoliat.*
11. *Etiam sponsa de præsenti forum sponsi sui seqvitur.*
12. *Dispositum de uxore, locum habet in sponsa de præsenti, nisi peculiaris ratio aliud svadens subest.*
13. *Vidua seqvitur forum mariti prædefuncti.*
14. *Vidua si impudicè vixerit, privilegiis fori, qvæ ratione mariti qvondam, consecuta erat, destituitur.*
15. *Sponsa per verba de futuro desponsata, forum non mutat.*
16. *Maritus seqvitur forum uxoris, si in domicilium uxoris transmigraverit.*
17. *Non jure nupta, ejus qvi non jure nuptus est, forum non seqvitur.*
18. *Concubina non seqvitur forum amasii.*
19. *Concubinatui non inest individua vitæ consvetudo.*
20. *Intellectus ad l. item legato. §. parvi. ff. leg. 3.*
21. *Jure forum concubinam retinere, licitum erat.*
22. *Concubinatus hodiè tàm jure Civili,*
23. *Qvàm jure Canonico est improbatus.*
24. *Uxor & concubina pares sunt, qvoad affectionem, non qvoad dignitates.*
25. *Concubina forum amasii seqvitur, si id, ejus non sit favor, sed odium.*
Luxuriei, non plus, qvàm castitati, tribuendum.
26. *Uxor seqvendo forum mariti, non subjugatur deteriori conditioni, si per seqvelam fori, laxiori jurisdictioni subditur.*

1 SExtò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvòd forum mariti seqvi teneantur, non verò è diverso, vir uxoris forum seqvitur.

l. un. ibi gl. & Br. n. 4. Ang. n. 3. Luc. de Pen. Joh. de Plat. & dd. C. mul. & in qvo loc. lib. 10. l. mulieres. ibi Br. C. dignit. lib. 12. Br. l. exigere. n. 2. ibi Bl. num. 1. ff. judic. Bl. l. cum qvædam. n. 1. ibi Cast. n. 3. Alex. n. 3. Jas. n. 1. ff. jurisd. omn. jud. Castr. l. rei judicatæ. §. socero. n. 7. ff. Sol. mat. Fel. c. 1. n. 31. extra sponsal. Chassan. in cons. Burg. rub. 1. §. 5. n. 60. Tir. ll. connub. l. 1. n. 28. Covar. in epit. 4. lib. decret. 2. p. cap. 7. n. 6. Peckius tr. testam. conjug. lib. 4. c. 34. n. 1. Mozzius tr. contract. Rubr. de matrim. tt. natural. matr. n. 7. gl. l. origine. C. municip. & orig. lib. 10. Alex. cons. 100. n. 10. vol. 3.

2 Absurdum namqve est, uxorem à viri laribus, distrahi, & alibi ad tribunal sisti, cum uxor & vir una sint caro.

Paul. de Cast. l. rei judicatæ. §. socero. n. 4. ff. sol. matr. Johan. Jac. de Lon. int. consil. Bruni cons. 114. num. 66. arg. l. adversus. C. crim. expil. hæred. text. c. gaudemus, extra divort.

3 Imò uxor & vir sint unum & idem.

Menoch. tract. arbit. jud. qvæst. lib. 2. cent. 4. casu 379. n. 5.

Hæc conclusio ampliatur I. Ut non solum efficiatur incola civitatis, & sic fori illius, in qvam post nuptias celebratas ducitur. Verumetiam civis efficiatur ibidem. 4

gl. l. cives verbo allectio circa med. C. incol. lib. 10. gloss. l. origine. C. municip. & orig. eodem lib. Br. l. fin. §. item rescripserunt, n. 3 ff. ad municip. Fel. c. dilectus filius. el. 2. num. 2. extra rescr. Ang. Aret. §. 1. n. 6. ibi Joh. de Plat. n. 5. Inst. pat. pot.

Qvod usqve adeo verum est, ut etiam in statutis atqve sic in materia stricta, appellatione civis, mulier comprehendatur, qvæ ob id tantum, qvod ibi nupserit, civis est effecta. 5

Tir. ll. connub. lib. 1 n. 29. Bl. cons. 139. Col. 2. vers. secundo est considerandum, vol. 5.

II Hæc conclusio ampliatur: Ut non solum uxor, in loco domicilii foriqve mariti efficiatur civis: verumetiam civis originaria, mariti enim originem seqvitur. 6

gloss. d. l. origine, C. munic. & orig. lib. 10. Br. d. l. f. §. item rescripserunt, n. 4. ff. ad municip. Br. d. l. un. n. 5. C. mul. lib. 10. Bl. l. 2. n. 4. C jurisdict. omn. jud. Bl. Rubr. n. 2. ff. Sol. mat. Bl. l. voluntas, n. 1. C. fideicom. Peck. d. c. 34. n. 2. Panor. cons. 100. in fine. vol. 2. Ceph. cons. 246. n. 14. vol. 1.

B 3 Qvod

7 Qvod qvidem, non qvoad naturam ipsam, qvippè hæc immutabilis est, sed qvòad juris, munerumqve civilium effectus procedit, ut rectè tradit.

Tir. ll. connub. lib. 1. *num.* 30.

8 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiamsi fœmina cum marito litigaret, se defendendo, nihilominus enim forum ejus seqvitur.

c. constitutis. el. 2. *ibi Bl. num.* 1. *extra testibus. Jas. d. l. cum qvadam puella. n.* 1. *ff. jurisdict. omn. jud. Tir. ll. connub. l.* 1. *n.* 33.

9 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut dum fœmina ad dissolutionem matrimonii vel sponsaliorum agit, id apud judicem viri, vel sponsi agere debeat.

Anton. de But. c. ex parte per ill. text. extra rest. spoliat. Tir. ll. connub. l. 1. *n.* 33.

Cujus tamen contrarium tenet *Abb. d. c. ex parte. n.* 5. *extra rest. spoliat.*

10 Etsi autem Butrii opinio, fortè obtinere possit, illo tamen textu minimè probatur. In casu enim d. c. ex parte sponsalia contrahere noluerunt, matrimonium ob ætatis impedimentum conciliare neqviverunt, atq; sic actum planè inutilem & nullum celebrarunt. Qvare ex istiusmodi actu nullo, nullus effectus produci, nec forum mutari potuit.

argum. c. non præstat. ibi dd. de reg. jur. lib. 6. *Fel. c. significantibus. n.* 8. *extra off. deleg. Catel. Cotta in memor. V. actus el.* 2.

11 V. Hæc conclusio ampliatur: Ut etiam procedat in sponsa de præsenti, etiamsi non subsecuta fuerit cohabitatio.

arg. l. ea qvæ juncta. gloss. ff. ad municip. Br. l. fin. §. item rescripserunt. n. 1. *ff. eod. Jas. d. l. cum qvadam. n.* 1. *ff. jurisd. omn. jud. Gail. pract. observ. lib.* 2. *obs.* 80. *n.* 10.

12 Generaliter enim verum est, dispositum de uxore, locum habere in sponsa de præsenti, nisi peculiaris, istas discriminandi ratio subsit.

Br. l. nihil. ff. rer. amot. Bl. l. Deo nobis. n. 8. *C. episcop. & cler. Boër. in consvet. Bit. tt. consvet. matrimon.* §. 1. *gloss.* 1. *col.* 3. & 4. *Chassan. in consvet. Burg. Rub.* 4. §. 2. *in verbo femme. n.* 17. *Covar. in epit.* 4. *lib. decret.* 2. *p. cap.* 1. *n.* 4. *arg. l. pen. C. incest. nup. l. pen. ff. don. int. vir. & uxor. l. cum fuerit. ff. condit. & demonst.*

13 VI. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiam in vidua. Nam & vidua, viri sui defuncti forum retinet.

Br. l. un. n. 4. *ibi Ang. n.* 4. *C. mulier. lib.* 10. *Br. l. filii.* §. *vidua. n.* 1. *per ill. text. ff. ad municip. Jas. d. l. cum qvadam. n.* 1. *ff. jurisd. omn. jud. Lup. in rub.* §. 67. *num.* 2. *extra donat. int. vir. & uxor. pract. Papin. in for. lib. qvo uxor. ag. ad dot. verb. dictæ dominæ Margaritæ. n.* 15.

Qvod tamen ita demum verum est, si castè & pudicè vixerit. Inhonestè enim vivendo omnibus dignitatibus, foriqve privilegiis exuitur. 14

§. fin. auth. rest. & ea qvæ par. unde c. mense, Br. l. his solis Barbat. in add. ad Br. Bl. n. 5. *C. revoc. don. addit. ad Br. l. filii.* §. *vidua. ff. ad municip. Alex. de Imola. l. cum qvadam. n.* 9. *ff. jurisd. omn. jud. Fel. c. pastoralis. n.* 7. *extra judic. Tiraq. tract. nobilit. cap.* 18. *n.* 14.

Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, in sponsa, per verba de futuro desponsata. Ea namq; nec domicilium mutat, nec forum sponsi seqvitur. 15

l. ea qvæ. ibi gl. ad municip. Br. l. fin. §. *item rescripserunt. n.* 1. *ff. ad municip. Br. l. un. n.* 4. *ibi Ang. n.* 3. *C. mul. & in qvo loc. l.* 10. *Jas. l.* 1. *lect.* 1. *num.* 27. *C. sum. trinit. Ang. Aret.* §. 1. *n.* 10. *Inst. pat. pot. Tir. ll. connub. gl.* 2. *n.* 24.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties uxor, maritum, in suum domicilium, traduxisset. Tunc enim maritus, ejus potius forum seqvitur. 16

Tir. de ll. connub. gl. 2. *n.* 46. & 48. *arg. l. exigere dotem. ff. judic. ubi Tir. hanc esse communiorem opinionem attestatur.*

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in ea, qvæ non jure, sive inutiliter est nupta. Nam ea nec domicilium mutat, nec illius qvi non jure maritus est, forum seqvitur. 17

l. pen. §. *f. ff. ad municip. Br. l. fin.* §. *item rescripserunt. n.* 2. *ff. eod. Br. l. un. num.* 4. *ibi Ang. n.* 3. *C. mulier. lib.* 10.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in concubina. Nam concubina, ob amasium non mutat forum nec domicilium. 18

gl. 10. *communiter approbata. l. cum qvadam. ibi Alex. de Imola. n.* 3. *ff. jurisd. omn. jud. Br. d. l. fin.* §. *item rescripserunt. n.* 2. *Rom. sing.* 658. *arg. d. l. pen.* §. *f. ff. ad municip.*

Ea propter, qvia concubinatus non habet conjunctam, vitæ individuam consvetu- 19

ſvetudinem, ſed ex nuda voluntate dirimi poteſt.

Syl. Aldobr. §.1. Inſt. pat. pot.

20 Nec obſtat, qvod ab Ulpiano traditum eſt, parvi inter uxorem & concubinam intereſſe.

L. item legato. §. parvi. ff. leg. 3.

21 Nam id intelligendum eſt, vel ſecundùm ſua tempora, qvibus nimirum, utpote jure forum, concubinatus erat permiſſus.

L. 1. & toto tt. ff. de concubinis.

22 Qvi tamen concubinatus hodiè tam jure civili.

Abb. c. cum veniſſent. num. 26. extra inſtit. Argum. c. 1. extra. no. op. nunc.

Qvam eſſe communem opinionem dicit.

Alex. conſ. 59. num. 3. in fin. vol. 4.

Licet contrarium teneat.

Br. l. in concubinatu. num. 2. ff. concub. Lup. c. per veſtras notab. 3. §. 21. n. 10. extra donat. int. vir. & uxor. Paul. Griland. tract. pœn. omnifar. Coitus qv. 6. & n. 16.

Qvam eſſe magis communem opinionem atteſtatur.

Alex. ſibi contrarius. l. ex facto. §. ſi qvis rogatus. n. 13. ff. ad S. C. Trebell.

23 Qvam jure Canonico eſt interdictus.

c. nemo. 32 qv. 4. Br. d. l. in concubinatu. n. 2. Jaſ. l. ex ea parte. §. mulier. n. 6. ff. verb. obl. Abb. c. cum ſit generale. n. 25. extra fo. comp. Lup. d. §. 21. n. 10. Clar. d. §. fornicatio. n. 6. Crav. conſ. 229. n. 11. Abbas c. tanta. n. 14. extra fil. ſint legit.

Vel de affectione. Qvo affectionem 24 enim concubina, & mulier pares qvidem ſunt, qvoad dignitatem verò, unde & hæc fori ſeqvela, derivari videtur, diverſa inter eas, eſt ratio.

Bl. l. etiam. num. 7. C. teſtibus Maſcardus tr. probat. concluſ. 340. n. 10. vol. 1.

Id tamen, qvod in duobus poſteriori- 25 bus limitationibus dictum eſt, ita demum verum ſit, ſi concubinæ, vel non jure nuptæ, forum amaſii, vel illegitimi mariti ſeqvi, ſit favorabile. Secus verò eſt, ſi odioſum ſit, & cum onere earum conjunctum. Tunc enim illas de foro amaſii & minus legitimi mariti eſſe, omninò cenſeo. Ne plus demus, qvod jura noſtra abhorrent luxuriei, qvàm caſtitati.

§. f. auth. reſt. & ea qvæ par. und. menſ. gloſſ. c. ſtatutum. el. 2. verb. volumus de hæret. lib. 6. Fr. Burſ. conſ. 51. n. 19. vol. 1.

Cæterum qvod in principali concluſio- 26 ne dictum eſt, fœminam, ob ſeqvelam fori maritalis, deterioris effici conditionis, ita intelligi volo, ſi ſcilicet ob id, duriori juriſdictioni ſubjungetur: Secus verò eſſe, ſi per maritum fori privilegium conſeqvatur, (utputa ſi mulier aliqva prius ſub juriſdictione antianorum civitatis, nubat ei, qvi Rectori Academiæ ſubeſt) tunc enim per id, qvod in ſui favorem introductum eſt, deterioris fieri conditionis non poteſt, neqve id, in odium ejus deducendum.

arg. l. qvod favere. C. legibus Pol. tract. Vulg. ſubſt. n. 85. Bertach. tr. gabel. p. 7. n. 28.

ARTICULUS VII.

SUMMARIUM.

1. *Citatio, proteſtatio, vel denunciatio, rectè pro uxore, fit marito.*
2. *Maritus eſt qvaſi procurator uxoris.*
3. *Uxor præſumitur ſcire, qvod ſcit maritus.*
4. *Citatio, & id genus alia, qvæ marito fieri debent, facta uxori, non valent.*
5. *Citatio eſt inventa, ut pars rea ſe poſſit defendere.*
6. *Uxor per virum, non econtra defendi debet.*
7. *Uxor non ſatis percipit à qvo & ad qvid citetur maritus, unde maritum certiorari non poterit, conſeqventerq; fruſtratoriè fiet citatio.*
8. *Maritus non poteſt condemnari, ut contumax, ſi citatio facta eſt uxori.*
9. *Ex nihilo nihil fit.*
10. *Citatio valet, ſi ad domum facta citatione, exemplar ejus uxori relinqvitur.*
11. *Tranſitio ad ſubſeqventes articulos.*

1 SEptimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem eſſe, in eo: Nam etſi denunciatio, citatio vel proteſtatio uxori facienda, ſi marito fiat, valeat.

l. aut qvi aliter. §. ſed, & Servius, ibi Br. n. 2. ff. qvod vi aut clam. Jaſ. l. non ſolum. §. morte. num. 23. ff. op. no. nun. Fel. c. cum M. Ferrar. n. 53. extra conſtit.

Tùm qvia maritus, qvaſi procurator 2 uxoris eſt.

l. maritus. C. procurat. Jaſ. dict. l. non ſolùm. §. morte. n. 23. & inf. fuſius trademus.

Tùm, qvia id, qvod maritus ſcit, & uxo- 3 rem ejus ſcire præſumtio eſt.

l. ſi legibus. C. Ep. aud. Luc. de penn. l. 3. præſumt. 71. C. apoch. pub. lib. 10. Jaſ. d. §. morte. n. 23. Tir. ll. connub. l. 12. n. 1.

4 Attamen è diverso, citationem, protestationem vel denunciationem, pro marito, uxori ejus fieri non posse constituti juris est.

gl. d. l. aut qvi aliter, §. sed & Servius. ff. qvòd vi aut clàm; Gvido Papæ decis. 445. Tir. V. R. p. 1. §. 9. gl. 1. n. 6. Joh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 6. c. 1. n. 7.

5 Tùm qvia citatio ob id, ut pars rea defendere se possit est inventa.

Vantius tr. nullit. rubr. de nullit. sent. ex def. citat. n. 31. arg. l. ex qvacunqve causa. ff. si qvis in Jus voc. non ier.

6 Et certum est, viros non per uxores, sed econtra tutari debere.

l. 2. ff. injur. gl. d. §. sed & Servius.

7 Tùm qvia mulier non satis percipit, à qvo & ad qvid citetur maritus, vel qvid ei denuncietur aut protestetur. Ergo nec postea marito renunciare, eumqve certiorem facere potest, qvam rationem assignat.

Tir. d. tr. V. R. p. 1. §. 9. gl. 1 num. 5.

8 Hæc conclusio ampliatur: Ut ex citatione pro marito uxori facta, maritus non possit condemnari tanqvam contumax.

Gvido Papæ d. decis. 445.

Cùm enim hæc citatio nulla sit, perperamq; facta, contumaciam producere neqvit, cum id, qvod nullum est, nullum effectum producat, atq; ex nihilo, nihil fiat. 9

Catell. Cotta verb. actus el. 2. Vasq. ill. controv. cap. 56. num. 11.

Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvando citatio pro marito uxori facta, facta est in domicilio habitationis mariti, uxoriqve exemplar, seu copia citationis est relicta, unde maritus qvid velit citans, certior fieri potest. 10

Gvido Papæ d. decis. 445. Tir. d. tr. V. R. p. 1. §. 9. gl. 1. n. 6. Joh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 6. cap. 1. n. 8. per gl. l. licet C. repud.

Hactenus de persona jus dicentis, qvæq; illi affinia sunt, puta forum, & citatio, qvæ à jurisdictione dependent, qvatenus in eis, præ masculis, fœmellæ deterioris sint conditionis dixisse sufficiat. Nunc qvatenus agendo, deferendo, accusandové, deterioris sint conditionis agè videamus. 11

ARTICULUS VIII.

SUMMARIUM.

1. *Liberi absq; consensu matris reliqverumq; ex linea materna ascendentium in judicio esse possunt.*
2. *Liberi qvorum tutelam mater suscepit, per matrem in judicio defenduntur.*

1 Octavò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvia liberi absqve consensu matris, reliqvorumqve ex linea matris ascendentium, in judicio esse, tàm agendo, qvàm fugiendo possunt.

arg. l. f. §. necessitatem. C. bon. qvæ lib.

Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvando mater, vel avia tutelæ officio fungitur. Tunc enim hæ pro eis comparent, nec liberi, qvod in omnibus pupillis tralatitium est, per se in judicio esse possunt. 2

arg. l. non est ignotum. l. si bonam, & l. fin. C. adminis. tut.

ARTICULUS IX.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ non possunt deferre in fiscum.*
2. *Fœmina seipsam deferre potest.*
3. *Fœmina si seipsam defert, dimidiam, vel tertiam partem ejus, qvod fiscus aufert, consequitur.*
4. *Fœmina potest deferre, ea, qvæ ad levandam annonæ caristiam pertinent.*

1 Nonò concludo: Fœminarum in eo deteriorē esse conditionem, qvod delatio aliorum, fisco, eis sit prohibita.

l. deferre in pr. ff. ju. fisci. gl. Rubric. C. delat. lib. 10. Spec. tt. de procurat. §. 1. n. 2. vers. 12. Dec. d. l. 2. n. 24. ff. reg. jur.

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, qvoties fœmina seipsam defert. Tunc enim ei, id non solum permissum est.

l. ait. l. edicto. la. 2. ff. ju. fisci.

Verumetiam præmio dimidiæ portionis ejus qvod detulit. *d. l. edicto. la. 2. ff. ju. fisci.* 3

Vel tertiæ partis, secundùm diversitatem personarum afficitur. *l. un. ibi gloss. Br. Bl. Luc. de Penna & dd. C. his qvi se defer. lib. 10.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si mulier, ad annonam, ejusqve caristiam levandam, pertinentia detulerit. 4

l. mulierem. ff. accusat. l. fin. in fine ff. ad l. Jul. de annona. gl. l. ait. ff. ju. fisci. Dec. d. l. 2. n. 24. ff. reg. jur.

ARTI-

ARTICULUS X.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest agere populari actione.*
2. *Fœmina potest agere populari actione, si ejus interest.*
3. *Fœmina propensa pietate ducta, agit populari actione.*

1 DEcimò concludo: Deteriorem esse fœminarum præ masculis conditionem, qvod agere actione populari jure nostro neqveunt.

l. mulieri. ff. popul. act. Spec. d. tit. de procur. §. 1. num. 2. vers. 13. Spec. tit. de accusatore. §. un. n. 16. Dec. d. l. 2. n. 25. ff. reg. jur.

2 I. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties id, ad qvod populari actione agitur, privatum mulieris interesse habet conjunctum.

Bonifac. de Vitall. tr. malef. Rubr. de his qvi accus. non possunt. n. 1. arg. l. de pupillo in pr. ff. op. no. nunc. textus est in d. l. mulier. ff. popu. act.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut 3 non procedat, qvoties fœmina, etiamsi sua, actionem popularem moveri, non intersit, eam tamen propensa pietate ducta, intentaverit.

arg. §. conseqvens jun. ibi gloss. & ibi Dd. tradunt. Inst. susp. tutor.

ARTICULUS XI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ non competit interdictum de liberis exhibendis.*
2. *Matri qvandoqve contra patrem hoc interdicto agentem, exceptio doli competit.*
3. *Liberi ex justa causa, apud matrem potius qvàm patrem commorantur, per qvod tamen, patria potestas imminuenda non est.*
4. *Intellectus ad l. 3. §. etiam. ff. lib. exhib.*

1 UNdecimò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod interdictum de liberis exhibendis, & deducendis, eis, etiamsi matres fuerint, non competat.

l. 1. §. hoc interdictum. ff. lib. exhib. Ang. Aret. §. summa. num. 9. Instit. interdict. Kling. Instit. interd. Rubr. interdict. priv. util. n. 4.

Ratio est: qvia interdictum hoc ex patria provenit, qvæ matri non congruit.

Ut suo loco ostendemus.

2 Limitatur autem: Nam etsi mater hoc interdicto non experiatur: attamen si liberi ex justa causa, cum matre commorarentur, patre hoc interdictum, intentante, exceptionem doli rectè contra eum opponit. *d. l. 1. §. si verò mater. ibi gloss. ff. lib. exhib.*

Et siqvidem justam causam, qvæ neqvitia est patris, ostenderit, in retinendis liberis, patre erit, sine diminutione tamen patriæ potestatis, potior. 3

l. 3. §. etiam. ff. eod. tit. Ang. Aret. d. §. summa in fine.

Qvæ verba: Sine imminutione patriæ potestatis, ita sunt accipienda, ut patrem, omnia, ad qvæ ob patriam potestatem astrictus est, liberis exhibere, teneri, nec qvicqvam, qvod aliàs, patriæ potestatis ratione, conseqveretur, amittere, ostendant, ut rectè ea verba, me judice, interpretatur 4

Arius Pinel. l. 1. p. 1. num. 56. C. bon. mat.

ARTICULUS XII.

SUMMARIUM.

1. *Juramentum in legitimæ probationis defectum, masculo potius qvàm fœminæ defertur.*
2. *Fœminæ defertur juramentum, si rei magis novit veritatem.*

1 DUodecimo concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod in causa inter masculum & fœminam vertente, juramentum in defectum legitimæ probationis masculo potius, ratione lubricitatis, qvàm Lex in fœmina considerat, qvàm fœminæ defertur.

Lup. c. per vestras. §. 83. n. 7. ext. donat. inter vir. & uxor. Tir. ll. connub. l. 9. n. 72. qvi Curt. sen. Caccialup. idem tenentes allegant.

Hæc conclusio limitatur: Ut non 2 procedat, qvoties rei veritas, fœminæ, qvàm masculo esset notior. Tunc enim fœminæ potius esset deferendum.

gloss. c. vidua, extra regular. Lup. d. c. per vestras. §. 43. n. 7. Tir. ll. connub. l. 9. n. 72. arg. L. Marcellus, §. qvi rerum ff. rer. amot.

ARTI-

ARTICULUS XIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest accusare.*
2. *Maritus uxorem de adulterio accusare potest, tàm civiliter, qvàm criminaliter.*
3. *Maritus uxorem in flagranti crimine offensam, interimere potest.*
4. *Uxor etiam castissima, nulla magis re, qvàm maritum alterius mulieris consvetudinem habere, exasperatur.*
5. *Uxor accusare maritum de adulterio neqvit.*
6. *Uxor rectè ob viri fornicationem ad thori separationem agit.*
7. *Fœmina non potest qvidem accusare, sed de qvolibet delicto, judicem potest informare.*
8. *Fœmina accusat in crimine læsæ majestatis.*
9. *Fœmina accusat de falso circa testamentum commisso.*
10. *Fœmina accusat de hæresi.*
11. *Fœmina accusat de Simonia.*
12. *Fœmina accusat, si suam vel suorum injuriam prosequatur.*
13. *Uxor rectè accusat, mariti homicidam.*
14. *Uxor in accusatione de interfecto marito, præfertur ipsis occisi hæredibus.*
15. *Uxor & maritus una sunt caro.*
16. *Uxor & maritus sunt unum & idem.*
17. *Fœmina suorum injuriam proseqvi dicitur, etiam cum proseqvitur injuriam eorum, qvi se spirituali cognatione attingunt.*
18. *Fœmina, etiam de injuria sibi vel suis illata, non accusat, si masculus accusationem de ea instituere velit.*
19. *Is semper præferendus est, qvi melius jus fovet, firmiorique fundamento innuitur.*

1 DEcimotertiò concludo: Fœminam eò deterioris esse conditionis, qvod accusatoris partes non subeat.

l. de crimine. C. his qvi accus. non poss. l. 1. l. qvi accusare, ff. accusat. c. probibentur, 2. q. 1. c. de crimine. 15. q. 3. gl. §. conseqvens. ibi Ang. n. 2. Joh. de Plat. n. 11. Instit. sup. tut. Azo in summa. C. his qvi accus. non poss. Spec. Rubr. de accusatore. §. un. n. 16. Bl. Rubr. num. 4. C. qvi poss. accus. Ang. Aret. tract. malef. verbo & ad qværelam Titii. n. 18. ibi August. & Hieron. Cuchalon in addit. Abb. de Gand. tract. malef. Rubr. qvi accusare poss. vel non num. 4. Bonif. de Vitell. tract. malef. Rubr. de his qvi accus. tt. 1. n. 6. Joh. Ant. Rubr. tr. de potest. procurat. p. 2. num. 52. Gomez. V. R. lib. 3. c. 1. num. 31. Jul. Clarus pract. Crimin. §. fin. qv. 14. num. 8.

2 Hæc conclusio ampliatur: Nam etsi maritus uxorem de adulterio, non solum ream facere.

l. 2. §. f. & toto. tt. ff. ad L. Jul. de adult.

Tàm civiliter, id est, ad thori separationem, & lucrum dotis agendo, qvàm criminaliter.

Minsing. cons. 1. num. 28.

3 Verum etiam eam, in flagranti crimine offensam, habita mœchorum consideratione, interimere possit.

l. Gracchus. C. ad L. Jul. de adult. c. inter hæc ibi gloss. 33. qvæst. 2. gloss. German. 2. art. 37. Landrecht *lib. 1. Br. l. non solum. §. si mandata. num. 5. ff. injur. Zoanet. lib. 2. n. 7. in fin. C. pact. int. emt. & ven. Vasq. ill. controv. cap. 49. n. 4.*

Attamen è diverso, uxor, etsi nulla re 4
magis ei, qvamvis castissimæ, oculi doleant, qvàm si maritum, focariæ qvam vocant, consortio frui compererit.

l. consensu. ibi Bl. C. repud. §. mitiores. auth. auth. nupt. Jas. l. ex parte, §. mulier, n. 2. ff. verb. oblig. Lup. c. per vestras. §. 21. n. 7. extra donat. inter vir. & uxor. Tir. ll. connub. l. 13. n. 27.

Rarissimi enim, Tertia Æmilia Scipionis Majoris conjunx est exempli, de qva *Valer. Maximus lib. 6. cap. 7.*

Maritum accusare de adulterio neqvit 5

l. 1. ibi gl. Br. Bl. & Dd. C. ad L. Jul. de adult. Panorm. cap. 1. n. 3. extra ut lit. non contest. Panorm. c. gaudemus, n. 14. extra divort. Jac. de Belviso pract. crim. Rubr. de lenonibus. n. 44.

Licet tàm Jure Canonico, qvàm Civili, 6
qvoad thori separationem, donationemq; propter nuptias lucrandam, maritum de adulterio rectè criminetur.

d. l. consensu. C. repud. & §. mitiores. auth. nupt. c. præcipit. 32. q. 5. Panor. c. tuæ. n. 7. extra procurat. Panor. c. 1. n. 3. per ill. text. extra ut lit. non contest. Panor. c. plerumq;. num. 6. extra donat. int. vir. & uxor. Ripa l. soluto matrimonio. n. 31. ff. sol. mat.

Hæc conclusio limitatur I. Nam 7
etsi mulier accusare neqveat, judicem tamen de qvovis delicto informare poterit. *Rol. à Valle consil. 47. n. 25. vol. 3. per l. fin. ff. ad L. Jul. de ann.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut 8
non procedat propter atrocitatem criminis. *Tir. tract. pæn. causa 49. n. 23.*

Unde

8 Unde in crimine læſæ Majeſtatis.
l. in qvæſtionibus. ff. ad L. Jul. Majeſt. gl. & Br. l. 2. ff. accuſat. Spec. tt. de accuſat. n. 16. Bl. rubr. n. 4. C. his qvi non poſſeſ. accuſ. Alb. de Gand. d. rubr. qvi accuſ. poſſ. vel non. n. 4. Bonifac. de Vitall. d. rubr. de his qvi accuſare non poſſ. n. 1. Incertus autor. tr. crim. læſ. Majeſt. q. 7. n. 6.

9 Item in accuſatione ex L. Cornelia teſtamentaria, de falſo circa teſtamentum commiſſo.
l. 2. ibi gl. & Dd. ff. accuſat.

10 Item in crimine hæreſeos.
gloſſ. c. licet Heli verbo indifferenter extra Simon. arg. l. Manichæos. C. hæret. & c. vergentis extra eod. tit.

11 Et Simoniæ, fœmina legitimi accuſatoris partes ſuſtinet.
arg. l. ſi qvenqvam, C. Epiſcop. & Cler. text. C. tanta extra Simon.

12 II. Hæc concluſio limitatur: Ut non procedat qvoties fœmina accuſando, ſuam, vel ſuorum injuriam proſeqvitur.
l. 1. & 2. & l. hi tamen. ff. accuſat. gloſſ. & Br. l. qvi accuſ. ff. eod. tit. Bl. d. rubr. num. 2. C. his qvi accuſ. non poſſ. Ang. Aret. d. verbo & ad qverelam. num. 16. Alb. de Gand. d. n. 4. Bonif. de Vit. d. Rubr. qvi accuſat. non poſſ. n. 1. Gomez. var. reſol. lib. 3. cap. 1. n. 32. Jul. Clar. pract. crim. §. fin. q. 14. n. 2. & n. 8. Cephalus conſ. 742. n. 4. vol. 5.

13 Unde rectè infertur, uxorem homicidam mariti ſui, jure optimo connivente accuſare poſſe, qvam eſſe receptiſſimam omnium ſententiam atteſtatur.
Petrus à Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 40. num. 2.

14 Qvod usqve adeò verum eſt, ut etſi in accuſando, uxor ex una, hæredes verò, conſangvineiqve mariti occiſi, ex altera parte, concurrant, nihilominùs hiſce omnibus, ipſa, ob majorem in occiſum affectionem, læſionemqve inde progredientem, præferatur, ut hoc in ſpecie decidit.
Gomez. var. reſ. lib. 3. cap. 1. n. 32.

Conſtat enim unam, eandemqve maritum & uxorem eſſe carnem. 15
c. gaudemus extra divort. Gomez. d. c. 1. n. 32. Jul. Clarus d. q. 14. n. 8.

Et qvod plus eſt non caro ſolum ipſis eſt eadem: verumetiam in aliis, unum idemqve eſſe videntur, ut tradit. 16
Menoch. tract. arbit. jud. qvæſt. lib. 2. cent. 4. caſu 379. n. 5.

Hæc limitatio rurſus extenditur: Ut non ſolùm, in hac materia dicantur ſui, qvi ſangvinis vinculo, fœminæ ſunt propinqvi: verumetiam, qvi cognationis ſpiritualis nexu fœminas attingunt. Unde fœmina ejus qvoqve occiſorem, qvi pro ſe, in ſacro fonte fidejuſſit, accuſare poterit, ut hoc voluiſſe videtur. 17
Bl. l. 1. num. 36. C. his qvi non poſſ. accuſ. Jaſ. l. apertiſſimi. n. 8. C. judic. Jaſ. §. pœnales. num. 67. Inſtit. act. arg. gl. c. qvi dormierit. 27. q. 2.

Has tamen limitationes ita ſublimitari oportet, ut non procedant, ſi prius exploratum non fuerit, non ſupereſſe marem aliqvem, qvi de criminibus illis atrocibus, vel de injuria illata, conqveri velit, vel niſi is cui accuſatio hoc nomine competeret, in maxima verſaretur mora. 18
Br. l. uxor. C. his qvi accuſ. non poſſ. Bl. l. Senatusconſulto. in pr. per ill. text. C. eod. tit.

Eam ob cauſam, qvia maſculus melius de jure communi jus fovet, dum regulariter, ei de jure accuſare permiſſum eſt, qvàm fœmina. Et certum eſt: qvod is ſemper præferendus ſit, qvi melius jus fovet, firmioriqve de jure communi fundamento innititur. 19
arg. l. 1. §. denunciare. ff. vent. inſpic. l. neceſſe. ff. de in diem addict.

ARTICULUS XIV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina & mas de eodem crimine accuſati, priùs fœmina qvam mas torqvetur.*
2. *Tortura incipi debet ab eo, à qvo veriſimile eſt, veritatem facilius indagari poſſe.*
3. *Fœmina qvia inconſtantia laborat, citius veritatem fatetur.*
4. *Tortura à qvo inchoari debeat, judicis arbitrio relinqvendum.*
5. *Fœmina prægnans, torturæ ſubjicienda non eſt.*
6. *Fœmina non debet torqveri, etiam poſt qvadraginta à partu dies.*
7. *Fœmina non debet torqveri, etiamſi ex alio, qvam marito concepiſſet.*
8. *Fœmina non debet torqveri, etſi fœtus qvem gerit, animatus adhuc non ſit.*
9. *Fœmina gravida non torqvetur etiam in criminibus atrocibus.*
10. *Fœmina gravida, ſi de facto torqvetur, confeſſio tortura elicita, per ſe & ipſo jure nulla eſt.*

11. *Fœmi-*

11. Fœmina uterum gestans, ut non potest torqveri, ita nec metu tormentorum est terrenda.
12. Judex, qvi fœminam uterum gerentem de facto torsit, severè plectendus venit.
13. Fœmina infantem lactans, æqvè ac prægnans tormentis afficienda non est.
14. Fœmina gravida non potest torqveri etiam de Jure Saxonico.

1 DEcimoqvartò concludo: Fœminam deterioris in eo esse conditionis, qvia, si masculus unà cum fœmina in eodem crimine rei facti sunt, casibus, qvibus ad torturam perveniri potest, tortura ista, nō à masculo, sed à fœmina est incipienda. *Gvido de Suzaria tract. indic. & tort. n. 22. ibi Ludov. Bologn. in addit. n. 23. Ang. Aret. tr. malef. verb. fama publica. num. 93. Alb. de Gand. tr. malef. Rubr. de qvæst. & torm. n. 11. Paris de put. tr. Syndic. verbo tortura. vers. Viso de indiciis. el. 2. n. 3. Dec. d. l. 2. n. 43. ff. reg. jur. Mar. tr. ord. jud. in procem. n. 13. Tir. ll. connub. lib. 9. n. 134. Jul. Clar. pract. crim. §. f. q. 64. n. 29.*

2 Eam ob causam, qvia ab eo, à qvo verisimiliter prius veritas erui potest, tortura incipi debet. *l. 1. ibi Br. & Dd. & l. unius. ff. qvæst.*

3 Et certum est: à fœmina illam primò, & facilius exqviri posse, propter instabile & momentaneum, qvod illis natura dadatum est pectus. *Gvido de Suzaria d. n. 22. & August. Arim. in add. ad Ang. d. n. 93. Alb. de Gand. d. n. 11. Bonif. de Vitall. tr. malef. Rubr. qvaliter fienda sit tort. n. 3um. Tir. ll. connub. lib. 9. n. 134. arg. l. filia. C. inoff. testam.*

Qvàm qvidem rationem, si ulla admitti potest, admittendam censeo, qvemadmodum è diverso omninò improbandam judico, qvam tradit *Cuchalon in addit. ad Dec. d. n. 83.*

4 Ego verò id totum judicis arbitrio relinqvendum putarim, qvi habita exacta personarum consideratione, à qvo incipere debeat qvæstio videbit. Non enim auditu novum est, majorem fœminam qvàm masculum præstitisse, dum tormentis subjiceretur constantiam, qvarum nonnullas recenset. *Tir. d. l. 9. n. 135.*

5 Retenta superiori conclusione, ea omninò erit limitenda, ut non procedat in muliere gravida. *l. prægnantis. ibi Br. ff. pœn. l. Imperator. la. 2. ibi Br. & Bl. lect. 2. n. 4. ff. la. hom. fac. text. l. 1. §. de inspiciendo. ff. vent. inspic. Bl. l. interpositas. n. 9. C. transact. Dec. d. l. 2. n. 79. ff. R. 1. Jac. de Belviso pract. crim. Rubr. de qvæstion. n. 13. Gvido de Suzaria tr. indic. & tort. n. 8. Bl. de perigl. tr. qvæst. c. 1. n. 5. gl. Latina. art. 33.* Landr. l. 1.

Qvæ limitatio rursus extenditur I. 6
Ut qvod statutum est in gravida, locum qvoqve habeat, in ea, qvæ minus qvadraginta diebus enixa est. *gloss. & Br. d. l. prægnantis. ff. pœn. Paul. Girl. tr. qvæstion. 6. q. n. 4. Franc. Casoni tr. torment. cap. 10. n. 6. arg. l. non exigimus. §. si non propter. ibi Alex. n. 2. ff. si qvis caut.* Et ita de consvetudine observari testis est *Jul. Clar. pract. crim. §. fin q. 64. n. 15.*

II. Hæc limitatio extenditur: Ut 7
procedat non solùm si mulier ex marito sit gravida, verumetiam si ex alio fœtus sit conceptus. *Fr. Brunus tr. indic. & tort. 4. q. 2. p. p. n. 3. arg. l. & servorum. §. pen. ff. sta. hom. & §. 1. Inst. ingen.*

III. Hæc limitatio extenditur: 8
Etiamsi fœtus anima adhuc careat. *Bl. d. l. Imperator. lect. 1. num. 7. ff. sta. homi. Fr. Brunus d. tr. de indic. & tort. q. 42. p. p. n. 3. arg. d. l. prægnantis. ff. pœn. jun. l. de precio. ff. publ. in rem. act.*

IV. Hæc limitatio extenditur: 9
Ut procedat etiam in criminibus atrocibus. Nam nec ob læsæ Majestatis crimen fœmina prægnans tormentis contristari debet. *Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 3. in fine arg. l. à Titio. ff. verb. obligat.*

V. Hæc limitatio extenditur: Ut 10
si prægnans crudelitate jus dicentis, & de facto, tormentis oneretur, confessio inde elicita, per se & ipso jure nulla sit. Nec mirum, cum enim qvæstio non valeat, nec confessio, ejus seqvela alicujus erit effectus. *Bl. d. l. imperator. lect. 1. n. 3. ff. sta. hom. Hipp. de Mars. pract. crimin. §. nunc videndum. n. 48. Fr. Brunus tr. indic. & tort. d. 4. q. 2. p. p. n. 3. Ægid. Boss. tract. malef. Rubr. de indic. & consider. ante tort. n. 120. argum. l. maritus. ff. qvæst.*

VI. Hæc limitatio extenditur: 11
Ut qvemadmodùm prægnans torqveri neqvit, ita neqve metu tormentorum, actui propinqvo, veluti, si nuda machinis tormentariis illigaretur, ad confitendum est adducenda vel terrenda. *Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 4. circa fin. arg. l. item apud Labeonem. §. qvæstionem. ff. injur.*

VII.

12 VII. Hæc limitatio extenditur: Ut non solùm hoc modo confessio extorta sit ipso jure nulla, ut paulò ante dicebamus: verumetiam, ut in judicem, severè sit animadvertendum.

Br. d. l. prægnantis. n. 2. ff. pœn. Kilian. Kön. in suo processu. c. 2. Rubr. Vom erforschlichen Gerichte. *n. 37. in fine.*

13 VIII. Hæc limitatio extenditur: Ut qvod dictum est in prægnante, locum qvoqve habeat in lactante nutrice & alumna. *Brun. d. l. prægnantis. num. 3. Hipp. de Marf. d. §. nunc videndum. num. 48. Jul. Clar. d. §. fin. qv. 64. num. 15. ubi ita in praxi observari attestatur. arg. l. illud. ff. ad l. Aqvil.*

IX. Hæc limitatio extenditur: 14
Ut procedat etiam de Jure Saxonico *art. 3. ibi gl.* Landrecht *lib. 3. & in 2. p. p. latius agemus.*

ARTICULUS XV.

SUMMARIUM.

1. *Domina cum servo proprio, se commiscens ultimo supplicio afficitur.*
2. *Dominus ancillam cognoscens, pœnam non meretur.*
3. *Qvælibet impudicitiæ nota, longè detestabilior in fœmina qvàm masculo est.*
4. *Impudicitia fœminæ toti familiæ opprobrio.*
5. *Domina servi consvetudinem habens à qvibuslibet accusari potest.*
6. *Domina de hoc crimine, rea fieri potest à servo proprio non tamen criminis socio.*
7. *Liberi ex servili cum Domina coitu progeniti, omni successione, omni dignitate carent.*
8. *Fœminæ, cui commercium est, cum servo alterius, parcitur.*
S. C. Claudianum hodiè cessat. ibid.

1 DEcimoqvintò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod se servo proprio commiscentes, capitali pœna plectantur.

l. 1. ibi Bl. C. mulier, qvæ se proprio serv. junx. Azo in sum. C. eodem tit. c. Episcopus. §. si qva cum servo. 12. q. 2. gl. §. est tamen casus Inst. hær. instit. Paulus Girl. tr. pœn. omnifar. coitus. §. 7. n. 7. Alex. ab Alex. lib. 4. genial. dier. c. 22. in fine.

2 Qvod tamen in masculo, cum ancilla propria commercium habente nusqvam cautum est.

l. fin. C. com. de manum. gl. 1. d. l. un. C. mul. qvæ se proprio serv. junx. gl. d. §. est tamen Inst. hær. instit.

3 Hujus autem viva videtur esse ratio, qvod qvælibet in muliere impudicitiæ nota gravior, ac detestabilior sit, qvam in masculo esse videatur.

gl. d. §. si qva mulier. gloss. l. palàm. §. qvæ in adulterio. ff. ri. nup. gloss. c. debitum verbo cognitam extra bigam. Johan. Fab. §. masculi. n. 3. Inst. nupt. Dec. l. fœminæ. n. 64. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l. 1. n. 45. Arrius Pinel. l. fin. n. 16. C. bon. matern. Vasq. de success. creat. §. 12. num. 35. Alex. de Im. cons. 24. n. 32. lib. 2.

4 Qvodq; toti cognationi & familiæ magis opprobrio est, fœminæ, qvàm masculi, ejusdem familiæ impudicitia.

l. unica. ibi Bl. n. 1. C. de S. C. Claud. toll. Spec. tit. de actore. §. 1. n. 12. Panorm. c. pastoralis. n. 7. extra judic. Ripa. l. 15. cui bonis. n. 16. ff. verb. obl.

I. Hæc conclusio ampliatur: Ut 5
ab omnibus hoc crimen accusari possit.

II Hæc conclusio ampliatur: Ut 6
etiam à servo proprio, non tamen ab eo, qvi hoc crimine contaminatus est, possit institui accusatio, qvodqve is accusans, libertate ob id præmietur.

III. Hæc conclusio ampliatur: 7
Ut liberi ex hac nepharia commistione procreati, sint insuccessibiles, omnibusqve dignitatibus exuti.

d. l. un. C. mul. qvæ se servo proprio junx.

Hæc conclusio limitatur: Ut non 8
procedat, si mulier se junxerit servo alterius.

Tunc enim istæ pœnæ locum non haberit, cessante nimirum hodie Senatusconsulto Claudiano, qvo mulier servili amore debacchata, & libertatem, & substantiam amittebat.

l. un. C. S. C. Claud. ibi Bl. §. erat & ex Senatusconsulto Inst. Success. subl.

L. verò un. C. mul. qvæ se ser. proprio junx. in propriis non verò alienis servis loqvitur. Igitur ad servum alienum, ejus, non est, dispositio extendenda.

c. odia de reg. jur. lib. 6.

PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS,

MEMBRUM SECUNDUM.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest postulare.*
2. *Postulare, virile est officium.*
3. *Mulieres pleræq; clamosæ, & importunæ.*
4. *Caja Afrania, non Calphurnia legendum, in l.1. §. origo. ff. postul.*
5. *Fœminæ pro se postulare possunt.*
6. *Intellectus ad l.1. §. secundo loco. ff. postulando.*
7. *Fœmina potest, de jure se consulentibus ex domo vel camera sua respondere.*
8. *Cessante causa cessat effectus.*
9. *Postulare, & in camera, seu domi consulentibus, de jure oracula dare, diversa sunt.*
10. *Fœmina potest postulare, pro miserabilibus personis.*

1 Circa secundum membrum primæ partis principalis, qvod de personis judicii minus principalibus est, concludo primò: Fœminam in eo deterioris esse conditionis, qvod de jure nostro postulare ei sit interdictum.

l.1. §. sexum. ibi Paul. de Castr. n.3. ff. postul. c. infames. 3. q.7. l.2. ibi gloss. Dec. num.9. Cagn. n.6. & Dd. ff. reg. jur. gloss. nostra hic Azo in summa. num.6. C. postulando. Spec. tit. advoc. §.1. in pr. Chassan. in consvet. Burg. Rub.1. §.6. gloss 1. n. 41. Tiraq. ll. Connub. l.10. n.34. Covar. var. resol. l.1. c. ult. n.1.

2 Ratio autem prohibendi est. Tùm id qvod ultra verecundiæ tramites sit, fœminam postulare. Tùm qvod postulare, virile sit officium, à qvo fœminæ se temperent.

d. l.1. §. sexum. ff. postul.

3 Tùm qvia mulieres, plerumq; sunt clamosæ & importunæ.

gloss. l. assiduis verbo mulierum. per ill. text. C. qvi pot. in pig. hab. Tir. ll. connub. l.9. num.190.

Unde semper ferè judicem C. qvemadmodum Calphurniæ solennè erat) inqvietare solent.

d. l.1. §. origo vero. ff. postul.

4 Qvo tamen in loco non Calphurniam legendum, sed Cajam Afraniam, aliqvi putant, cujus sententiæ est.

Alc. lib.2. parergōn. cap.38. Tir. ll. connub. l.10. n.32. Covar. Var. res. lib.1. c. ult. n.1. vers. contrariam.

De qva Afrania Licinii Buccionis uxore videndus est

Valer. Maximus lib.8. cap.3.

Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat: qvando mulieres pro seipsis postularint. 5

d. l.1. §. secundo loco. ibi Cast. n.3. ff. postul.

Qvòd ego intelligo, si urgens eis immineat qva compellantur pro nomine postulare necessitas. Aliàs enim non video ut cessare possit inverecundia. Idem ergò jus statuendum. *l. illud. ff. ad l. Aqvil. l. à Titio. ff. verb. oblig. cum simil.* 6

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœmina in habitatione sua, de facto se consulentibus, de jure responderit, prout hoc expressim decidit. 7

Dec. d. l.2. num.10. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l.11. n.28.

Tùm qvia isthæc postulandi prohibitio stricti juris est, strictè interpretanda, nec de casu ad casum extendenda.

argum. l. moris. ff. pœn.

Tùm qvia cessat causa prohibitionis, ne matronalis, virginalisqve verecundia contaminetur. Et certum est, qvod cessante causa, effectus qvoqve cessare debeat. 8

Neviz. Syl. nupt. lib.1. num.205. Ever. in loc. à lege cessante. n.3. arg. l. qvod dictum. ff. ju. patr.

Tùm qvia generaliter traditum est: aliud esse postulare, aliud item in camera consulere. Nec ab unius prohibitione, ad alterius prohibitionem rectè inferri. 9

Br. d. l.1. §. postulare. n.1. ff. postul. Br. l. Paulus. §. Paulus. ff. legation. Br. l.1. §. advocatos. n.4. ff. var. & extraord. cognit. Abb. in Rubr. n.1. extra postul.

Nec obstat, qvod contrarium decidat.

Fel. in Rubr. n.2. extra fin. instr. ubi Rom. & Ang. idem tenentes allegat.

Qvia

Qvia Felinus & ab eo citati, non loqvuntur in casu nostro, sed eo in casu, ubi eadem prohibitionis ratio subest. Unde nec mirum, si eadem militet prohibitiva dispositio. *dict. l. illud. ff. ad l. Aqvil. & l. à Titio ff. verb. obl.*

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœmina, pro miserabilibus personis, pupillis scilicet, & viduis postulationem subierit. 10

Br. in sermone inter Dæmon. & virgin. Mariam. n. 6. arg. l. servum. ff. procurat.

ARTICULUS II.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest esse procuratrix.*
2. *Etiam mater non potest procurare pro liberis.*
3. *Remediis extraordinariis non utimur, ordinariis suppetentibus.*
4. *Mater rectè procurat pro liberis, si aliqvo impedimento impediti agere non possunt, nec alium qvenqvam, qvi negociis eorum superſit, habeant.*
5. *Fœmina non potest esse procuratrix, in causis parentum nisi causa cognita.*
6. *Causæ cognitio in hoc casu in eo versatur, ut certum fiat, parentes impediri exercere, nec alium sat idoneum habere, qvi exerceat.*
7. *Fœmina si qvopiam casu procuratrix esse poterit S. C. Velleiano renunciabit.*
8. *Fœmina non potest esse procuratrix etiam in foro Saxonico.*
9. *Fœmina prohibetur esse procuratrix, non solum ex parte agentis, verumetiam ex parte rei.*
10. *Etiam uxor pro marito, absente & indefenso non sit procuratrix.*
11. *Fœmina non potest esse procuratrix etiam in curiis mercatorum.*
12. *Fœmina potest esse excusatrix.*
13. *Fœmina potest esse procurator extrajudicialis.*
14. *Fœmina habens dignitatem cum administratione rectè procurat.*
15. *Intellectus ad c. cum dilecta extra confirm. ut. vel inut.*
16. *Glossa multos ponens intellectus, ultimum seqvi videtur.*
17. *Fœmina potest esse procuratrix in rem suam.*
18. *Intellectus ad l. qvia absente C. procur.*
19. *Fœmina potest esse procuratrix, in causis voluntariæ jurisdictionis.*
20. *Intellectus ad l. 1. §. illud qvoq. C. com. de manumiss.*
21. *Fœmina potest procurare, in casibus, in qvibus de animarum salute tractatur.*
22. *Fœmina qvando est tutrix, etiam ratione istius tutelæ, potest esse procuratrix.*
23. *Mater pro filio agit, si is injuria, vel in servitutem raperetur, vel ut servus manumitteretur.*
24. *Mater pro filio potest appellare, & appellationem proseqvi.*
25. *Satius est, qvemlibet ad appellandum admitti, qvàm appellationem sepultam jacere.*
26. *Mater in scriptis potest appellare.*
27. *Fœmina potest procurare, si ei exceptio: tu non potes esse procuratrix, ante litem contestatam non fuerit opposita.*
28. *Exceptio tu non potes esse procuratrix, est dilatoria.*
29. *Exceptio dilatoria, ante litem contestatam opponenda est.*
30. *Lis in secunda instantia, si partes sunt præsentes contestanda est.*
31. *Exceptio tu non potes esse procuratrix, si in prima instantia omissa fuerit, in secunda opponi neqvit.*
32. *Appellatio, ad eum statum litem reducit, in qvo, ante litem contestatam fuerat.*

1 SEcundò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvòd procuratoris partes suscipere neqveant. *l. neq. fœmina. ibi Brun. Bl. & Dd. ff. procur. l. alienam. C. eod. tit. §. penult. Inst. except. Alex. l. qvia absente. C. procur. Azo in summa. C. procur. Abb. c. cum dilecta. n. 17. extra confir. ut. vel inutil. Pract. Pap. for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verbo ac executores. n. 3. Dec. d. l. 2. n. 14. ff. reg. jur. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. §. 6. gl. 1. n. 40.*

2 Hæc conclusio ampliatur I. Ut, etiamsi mater esset, ejus, pro qvo judicem adit, à procuratione tamen, nihilominùs abstinere debeat. *dict. l. alienam. ibi Br. Bl. Paul. de Castr. Alex. Jas. & Dd. C. procurat.*

3 Neqve enim donec tutorem fore spes est, matri virilia isthæc officia sunt commendanda, sed demum in subsidium. Cum ad extraordinaria remedia, qvamdiu ordinaria superſunt, non recurramus. *l. in causæ. la. 2. ibi Brun. ff. minor. Abb. c. ex parte. n. 9. ext. rescr. Abb. c. ex literis. n. 18. ext. rest. in int. Lancell. pol. tract. exempl. subst. n. 9. vers. 5.*

Qvod de tutore dictum est, ita demum verum erit, si liberi, qvorum lites mater procurat, sunt minores: Secus verò est, si liberi fuerint majorennes, morbo autem vel alia ratione impediti, nec qvisqvam idoneus, qvi eorum nomine procurationem subeat, illis sit. Tunc enim mater rectè procurationem suscipit. Exemplo ejus, qvod de fœmina, pro parentibus procurante dicitur in *l. fœminas. ff. procurat.* 4

5 II Hæc conclusio ampliatur: Ut nec parentum qvidem causas, fœmina, nisi causa cognita, procurare possit.
d. l. fœminas. ff. procurat.

6 Qvæ qvidem causæ cognitio, in eo versatur, ut palàm fiat, an parens morbo, ætateve ne suas ipse causas procurare possit impediatur, nec qvem qvi agat habeat. Unde rursus conspicuum sit, fœminæ non nisi in subsidium defectumq; aliorum, procurationem concedi, uti seipsam explicat, *d. l. fœminas. ff. procurat. & gl. d. §. præterea. Inst. except.*

7 Qvo tamen casu Velleiano, renunciet, omninò necesse est.
Br. d. l. fœminas. ibi Castr. & Dd. ff. procurat. Br. l. alienam. n. 4. ibi Bl. n. 2. Castr. n. 2. Alex. n. 4. Jas. n. 3. C. eod. arg. auth. matri & aviæ. C. qvando mul. tut. off. fungi pot.

8 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non solum de jure communi, verumetiam de Jure Saxonico. Nam nec Saxonum jure, fœminæ procurare licitum est. *art. 63.* Landrecht *lib. 3.*

9 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, non solum si fœmina, ex parte agentis, procuratrix interveniat, verumetiam si ex parte fugientis, defensoris vices subire conetur.
d. l. neqve fœminas. ff. procurat.

10 V. Hæc conclusio ampliatur: Ut nec uxor pro marito, etiam absente, & indefenso, in judicio intervenire possit.
Castr. l. qvia absente. ibi Jas. n. 2. per ill. text. C. eodem.

11 VI. Hæc conclusio ampliatur: Ut nec in curiis mercatorum, ubi de bono & æqvo proceditur, mulier procurare possit per tradita.
Stracch. tr. mercat. Rubr. qvom. in caus. mercat. proced. sit. n. 1.

12 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, in excusatore qvi absqve mandato facti impedimenta allegaturus, in judicio comparet. Hîc enim non attenditur, masculus sit, an fœmina, qvi excusat.
Br. l. servum. §. publicè per ill. text. ibi Castr. num. 4. ff. procurat. Br. l. pen. §. ad crimen. n. 7. ff. publ. judic. Ant. de Canario tr. exeut. p. 1. n. 3.

13 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in procuratione, negociorum extra judicialium, hujus enim mulier est capax.
Br. l. 2. ibi Dec. n. 14. ff. reg. jur. gl. c. non solent verbo ab initio. 2. q. 6. Bl. l. 1. §. secundo loco. n. 1. ff. postulando. Jas. d. l. alienam. n. 2. C. procurat. Abb. d. c. cum dilecta, n 17. extra confirm. ut. vel inut. Joh. And. in addit. ad Speculat. tt. procurat. §. 1. n. 1. Cotta in memor. verbo mulier. el. 2. Joh. de Plat. Institut. his per qvos ag. poss. num. 7. Tir. ll. connub. gloss. 5. num. 17. arg. l. 1. §. 1. junct. ibi gloss. ff. neg. gest. l. 1. §. parvi autem refert. ff. exercit. l. sed & si qvis. §. parvi autem refert. ff. institor. l. idemq́. §. si cui mandavero. ff. mandat.

Isto enim casu, inverecundia illa muliebris cessat, cum negocia talia, extra cœtus viriles, expediri qveant. Cessat etiam id, qvo procurationem, virile esse officium dicitur, nullibi enim hoc de procuratione ad negocia cautum reperitur, qvin imò contrarium ejus statutum est, unde etiam merito prohibitio ipsa cessare debebit.
argum. l. adigere. §. qvamvis. ff. jud. patron.

III. Hæc conclusio limitatur: 14
Ut non procedat in mulieribus, qvæ habent dignitatem, cum administratione, puta in Abbatissis. Hæ enim in judicio rectè procurant.
c. cum dilecta extra confirm. ut. vel inut. Jas. d. l. alienam. n. 2. C. procurat.

Putarim tamen casum d. c. cum dilecta 15
non facilè ad qvamvis Abbatissam extendendam, nec limitationem istam, tàm generaliter accipiendam, cum constet, ibi ex peculiari Papæ injunctione, Abbatissam procuratricem Monasterii sui esse constitutam.

Qvem intellectum glossa qvoq; ibi ulti- 16
mo loco ponit. Igitur seqvi eundem videtur. *gl. ult. l. qvi filium. §. filium. ff. ad Trebell. Fel. c. canonum statuta. n. 55. vers. 4. nota extra constit. Neguz. tract. pign. 4. memb. 2. p. p. n. 117. Lup. c. per vestras. §. 14. n. 1. extra donat. int. vir. & uxor. Tir. V. R. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 7. & §. 26. gl. 1. n. 65.*

IV. Hæc conclusio limitatur: 17
Ut non procedat, si fœmina in rem suam procuratrix sit constituta.
l. qvia absente. ibi Bl. n. 1. C. procur. Spec. tit. de procur. §. 1. n. 1. Castr. l. qvi stipendia. n. 2. ibi Jas. n. 2. C. procur. gl. German. art. 63. Landrecht *lib. 21.*

Qvàm

18 Qvam qvidem limitationem, ego ita intelligo, ut verè qvidem possit dici, fœmina in rem suam procuratrix, qvoad id, ut ex actione cessa, omne commodum, emolumentumqve in eam redundet, non verò qvoad id, ut litem per sese exerceat. Cum non minus inverecundum sit, fœminam sui qvam alterius causa, cœtibus virorum in judicio immisceri.

arg. d. l. maritus. C. procurat. jun. l. à Titio. ff. verb. oblig.

19 V. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in causis voluntariæ jurisdictionis. In his namqve procuratio fœminis, non est denegata.

Bl. l. 1. §. illud qvoq; per ill. text. C. com. de manum. Jas. l. alienam. num. 2. in fine C. procurat. Dec. l. 2. n. 15. ff. reg. jur. Tiraq. ll. connub. gl. 5. n. 171.

20 Qvanqvam nec idipsum qvidem, tàm generaliter extendendum, sed intra metas circumsceptas, favore nempe libertatis continendum censuerim.

argum. ipsius. l 1. §. illud qvoq;. C. com. de manum. jun. l. qvod verò contra. ff. legibus.

21 VI. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in causis usurariæ pravitatis, decimarum, & id genus aliis, in qvibus de animarum salute agitur, nec de juris apicibus curatur.

Romanus sing. 684. Jas. d. l. alienam. num. 2. C. procurat. Dec. d. l. 2. n. 16. ff. reg. jur. Tir. d. gl. 5. n. 171. arg. c. duæ sunt 19 q. 2.

Et fusius supra cùm de arbitris dissereremus, docuimus.

22 VII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvando fœmina liberorum suorum esset tutrix. Tunc enim etiam pro illis (qvod tutelæ qvodammodo seqvela esse videtur) procurare poterit.

l. fin. C. qvando mul. tut. off. fungi. pos. arg. l. qvi aliena. §. qvanqvam. ff. neg. gest. jun. l. 2. ff. jurisd. omn. jud. c. ex parte. el. 2. extra appellat. c. ex tenore extra qvi fil. sint legit. Spec. tit. de procur. §. 1. n. 1.

23 VIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat favore libertatis. Qvoties enim in servitutem raperetur filius, vel cum ingenuus esset, tanqvam servus manumitteretur, mater jure eum in libertatem assereret, atqve vindicaret.

arg. l. 3. ff. liber. causa. jun. l. 1. §. sed nec personas. ff. leg. præst.

Qvod tamen in subsidium intelligendum, scilicet, cum nulli, ad id, procurandum & expediendum parentes masculi supersunt.

Ang. §. pen. n. 5. Inst. except. arg. l. in causæ. la. 2. ff. minor.

IX. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in causa Appellationis. Appellare enim pro filio potest mater, Appellationemqve interpositam proseqvi, licet ab initio defendere neqveat. 24

l. 1. ff. appellat. recip. c. non solent. 2. q. 6. Specul. d. tit. de procurat. §. 1. n. 1. Ang. Aret. d. §. pen. n. 5. ibi Joh. Fab. num. 2. Joh. de Plat. n 50. Inst. except.

Qvod ea ratione introductum videtur: qvòd majoris præjudicii sit causa secundæ instantiæ, possunt namqve quæ in prima instantia omissa sunt, in causa appellationis reparari, sed qvæ in secunda instantia negliguntur, vix reparari poterunt. Unde satius est qvemlibet ad appellandũ admitti, qvam appellationem neglectam jacere. 25

qvæ Angeli est consideratio. d. §. pen. n. 5. arg. notat. in clem. qvamdiu de appellat.

Verum ea Angeli ratione explosa, ea, mihi potius videtur consentanea consideratio. Qvod cesset hoc casu, illud muliebre, qvo virili cœtui immiscetur dedecus, nec præsentia mulieris dum appellat exigatur. Qvandoqvidem & in scriptis appellari posse, aperti juris est. 26

l. 1. in fin. & l. 2. ff. appellat. l. litigatoribus. ibi Br. Bl. & Dd. C. appellat.

X. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si exceptio tu non potes esse procuratrix, contra fœminam, ante litem contestatam, non fuerit opposita. 27

gloss. 1. ita demum. ibi Br. num. 5. Bl. num. 5. & Dd. C. procurat. Jas. l. alienam. n. 2. C. eod. tit. Mathesil. sing. 99. text. §. pen. Inst. except.

Eam ob causam, qvia exceptio: tu non potes esse procuratrix, est dilatoria. 28

l. 2. §. fin. & l. 3. ff. except.

Et certum est: Exceptionem dilatoriam, ante duntaxat litem contestatam opponi posse. 29

text. gl. & Dd. l. exceptionem. C. probat. text. gl. & Dd. comtr. l. ita demum. C. procurat. Fel. c. exceptionem. n. 7. cum mult. seqq.

extra except. Mar. tr. ord. judic. 1. p. 6. p. p. memb. 9. n. 7. Sigism. de Neap. cons. 12. n. 21. Card. Paris. cons. 50. n. 44. vol. 1. Minsing. cons. 31. n. 20. Rol. à Valle cons. 57. n. 10. vol. 2.

30 Qvod usq; adeò verum est, ut exceptio hæc dilatoria tu non potes esse procurator, si in prima instantia ante litis contestationem fuerit omissa, in secunda instantia, etiamsi cum partes præsentes sint, de novo litem contestari oporteat.

gl. c. 2. verbo juramentum. per ill. text. de jurejur. lib. 6. gloss. c. Raynaldus. verbo contestata. ibi Panor. n. 27. Covar. §. 2. n. 1. ubi communem esse attestatur extra testament. Br. l. un. num. 3. C. ne lic. in una ead. caus. tert. provoc. Br. *l. ejus qvi. n. 7. ff. app. rec. Paul. de Castr. l. ita demum. n. 2. C. procurat. Abb. c. per tuas. n. 2. ibi Dd. communiter. extra appell. Mathes. sing. 66. pract. Pap. in for. lib. appell. v. coram vobis. n. 2. Kilian. Kön. in suo process. c. 60. n. 2.*

Attamen opponi neqveat. 31

Dd. communiter l. ita demum. per ill. text. C. procur. Ang. Aret. §. appellantur. num. 43. Inst. except.

Nec id abs re est, appellatio enim ad 32
eum statum, litigantes reducit, in qvo sunt, post, non verò ante litem contestatam.

Br. l. ita demum. n. 3. C. procurat. Pan. c. ad audientiam. la 2. n. 9. ibi Fel. num. 13. extra rescript. Ang. Aret. d. §. appellantur. n. 43. Inst. except. Mar. tr. ord. judic. 4. p. dist. 6. n. 16. arg. l. 1. in fin. ff. ad S. C. Turpil. l. ab executione. C. qvor. appell. non recip.

ARTICULUS III.

SUMMARIUM.

1. *Procurator non auditur absq; mandato.*
2. *Maritus pro uxore absq; mandato intercedere potest.*
3. *Conjuncta persona sine mandato experitur.*
4. *Affinis est conjuncta persona.*
5. *Maritus & uxor non sunt affines, sed causa affinitatis.*
6. *Propter qvod unumqvodqve tale est, illud magis tale est.*
7. *De causa causante, idem est, qvod de ipso causato judicium.*
8. *Maritus pro uxore intercedit absq; mandato, sive dos sit æstimata, sive inæstimata, sive res dotales servando servari possint, sive non.*
9. *Maritus pro rebus paraphernalibus uxoris intercedens, de rato cavere non tenetur.*
10. *Marito censetur esse mandatum, si ei instrumenta, in qvibus de paraphernalibus agitur, sunt tradita.*
11. *Procurator non tenetur probare mandatum, si ei instrumenta, domini voluntate tradita esse constat.*
12. *Ubi de mandato constat, rem ratam fore, cavendum non est.*
13. *Sponsus de præsenti, pro sponsa de præsenti intercedere potest.*
14. *Maritus pro uxore potest agere, item eam defendere, etiamsi causa fuerit spiritualis.*
15. *Contrarium & declaratio contrarii.*
16. *Maritus pro uxore, in criminalibus intervenire non potest.*
17. *Procurator cum mandato, & conjuncta persona absq; mandato, cũ cautione de rato sunt paria. In rebus paribus, idem jus qvod est Titio, est qvoqve Mævio ibid.*
18. *Maritus pro uxore intercedere non potest in rebus præter paraphernalibus.*
19. *Maritus invita uxore pro ea intercedere neqvit. Contrarium asseritur. n. seq.*
20. *Conjuncta persona, admittitur sine, non autem contra, voluntatem & mandatum alterius conjunctæ personæ.*
21. *Maritus pro uxore non intercedit, si ante, uxor alium procuratorem constituisset, qvàm maritus, se, ejus negociis immiscuisset.*
22. *Unius inclusio, alterius est exclusio.*
23. *Maritus si sit minor viginti qvinqve annis pro uxore absq; mandato intercedere neqvit.*
24. *Minor viginti qvinq; annis non habet legitimam, in judicio standi personam.*
25. *Minor aliorum defensor, non est idoneus.*
26. *Maritus mandatum non habens, attamen non ut conjuncta persona, sed ut procurator, in judicio interveniens, nihil agit.*
27. *Maritus mandatum allegans, alienum se à legis provisione facit.*
28. *Qvod potui nolui, qvod volui ad implere, neqvivi.*

1 Tertiò concludo: Fœminam præ masculis in eo deterioris esse conditionis, qvod etsi regulariter, procurator absqve mandato Domini, negocia sua administrari mandantis, non audiatur.

l. 1. ff. procurat. Br. *Rubr. ff. eod. Azo in summa. C. eod. Abb. Rubr. extra eod. Spec. tit. de his qvi alien. nom. in jud. interveniunt. n. 1. Mar. l. si actor. n. 1. ff. procurat. Johan.* Bapt. *Asin. in sua praxi. §. 28. c. 4. num. 3. Kil. Kon. in suo processu. c. 10. n. 1.*

Maritus tamen pro uxore sua, etiam 2
absqve mandato, intercedendi habet facultatem.

l. ma-

l. maritus. ibi Br. Bl. *Castr. Alex. Jas. & Dd. C. procurat. c. constitutis. ibi gl. verbo suæ uxoris & Panor. n.* I. *extra procurat. Panor. c. ex parte. n.* 2. *per ill. text. extra confess. Pirrh. in consvet. Aurel. tt. de societ. int. vir. & ux. c.* 2. *Chassan. in consvet.* Burg. *rubr.* 4. §. 5. *gl.* 2. *n.* 10. *Tir. ll. connub. gl.* 9. *n.* I. *Mozz. tr. contract. Rubr. de mandato. tt. de division. mand. n.* 63.

Tùm qvia contra sexus muliebris verecundiam est, mulieres coetibus virorum immisceri. *Ut sæpè diximus.*

Tùm qvia defensio propriè virorum est non econtra.

l. alienam. C. procurat.

3 Tùm qvia conjuncta persona, inter qvas etiam affinis computatur.

l. sed & hæ in pr. ff. eod. tit.

4 Sine mandato experitur.

l. exigendi. ibi Dd. communit. C. procurat. c. nonnulli in fine. ibi Fel. extra rescr. Br. *l.* I. *n.* 5. C. *procurat. Jas. l. filius paciscendo. n.* 5. C. *pact. Fel. c. coràm. num.* 3. *extra off. deleg. Ripa c. cum M. Ferrar. num.* 60. *extra constitut. Rom. sing.* 650. *pract. Pap. in for. respons. rei conventi. verb. Simoninus. Spelta n.* I. Cotta *in memor. verb. conjuncta persona.* Cagn. *l. nemo alieno nomine. n.* I. *ff. reg. jur.*

5 Et certum est maritum & uxorem non esse qvidem affines, attamen causam, radicem, originemqve affinitatis.

l. non facilè. §. affines. ff. grad. affinit. l. non ideo. C. *hær. instit. gloss.* §. *affinitatis. Instit. nupt.* Bl. *l. affinitatis in pr.* C. *com. de success. Paul. de Castr. lib.* I. *n.* 3. C. *un. vir. & ux. Abb. c. qvod super. n.* 2. C. *procurat. Mar. tr. ord. jud.* 2. *p.* 6. *p. p. act.* 2. *n.* 2. *Tir. V. R. p.* I. §. I. *gl.* 21. *n.* 7.

6 Unde merito, dispositum in affine, locum qvoq; habebit in eo, vel eis, qvi causa sunt affinitatis. Tum qvia propter qvod unumqvodq; tale est, illud magis tale est.

auth. multò magis. C. *episc. & cleric. l. ex diverso. ff. Sol. mat. gl. Clem. un. in pr. de reliq. & venerat. sanct. Castr. l.* I. *n.* 3. C. *un. vir. & ux. Ever. in top. in loc. à minori. n.* 5.

7 Tùm qvia, de causa causante, idem est, qvod de ipsa causa causata judicium.

l. qvo minus. ff. flumin. l. etsi amicis. ff. ad L. Jul. de adult. l. manumissiones. ff. just. & jur. Castr. Alex. Jas. & Dd. l. maritus. C. *procur. Menoch. tr. arbit. jud. qvæst. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 287. *n.* 14.

I. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat tàm respectu dotis æstimatæ, qvàm inæstimatæ, item sive bona, qvorum causa maritus intervenit, servando servari possint, sive non. 8

Pirrh. in consvet. Aurel. tt. de societ. int. vir. & ux. c. 2. *arg. l. maritus.* C. *procur. jun. L. de precio. ff. publ. in rem. act.*

II Hæc conclusio ampliatur: Ut respectu bonorum paraphernalium, maritus pro uxore intercedens, nec cautionem qvidem de rato interponere necesse habeat. 9

l. ult. ibi Sal. C. *pact. conv. Chassan. in consvet.* Burg. *Rub.* 4. §. 5. *gl.* 3. *n.* 12.

Neqve id ratione caret, ob sangvinis enim conjunctionem, & de paraphernalium instrumentis tradendis promissionem, traditionemqve instrumentorum subsecutam, mandatum intervenisse præsumitur. 10

Alc. tr. præsumpt. reg. I. *præsumt.* 33. *num.* 2. & 4. *per d. l. ult.* C. *pact. conv.*

Cum aliàs etiam, remota hac sangvinis conjunctione, mandatum, ubi constat, de instrumentorum traditione, per dominum facta, legitimè sit probatum, adeò qvidem, ut rati cautio, non sit necessaria. 11

gloss. & Br. *d. l. ult. num.* I. C. *pact. convent. Barb. in addit. ad* Bl. *lib.* I. C. *procurat. add. ad* Br. *l. vulgo. n.* 4. *ff. adm. tut. Abb. c. coràm. n.* 9. *ibi Fel. n.* 9. *extra. off. del. Rom. sing.* 637. *Johannes Arelat. in add. ad Alc. d. tr. præsumt. reg.* I. *præs.* 33. *n.* 5. *Stracch. tr. adject. p.* 4. *q.* 8. *n.* 7.

Nec enim ubi de mandato, sive verè, sivè legis præsumtione constat, rem ratam haberi, cavere est necessarium. 12

l. I. *ibi Dd.* C. *procurat.*

III. Hæc conclusio ampliatur: Ut in marito & uxore loqvens etiam in sponsa per verba de præsenti desponsata locum habeat, ut hoc expressim decidit. 13

Alber. de Ros. & Jas. l. maritus. n. 6. C. *procurat. Tir. V. R. p.* I. §. 10. *gl. un. n.* 8.

Et confirmari potest ex rationibus qvas tradidimus

supra art. 9. *ampl.* 5.

IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut maritus pro uxore absq; mandato ejus, possit agere, eamqve defendere, etiamsi causa fuerit spiritualis, prout hoc expressim decidit. 14

Chassan. in consvet. Burg. Rub. 4. §. 5. gloss. 3. n. 1. arg. c. accedens extra procurat. l. patri. ff. minor. gl. c. cum pridem. extra pact. & trad. Jas. l. qvi jurasse. §. si pater. num. 6. ff. jurejur.

15 Licet contrarium teneat.

Spec. tt. conjunct. pers. n. 6.

Cujus qvidem doctrinam, veram esse crediderim, qvoad affines reliqvasq; personas conjunctas, non procedere autem respectu patris & matris, conjunctione sua, reliqvos longè antecellentes.

d. l. patri. ff. minor.

16 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat in criminalibus. Qvemadmodum enim regulariter in criminalibus, procurator non admittitur cum mandato.

l. pen. §. ad crimen. ff. publ. judic.

17 Ita nec in criminalibus conjuncta persona, cum cautione rati, absqve mandato admitti debet. Eam ob causam: qvia procurator cum mandato & conjuncta persona cum rati cautione, sine mandato sunt paria. Et certum est, qvòd in rebus paribus, nihilq; inter se distantibus, idem jus, qvod Titio est, etiam sit Mœvio, ut ex Gellio refert

Everh. in top. in loc. à pari. n. 1. arg. l. si socer à genero in pr. ff. Sol. mater. L. Pomponius la. 1. versic. & qvemadmodum. ff. neg. gest.

Et hac ratione adductus, ita expressim & in specie decidit.

Chassan. d. gloss. 3. n. 21. cujus sententiæ ego lubens subscribo.

18 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, ratione eorum bonorum, qvæ non sunt, nec dotalia nec paraphernalia. In his enim absqve mandato uxoris, cautione de rato non interposita, maritus nihil præsumat.

Dd. communiter. l. maritus per ill. text. C. procur. Ang. Aret. §. penult. num. 2. Instit. excus. tut.

19 III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si maritus invita uxore, pro ea in judicio comparere attentarit.

l. Pomponius. §. fin. ff. procur. Chassan. d. gl. 3. num. 37.

20 Sufficit enim conjunctam personam, præter voluntatem ejus, pro qvo agere, vel qvem defendere vult, non autem contra voluntatem ejusdem admitti: ut dicit textus

d. l. Pomponius. §. fin. ibi Br. Bl. & Dd. ff. procurat. Br. l. si constante. n. 65. ff. Sol. matr.

Qvæ tamen Chassanæi decisionem procedere vix posse judico. Eam ob causam, qvia dum de uxoris bonis agitur, de mariti corio luditur. Et certum est: conjunctam personam cujus interest, etiam invito conjuncto, pro qvo intervenire vult, audiri.

gl. d. l. Pomponius. §. fin. ff. procurat. Br. d. l. si constante. n. 65. ff. Sol. mat. arg. l. 3. ff. liber. causa l. non tantum. ff. appellat.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut 21
non procedat, qvoties uxor, aliud constituendo procuratorem, maritum in agendo, vel defendendo prævenisset. Cessat namqve hoc casu, isthæc marito à lege tributa intercedendi facultas.

Specul. tit. de conjun. pers. n. 3. Bl. l. Pomponius. §. fin. ff. procur.

Ratio est, qvia dum hunc includit, mari- 22
tum exclusisse videtur. Cum generaliter, unius inclusio, alterius sit exclusio.

d. l. maritus. ibi gl. & Dd. communiter. C. procurat. l. cum prætor. in pr. ff. jud. l. et si sine ff. minor. Br. l. 2. §. videndum. n. 2. circa fin. ff. ad Tertull. Cagn. l. 1. n. 31. ff. reg. jur. Lancel. Pol. tract. vulg. subst. n. 105. Card. Paris. cons. 8. num. 9. cons. 19. num. 6. lib. 1. consil. 12. num. 185. lib. 2. cons. 5. n. 83. lib. 3. cons. 5. n. 145. lib. 4.

V. Hæc conclusio limitatur: Ut 23
non procedat, in marito minore viginti qvinqve annis.

Chassan. in consvet. Burg. Rub. 4. §. 5. gloss. 1. num. 40.

Eam ob causam: qvia minor viginti 24
qvinqve annis, non habet legitimam, standi pro se in judicio, personam.

l. 1. C. qvi legit. pers. habent standi in judic. Octavius Simoncell. tr. decret. in contract. min. lib. 2. tit. 6. n. 90.

Ergò multò minus alios legitimè defen- 25
det, vel pro aliis procuratoris officio fungetur.

l. minor. ff. procurat. l. exigendi. C. eodem tit. Specul. tit. de procur. §. 1. n. 8. Spec. tit. conjun. pers. n. 2. Joh. And. in addit. ad Speculat. tt. conjun. pers. verb. hujusmodi.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut 26
non procedat, si maritus mandatum non habens, in judicio tamen, non ut conjuncta persona, sed ut procurator, ex parte uxoris suæ intervenire voluerit. Hoc enim casu,

casu, judicium per maritum agitatum est nullum, ut hoc post *Roman. decidit Jas. l. exigendi. n. 9. C. procur. Jas. l. maritus. n. 7. C. eod. tit.*

27 Tùm qvia dum mandatum allegat, alienum se à provisione legis, conjunctum pro conjuncto intercedere posse, concedentis, efficit.

Bl. l. 1. n. 5. C. procurat. Bl. c. ex parte Decani. num. 11. extra rescr. Bl. c. nonnulli. num. 6. vers. nota si qvis extra eod. tit. arg. l. maritus. C. procurat.

Tùm qvia id, qvod potuit noluit, qvod voluit adimplere neqvivit. 28

l. qværo. ff. eo qvi pro tut. neg. gess. l. multum. ibi gloss. verb. potes. C. si qvis alt. vel sibi. c. cum super ibi gl. verb. cùm noluerit. extra off. deleg. Lancell. Pol. tr. comp. subst. num. 22. vers. prima. Menoch. tr. rem. poss. adip. rem. 4. n. 832.

ARTICULUS IV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest constitui Syndicus, nec Syndicum constituere.*
2. *Moniales rectè Syndicum constituunt.*
3. *Moniales non possunt ex se Syndicum constituere, sed masculum eligant oportet.*

1 QVartò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvòd Syndicum constituere, Syndiciq; constitui neqveunt. *Spec. tit. de Synd. n. 5. arg. l. fœmina. ff. reg. jur.*

2 Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, in collegiis seu monasteriis monialium. Monasteria namqve monialium Syndicum rectè de jure constituunt. *arg. c. cum dilecta. ibi gl. fin. extra rescr. c. ex parte el. 1. extra privileg.*

Qvod tamen hanc rursus restrictionem recipit, ut non ex ipsis monialibus eligatur Syndicus, sed ut masculo alicui, huic rei idoneo, Syndici officium deferatur. 3

Johan. Andr. in addit. ad Spec. d. tit. de Synd. num. 5. arg. d. l. fœmina. ff. reg. jur.

ARTICULUS V.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina on potest fieri actor, nec actorem constituere.*
2. *Omnia qvæ adversus Syndicum objiciuntur, etiam adversus actorem excipiuntur.*

1 QVintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod actorem nec constituere, nec actrices ipsæ effici possint. Tùm qvia nihil inter actorem & Syndicum discriminis videtur inesse. *gl. communiter approbata. c. un. extr. Syndico.*

Tùm qvia omnia, qvæ adversus Syndicum objici possunt, etiam contra actorem excipiuntur. 2

Spec. tit. de actore. num. 11. jun. iis qvæ in proximo articulo docuimus.

ARTICULUS VI.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest esse tutrix.*
2. *Fœmina non potest tutrix dari, nec testamento, .. à judice.*
3. *Mater jure forum, tutelam liberorum à principe impetrare poterat.*
4. *Mater & avia hodiè renunciantes, omni legum auxilio & bona sua pro tutela hypothecantes, tutrices sunt idoneæ.*
5. *Mater præsumitur, liberos, resq; eorum amori secundi mariti devovere.*
6. *Mater hodiè solo verbo secundis nuptiis renunciat.*
7. *Mater renunciat Velleiano, & qvare.*
8. *Mater, hypothecatur bona sua pro mala administrata tutela.*
9. *Bona secundi mariti, æqvè ac matris, pro tutela liberorum sunt obnoxia.*
10. *Legem ut qvis dicere possit singularem, decoratus sit, oportet, memoria Mithridatis aut Themistoclis vivaciore.*
11. *Mater omnia præstat, qvæ aliis tutor.*
12. *Mater cogi non potest, ut tutelam suscipiat.*
13. *Mater in tutela est potior, etiamsi ab agnatis à successione excluderetur.*
14. *Matri defertur tutela, non qvia hæres, sed qvia mater.*
15. *Regula: Qvo tutela redit, eò & hæreditas pervenit, in qvibus locum habeat, tutelis.*
16. *Mater naturalis tantum est tutrix liberorum suorum naturalium.*
17. *Storgæ naturales, non minus parentibus naturalibus tantum, qvàm & naturalibus, & legitimis, sunt insitæ.*
18. *Mater spurii, ejus potest tutrix.*

19. Pro-

1 SExtò concludo: Fœminarum conditionem esse deteriorem, qvòd tutrices esse neqveunt.

l. tutela. la. 2. l ult. ff. tutel. §. fin. Inst. leg. patr. tut. gloss. nostra hic Specul. tit. de procurat. §. 1. n. 2. Azo in summa. C. qvand. mul. tut. off. fung. poss. Br. l. si qvis sub conditione. n. 5. ff. testam. tut. Br. & Sal. l. 1. C. qvand. mul. tut. off. fungi pot. Bl. auth. matri. n. 2. C. eod. tit. pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verb. in suo ult. num. 3. Dec. d. l. fœminæ. n. 18. ff. reg. jur. Boër. in consvet. Bitur. tt. stat. person. §. 6. gloss. 2. col. 1. in fine. Pirrh. in consvet. Burg. Rubr. 6. §. 4. gl. 2. n. 1. Piag. tr. tut. & curat. q. 2. n. 8. & q. 3. n. 30. Asc. Clem. tr. pat. pot. cap. 4. n. 26. Franc. à Cald. l. si curatorem habens verbo sine curatore. n. 106. C. restit. in integ.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut nec testamento, nec à judice, fœmina dari possit tutrix.

l. jure nostro. ibi Br. ff. testam. tut. gl. d. l. ult. ff. tutelis.

3 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat in matre. Qvippè de jure forum, mater tutelam liberorum à Principe, & postulare & impetrare poterat.

d. l. ult. ff. tutel. gl. c. ex parte M. extra appell. Dec. d. l. 2. n. 18. ff. reg. jur.

De jure Codicis verò, principis non est 4
necessaria reqvisitio, sed mater omnis, & avia, jure communi, ad liberorum tutelam capessandam, ratione præsumptæ affectionis, & charitatis, apta est, dummodo jurejurando secundis nuptiis, Senatusconsulto Velleiano, omniqve aliò legum auxilio renunciaverit, bonaqve sua pro malè administrata tutela obligaverit.

l. 2. & l. fin. C. qvand. mul. tut. c. ff. fungi pot. auth. matri & aviæ. C. eod. tit. §. sin autem tutelam. auth. nupt. §. ex his auth. hæred. ab int. venient. gl. 3. c. dilecti. extra arbit. gl. c. ex parte. M. extra appellat.

Qvæ qvidem matrimonii non repeten- 5
di renunciatio, haud abs re est inventa. Novum enim maritum, mater deperiens, ejus amore, non solum bona impuberum dilapidaret: Verumetiam impuberes ipsos, partes viscerum suorum degluberet.

l. Lex qvæ tutores. §. lex enim. C. admin. tut. Br. l. si qvis sub conditione. n. 15. ff. testam. tut. Abb. c. ex parte M. n. 5. extra appellat. Affl. decis. 357. n. 2. Chassan. in cons. Burg. Rubr. 6. §. 8. n. 9. Ascan. Clem. tr. pat. pot. cap. 4. n. 34.

Qvod

6 Qvod tamen hodiè sacramentum non reqviritur, sed solo verbo renunciatio facta sufficit.
auth. sacramentum. C. qvando mult. tut. off. fungi pot. § præterea auth. ut sine prohib. mat. debit. & credit.

Qva qvidem in parte ista authentica, etiam de Jure Canonico est approbata, *gl. d. c. ex parte M. extra appellat.*

7 Similiter & Velleiano beneficio renunciat. Nisi enim illo cederet, haud qvispiam facilè, qvi cum illa contraheret, reperiretur, qvod summè impuberi esset dispendiosum.
arg. §. jus autem gentium. Inst. jur. nat. gent. & civil.

8 Deniqve qvod in omnibus tutoribus tralatitium est, ut bona sua, pignoris nexui, pro tutela sint obnoxia, in matre qvoqve receptum est, qvo legum benignitas providit, ne qvid impuberes detrimenti capiant.
l. si tutoris. C. adm. tut. Neguz. tract. pign. 4. memb. 2. p. p. n. 6.

9 Qvod usqve adeò verum est, ut non solum bona, ipsius matris & aviæ: verum etiam novi mariti sint hypothecata.
l. pen. C. in qvib. caus. pign. tac. contrah. Neguz. tr. pign. 4. memb. 2. p. p. n. 156. Boër. in consvet. Bitur. tt. stat. person. §. 14. gloss. unica. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 322.

Qvem qvidem textum, etsi adeò singularem dicat, ut nisi lex esset expressa, qvilibet contrarium responderet.
Marant. tr. or. jud. 3. p. 6. p. p. act. 3. n. 53.

Tamen est consimilis textus illud expressim disponens in
§. sin autem nupt.

10 Vix enim tutum est legem aliqvam, vel glossam dicere singularem, sed ut verè id affirmari possit, oportet, memoria Mithridatis vel Themistoclis excellentiori, qvem esse præditum, ut dicebat Cato Saccus, qvem refert
Tir. ll. connub. gl. 8. n. 66.

11 Et in summa, omnibus tutelæ oneribus, puta inventarii confectione, reddendis rationibus, mater qvoqve tutrix est obnoxia.
gl. l. fin. §. hoc procul dubio. C. bon. qvæ lib. gloss. fin. l. si qvis prioris. C. secund. nupt. Bl. l. cum oportet. §. sed cum tacitas. n. 5. C. bon. qvæ lib. Pinel. rep. l. 1. p. 2. num. 28. C. bon. mat. Alex. cons. 110. n. 23. vol. 3.

Hæc limitatio rursus extenditur I. 12
Ut mater qvidem vel avia, cogi ad tutelam suscipiendam non possint, sed volentes tantum, ad eam admittantur.
text. gl. & Dd. auth. mat. & auth. verbo permittimus. C. qvand. mul. tut. offic. fungi poss. tr. tut. & cur. q. 2. num. 11. Asc. Clem. tr. tut. & cur. qv. 2. n. 11. Asc. Clem. tr. pat. pot. cap. 4. n. 32.

II. Hæc limitatio extenditur: Ut 13
stante statuto, qvo agnati, cognatis præferuntur, in succeßione, atqve sic conseqventer, mater, aviaqve per fratres patruosvé, à succeßione removeantur, in tutela tamen, mater, omnibus reliqvis ex latere conjunctis, præferatur.
Johan. And. in addit. ad Speculat. tit. curat. §. f. in add. super verb. hæreditas. Sal. dict. auth. matri & aviæ. n. 11. C. qvando mul. tut. off. fungi pot. Dec. d. l. fœminæ. n. 19. ff. reg. jur. Dec. l. qvò tutela. n. 2. ibi Cagn. n. 3. ff. eod. Johan. Dil. tr. artic. test. tit. 7. Caut. 1. n. 1. Chassan. in cons. Burg. Rub. 6. §. 4. gl 2. n. 5. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 183. Asc. Clem. tr. pat. pot. c. 4. num. 29. Alex. cons. 109. n. 2. vol. 3.

Non enim matri, qvia hæres est, sed qvia mater est, tutela defertur, ut rectè perpendit *d. gl. 2. num. 5.* 14

Et qvod regula habet: qvo tutela redit, eò & hæreditas pervenit. 15
l. qvò tutela. ibi Dd. ff. reg. jur.

In jussis, non vero permissis tutelis, qvalis & hæc, de qva in præsentiarum nobis res est, verum est.
Cagn. d. l. qvò tutela. n. 3. ff. reg. jur.

III. Hæc limitatio extenditur: 16
Ut procedat, non tantum in matre & avia, naturali & legitima, verumetiam in matre & avia naturali tantùm.
l. fin. C. qvando mul. tut. off. fungi pot. Br. l. si qvis sub conditione. n. 7. ff. testam. tut. Br. auth. mat. & auth. num. 3. C. qvando mul. tut. off. fungi pot.

Storgæ enim istæ, qvarum respectu, hoc 17
tutelare munus, qvoad parentes, fœminini sexus est adinventum, natura, non verò legibus, parentum pectoribus insculptæ sunt. Igitur dispositum hoc casu in parentibus naturalibus, & legitimis, haud immeritò, in naturalibus tantum, locum sibi vendicabit.
arg. l. à Titio ff. verb. obligat.

IV. Hæc

18 IV. Hæc limitatio ex eadem ratione extenditur: Ut etiam in matre spurii vera sit.

Br. l. si qvis sub condit. num. 7. ff. testam. tut. Ang. Aret. Inst. leg. patron. tut. n. 6.

19 V. Hæc limitatio extenditur: Ut locum qvoqve habeat in proavia.

Br. l. si qvis sub conditione. n. 6. ff. testam. tut. Br. l. Gallus. §. instituens. n. 4. ibi Jas. n. 33. ff. lib. & posth. Br. l. cui eorum. §. 1. num. 3. per ill. text. ff. postul. arg. l. appellatione. ff. verb. signif.

20 VI. Hæc limitatio extenditur: Ut procedat, etiamsi mater, vel avia essent debitrix, vel creditrix, filii, vel nepotis, cujus tutelam subire paratæ sunt. Eo namqve minimè obstante admittuntur.

auth. ad hæc. C. qvando mul. tut. off. fungi pot. auth. ut sine prohib. mat. deb. & cred. in pr. Ang Aret. §. actionum. n. 33. Inst. act. Plot. tr. de in lit. jur. §. 9. n. 9. Grammat. decis. 55. n. 4.

21 VII. Hæc limitatio extenditur: Ut mater, etiam non excludatur ab avo, verum ipsi in tutela præferatur.

Br. l. si qvis sub conditione. n. 10. ff. testam. tut. Br. d. auth. matri. n. 6. C. qvand. mul. tut. off. fungi pot. Ang. Aret. Instit. leg. patr. tut. n. 6. Pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verb. in suo ultimo. num. 6. Affl. decis. 281. num. 3. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 6. §. 4. gl. 2. n. 3. argum. auth. defuncto. C. ad Tertull. jun. §. ex his auth. hæred. ab int. ven.

22 VIII. Hæc limitatio extenditur: Ut procedat, etiam in matribus, & aviis, Regum, Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, & similium personarum, regalem dignitatem habentium. Namqve & harum si impuberes sint, mater, avia & proavia, volentes, sunt tutrices, ut hoc expressim decidit. *Rol. à Valle consf. 18. n. 53. vol. 2.*

23 Hæc limitatio sublimitatur I. Ut non procedat qvoties mater, vel avia, ad secundas nuptias transvolaverit. Tunc enim tantum abest, ut ad tutelã liberorum aspirare possit, ut etiam tutela prius ei commissa, ipso facto dissolvatur, atqve finiatur.

auth. Sacramentum. C. qvando mul. tut. off. fungi pot. Pract. Papin. in for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verbo in suo ultimo testam. n. 3. Lup. Rubr. §. 67. num. 14. extra donat. int. vir. & uxor. Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. n. 10. Mins. cons. 38. n. 27.

II. Hæc limitatio sublimitatur: 24
Ut non solum procedat, si secundæ nuptiæ, jam fuerint contractæ, sed etiamsi sponsalia duntaxat de futuro celebrasset, imò si judici duntaxat, se nupturam indicasset. Hisce enim casibus omnibus, cum tutela materna, & avita finiatur, qvantò fortiùs novæ tutelæ suscipiendæ, impedimentum præstabit.

§. qvia verò versic. mox tamen auth. ut sine prohib. Br. d. auth. sacramentum. num. 3. Ang. Aret. Inst. legit. patron. tut. num. 6. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 6. §. 8. n. 2.

Idem namq; de ea, est judicium, eademqve suspicio, qvæ nubendi consilium cepit, qvæ de jam nupta esse solet. 25

Br. d. l. si qvis sub condit. n. 15. ff. testam. tut. arg. l. si concubina. §. 1. ff. rer. amot. l. sed si maritus. ff. qvi & à qvib. manum.

Licet contrarium nullis solidis rationibus motus, teneat.

Affl. decis. 357. qvem seqvitur. Menoch. tr. arb. jud. qvæst. lib. 2. cent. 2. casu 151. n. 7.

III. Hæc limitatio sublimitatur: 26
Ut non procedat, etiamsi secundæ nuptiæ, morte vitrici fuissent solutæ. Nihilo enim magis ad tutelam redintegrandam, mater vel avia admittitur.

Bl. auth. sacramentum. n. 2. C. qvando mul. tut. off.

Tùm, qvia verisimile est, eam, qvæ secundo nupserit, tertio qvoq; nubere posse. 27

arg. c. semel malus de reg. jur. lib. 6.

Tùm qvia id, qvod semel sublatum est, restitui neqvit. 28

l. homo liber. ibi gl. ff. hoc tit. l. inter stipulantem. §. sacrament. ff. verb. obl. l. qvi res. §. aream. ff. solut. Tiraq. ll. connub. gloss. 3. num. 1.

Licet distingvat Cotta, an liberis de tutore provisum sit, ut tunc mater non admittatur, committatur verò ei tutela denuo, si liberi tutorem non habeant, dummodo rationes reddiderit, tutelæ antea gestæ. *Cotta in memor. verbo mater.*

Contrarium qvoqve statuto, vel consvetudine, introduci potest, ut mulier ad secunda vota transiens, tutelam liberorum susceptam, retinere, vel etiam de novo subire possit, ut sentire videtur. 29

Tir. ll. connub. gloss. 5. num. 133.

IV. Hæc

30 IV. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, si mater, vel avia pudicitiam non conservarint intactam. Hujuscemodi enim parentes omninò sunt à tutelis coërcendæ.

Br. d. auth. sacramentum. n. 1. Bl. l. his solis. n. 5. C. revoc. donat. Castr. l. omnem. n. 2. C. ad Tertull. Ang. Aret. Instit. leg. patron. tut. n. 7. Hipp. de Mars. l. un. n. 54. C. rapt. virg. Lup. in Rubr. §. 67. n. 14. extra donat. inter vir. & uxor. Boër. in consvetud. Bitur. tit. stat. person. §. 6. gloss. 2. col. 3. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 6. §. 8. n. 3. Borg. Cavalc. tr. tut. & cur. num. 184. Menoch. d. casu 131. n. 6.

31 Tùm qvia aliud si diceremus, conseqveretur: plus tribuendum luxuriei, qvàm castitati, qvod est absonum.

§. fin. auth. rest. & ea qvæ par. und. mense.

32 Tùm, qvia iisdem pœnis, qvibus secundo nubens, etiam luxuriose vivens, subjacet.

Br. l. his solis. n. 1. per ill. text. C. revoc. donat. Abb. c. uxoratus. num. 1. per ill. text. extra convers. conjug. Dec. in add. ad Bl. l. unica. C. S. C. Claud. toll. Ang. Aret. Inst. leg. patron. tut. n. 7. Lup. Rubr. §. 67. num. 3. extra donat. inter vir. & uxor. Hipp. de Mars. l. un. n. 56. C. rapt. virg. Ripa l. fœminæ. n. 31. C. secund. nupt. Plot. tr. de in lit. jur. §. 8. n. 7. Arrius Pinel. d. l. fin. n. 18. C. bon. mat.

33 Idqve usqve adeò verum est, ut etiamsi ultra legis permissionem, testatoris qvoq; accesserit voluntas, matrem vel aviam, tutrices liberorum constituendo: attamen si pudicitiam exuerent, ab hujusmodi tutelis adeptis removeantur, vel si adipisci cupiant, repellantur.

Bl. c. ex parte M. n. 2. extra appellat. Chassan. in consvet. Burg. d. §. 8. n. 6. Borg. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 307.

34 V. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat in matre minore viginti qvinqve annis.

Borg. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 185.

35 Eam ob causam: qvia minorennis, alterius regimine opus habet: Et certum est, qvod is qvi alterius consilio regitur ad tutelam non concedatur.

l. fin. C. legit. tut. l. si eveniet. ff. ad L. Jul. de adult. §. minores. Instit. excus. tut. argum. c. indecorum. extra æt. & qval.

VI. Hæc limitatio ex prædicto fundamento sublimitatur: Ut non procedat stante statuto, qvo mulieribus sine consensu & consilio propinqvorum contrahere denegatur. Hoc enim negato in conseqventiam tutela denegata videtur. 36

Alc. tr. præsumt. reg. 1. præsumt. 52. num. 7. Borg. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 185.

Et licet Alciatus, sub dubio tamen, velit, idipsum statutum ad tutelam non extendendum, cum solum obligare se & contrahere, fœminas vetet, regulamqve juris antiqvi temperandam, ut procedat, duntaxat in his, qvi simpliciter, & in totum, non verò in his, qvi tantùm secundum qvid, puta qvod ad contractus & obligationes alterius potestati subsunt: Ego tamen non video, ut ob hanc rationem à prædicta opinione recedi possit, cum nimirum obligando & contrahendo, tutela, & auspicetur & finiatur. Qvapropter hujusmodi statuto extante nec dextrè exoriretur, nec secundum juris ordinem, exitum tutela sortiretur. 37

toto tit. ff. C. & L. satisdat. tut.

VII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat, cum superest tutor testamentarius. 38

Ang. Aret. Inst. legit. agn. tut. in pr. n 1.

Mater enim, avia, & proavia, ut reliqvos omnes tutores legitimos & dativos excludunt.

dict. auth. matri & aviæ. C. qvando mul. tut. off. fungi pot.

Ita vicissim ipsæ, à testamentariis tutoribus excluduntur.

arg. d. auth. matri & aviæ. arg. l. si qvis sub conditione. ibi gl. Br. & Dd. ff. testam. tut. Pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad redd. rat. tut. verbo coram vobis. num. 2. Christoph. Porc. Inst. leg. agn. tut. in pr. num. 1. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 2.

Igitur si patri, mores matris vel aviæ sint suspecti, vel aliam ob causam, eas ad tutelam liberorum pervenire noluerit, cautela est, ut tutorem testamento nominet, per hunc enim in tutela mater prævenitur. 39

Dil. tr. art. test. tit. 7. caut. 1. n. 2.

VIII. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat si cum matre avia, vel proavia, concurreret qvispiam agnatus, ex linea ascendenti, eodem gradu, qvo mater 40

avia, vel proavia pupillo conjunctus: utputa si cum matre concurreret pater, cum avia avus, & sic deinceps. Is namqve parens, masculini sexus, matri & reliqvis haud injuria præfertur.

Brun. d. auth. matri & aviæ. num. 4. ibi Sal. num. 4. & Dd. Br. l. si qvis sub conditione. num. 8. ff. testam. tut. Bl. l. 1. n. 1. ff. Senator. Boër. in consvetud. Bitur. tit. stat. person. §. 6. gloss. 2. col. 1. arg. l. 2. in fine. C. qvand. mul. tut. off. fungi pot. & dict. auth. matri & aviæ.

41 Sanè patrem qvod attinet, si testator pupillum instituens, ad patrem pupilli usumfructum pervenire noluerit, mater qvoqve in tutela præferetur, ut hoc expressim & in specie decidit

Specul. tit. de tut. §. nunc dicendum. n. 5. per text. in auth. ut lic. matri & aviæ in pr.

42 IX. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat si matri à judice, non tanqvam matri, sed tanqvam extraneæ decreta fuisset tutela. Talis enim tutelæ decretio, per se, & ipso jure nulla est.

Piag. tr. tut. & cur. qv. 3. n. 30. arg. l. tutela. la. 2. ff. tutel.

43 X. Hæc limitatio sublimitatur: Ut non procedat de Jure Saxonico. Jure namqve Saxonum, superstitibus agnatis, matri & reliqvis, tutela non defertur.

gl. Germ. ult. art. 11. Landrecht *lib. 2.*

Qvamvis non ignarus sim, illam ipsam glossam Dominum & Præceptorem meum eximium, suæqve ætatis facilè Principem, Doctorem Ludolphum Schrader, falsam judicasse.

Ludolph. Schrader in materia tut. & curat. conclus. 9. in fine.

XI. Hæc limitatio sublimitatur: 44 ut non procedat in noverca. Noverca enim, etsi ex communi loqvendi usu, matris nomine honestetur, ad tutelam tamen non est admittenda. Tùm qvia cessat in noverca, materna isthæc erga privignos affectio, qvæ fuit causa permissionis. Ergo & effectus cessabit.

arg. l. adigere. §. qvamvis. ff. jur. patron.

Tùm qvia respectu naturæ, noverca ma- 45 tris nomine haud qvaqvam compræhenditur. Et certum est: Verba naturaliter intelligi debere.

argum. l. fin. ibi Bl. not. C. his qvi ven. at. impetr.

II. Prædicta conclusio declaratur: 46 Nam etsi mulier tutelæ sit incapax, per testatorem tamen, ut de consilio mulieris tutela administretur disponi potest.

L. qvidam decedens. §. 1. ff. admin. tut. Dec. dict. l. fœmina. num. 20. ff. reg. jur. Caldas l. si curatorem habens verbo sine curatore. num. 106. C. rest. in int. Bl. c. decernimus. n. 7. extra judic.

ARTICULUS VII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest esse curatrix minoris.*
2. *Fœmina non potest esse curatrix, nec bonorum, vel hæreditatis jacentis qvidem.*
3. *Mater, avia, & proavia, ut tutrices, ita qvoqve curatrices liberorum suorum fiunt.*

1 Septimò concludo: Deteriorem esse fœminarum conditionem. Nam ut tutrices, ita qvoqve curatrices esse neqveunt.

Johan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de Synd. num. 5. Alex. cons. 221. num. 5. lib. 6. text. l. scire oportet in pr. ibi Br. ff. tut. & curat. dat. ab his.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut qvemadmodum mulier curatrix minoris esse neqvit: ita nec curatrix bonorum absentis, vel hæreditatis jacentis, possit constitui.

Dec. d. l. 2. n. 22. ff. reg. jur. Alex. d. cons. 221. num. 7. lib. 6. arg. l. cujus bonis. §. multoq; magis. ff. curat. fur.

Limitatur autem: Ut non proce- 3 dat, in matre avia & proavia. Hæ enim ut tutrices liberorum suorum, impuberum, ita qvoqve curatrices minorennium rectè fiunt.

gloss. communiter approbata in auth. matri & aviæ verbo tutelam. ibi Brun. num. 7. & Dd. C. qvando mul. tut. off. fungi pot. Joh. Andr. in add. ad Specul. tit. de curat. §. fin. num. 2. Abb. c. ex parte M. num. 10. extra appellat. Dec. dict. l. 2. num. 22. ff. reg. jur. Boër. in consvet. Bit. tit. de statu person. §. 6. gloss. 2. col. 2. ad finem. Alex. cons. 221. num. 7. lib. 6. arg. §. qvia vero auth. ut sine probib. mat. deb.

ARTI-

ARTICULUS VIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ luxuriosè viventi curator datur, secus est in masculo.*
2. *Intellectus ad l. & mulieri. ff. curat. fur.*

1 OCtavô concludo: Fœminarum in eo præ masculis deteriorem esse conditionem, qvod mulieri luxuriose viventi, curatuor datur, masculo non item.

Specul. tit. de actore. §. 1. n. 12. Panor. c. pastoralis. n. 7. ibi Fel. n 3. extra judic. Jason. in l. 4. §. sed & qvod meretrici. n. 2. ff. condict. ob turp. causam. Ripa l. is cui bonis. n. 16. ff. verb. oblig. Tiraq. ll. connub. l. 9. n. 91. & 141. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 14. num. 33. ibi Soar. in addit. Vant. tr. nullit. Rubr. de nullit. sentent. ex def. mand. n. 24. Pinel. l. fin. n. 20. C. bon. mat. Caldas, l. si curatorem habens verbo non absimilis. n. 12 C. in int. rest. min. Rol. à Valle consil. 86. n. 50. vol. 2. arg. l. & mulieri. ff. curat. fur.

Licet contrarium, qvod etiam masculo luxuriosè viventi curator dandus sit, teneat.

gloss. l. si qvis cum sciret. ff. pro emt. Bl. l ea lege. num. 39. C. condict. ob causam ubi addit. hanc veriorem esse opinionem attestatur.

Dummodo meminerimus luxuriem ibi, non de ea, qvæ in Venere consistit, sed de ea, qvæ committitur, dando, ubi dandum non est, accipiendam, ut adverterunt. 2

Ripa. Tir. Pinell. & Cald. in locis modo citatis.

Licet utrumqve intellectum rectè sustineri, autumet

Soar. in add. ad Gomez. modo citata.

ARTICULUS IX:

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ in criminalibus testes esse neqveunt.*
2. *Fœmina de jure civili, in criminalibus testimonium fert.*
3. *Fœminæ in criminalibus indistinctè de jure civili testimonium recipitur ex communiori.*
4. *Fœmina ex l. Julia de adulteriis condemnata, nec, de jure civili qvidem, in criminalibus potest esse testis.*
5. *Fœmina de jure regni Hispanici, in criminalibus potest ferre testimonium.*
6. *Fœmina de jure Canonico in criminalibus est testis, si de pœna sangvinis inferenda, non agitur.*
7. *Fœminæ testimonium, cum de crimine civiliter agitur, etiam adversus clericum recipitur.*
8. *Fœmina in criminalibus, est testis legitima, si de crimine, inqvisitoriè cognoscitur.*
9. *Fœmina est testis, in læsæ Majestatis crimine.*
10. *Fulvia non Julia legendum in l. in qvæstionibus ff. ad l. Jul. Majest.*
11. *Meretrix in crimine læsæ Majestatis testatur.*
12. *Meretricis testimonium in probando læsæ Majestatis crimine, etiam de Jure Saxonico, sufficit.*
13. *Fœmina testatur in crimine hæresis.*
14. *Fœmina in testem admittitur, in Simoniæ crimine.*
15. *Fœmina admittitur testis, qvotics veritas aliter haberi non potest.*
16. *Innocentiæ puritas, confusa, succumbere non debet.*
17. *Testis inhabilis & illegitimus, admittitur, legitimis non extantibus.*
18. *Regula testem inhabilem in defectum aliorum admitti, qvomodo intelligenda.*

1 NOnò concludo: Fœminarum esse præ masculis deteriorem conditionem, qvòd in criminalibus testes esse neqveunt.

c. forus extra verb. signif. gl c. ex eo. 15. qv. 3. gl. c. mulierem. 33. qv. 5. gl. c. qvoniam. ibi Abb. hanc esse communem opinionem attestatur extra testibus, gl. c. tàm literis extra eod. tit. Spec. tit. de procur. §. 1. n. 2. Spec. tit. de teste. §. 1. n. 83 Luc. de Pen. l. 4. verb. absurdum. C. agent. in reb. lib. 12. Dec. d. l. fœminæ. num. 33. ff. reg. jur. Alc. tr. præsumt. reg. 1. præsumt. 47. n. 4. Tir. ll. connub. l. 9. n. 61. Gomez. var. res. lib. 3. cap. 12. num. 13. Vivius lib. 2. com. opin. 383. Old. cons. 145. n. 3. Alex. cons. 11. n. 6. cons. 19. n. 1. cons. 64. n. 1. lib. 1. consil. 24. n. 4. cons 175. n. 5. lib. 2. Hipp. de Mars. consil. 18. n. 34. cons. 22. n. 1. Ubi hanc communem opininionem attestatur. cons. 59. n. 9. l. 1. cons. 101. n. 8. cons. 130. n. 34. lib. 2. Card. Paris. consil. 175. num. 12. vol. 4. Crav. cons. 99. n. 5. Mins. cons. 1. n. 27. Ceph. consil. 233. num. 23. lib. 2. Rol. à Valle consil. 57. n. 85. vol. 4. Marc. Ant. Blanch. tract. indic. n. 351. Jul. Clar. pract. crimin. §. fin. q. 24. n. 4. Ang. Aret. §. testes autem. n. 9. ibi Joh. de Pla. n 11. Inst. testam.

Et licet ab hac recepta omnium opinione, solus, leviusculis considerationibus motus, recedat. *Dec. loco modo allegato.*

Attamen illius rationibus benè satisfacit. *Marc. Ant. Blanch tr. indic. n. 351.*

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat de Jure Civili. Jure namqve civili, mulier regulariter, etiam in criminalibus, testimonium ferre potest. Uti hoc tradunt Dd. omnes modò allegati, & ultra jam allegatos, idem tenent

Paulus de Castr. l. qvi testamento. §. mulier. n. 8. ff. testam. Fel. c. qvoniam. n. 1. extra testibus. Ang. Aret. tr. malef. verb. comparuerunt dicti inqvisiti & negaverunt totum. n. 14. Bonif. de Vital. tr. malefic. Rubr. de testibus. num. 37. Mascardus tr. probat. conclus. 762. n. 11. ubi hanc communem opinionem esse attestatur. Vivius d. opin. 383. ubi & is communem dicit Rol. à Valle consil. 7. n. 12. consil. 24. n. 13. lib. 1. qvi, itidem, pro communi eam exclamat. arg. l. 3. §. lex Julia. & l. ex eo. ff. testibus.

Et licet non desint, qvi contrarium teneant simpliciter, fœminæ nempe etiam de Jure Civili, in criminalibus, testimonium non recipi.

Alb. de Gand. tr. malefic. tit. de furibus. n. 8. Joh. Fab. §. testes. n. 1. Inst. test. Tir. ll. connub. l. 9. n. 62.

Alii item qvi distingvant, an ex mulieris depositione, conseqveretur pœna, corporis afflictiva, an non, ut hoc casu admittatur, de Jure Civili, illo verò neutiqvam, qvorum meminit

August. Arim. in addit. ad Ang. tract. malef. d. verbo comp. d. inqvis. n. 14.

3 Atamen communior ea est opinio, ut indistinctè in criminalibus, de Jure Civili, sit testis fœmina, de qva communiori & veriori opinione attestatur.

Kil. Kön. in suo process. c. 75. n. 8. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 12. num. 13. Clar. pract. crim. §. fin. qv. 24 n. 3. Mascard. d. conclus. 762. n. 14. Burs. consil. 20. n. 22. lib. 2.

4 Fallit tamen hæc limitatio in muliere, ex L. Julia de adulteriis condemnata. Ea namqve nec de Jure Civili, in criminalibus testimonium perhibet.

d. l. ex eo. ff. testibus.

5 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, de Jure Regio Hispanorum. Eo enim jure, mulier, in criminalibus est testis

Gomez. d. cap. 12. num. 13.

6 III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat de Jure Canonico, qvoties de crimine, non agitur criminaliter, sed civiliter. Tunc enim mulieris testimonium recipitur.

text. & Gl. d. c. qvoniam extra testibus. Mar. tr. ordin. jud. p. 4. dist. 1. n. 33. Damhoud. in praxi crimin. c. 50. n. 23. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. §. 6. gl. 1. n. 41. Mascard. d. conclus. 762. n. 15.

Qvod usq; adeò verum est, ut hoc casu, mulieris depositio, nec adversus clericum qvidem respuatur. 7

text. d. c. qvoniam extra testibus.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties de crimine cognoscitur per inqvisitionem aut denunciationem. Hisce enim casibus mulier idonea est testis *Mascard. d. concl. 762. n. 21. arg. c. tam literis ext. testibus.* 8

V. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in crimine læsæ Majestatis. Ad convincendum enim istud crimen, mulier admittitur. 9

l. in qvæstionibus. ff. ad Jul. Majest.

Qvo tamen in textu, non Julia, sed Fulvia, qvæ Catilinæ molitiones detexit, est reponendum, ut constat tùm *ex historicis monumentis.* 10

Tùm ex

Cotta in memor. V. Fulvia.

Qvod usqve adeò verum est, ut etiamsi esset meretrix, ad testimonium tamen ferendum, in hac criminis atrocitate, sit idonea *gl. l. 3. §. lege Julia verbo palàm. ff. testib. Masc. d. tract. probat. conclus. 462. num. 7. & conclus. 1066. n. 41. arg. l. famosi. ff. ad l. Jul. majest.* 11

Similiter hoc usqve adeò verum est, ut procedat, non solum de jure communi: verumetiam de Jure Saxonico. 12

gl. German. art. 8. Landrecht *lib. 1. gl. German. art. 16. & artic. 70.* Landrecht *lib. 3.*

VI. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in crimine hæresis. Hæretici enim qvadam pietatis forma, de Jure Canonico per mulierum testimonium convincuntur. 13

Mascard. d. conclus. 762. n. 22. & concl. 1066. n. 40. arg. d. l. in qvæstionibus. ff. ad l. Jul. majest. jun. auth. Gazaros C. hæretic. & Manich.

VII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in crimine Simoniæ. Simonia enim per fœminas sufficienter probatur, *c. tanta. & c. licet Heli extra Simon.* 14

VIII.

15 VIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoties veritas non aliter, qvàm mulierum testimonio haberi potest.

Joh. Andr. in add. ad Spec. tit. de teste. §. 1. n. 83. Jas. l. 1. lect. 1. num. 70. C. sum. trin. & fid. Cath. Jas. lib. 4. §. si tibi. n. 4. ff. cond. ob turp. causam. Alc. tr. præsumt. reg. 1. præsumt. 47. num. 4. ibi Joh. Arelat. in addit. Hip. de Mars. pract. crim. §. diligenter. n. 81. Hip. de Mars. l. infans. n. 35. ff. ad l. Corn. de Sicar. Hip. de Mars. cons. 5. n. 12.

16 Tùm ne innocentiæ puritas, confusa succumbat.

c. licet Heli in fine extra Simon.

17 Tùm qvia regulare est: qvoties veritas aliter haberi non potest, testes etiam inhabiles, & minus integros admittendos.

Abb. c. in literis in fine extra testibus. Abb. c. fin. n. 2. extra testib. cog. Ang. Aret. tr. malefic. verb. metidore de mali dadi. n. 1. Hipp. de Mars. sing. 73. Hip. de Mars. l. fin. n. 7. C. ad l. Corn. de Sicar. Johan. Arelat. in add. ad Alc. d. præsumt. 47. Plot. tract. de in lit. jur. §. 4. num. 21. arg. c. cum dilectus extra elect.

Qvod tamen ita intelligendum est, si ex natura & qvalitate negocii, nemo alius nisi fœmina vel alius inhabilis possit haberi testis. Secus verò est, si ex qvalitate, & natura negotii, testes alii haberi potuissent, qvi casu & fortuito non intervenerunt. 18

Fel. c. de cætero. num. 5. ext. testibus. Jas. lib. 1. lect. 1. n. 72. & in repet. n. 50. C. sum. trinit. & fid. Cath. Jas. l. fin. n. 8. C. his qvibus ut indign. Hippol. de Mars. d. sing. 73. Steph. Aufr. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 4. col. 3. Petr. Gerh. de Petras sing. 24. Ripa tr. privil. ult. volunt. caus. pest. n. 21. Plot. tr. de in lit. jur. §. 4. n. 32. Alex. cons. 64. n. 5. vol. 1. cons. 148. n. 6. cons. 151. num. 32. vol. 2. cons. 152. num. 11. vol. 2. Card. Paris. cons. 15. n. 32. vol. 2. cons. 53 n. 34. cons. 54. n. 10. vol 4. Rol. à Valle cons. 24. n. 67. vol. 1. cons. 7. n. 15. eod. volum. arg. l. consensu. C. repud. c. veniens. el. 2. in fine extra testibus.

Exemplo in fœminis erit, si criminaliter de injuria fœminæ in balneo facta ageretur. Tunc enim qvoniam nemo masculus, in balneis mulieribus adesse solet rectè mulierum testimonium reciperetur, ut expendit *Mascard. d. concl. 762. n. 16.*

ARTICULUS X.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ in causis matrimonialibus, testes non sunt legitimæ.*
   Contrarium. num. 4.
2. *Causa matrimonialis, & criminalis æqviparantur.*
3. *Causa matrimonialis, æqvè est gravis & ardua, ac criminalis.*
4. *Æqviparatio causæ matrimonialis, & criminalis, vix subsistit.*
5. *Causa matrimonialis dicitur gravis & ardua, qvoad juramenti tantùm delationem, non qvoad reliqva.*
   Argumentum à speciali valet, ibidem.
6. *Mater non repellitur, de filiæ matrimonio depositura.*
7. *Mater non præsumitur, filiam in concubinatum tradere velle.*
8. *Mater est testis pro filia, etiamsi de ejus matrimonio dirimendo tractaretur.*
9. *Mater est testis pro filia, etiam in matrimonio spirituali, sive agatur, ad id contrahendum, sive de eo dissolvendo.*
10. *Mater non est testis pro filia, si is, cum qvo filiam nubere cupit, genere & divitiis filiam superet.*
11. *Soror pro sororis matrimonio vel sponsalibus probandis, testis non est legitima, si sponsus, nobilior & ditior sit sorore testis.*
12. *Mater vel soror, an in matrimonio suorum probando admittendæ sint, necne, plurimum judicis arbitrio, dijudicandum relinqvitur.*

1 DEcimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod secundum aliqvorum sententiam, in causis matrimonialibus, earum rejiciatur de-
2 positio. Eam ob causam: qvod causæ matrimoniales criminalibus æqviparentur.

gloss. & Abb. c. mulieri. num. 6. ext. jurejur. Bl. l. in bonæ. n. 9. C. si cer. pet. Alex. cons. 143. n. 4. vol. 2.

Qvodq; non minus, ut criminales, sint graves & arduæ. 3

Abb. c. si pro debilitate. n. 4. extra off. deleg. Paul. de Cast. l. 3. in pr. n. 11. ibi Alex. n. 16. ff. jurejur. Card. Paris. cons. 54. n. 14. vol. 4.

Cujus contrarium, communi doctorum calculo est decisum, fœminas nempe in causis matrimonialibus testimonium perhibere posse, ut tenet.

Tir. ll. connub. l. 9. n. 64. ubi tum alios idem tenentes, tum Soc. Junior de communi opinione attestantem allegat Covarr. in epit. 4. lib. decretal. 2. p. c. 8. §. 12 num. 8. ubi similiter de communi attestatur. Masc. tr. probat. concl. 762. num. 7. qvi in id Jacob. de S. Georg. communem hanc esse dicentem citat. Card. Parisi. consil. 58. n. 6. vol. 4. arg. c. super eo. el. 2. ibi Abb. F. l. & Dd. extra testibus.

5 Nec obstat, primo, ratio æqviparationis, causæ criminalis & matrimonialis. Qvia de jure, vix subsistere poterit ob *text. c. videtur nobis in fine, ext. qvi mat. accus. poss.*

6 Similiter & id, qvod causa matrimonialis ardua dicitur, qvoad juramenti duntaxat delationem procedit (in hisce namq; terminis, Doctores pro hac parte adducti loqvuntur) in contrarium igitur jus, commune erit.

l. qvod verò contra & l. jus singulare. ff. ll.

7 Hæc posterior opinio ampliatur I. Ut procedat, non solum in fœminis, copulandos non attingentibus: verumetiam cæteris paribus, in matre, aliisqve fœminini sexus consangvineis.

arg. d. c. super eo. el. 2. extra testibus.

8 Nec enim verisimile est, matrem id, qvod verum non esset deposituram. Qvandoqvidem id si conaretur, filiam in concubinatum traderet, eaqve ratione filiæ pessimè, qvod maternæ affectionis præsumtioni adversatur, consuleret.

Bl. d. c. super eo. el. 2. num. 4. extra testibus. Alc. tr. præsumt. reg. 1. præs. 2. n. 4. Menoch. tract. arb. jud. Q.Q. lib. 2. cent. 2. casu 101. num. 8. argum. l. nec in ea. ff. adult.

9 II. Hæc opinio ampliatur: Ut non solum procedat in contrahendo: verumetiam in dissolvendo matrimonio. Nam & hoc casu, matris testimonium recipitur.

gl. d. c. videtur nobis verb. sciunt, extra qvi mat. accus. poss. Abb. d. c. super eo. el. 2. n. 2. extra testib. Covar. d. §. 12. n. 8. d. c. videtur nobis.

III. Hæc conclusio ampliatur: 10
Ut procedat, non solum in probando matrimonio carnali: verumetiam spirituali, etiamsi hæc probatio ad spiritualis matrimonii dissolutionem tenderet.

gl. c. præsens. verb. patrem. 20. qv. 3. Menoch. d. casu 191. n. 11.

Limitatur autem I. Ut non proce- 11
dat, in matre qvoties inter copulandos versatur, vel generis, vel divitiarum imparitas. *d. c. super eo. el. 2. ibi Dd. communiter extra testibus. Plot. tr. de in lit. jur. §. 7. n. 6. Menoch. d. casu 101. n. 4. Alex. cons. 153. n. 6. vol. 5.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut 12
si constiterit de hac imparitate, nec soror qvidem ad testimonium ferendum sit idonea. *Alex. cons. 154. n. 1. vol. 5. Card. Paris. cons. 58. n. 18. & n. 24. vol. 4. arg. d. c. videtur extra qvi mat. acc. poss.*

III. Hæc conclusio limitatur: 13
Ut vera qvidem in se sit, dummodo meminerimus, complurima hac in parte, judicis arbitrio, esse tributa. Qvapropter vir bonus, cautè considerabit, ex causæ ventilatæ, qvalitate personarumq; conditione, æqvali, vel inæqvali, cæterisq; circumstantiis, an fœminarum, matrum & istiuscemodi generis aliarum depositiones, tanqvam suspectas repellere, an verò tanqvam veras admittere debeat, ut autores sunt gravissimi.

Covarr. & Menoch. in locis modo cit.

ARTICULUS XI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ in causis feudalibus non testatur.*
2. *Fœmina habens feudum ab eodem superiore, coràm qvo lis vertitur, & in dignitate constituta, in testem, in feudalibus admittitur.*

UNdecimò concludo: Fœminam deterioris esse conditionis, qvod in feudis ejus testimonium nullum sit.

c. 1. in fin. ibi Bl. n. 7. Andr. de Iser. n. 5. Alvar. n. 1. Matth. de Affl. n. 10. qvi test. sint nec. Jas. hac consultissima in pr. n. 8. C. testam. Jas. si qvis agere. n. 19. C. Codic. Dec. dict. l. fœminæ. n. 36. ff. reg. jur. Fel. c. qvoniam. n. 2. extra testib. Matth. de Affl. cap. 1. n. 4. de cont. int. dom. & vas. de investit. feud. Tir. ll. connub. l. 9. n. 65. Jod. Damhoud. pract. crim. c. 50. num. 24. Petr. Roiz decis. Lituanica 3. n. 538. vers. derogatur. Masc. tr. probat. conclus. 764. n. 2.

Hæc

2 Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœmina qvæ ad rei feudalis investituram probandam producitur, habeat ab eodem Domino, feudum, sitqve in dignitate constituta.

Affl. d. c.1. n.10. qvi test. sint necess, Masc. de conclus.764. n.2.

Et ex iis comprobatur, qvæ superius in primi articuli limitationibus posuimus.

ARTICULUS XII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest, ut testis subscribere, si privata scriptura, idem qvod publica operari debet, ex communi.*
2. *Lex in privata scriptura subscriptionem reqvirens trium testium, viros reqvirit testes, ob majorem eorum gravitatem, qvoniam nullæ aliæ adhibentur solennitates.*
3. *Verba cum effectu sunt accipienda.*
4. *Superfluum in jure, ne syllaba qvidem esse debet.*
5. *Inconstantia ut maximè autoritatem elevat.*

1 DUodecimò concludo: Fœminarum præ masculis conditionem deteriorem esse, qvod ad id, ut privata scriptura, trium testium subscriptione munita, secundum dispositionem l. scripturas C. qui pot. in pig. hab. ejusdem, cujus publicum instrumentum est, fiat roboris, non sufficiat, trium mulierum subscriptio, sed masculos esse oporteat.

Bl. d. l. scripturas. n.12. per ill. text. C. qvi pot. in pig. hab. Fel. d. c. qvoniam. n. 4. extra testibus. Fel. c. ita qvorundam. n. 1. extra jud. Jas. l. hac consultissima. in pr. n.8. C. testam. Jas. l. si qvis id qvod. n.20. ff jurisd. omn. jud. Franc. Crem. sing.144. Cotta in memor. verb. mulier. el.2. Dec. d. l. fœminæ n.32. ibi Hier. Cuch. in addit. ubi Baldi doctrinam communiter approbatam attestatur. ff. E. l. Ripa l. admonendi. n.104. ff. jurejur. Aym. Crau. tr. antiq. temp. p.1. vers. qværitur. n.34. Chassan. in consuet. Burg. Rubr.7. §.4. gl.5. n.11. Mascard. tr. probat. concl.764. n.5.

Et hanc esse communem opinionem testis est. *Ant. Gab. Rom. tr. regul. lib.1. tit. prob. concl.11. n.5. Barsat. cons.103. n.1. l. 1.* Licet contrarium teneat *Jas. dict. l. hac consultiss. n. 8. Jas. l. 1. ff. ll. Jas. rep. l. admonendi. n.103. ff. jurejur. Alex. in add. ad Br. d. l. scripturas. Alex. in add. ad Br. l. 1. ff. verb. signif. & alii qvos refert & seqvitur. Tir. ll. connub. l.9. n.67. & 69.*

Eo nisi fundamento: qvod nulla specialitatis ratio inter masculum & fœminam hoc casu assignari possit. Qvapropter verbum virorum, in textu d. l. scripturas, solius freqventioris usus ratione, positum accipi debere, ut expressim dicit *Fel. d. c. qvoniam. n.4. & Tir. d. n. 67.*

2 Tamen hæc ratio neutiqvam subsistit. Tùm qvia sana, diversitatis ratio inest, ea nempe, qvod cum nullæ aliæ, in hac subscriptione, cui non minimum autoritatis, à lege est tributum, solennitates adhibeantur, meritò lex magis de masculis, qvorum propria est constantia, confidit, qvàm de fœminis, ob lubricitatem, inconstantiamqve earundem. Ut rectè expendit *Cotta d. verb. mulier. el.2. & invitus agnoscere tenetur. Tir. d. n. 67.*

Tùm qvia in d. l. scripturas, expressè positum est verbum Virorum, cujus ea meritò erit efficacia, ut sua vi fœminas removeat, cum aliàs hoc casu nil operari posset. Et certum est: qvod verba legum, absqve mysterio, & ociosè posita esse dicere, absurdum est, qvin potius verba, ut aliqvid operentur sint accipienda. 3

l. 1. §. hæc verba. ff. qvod qvisq. jur. l.1. in pr. ff. qvod met. cau. l. 1. in fin. ff. ad municip. gloss. mag. in l. 1. in pr. ff. peric. & com. rei vend. Bertach. tract. gab. p.2. n.28. Neguz. tr. pig.3. p.2. p. p. n.79. Catell. Cotta in memor. verb. clausula. el. 8. Afflict. decis.44. n.19. Aym. Crav. tr. antiq. temp. p.1. vers. qværitur. n. 34. Plot. tr. de in lit. jur. §.6. n.2. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff.2. num.82. Alex. cons.33. n.4. cons.117. n.3. lib.1. cons.11. n.10. cons.36. n.5. lib.2. cons.193. n. 1. lib. 3. Bellonus cons.7. n. 12.

Tùm qvia aliàs dictio Virorum, in d. l. scripturas, superfluo esset posita. Et certum est superfluum in jure qvicqvam, ne syllabam qvidem tolerari. 4

§. qvibus. C. 110. cod. fac. l. ampliorem. §. in refutatoriis. ibi Bl. C. appell. gl. d. l.1. ff. qvod met. cau. gl. c. solitæ. ver. tanqvam per ill. text. ext. major. & ob. Bl. rub. n.18. C. contrah. emp. Fel. c.1. n.7. ext. resc. Jas. l. fin. n.9. ff. qvod qvisq. jur. Cag. l. om. qvæ jure ante. n.1. ff. re jur.

Pariter non obstant, autoritates contrarium tenentium, qvia pleriqve ex iis, sibi, vel contrarium expressim tenere, vel ad minimum nutare repetiuntur. Et certum est, qvod in constantia maximè autoritatem elevet, ut placet *Ciceroni in Academ. QQ.*

ARTICULUS XIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non subscribit in contestationis literis, qvæ fiunt à marito adultero.*
2. *Jus vindictæ, qværitur marito, ex contestatione, trium virorum subscriptione munitâ, mœcho factâ.*

1 DEcimotertiò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod in contestatione ex scripto mœcho facienda trina virorum fide dignorum, reqviratur subscriptio, mulierum verò trium subscriptio non sufficiat.
§. his itaqve auth. ut lic. mat. & auth.

2 Neqve id immerito, cum enim ex tali contestatione, viro acqviratur, jus vindictæ, de castitati uxoris insidiatore sumendum, rationis fuit, cautius agendum esse, conseqventerqve viri potius, in testimonium contestationis, qvàm fœminæ adhibendi.
argum. l. 3. §. duæ causæ. ff. Carb. ed. c. ubi de elect. lib. 6.

ARTICULUS XIV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest in testem produci à Judæo adversus Christianum, maximè si fuerit clericus.*
2. *Judæi crucis Christi sunt inimici.*
3. *In ore duorum vel trium stat omne verbum.*
4. *Tiraqvelli locus consideratur.*
5. *Glossæ ubi dubium non est, instant, ubi dubium fuerit, intactum relinqvunt.*
6. *Baldus in decretalibus multa sine lege locutus est.*
7. *Casus legis ubi expressus est, moveri qvæstionem non oportet.*
8. *Lex vel Canon, in materia testium, nunqvam virorum peculiatim utuntur vocabulo, nisi ubi qvid discriminis constituere inter viros & fœminas voluere.*
9. *Lex etsi perqvam dura sit, attamen ita scriptam esse sufficit.*
10. *Fœmina pro Judæo potest esse testis, si causam cum Christiano Judæus habeat communem. Inhabilis propter communionem, privilegio habilium gaudet ibidem.*

1 DEcimoqvartò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod in causa, qvæ inter Judæum & Christianum ventilatur, maximè si is Christianus fuerit Clericus, Judæus contra Christianum, mulieres producere neqveat, sed causæ veritatem, per duos vel tres viros, Judæus probet, necesse est. Ut est text. expressus
c. licet universis extra testibus.

2 Qvod odio Judæorum introductum videtur, qvi crucis Christi sunt inimici, ut dicit *text. d. c. licet extra testibus.*

3 Nec obstat Tiraqvelli consideratio qva vult dictum illud ex sacris, qvod pro decidendi ratione ibidem affertur: in ore duorum vel trium, stat omne verbum, ut habetur
Num. c. 35. Deut. c. 17. & c. 19. Matth. cap. 18. Job. 8. 2. ad Corint. 13. ad Hebr. c. 10.
Indifferenter, tàm de masculis, qvàm de fœminis loqvi. Qvapropter & decisionem d. c. licet universis, indifferenter accipiendam, ut verbum Virorum in textu positum, tàm de masculis qvàm de fœminis intelligatur.
Tir ll. connub. lib. 9. num. 68.

Concesserim enim Tiraqvello, dictum illud ex sacro Codice exceptum, indifferenter loqvi, sed è diverso, concedat is mihi velim, per legislatorem idipsum, ex rationabili causa, ut in viris duntaxat, locum sibi vendicet, restringi potuisse. Qvemadmodum enim in numero testium, dicti hujus amplitudo, qvandoqve coarctatur, ita & in personis eorundem coarctari potuit. Ut hoc expressim notat
Panorm. d. c. licet. num. 3.

Qvamvis ipse Panormitanus hoc dubium intactum relinqvat, unde & in eo, qvòd de glossis Bartolus conqveritur: glossas nempe, ubi non sunt dubia, instare, & ubi sunt dubia, intacta relinqvere, locum habebit. 4
Br. auth. matri & aviæ ante. n. 1. C. qvando mul. tut. off. fungi pot.

Baldus

6 Baldus autem ibi, etsi eadem ejus, qvæ Tiraqvelli sit opinio, attamen nullam, nec legem, nec rationem, qvibus opinionem suam comprobet, vel stabiliat, affert. Igitur & eo loci, verum erit, qvod alibi testatur de eodem Baldo, Tiraqvellus: Baldum nempe multa in decretalibus, absqve lege, vel Canone asseverasse.

Tir. tr. jur. const. poss. 3. p. limit. 6. n. 1. & ante eum Alex. l. qvod meo in pr. num. 12. ff. acqvir. poss.

7 Felinus deniqve ibidem Baldum refert, ita tamen, ut an probet, an improbet ejus opinionem nescias. Qvapropter non est ambigendum, conclusionem nostram veram esse. Tùm qvia habemus textum in id expressum. Et certum est, qvòd ubi casus est legis, ibi qvæstionem movere, oscitantis est. *l. ancillæ. ibi gl. verb. qvæstio. & Bl. n. 2. C. furt. Neguz. tr. pig. 1. memb. 8. p. p. n. 25. Jac. de Nigr. rep. l. 1. in 2. p. gloss. vers. secundo pro ista. ff. leg. 1. Tir. V. R. p. 1. §. 1. gl. 11. n. 42. & §. fin. 24. gl. un. n. 2. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 246. Rol. à Valle cons. 77. n. 5. vol. 1. Ceph. cons. 414. n. 70. vol. 3.*

8 Tùm qvia textus utitur, dictione Virorum, & certū est, qvod in materia testium, semper reperiatur verbum testium, nunqvam verò utantur lex, vel Canon, hoc vocabulo, nisi ubi discriminis qvid, inter masculos & fœminas, Lex vel Canon indicare velint. Ut patet ex toto, utriusqve juris corpore, attestatur

Aym. Crau. tr. antiqvit. temp. p. 1. vers. qværitur, n. 35.

Tùm qvia sufficit legem, etsi perqvam dura sit, ita scriptam esse, unde necessario secundum formam sui, observanda erit. 9

l. prospexit. ff. qvi & à qvibus manum. lib. non fiunt. Tir. V. R. in præfat. n. 7. Tir. ll. connub. gl. 7. n. 7. Caball. tr. evict. §. 5. n. 9.

Hanc conclusionem limitandam crediderim, ut non procedat, qvoties causa Judæi cum Christiano est communis, puta, si essent duo rei stipulandi, vel promittendi socii. Tunc enim, ut aliàs, mulierum testimonium, admittendum censeo. Eam ob causam, qvod propter communionem, vel societatem, inhabilis, beneficio habilium gaudeat. 10

arg. l. si communem. in pr. ff. qvemadm. ser. am. l. si is qvi duos. ibi Br. ff. liber. leg. Hipp. de Marf. sing. 80. Cotta in memor. verb. connexorum. Tir. V. R. p. 1. §. 26. gl. 1. n. 33.

ARTICULUS XV.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ non probant tenorem instrumenti amissi.*
2. *Tenor instrumenti amissi, non nisi per jurisperitos, Notarios, & Advocatos probatur.*
3. *Fœmina juris scientia ornata, tenorem instrumenti, qvod perditum est, probat.*
4. *Fœminarum, qvæ juri operam navarunt nomenclatura, remissivè.*

1 DEcimoqvintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod per eas tenor instrumenti amissi probari neqvit.

Br. l. 1. n. 27. ff. si cer. pet. Tir. ll. connub. l. 9. n. 66. Mascard. tr. probat. concl. 764. n. 8. Alex. consil. 196. n. 9. vol. 2. arg. l. sicut & l. emancipatione. C. fin. instr. c. cum olim. el. 1. extra privileg.

2 Ratio erit: nam mulieres rerum, & negociorum forensium pleræq; sunt nesciæ. Ergo ad tenoris instrumenti, qvod perierat, probationem non admittendæ. Cum ab hujus etiam probatione, viri imperiti arceantur, non verò nisi Advocati, Notarii & Jurisperiti admittantur.

Br. auth. si qvis in aliqvo. n. 6. C. eden. Bl. c. 1. n. 5. qvi test. sint necess. Alex. lib. 2. num. 8. C. bon. poss. sec. tab. Panorm. c. Albericus n. 4. extra test lib. Panorm. c. cum olim. el. 1. n. 2. extra privil. Fel. c. sicut. n. 3. extra re jud. Ang. Aret. §. sed etsi pater. n. 2. Inst. qvib. mod. jus pat. pot. sol. Affl. decis. 274. n. 4. Tir. V. R. p. 2. §. 1. gloss. 7. n. 55. & 56. Tir. ll. connub. l. 9. n. 66. Mascard. d. tract. probat. conclus. 764. n. 10. argum. d. c. cum olim. el. 1. extra privil.

Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in fœmina juris scientia, & doctrina præfulgente. 3

Ripa d. l. 1. n. 82. ff. si cer. pet. argum. l. à Titio. ff. verb. obl.

Qvarum tamen ab ipso mundo condito, rarissima fuere agmina, earumqve nomenclaturam habemus apud 4

Tir. ll. connub. lib. 11. num. 30.

ARTI-

ARTICULUS XVI.

SUMMARIUM.

1. *Marito, uxorem à se cognitam affirmanti, plus creditur, qvàm uxori neganti.*
2. *Fœminæ assertioni creditur, si de virginitate, aspectu corporis docuerit.*
3. *Fides est firmior, qvæ oculis, qvàm qvæ auribus percipitur.*

1 DEcimosextò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem in eo esse, qvòd marito affirmante, uxorem se cognovisse, uxore econtra negante, marito, uxoris assertione insuper habita, creditur.

c. continebatur. ext. despons. impub. gl. c. qvòd autem. 27. qv. 2. gl. c. causam extra probat. Host. in summa. §. fin. vers. 8. fit etiam probatio extra de probat.

2 Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœmina negans, virginitatem suam adhibitis peritis in arte, per aspectum corporis probaret.

c. proposuisti, extra probat. gl. d. c. continebatur, extra despons. impub. gl. d. c qvod autem. 27. qv. 2. Hipp. de Mars. Rubr. n. 168. C. probat.

Validè enim magis, qvæ oculis, qvam qvæ auribus percipitur fides, animo inhæret, unde non immeritò illa, huic præferenda. 3

argum. §. fin. Inst. grad. cognat.

ARTICULUS XVII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ in qvibus casibus testimonium ferunt, testimonium earum per masculorum superatur.*
2. *Fœmina si pro rei innocentia deponit, masculus verò pro actore, attenditur fœminæ depositio.*
3. *Testes pro reo deponentes, data paritate, præferuntur actoris testibus, etiamsi hi legaliores fuerint.*
4. *Absolutio, qvàm condemnatio favorabilior.*
5. *Fœmina si sit honesta matrona, ejus prævalet testimonium præ masculi, qvi vilis persona est, despositione.*
6. *Fœmina si sit nobilis, vincit suo testimonio masculum ignobilem.*

1 DEcimoseptimò concludo: Fœminas deterioris esse conditionis, eo ipso, qvandocunqve enim in casibus permissis, testimonium ferunt, masculis contrarium deponentibus, horum testimonium, illarum prævalet.

Specul. [illegible]. de teste. §. postqvam. n. 4. Bl. l. ult. n. [illegible]. fid instr. Abb. c. forus. num. 3. ext. verb. sign. Fel. c. qvoniam. n. 5. ext. testib. Fel. c. in nostra. n. 11. extra eod. Dec. l. fœminæ. n. 35. ff. reg. jur. Cors. in sing. verb. testis. el. 6. Lup. rep. c. per vestras. §. 43 n 6. ext. don. int. vir. & uxor. Pet. Gerh. à Petras. sing. 11. Chassan. in consvet. Burg. Rubric. 1. §. 6. gloss. 1. n. 42. Tir. ll. connub. l 9. n. 70. Panorm. cons. 52. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 236. n. 3. vol. 6. Mins. cons. 2. n. 24. arg. l. 1. ff. Senator.

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat si fœminæ deponerent, pro rei innocentia, masculi verò pro actore. Tunc enim fœminarum testimonium masculorum, potius est.

Barthol. de Belleuz. & Sap. in addit. ad Panor. d. c. forus ext. ver. signif. Sap. in addit. ad Panor. d. c. qvoniam. ibi Fel. n. 5. ext. prob. Hier. Cuchal. in add. ad Dec. d. l. fœm. n. 35. ff. R. I. Pet. Gerh. d. sing. 11. Hipp. de Mars. cons. 65. n. 45.

Tùm per glossam communiter receptam. *c. clerici* 81. *distinct.*

Tùm qvia testes pro reo deponentes, præferuntur testibus ex parte actoris, vel accusatoris, qvamvis hi, illis fuerint legaliores. 3

Abb. c. in nostra. n. 4. extra probat. per d. gl. c. clerici. 81. distinct.

Tùm deniqve, qvod absolutio, qvàm condemnatio favorabilior est. 4

l. Arrianus. ff. act. & obl. l. absentem, ff. pœn. Pract. Pap. in for. lib. in act. conf. verb. Servit. aqvæd. n. 28. Fel. c. ex literis. n. 4. extra probat. Jas. l. inter pares. n. 3. ff. re jud. Plot. tract. de in lit. jur. §. 26. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 1. n. 2. vers. qvarto. Menoch. tr. rem. pos. recup. rem. 1. n. 419.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœmina testis, esset honesta matrona, vitæqve integra, masculus verò terræ filius, & sinistræ apud bonos opinionis. Hoc enim casu dignius esse fœminæ testimonium, nemo inficias ibit, & expressim hoc decidit 5

Affl. cap. 1. n. 10. qvi testes sint necess.

III. Hæc

6 III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si fœminæ testes essent nobiles, viri verò ignobiles. Horum enim testimonium, ab illarum qvandoqvidem prægnantissima, pro nobilitate, est præsumtio, vincitur. *Pet. Gerb. sing.* 11. *Tir. tr. nobil. c.* 20. *n.* 33. *Pet. Roiz. decis. Lituan.* 3. *n.* 44. *Masc. tr probat. conclus.* 1095. *n.* 8. *vol.* 2.

ARTICULUS XVIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non est testis, omni exceptione major.*
2. *Juramentum in defectum legitimæ probationis, non potest deferri, ex depositione unius fœminæ.*
3. *Doctoris uniuscujusq; dictum, secundum legem, qvam allegat intelligi debet.*
4. *Intellectus ad c. super eo el.* 2. *extra testibus.*

1 DEcimooctavò concludo: Fœminas esse conditionis deterioris, qvod in casibus, in qvibus illis testimonio suo veritatem coadjuvare indulgetur, testes tamen non sunt omni exceptione majores.

Dec. l. fœminæ. num. 35. *ff. reg. jur. Mar. l. is potest. n.* 326. *ff. acqvir. hæred. Tir. ll. connub. l.* 9. *n.* 73. *Alex. consil.* 70. *n.* 14. *vol.* 2. *Hipp. de Mars. cons.* 5. *num.* 9. *Cravet. consil.* 99. *num.* 5.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut si qvis probarit, assertionem suam, testimonio unius fœminæ, illi non possit deferri, in supplementum legitimæ probationis juramentum. Eam ob causam: qvia ad hoc: ut ex unius testis depositione, ad jurisjurandi delationem perveniatur, oportet, ut is, sit omni exceptione major.

Dd. communiter. l. in bonæ fidei. C. reb. cred. Dd. communit. l. admonendi. ff. jurejur. Bl. rubr. n 1. *de controv. invest. Tir. ll. connub. l.* 9. *n.* 74. *arg. c. ex insinuatione. ibi Abb. n.* 6. *extra procurat.*

Et licet qvoad principalem decisionem, teneat contrarium.

Abb. d. c. ex insinuatione. n. 7. *Ripa. l. admonendi. num.* 179. *ff. jurejur. arg. c. super eo. el.* 2. *extra testibus.*

3 Tamen horum opinio non consistit. Eam ob causam, qvia certum est: Uniuscujusq; doctoris dictum, secundum legem qvam allegat, intelligendum esse.

Br. l. non solum, §. si liberationis. n. 7. *ff. lib. leg. Jas. l. Barbarius. num.* 44. *ff. off. præt. Mar. tr. ord. jud.* 3. *p.* 6. *p. p. act.* 2. *n.* 227. *Mar. l. si actor. num.* 50. *C. procurat. Affl. decis.* 73. *n.* 4. *Pet. Gerb. sing.* 11. *ad finem. Menoch. tr. remed. poss. adip. rem.* 4. *n.* 870.

Jam verò, si præfatorum Dd. opinio, ad textum d. c. super eo. el. 2. referatur, conseqvitur, eam minimè ex isto textu comprobari, qvin imò contrarium potius, ex eo enucleari posse. Dum nimirum textus ita habet: respondemus: qvod si non est firmatum matrimonium inter eos, matre asseverante ipsos esse consangvineos, non debent conjungi, qvia præsumtio est non modica, qvod se linea consangvinitatis attingant. Ecce qvod dispositio illius capituli non fundetur, in matris assertione sola, sed qvod præter matris assertionem erat ibi non modica consangvinitatis præsumtio, ex qva præsumtione, matrisqve assertione, semiplena tandem fit probatio. Igitur matris assertio per se, & sola, semiplena probatio dicenda non est. 4

Atqve huc usqve de judicialibus, personarum, tàm principalium, qvàm minus principalium, actibus. Restat, ut ad actus extra judiciales inter vivos, pergamus.

PRI-

PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS, MEMBRUM TERTIUM.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

1. Fœmina non est homo secundum aliqvos, qvorum opinio reprobatur.
2. Intellectus ad l. si qvis aliqvid. §. qvi abortionis ff. pœn.
3. Appellatione hominis, & masculus & fœmina comprehenditur.
4. Homo constat, corpore & anima rationali.

1 Circa tertium membrum, primæ partis principalis, in qvo, de actibus inter vivos est videndum, concludo primò, Fœminæ deteriorem esse conditionem, qvod qvidam asserere ausi sunt, mulierem hominem non esse, cujus opinionis esse videntur

*Johan. Fab. §. masculis. n.3. Inst. nupt. Alb. de Gand. tract. malefic. Rubr. de qvæst. & torm. num.*11. *Gvido de Suzar. tr. indic. & tort. n.22. Jas. l. ex facto, n.49. ff. vulg. & Cujac. obs. lib.6. c.*21.

Pro cujus opinionis fundamento adduci posset, licet ipsi non allegant,

l. si qvis aliqvid. §. qvi abortionis, ibi si ex eo mulier, aut homo. ff. pœn.

2 Qvam tamen opinionem ut defendant, ipsimet viderint. Ad textum verò §. qvi abortionis, &c. qvod attinet, facilis est responsio. Hominis enim appellatione, & masculus, & fœmina venit.

l. hominis. ff. verb. signif. Alex. lib. 2. *n.*16. *ff. vulg.*

3 Qvid igitur mirandum? si mulieris jn isthac lege speciali mentione facta, hominis dictio subjiciatur, qvod casu non nisi masculum complectitur, ob specialem derogationem, per mulieris verbum factam. An non pari ratione fieri potuisset? Ut viri in specie facta mentione, adderetur hominis vocabulum, (puta si J. C. in illa ipsa lege dixisset: Si vir qvi amatorium poculum exhauserat, aut homo perierit) qvo casu homo de muliere tantum foret, intelligendus. Nemo tamen tantoperè esse excæcatus, qvi, qvod vir homo sit, negare præsumeret. Mulierem igitur hominem esse audacter affirmamus. Constat namqve corpore & anima rationali, qvæ duo hominem conficere, indubitatum est per trad.

Bl. l. qvod dicitur. n. 2. *ibi Alex. n.* 2. *ff. lib. & posth. Gomez. var. resol. lib.3. cap.3. n.*1. *in fine. Rol. à Valle cons.*14. *num.25. vol.3. text. est c. in qvadam. §. sed adversus, extra celebr. miss.*

Vel aliter, verbum Homo in d. §. qvi abortionis intelligi potest, ut scilicet de fœtu, qvi in utero est loqvatur. Qvo casu, nil nos remorabitur, qvandoqvidem fœtus, tàm mas, qvàm fœmina esse potest. Conseqventerqve ille textus nostras potius partes adjuvabit, dum nimirum ex hoc intellectu hominem dici, & masculum, & fœminam, enucleatur. 4

ARTICULUS II.

SUMMARIUM.

1. Fœmina non est ad imaginem DEI condita.
2. Fœmina, qvoad rationem & intellectum æqvè ac masculus fert DEI imaginem.
3. Adam solus, verè gloriari potuit, se ad imaginem DEI conditum, posteri verò ejus ad imaginem Adami sunt procreati.

1 Secundò concludo: Fœminas deterioris esse conditionis, qvòd masculus ad imaginem Dei, fœmina verò ad viri imaginem condita dicatur.

c. hæc imago. c. mulier. 33. qv.5. Vant. tr. nullit. Rubr. de nullit. sent. ex def. jurisdict. deleg. n.71. Mozzius tr. contract. Rubr. de nupt. n.2.

Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiam secundum jus divinum, uti habetur 1. *ad Corinth.*11.

Intelligitur autem non procedere, qvò ad rationem & intellectum. Ratione siqvidem pariter & intellectu, fœmella non minus, qvàm masculus à Deo est decorata, ad Deiq; imaginem creata. *gl. d. c. hæc imago 33. q.5. text. est. c.17. n.5. Ecclesiastis.* 2

Ut

3 Ut tamen mea fert opinio, nemini, nisi soli protoplasti, hæc verè adaptari potuit gloriatio. Is qvippè ad Dei imaginem creatus est, omnes verò Adamigenæ, non ad similitudinem Dei, sed similes sibi scilicet Adamo, ex cujus ossibus etiam Heva provenit, in hanc lucem sunt procreati, uti de Seth legimus. *Geneseῶs capite 5.*

ARTICULUS III.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non potest docere in Ecclesia.*
2. *Docere virile est officium.*
3. *Fœmina facilè potest, fidei tramites transilire, ideoq; si doceret, multos in præcipitium æternæ salutis, secum raperet.*
4. *Fœmina etiam de jure divino docere in publico non potest.*
5. *Fœmina etiamsi sanctimonia vitæ sit conspicua, à docendi tamen munere sese temperet.*
6. *Fœmina, sacramenta administrare non debet.*
7. *Abbatissa, concionem in publica congregationi habere non debet, intra claustra verò sui monasterii sic.*
8. *Fœmina potest concionatrix esse, superiore indulgente.*
9. *Contrarium.*
10. *Fœmina tempore necessitatis, & docere, & sacramenta distribuere potest.*
11. *Necessitas facit licitum, qvod aliàs est illicitum.*
12. *Necessitas aliàs improbatum, probabile efficit.*
13. *Necessitas non habet legem.*

1 Tertiò concludo: Fœminas deterioris esse conditionis, qvod concionandi provinciam de jure nostro obire, neqveant. *c. mulier distinct. 23. c. mulierem 33. q. 5. c. mulier de consecrat. dist. 4. Dec. l. fœminæ. n. 41. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l. 10. n. 32. & l. 12. n. 5. & 10.*

2 Ratio est: tùm qvia docere virile est officium, fœminis non congruens.
d. l. fœminæ. ff. reg. jur. jun. c. qvod Dei timorem. ibi Panorm. n. 3. ext. stat. monach.

3 Tùm qvia imbecillitas mentis, in causa est, qvod facilè posset, à fidei norma deficere, multòsq; secum in præceps, salutisq; æternæ naufragium abducere.
Panorm. d. decernimus. n. 14. ext. judic.

4 Hæc conclusio ampliatur I. Ut idem qvoqve sit de jure divino. Nam & Apostolus mulierem tacere in Ecclesia jubet. 1. *ad Corinth. cap. 14. n. 34. & 35. ad Timoth. cap. 2. n. 12.*

5 II. Hæc conclusio ampliatur: Ut etiamsi mulier sanctitate, integritateqve vitæ fuerit conspicua, nihilo magis ad docendum, sit idonea.
c. mulier 23. distinct. & c. mulier de consecrat. distinct. 4.

6 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut qvemadmodum docere fœmina neqvit: ita qvoqve à sacramentorum administatione sit arcenda.
d. c. mulier d. consecrat. dist. 4.

7 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut nec abbatissa qvidem in conventu publico possit concionari, sed duntaxat intra claustra monasterii apud suas moniales.
Card. Clem. 1. in pr. de relig. dom. Ant. Franc. in addit. ad Panorm. c. inter cætera extra off. ordin. Ripa c. decernimus. n. 62. extra judic. arg. l. illud. ff. ad l. Aqvil.

Hæc conclusio limitatur I. Ut non 8
procedat, si mulieri superioris autoritate, docendi officium tribuatur.
glass. c. adjicimus 16. qv. 1. Dec. d. l. fœminæ. n. 41. ff. reg. jur. Barb. in add. ad Panorm. c. inter cætera ext. off. ordin.

Licet contrarium reprobata glossa, & 9
rectè teneat
Panorm. c. decernimus. n. 14. ibi Ripa n. 62. Ubi hanc posteriorem communem esse attestatur extra judic.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut 10
non procedat, necessitate hoc ipsum svadente. Tunc enim fœmina, & docere, & sacramenta distribuere potest.
c. super qvibus 30. qv. 3. d. c. mulier de consecrat. dist. 4. Fel. c. pastoralis. n. 13. extra off. ordin.

Tùm qvia necessitas facit licitum, qvod 11
alias est illicitum & prohibitum.
text. c. qvod non est licitum. extra reg. jur. Jas. l. 1. n. 74. ff. off. ejus cui mand. est jurisdict. Lup. c. per vestras. §. 27 n. 9. ext. donat. int. vir. & uxor. Affl. c. 1. §. licet Vasallus n. 7. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agn. Rol. à Valle cons. 52. n. 25. vol. 2.

Tùm qvia necessitas, qvod aliàs impro- 12
batum est, probabile efficit.
Bl. l. ad officium. num. 3. C. com. divid. Rol. à Valle cons. 1. n. 69. & 70. vol. 2. cons. 30. n. 22. & cons. 80. n. 2. vol. 3. arg. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rhod. de jactu.

13 Tùm qvia neceſſitas exlex eſt, nec legum præceptis ſubjacet.

Br. l. 1. n. 5. per ill. text. C. op. libert. Jaſ. l. 1. n. 75. ff. off. ejus cui mand. eſt juriſd. Jaſ. l. ſi ex toto. n. 18. ff. leg. 1. Jaſ. l. Marcellus. §. res qvæ. n. 5. ff. ad Trebell. Bert. tract. gabell. 2. p. 8. p. p. num. 8. Petr. Gerb. ſing. 100. Cagn. l. qvæ propter neceſſitatem. num. 1. ff. reg. jur. Card. Pariſ. conſ. 32. n. 12. vol. 2. Rol. à Valle conſ. 52. n. 24. conſil. 43 n. 29. vol. 2. text. c. 2. ad finem extra obſervat. jejun. arg. c. 2. extra deſponſ. impub.

ARTICULUS IV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina ad altare, miniſtrare non poteſt.*
2. *Fœmina vaſa ſacra tangere non debet,*
3. *Monialis, altari inſervientibus, non miniſtrat.*

1 QVartò concludo: Fœminarum in eo deteriorem eſſe conditionem, qvod ad altare accedere, presbyteroq; dum miſſam peragit miniſtrare prohibentur.

c. 1. in f. ibi Abb. n. 1. extr. cohab. cler. & mulier.

2 Hæc concluſio ampliatur I. Ut & vaſa ſacrata tangere, & incenſa circa altaria circumferre ei nefas ſit. *c. ſanctimonialis & c. ſacratas. 23. diſtinct. Specul. tit. de procurat. §. 1. n. 2. verſ. 30.*

II. Hæc concluſio ampliatur: Ut idem ſit, ſive fuerint ſanctimoniales, ſive fuerint laicæ. 3

d. c. ſanctimonialis. 23. diſtinct.

ARTICULUS V.

SUMMARIUM.

1. *Uxor, marito invito, nil poteſt vovere.*
2. *Uxor voti cauſa, comam ſibi abſcindens eſt excommunicata, ſi marito nolente fiat.*
3. *Uxor non poteſt vovere jejunium, vel qvid aliud, qvo ſtomachus marito moveretur.*
4. *Fœmina nondum cognita, nullo intercedente qvaſi mariti conſenſu, rectè vovet.*
5. *Uxor qvæ mariti conſenſum non adhibuerat, ſi diu intra monaſterii clauſtra, poſt profeſſionem, habitusq; ſusceptionem, commorata fuerit, in monaſterio remanet.*
6. *Contrarium.*

1 QVintò concludo: Fœminarum in eo deteriorem eſſe conditionem, qvod marito invito, vovere neqveant.

c. manifeſtum. 33. qv. 5. Pract. Pap. in for. lib. qvo ux. ag. ad dot. verb. uxor. qvondam Thadæi. n. 1.

2 Hæc concluſio ampliatur I. Ut ſi ad actus exteriores uxor proceſſerit, puta comam ſibi incidendo, ſit ipſo jure excommunicata.

Roman. ſing. 594. Tiraq. ll. connub. l. 1. n. 21. Matth. de Affl. cap. 1. rurſus. n. 7. qvæ fuit prima cauſ. Chaſſan. in conſvetud. Burg. Rubr. 8. §. 1. gloſſ. 2. num. 14. text. c. qvæcunq; 30. diſtinct.

3 II. Hæc concluſio ampliatur: Ut uxor etiam non poſſit vovere jejunium, prandente marito, nec qvid aliud religionis ergò facere, qvò maritus offenderetur.

gl. d. c. manifeſtum. 33. qv. 5. Boër. in conſvet. Bitt. ſtat. perſon. §. 4. gl. 5. in fine.

Hæc concluſio limitatur I. Ut non procedat in uxore nondum cognita. Hæc enim religionem qvoqve, marito etiam invito, intrare poteſt. 4

c. ex publico. extra converſ. conjugat. Cagn. l. nuptias. n. 3. reg. jur.

II. Hæc concluſio limitatur: Nam etſi votò religionis marito non conſentiente & approbante, mulier ſeſe non obliget: attamen ſi mulier, religionem ingreſſa, poſt profeſſionem, habitusq; ſuſceptionem, diu intra clauſtra monaſterii, fuerit converſata, conſenſu hoc mariti prævio factitaſſe, præſumitur, & conſeqventer, valebit, qvod emiſerat votum. 5

Fel. c. ſicut. num. 29. extra ſentent. & re jud. Vaſ. ill. controv. c. 61. n. 26. arg. l. ſi filiusfam. C. petit. hæred.

Qvorum opinioni accedendum non videtur, ob textum in contrarium expreſſum. 6

c. qvod DEO. 33. qv. 5.

ARTI-

ARTICULUS VI.

SUMMARIUM.

1. *Uxor invito marito, eleæmosinas, pauperibus distribuere non potest.*
2. *Uxor non dat eleæmosinam, nec de dotalibus, nec de paraphernalibus bonis.*
3. *Uxor jure largitur eleæmosinam, si verisimili ratione persvasa, maritum illas ipsas daturum credidisset.*
4. *Scire dicimur, qvod vehementer opinamur.*
5. *Uxor, existimans maritum eleæmosinas daturum, majores, qvàm ipse facere solitus erat, erogare non debet.*
6. *Uxor invito marito, donat eleæmosinas, de rebus paraphernalibus.*

1 SExtò concludo: Fœminam deterioris esse conditionis, qvod eleæmosinas, invito marito, distribuere in pauperes neqveat.

gl. c. qvod Deo. 33. qvæst. 5. Br. l. 1. n. 5. ff. rer. amot. Paulus de Castr. l. si constante. §. si uxor. n. 4. ff. Sol. mat. Panor. c. si qvis. n. 4. ibi Belleuz. in addit. extra furt. Panorm. in disputat. incip. Sempronius clericus. n. 10. Boër. in consvet. Bitur. tit. stat. pers. §. 4. gl. 5. in fin. Lup. rubr. §. 48. n. 3. extra donat. int. vir. & ux. Tiraq. ll. connub. gl. 5. n. 218. Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. §. 5. gl. 12. n. 34. arg. l. si sponsus. §. concessa. ff. donat. int. vir. & uxor.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum respectu bonorum, qvæ mariti sunt propria: Verumetiam respectu bonorum dotalium & paraphernalium. Nam nec de illis qvidem, consensu mariti non interveniente, eleæmosinam erogare potest: Ut tradunt

gl. & Dd. communiter, modo allegati. argum. l. doce ancillam. C. rei vend. & l. hac lege. C. pact. convent.

3 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, si uxor verisimilibus rationibus mota, expresso mariti consensu non adhibito, opinaretur, eum permissurum, eleæmosinam pauperibus largiri. Tunc enim licitè lagitur mulier.

Lup. rub. §. 48. n. 3. ext. donat. int. vir. & ux.

Cum scire id dicamur, qvod vehementer opinamur. 4

gloss. l. 2. §. pen. verb. sciat. ff. aq. pluv. arc. gl. l. si duo. §. penult. verb. non videor. ff. uti possid. gl. l. Pantonius. §. rei perduellionis. verb. potest qværere. ff. acqvir. hæred. Jas. l. certum. num. 5. ff. si cer. petr. Pet. Gerh. sing. 80. Vasq. ill. cont. c. 60. n. 14. argum. l. cum qvidam. §. qvod dicitur. el. 1. & 2. ff. acqvir. hæred.

Qvæ tamen limitatio hanc rursus recipit restrictionem: Ut mulier eo casu, non plus eroget, qvàm vel maritus facere solitus erat, vel eo casu erogaturus, verisimiliter fuisset. 5

Br. d. l. 1. n. 5. ff. rer. amot. arg. l. si servus plurium. §. fin. ff. leg. 1.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si eleæmosinas egenis daret, nec de rebus dotalibus, nec paraphernalibus, sed de iis bonis, qvæ extra dotem & apapherna mulieris proprium patrimonium esse dicuntur. *Lup. d. rubr. §. 48. n. 3. arg. l. maritus. C. procur.* 6

ARTICULUS VII.

SUMMARIUM.

1. *Zelus cum zelo non confertur, nec meritum cum merito, sed numerus tantum cum numero, in electionibus monialium.*
2. *Zeli ad zelum collatio, in electionibus monialium si fieret, omnia, qvæ de alterius vitiis cognita haberent, temerè moniales evomerent.*

1 SEptimò concludo: Fœminæ deteriorem esse conditionem, qvod in electionibus monialium non fiat zeli ad zelum, nec meriti ad meritum (ut in masculorum electionibus juris est,) sed numeri duntaxat ad numerum collatio, qvodqve moniales scrutinio publicato, ad illam elegendi formam, qvæ ex numero constat, divertere neqveant. *c. indemnitatibus. §. ut autem de elect. lib. 6. Tiraq. ll. connub. l. 9. n. 132. & l. 12. n. 14.*

Cujus rei rationem, juris interpretes autumant. Tum muliebrem inconstantiam.

gloss. dict. c. indemnitatibus. §. sanè. verb. divertant.

Tùm garrulitatem, qva si meriti ad meritum fieret collatio, qvæcunqve imis sub pectoribus essent abscondita propalarent, atqve temerè effutirent. 2

Joh. Andr. & Dom. à S. Gemin. d. §. ut autem.

ARTICULUS VIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina ad dignitates non potest aspirare.*
2. *Fœmina non potest, etiam sine administratione habere dignitatem.*
3. *Fœmina ex concessione principis fruitur dignitate.*
4. *Filia, patris clarissimi, est clarissima.*
5. *Uxor dignitatem mariti participat.*
6. *Uxor mariti radiis illustratur.*
7. *Idem honor qvi debetur marito, debetur qvoqve uxori.*
8. *Vidua retinet dignitatem mariti defuncti.*
9. *Vidua regis, dicitur regina.*
10. *Privilegium dignitatis, etiam dignitate finita remanet.*
11. *Vidua ingrediens religionem, dignitatem ratione, mariti defuncti consecutam perdit.*
12. *Dignitas, qva uxor ex mariti radiis illustratur, natalium dignitate præstantior.*
Experientia rerum est magistra.
13. *Præstantius, qvandoq; id est, qvod citius est interitui obnoxium.*
Ratio naturalis, pro lege allegari potest ibidem.
14. *Dignitas, qvæ ex patre in filiam, ex marito in uxorem derivatur, nominetenus est dignitas.*
15. *Maritus si consecutus est, à collectis immunitatem, isthæc immunitas ad res uxoris non porrigitur.*
16. *Privilegium membris Academiæ Francofordianæ, ex clementia illustrissimi Principis Electoris Brandeburgici, &c. concessum, ut à collectis extraordinariis, qvas vulgo* den Vorschoß *nuncupamus, sint immunes, extenditur ad bona eorum, qvæ, membris, & incorporatis Academiæ sunt nuptæ.*

1 OCtavò concludo: Deteriorem etiam in eo esse conditionem fœminarum, qvod ad dignitates aspirare non possunt.
dict. l. fœminæ. ibi gl. Br. Dec. Cagn. & Dd. ff. reg. jur.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut nec dignitate sine administratione frui possit fœmina.
arg. l. 2. ff. reg. jur. jun. l. 1. §. & generaliter. ff. leg. præstand.

3 Qvod tamen verum non est, si Princeps illi idipsum rescripto suo, indulgeat, atqve ita intelligendus.
Bl. juraqve per eum allegata in l. un. num. 6. C. mulier. lib. 10.

4 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, in personarum clarissimarum filiabus: Patres enim clarissimi dignitatis suæ, filias participes faciunt.
l. fœminæ. ibi gl. Br. Bl. ff. Senat.

5 II. Hæc conclusio limitatur: Ut locum non babeat in fœmina, qvæ maritum clarissimum, spectabilem, vel illustrem sortita est, hæc enim mariti dignitatem participat.
l. ult. C. nupt. l. mulieres. ibi Brun. & Luc. de Penna C. incol. lib. 10. l. mulieres. ibi Br. & Luc. de Penna C. dignit. lib. 12. Br. l. ult. n. 2. ibi Paul. de Cast. n. 3. Jas. n. 15. C. verb. signif. Abb. c. super eo. el. 2. n. 3. ibi Fel. n. 1. extra testib. Coras. lib. 2. Miscell. jur. c. ult. n. 9. Chassan. in consvet. Burg. Rub. 9. §. 7. n. 1. arg. c. de uxore extra sepult.

Etenim uxorem mariti radiis coruscare, manifesti juris est. 6
§. hac ita auth. consul. Br. d. l. fœminæ. ff. Senator.

Eademqve reverentia, qvæ marito, & ei debetur. 7
Bl. l. 1. in pr. n. 1. per ill. text. C. in jus voc.

Qvod usqve adeò verum est, ut etiam marito mortuo, dignitatem mariti assecutam, vidua permanens retineat. 8
d. l. fœminæ. ff. Senat. Hip. de Mars. consil. 13. num. 3.

Etiamsi fuisset rex, post enim obitum regis, vidua ejus regina dicitur, & regales dignitates obtinet. 9
Panorm. c. ex parte. num. 2. per ill. text. extra for. comp.

Privilegium enim dignitatis, etiamsi dignitas finita sit, inconcussum remanet. 10
Bl. c. sedes apostolica. n. 4. extra rescr. Hipp. de Mars. sing. 107. arg. l. fin. ff. decur.

Fallit autem si fœmina vidua, monasterium ingrediatur, per hunc enim ingressum, dignitatem, qvam ex matrimonio contracto sibi conciliaverat, corrumpit & disperdit. 11
c. scripsit jun. ibi gl. 27. qv. 2.

Etsi autem Baldus velit: præstare eam, qvæ à parentibus in filias derivatur dignitatem præ ea, qva ex mariti consortio fruuntur.
Bl. l. fœminæ. argum. ill. text. n. 2. & in add. n. 1. ff. Senat.

Attamen Baldi sententia, præsertim moribus nostræ ætatis, vix videtur congruere. 12
Præ-

Præstat enim hodie digniori marito nuptam esse. Nec verò ad priscas majorum imagines respectus habetur, ut qvotidiè experientia, qvæ rerum est magistra, edocemur. *c. qvam sit de elect. lib. 6. Affl. decis.* 13. *n.* 18. *Cotta in memor. verb. consvetudo, el.* 2. *ad finem, & in verb. ignorantes, & verb. libri consulum Bursatus cons.* 200. *n.* 78. *vol.* 2.

13 Nec verò ut Baldus argumentatur, conseqvitur: durabilior est isthæc dignitas, ergò efficacior & excellentior: qvia sæpissimè id præstantius esse comperimus, qvod resolutioni citius est obnoxium. Qvò nos vel ratio naturalis ducit, qvàm pro lege meritò allegamus.

Bl. l. scire oportet. §. sufficit. n. 4. *per ill. text. ff. excus. tut. Jas. l. dedi. §. libertus. n.* 4. *ff. condict. caus. dat. caus. non sec. Jas. l. qvamvis. n.* 7. *ibi Purp. in addit. ff. de in jus voc.*

14 Verum has dignitates, qvarum in hac prima & secunda limitatione facta est mentio, nudam generis, & sangvinis, seu nominis nobilitatem esse, ut puta: qvod comitis filia, vel nupta comiti, comitissa (ut ajunt) vocetur rectè autumant.

Br. lib. 1. *n.* 43. *C. dignit. lib.* 12. *Dec. d. l. fœminæ. n.* 6. *ff. reg. jur.*

15 Porrò qvæ in posteriori limitatione dicta sunt, uxorem mariti radiis rutilare, ejusqve dignitate inniti, rursus notabiliter restringuntur, ut qvo ad personas uxorum, non verò qvoad res, seu patrimonium earundem, verum sit. Maritus qvippè si immunitatem à collectis consecutus fuerit, idipsum postea ducta uxore, ad uxoris res, porrigere non poterit, uti hoc in specie decidit.

Luc. de Penna l. mulieres. in pr. C. dign. lib. 12. *arg. l. Spadonem §. liberti. ff. excus. tut.*

Qvam qvidem decisionem veram esse, in terminis, in qvibus loqvitur arbitror, utpotè cum privilegium immunitatis à collectis singulari personæ tributum est. Illud qvippè, cum per ob, & surreptionem sæpius impetretur, odiosum planè est: Secus verò erit in privilegio certo hominum corpori, vel Universitati indulto, in hoc enim, ut puta ob benemerita concesso, favor odium præponderat. Igitur maritis concessum, in rebus uxoris patrimonialibus locum habebit.

argum. c. odia de reg. jur. lib. 6. *l. medicos. C. profess. & med. lib.* 10.

Unde privilegium, membris, & incorporatis Academiæ nostræ, à novis collectis, vernacula lingva das Vorschoß/ nuncupatis, clementissimè tributum, etiam in rebus dotalibus, paraphernalibus, vel alio qvocunqve titulo, fœminis, incorporatis Academiæ nostræ nuptis, obvenientibus, optimo jure locum habet, recteqve ita observatur 16

ex prædicto fundamento.

ARTICULUS IX.

SUMMARIUM.

1. *Maritus ex nobilitate uxoris non nobilitatur, imò è diverso uxor, ignobili nupta, ignobilis efficitur.*
2. *Caput potius reliqvis corporis membris instillat, qvàm econtra.*
   Maritus caput uxoris ibidem.
3. *Fœminæ melius est nubere, qvàm indigno nubere.*
4. *Vidua mariti ignobilis, manet ignobilis, etiamsi ex nobili familia oriunda.*
5. *Vidua priorem thorum retinet.*
6. *Vidua mariti defuncti imago.*
7. *Regina & similes cui nubunt, illi, nobilitatem suam communicant.*

1 NOnò concludo: Fœminæ in eo deteriorem esse conditionem, qvod ipsa qvidem radiis dignitatis mariti coruscat, vir autem è diverso radiis uxoris, non splendescat, imò ignobilitate viri, uxor potius contaminetur, & ignobilis efficiatur.

Br. l. ult. n. 3. *ibi Castr. n.* 3. *Jas. num.* 17. *C. verb. signif. Bl. lib.* 1. *num.* 2. *C. in jus voc. Jas. l. divortio. n.* 11. *ff. Sol. mat. Fel. c. super eo. el.* 2. *n.* 1. *extra testibus. Bl. Novell. tr. dote. p.* 10. *privil.* 20. *num.* 9. *Lup. rubr.* §. 31. *num.* 6. *extra donat. int. vir. & uxor. Chassan. in consvet. Burg. rubr.* 9. §. 7. *n.* 5. *Tir. ll. connub. gloss.* 2. *n.* 53. *arg. l. ingenuæ. C. murileg. lib.* 11.

Ex capite namqve magis, reliqvo corpori instillari, qvàm è diverso, & naturæ & rationi convenit. Vir autem uxoris caput est, uxor mariti corpus. 2

c. manifestum & c. cum caput. 33. *qv.* 5.

Undè infero, mulieri melius esse, non nubere, qvàm sibi indigno nubere.

Bl. l. cum ita. n. 2. *ff. cond. & demonst. Castr. l. sed si hoc. §. cum vir. n.* 5. *arg. ill. text. ff. eod. tit.*

4 Hæc conclusio ampliatur: Ut qvemadmodum superius diximus, nobilitatem mariti præmortui, manere viduam: ita etiam hoc casu, nobilitas fœminæ, ex consortio mariti ignobilis infecta, post mortem ejus obscurata remaneat.

Guido Papæ decis. 349. Tiraqv. tract. nobilit. cap. 18. num. 38.

5 Eô qvod vidua dum est, priorem thorum servare videatur.

gloss. l. un. §. exactio. C. rei uxor. act. Br. l. fin. argum. ill. text. ibi Bl. n. 1. Cast. n. 1. C. bon. mat. Luc. de Penna l. mulieres in fin. C. dignit. lib. 12. Alex. l. cum qvædam. n. 9. ibi Jas. n. 2. ff. jurisdict. omn. jud. Alex. l. divortio. n. 19 ff. Sol. matrim. Jas. dict. l. fin. n. 16. C. verb. signific. Lup. Rubr. §. 11. n. 5. extra donat. int. vir. & uxor. Alcyat. tract. præsumt. reg. 2. præsumt. 9. n. 3. Constant. Roger. tr. de dote. §. 15. n. 5. Hipp. de Mars. cons. 13. n. 2. Rol. à Valle consil. 14. num. 46. & cons. 15. num. 7. vol. 3. Ceph. cons. 423. n. 68. vol. 3.

Qvod usqve adeo verum est, ut uxor viri defuncti sit imago, in qva vir mortuus vivere dicitur. 6

Bl. l. pignoris. n. 2. C. pign. act. Rol. à Valle cons. 15. n. 13. vol. 3. Ceph. consil. 416. n. 40. volum. 3.

Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, in nuptis Reginæ, Ducissæ, vel Comitissæ, hi enim ex lateris, modo enumeratarum personarum, comitatu, illustrantur. 7

Mart. Laudens tract. princip. conclus. 176. Bl. c. significavit. n. 3. extra rescr. Tir. tract. nobil. c. 18. n. 39. & 40. arg. l. un. C. præp. labor. lib. 12.

ARTICULUS X.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ, munerum officiorumq; publicorum sunt incapaces.*
2. *Fœminæ lanificio aptæ.*
3. *Fœmina non potest nummulariam, vel argentariam exercere.*
4. *Fœmina potest argentarii officio fungi, si id reliqvi argentarii patiuntur, vel ipsa argentario succedit ejusq; rationes continuat.*
5. *Fœmina potest argentariam exercere, per interpositam, qvæ masculus est, personam.*
6. *Fœmina nõ potest exactrix tributorum constitui.*
7. *Fœmina non potest esse tabellio, vel nuncius.*
8. *Fœmina potest superesse officiis, qvæ sui sexus pudicitia patitur.*
9. *Fœmina subit onera patrimonialia, in loco sui patrimonii.*

1 Decimò concludo: Fœminarum in eo deteriorem esse conditionem, qvod munerum, officiorumq; publicorum sunt incapaces.

d. l. 2. ibi gl. Dec. & Dd. ff. reg. jur. l. 3. §. inter corporalia. ff. muner. & honor. Specul. tit. de procurat. §. 1. n. 2. vers. 22. Neviz. Syl. nup. lib. 1. n. 9. Luc. de Penna l. privilegio in fine. C. in col. lib. 10. Cephalus consil. 526. n. 39. vol. 4.

2 Nec enim hisce officiis publicis, sed lanificio sunt aptæ.

Coras. lib. 2. Miscellan. c. ult. n. 7.

Et ut dicit Ovidius lib. 12. Metamorph. de Cæneo.

- - - - - - - - - - - - *Columq;*
I, cape cum calathis, & stamina pollice torqve.

Qvod ex nostris refert

Tiraq. ll. connub. l. 1. num. 62.

3 Hæc conclusio ampliatur I. Ut fœmina nec possit nummularii vel argentarii officium exercere. Qvippe virilis hæc opera est. *l. penult. ibi Br. ff. edend.*

Qvæ ampliatio rursus tamen restringitur: Ut non procedat, qvoties fœminam, argentarii cæteri, argentariam exercere, conficiendo, edendoqve rationes paterentur, vel qvando fœmina nummulario succederet, rationesq; ab eo conscriptas, continuaret atqve ederet. 4

l. 1. ibi gl. Br. n. 4. Bl. n. 4. Castr. n. 3. C. edendo. Dec. d. l. fœminæ. n. 23. ff. reg. jur.

Restringitur secundò: Nam etsi fœmina, ab argentarii officio sit remota, intelligendum hoc est, si id per se administrare velit: Secus verò est, si per interpositam personam, servi puta, idipsum exercuerit. 5

Alex. de Im. d. l. 1. n. 8. ibi Jas. n. 6. & Purpur. in add. ad Jas. C. edendo. argum. l. prætor. §. sed etsi servus. ff. eodem tit.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut fœmina non possit exactrix tributorum seu collectarum constitui. 6

Luc. de Penna l. un. in pr. C. mulier & in qvo loc. lib. 10. Dec. d. l. 2. n. 23. argum. ill. text. ff. reg. jur. Baptista de Hieron. in suo cons. 2.

qvod

*qvod positum est. in tr. Mozzii de contractibus. tit. de societate. n.*30.

7 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut mulier non possit esse tabellio sive nuncius.
Chassan. in consvet. Burg. Rubr. 1. §.6. *n.*40. *arg. d. l.*2. *ff. reg. jur.*

8 Limitatur autem: Ut non procedat, in hisce muneribus atq; officiis, qvæ sexus pudicitiæ non sunt nociva. Hæc enim foeminis mandari possunt.
arg. l. 1. *& toto. tit. ff. vent. inspic.*

Unde rectè id officii subit foemina, ut num gravida sit, nec ne aliqva foemina dijudicet, item ut maleficia, reliqvarum foemellarum denunciet, ut hoc in specie decidunt.
*Br. d. l. un. num.*19. *ibi Ang. num.*10. *Luc. de Penna verbo capax & Dd.* C. *mulier & in qvo loc. lib.*10. *Dec. d. l. fœminæ. num.* 24. *ff. reg. jur.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, qvoad munera patrimonialia, ad ista enim mulier in loco patrimonii sui tenetur. 9
*Br. d. l. unica. n.*3. *per ill. text. ibi Bl. num.*2. C. *mulier. lib.*10.

ARTICULUS XI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ non sunt vocandæ in legislatione.*
2. *Etiam Augusta non vocatur, dum lex conditur.*
3. *Fœmina in legis promulgatione non adhibetur sive fuerit lex, seu constitutio generalis, sive municipalis tantum.*
4. *Fœmina, excellenti scientia nobilitata, potest adhiberi, intra privatos parietes in consilium dum de lege aliqva statuenda, est tractatus.*
5. *Fœmina adhibetur, ad legalem decisionem componendam, si res qvas decisio tangit, ad fœminas spectant.*
6. *Augusta vel regina, si à suo imperatore vel rege, vicem tenentes sunt relictæ, ipsæ legem condere possunt, tantoq; magis, absq; eis lex ferri non potest.*

1 UNdecimò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod von vocantur, dum de lege ferenda agitur.
Br. l. 1. *n.*1. *& 6. per ill. text. ibi Castr. num.*4. *Jas. n.*13. *ff. legibus. Paris. de Put. tr. Synd.* §. *dicitur autem. n.*6. *Dec. l. fœminæ. n.*36. *ff. reg. jur. Cotta in memor. verb. masculinum. Alex. ab Alex. genil. dier. lib.* 4. *c.* 3. *carta penult. Tir. ll. connub. l.* 1. *n.* 83. *Asc. Clem. tr. pat. pot. cap.*4. *n.*18.

Licet contrarium teneat Jas. sibi contrarius, cujus doctrina recepta non est, in *l. admonendi. n.*104. *lect.*2. *ff. jurejur.*

2 Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat etiam in Augusta. Nam nec Augusta qvidem, dum lex conditur, vocatur.
*gloss. l. Princeps. ff. legibus. Jas. d. l.*1. *n.*14. *ff. eod. Dec. d. l.*2. *n.*36. *ff. reg. jur. Asc. Clem. d. c.*4. *n.*18. *arg. l. si Augustæ. ff. leg.*2.

3 II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum, ubi lex, seu constitutio generalis est sancienda; verumetiam tunc, cum statutum, certi cujusdam municipii, vel villæ est formandum.
*Luc. de Penna. l. nominationum. vers.*4. *qværitur.* C. *decur. lib.*10.

4 Hæc conclusiò limitatur I. Nam etsi mulieris in ferenda lege, non attendatur suffragium, non tamen abs re est, ut intra privatos parietes, si persona sit, insigni scientia decorata, in consilium abhibeatur. *Jas. d. l.* 1. *n.*13. *ff. legibus. Dec. d. l. fœminæ. num.* 36. *ff. reg. jur. Neviz. Syl. nupt. lib.*4. *num.*28. *Tir. ll. connub. l.*11. *n.*2. *Old. cons.* 95. *n.* 11. *argum.* §. *hæc autem omnia auth. ut jud. sin qvoq; suffr.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si super disceptatione mulieres tangente, puta de obstetricibus, vel ejus generis aliis, legalis reqvireretur decisio. Tunc enim vota mulierum minimè rejiciuntur. 5
*Jas. d. l. n.*14. *ff. legibus. Asc. Clem. tract. pat. pot. c.*4. *n.*18. *arg. l.* 1. §. 1. *ff. var. & extraord. cognit.*

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si Augusta, Regina, vel alia Princeps, à marito Augusto, Rege, vel Principe constituta sit vicaria, seu vicem tenens. Tunc enim tantùm abest, ut in lege condenda non audiatur, ut etiam ipsamet, legis condendæ potestatem habeat. Qvandoqvidem ea tunc fruitur, qvam conjunx habet, jurisdictione. 6
Paris. de Put. tr. Synd. §. *dicitur autem. n.* 8. *argum. l.* 1. §. *qvi mandatum. ff. off. ejus cui mand. est jurisd. & l. ossa.* §. *in hac. ff. rel. & sumt. funer.*

ARTICULUS XII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ consvetudinem non inducunt.*
2. *Fœminæ inducunt actibus suis consvetudinem, in rebus, & causis ipsas tangentibus.*
3. *Fœminæ inducunt consvetudinem, si actus eorum superior, ut consvetudinem confirmarit. Confirmatio superioris, omnem defectum formæ, personæ, & solennitatis supplet. ibid.*

1 DUodecimò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod ex actibus earum exordiri, consvetudo non possit.

Br. l.1. n.6. ibi Jas. n.14. ff. legib. Panor. c. fin. num.8. extra consvet. Rom. sing. 82. Ang. Aret. §. ex non scripto. n.33. Inst. jur. nat. gent. & civ. Dec. d. l. fœminæ. n.37. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l.1. n.83. Ascan. Clem. d. c.4. n.18. Abb. cons.53. n.1. vol.2. argum. l. de qvibus. ff. legibus.

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat in usu seu consvetudine, ipsas mulieres duntaxat, tangente.

Lanfr. Balb. decis.117. arg. l.1. §.1. ff. var. & extraord. cogn. jun. d. l. de qvibus ff. legib.

II. Limitatur: Ut non procedat, si actus à fœminis gestos, superior tanqvam consvetudinem confirmasset. Tunc enim consvetudo, omninò per fœminas induceretur. Qvandoqvidem confirmatio superioris, omnem defectum formæ, personæ, & solennitatis supplet. 3

Bl. l.1. num.2. per ill. text. ff. confirm. tut. Jas. l. more. n.40. ff. jurisd. omn. judic. Ceph. cons.304. n.210. vol.3. argum. l. jure nostro. §. fin. cum lege seq. ff. test. tut. l. adoptio. ff. adopt.

ARTICULUS XIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ liberos in potestate non habent.*
2. *Rationi non congruit, ut qvi in alterius potestate sunt, alios in potestate habeant.*
3. *Galli liberos in potestate non habent.*
4. *Reverentia, honor, & cultus, qvæ patri exhibentur, etiam matri præstanda sunt.*
5. *Statutum, qvo æqvalis matri ac patri in liberos potestas tribuitur, validum est.*
6. *Mater tutrix suorum liberorum, eos in potestate habere dicitur.*
7. *Verbum potestatis est æqvivocum, & secundum subjectam materiam intelligendum.*

1 DEcimotertiò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod in liberos in potestate non habeant.

§. fœminæ Instit. adopt. §. cæteri Instit. hæred. qvalit. & differ. l. nulla. ff. suis & legit. l.4. ff. curat. fur. l. illud. §. ad testamenta. ff. bon. poss. cont. tab. gl. c. ex parte el. 2. extra appellat. Azo in sum. C. pat. pot. Abb. c.2. n.2. extra convers. in fidel. Chassan. in consvet. Burg. Rubr.6. §.6. gl.2. n.1. Dec. l. fœminæ n.49. ff. reg. jur. Pinel. Rubr. p.2. num.22. C. bon. mat. Asc. Clem. tract. pat. pot. cap.3. n.15. & 18.

2 Cujus rationem licet alii, aliò trahant, mihi genuina hæc esse videtur ratio, qvod mulieres semper, vel sub potestate parentum, vel maritorum, vel fratrum, vel tutorum ponantur: Jam verò rationis non est alios habere, in potestate, qvæ suæ potestatis non est. *arg. §. minores. Inst. excus. tut. l. si qvis ex argentariis. §. prætor ait. ff. edend. §. damus autem. auth. sanctiss. episc.*

3 Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum apud illos, qvi jure communi vivunt: verumetiam apud eos, qvi vivunt secundum statuta, & consvetudines, singulorum regnorum, puta apud Gallos. Cum enim apud liberi, nec in sacris qvidem paternis sint.

secundum gl. §.1. Inst. pat. pot. qvam seqvuntur. Alex. in add. ad Br. l. placet. ff. acqvir. hæred. Bl. cap.1. n.4. an mar. succ. uxor. in benefic. Alex. l. fin. n.5. ibi Jas. n.4. C. qvi test. fac. possess. Jas. l. frater à fratre. lect.1. n.33. ff. condict. indeb. Jas. l. qvodcunqve in pr. n.1. ff. verb. obl. Ripa l. moribus. n.21. ff. vulg. Abb. d. c.2. n.6. extra convers. in fid. Boër. in consvet. Bittur. tit. stat. person. §.2. gl. unic. Cotta in memor. verb. Francigenæ, qvi Igneum Barbat. & Bertach. idem tenentes allegat.

Licet de veritate istius glossæ dubitarit.

Bl. c.1. §. si duo fratres. num.5. de duob. frat. de no. benef. invest.

Eamqve expressim, tanqvam falsam rejiciant. *Aldob. §.1. Inst. pat. pot. Pirrh. in consvet. Aurel. tit. de feud. cap.41. & in tit. qvibus mod. jus pat. pot. solu. Pinel. rubr. p.2. num.9. C. bon. mat. Asc. tract. pat. pot. cap.2. n.2.*

Multo

Multo minus matres, eos sub potestate habebunt.

arg. c. licet universis. ibi gl. verb. multominus extra testib. l. 1. C. *neg. gest. l. nec ex vera.* C. *acqvir. poss.*

4 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat qvoad reverentiam, & pietatem, parentibus exhibendam. Parentum enim, etsi inæqvalis potestas sit, æqvalis tamen pietas, par honor atq; cultus debebitur.

l. 4. *ff. cur. fur. dand. l. fin.* C. *in jus voc. l.* 4. *vers. parentes & l. parentes. ff. eodem tit. Pinel. rubr. p.* 2. *num.* 21. C. *bon. mat. Asc. Clem. tr. pat. pot. c.* 3. *n.* 18. *in fine.*

5 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, statuto vigente, qvo potestas isthæc ad matrem qvoqve porrigitur. Ejusmodi enim statutum validum est.

per trad. Alex. in add. ad Br. d. l. placet. ff. acqvir. hæred. jun. §. sed naturalia. Inst. jur. nat. gent. & civ.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat respectu matris, suorum liberorum tutricis. Hujus enim sub potestate liberi esse dicuntur. 6

gl. d. c. ex parte el. 2. *per ill. text. ext. appellat. Chassan. in consvet. Burg. Rubr.* 6. §. 6. *gloss.* 2. *n.* 3.

Qvod qvidem verum in se erit, non tamen, ut potestas, qvæ matris tutricis est, illi, qvæ paterna dicitur potestas, adæqvari possit. Qvandoqvidem potestatis verbum æqvivocum est, & secundum subjectam materiam intelligendum. 7

Ascan. tract. pat. pot. c. 1. *n.* 4. *ex gl. §. rursus verb. potestate. Inst. action.*

ARTICULUS XIV.

SUMMARIUM.

1. Mater non habet potestatem occidendi filiam in adulterio deprehensam.

2. Statutum tribuens matri, æqvalem cum patre potestatem, non tamen tribuit jus vindictæ, in filiam adulteram.

1 DEcimoqvartò concludo: Fœminæ deteriorem esse conditionem, qvod matri jus occidendi filiam in adulterio deprehensam non competit, sed soli idipsum patri, ob consilii maturitatem tribuatur.

l. patri. ff. ad l. Jul. de adult. Ang. Aret. tract. malefic. verb. che me hay adulterato la mia donna. num. 13. *Chassan. in consvet. Burg. Rubr.* 4. §. 1. *gl.* 2. *n.* 20. *Pinel. Rubr. part.* 2. *n.* 19. C. *bon. mat.*

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiamsi statuto matri in liberos, potestas esset tributa, nihilò enim magis filiam in flagranti adulterii crimine deprehensam occidere posset. Cum hic casus, tanqvam valdè exorbitans & acerbus, sub generali statuti dispositione non contineatur, ideoq; sub juris communis dispositione remanebit.

arg. l. si extraneus. ibi Br. n. 1. *Bl. n.* 2. *Jas. n.* 1. *ff. condict. caus. dat. caus. non sec. l. commodissimè. ff. lib. & posth. Br. l. si cum dotem. num.* 1. *ff. sol. mat. Boër. in consvet. Bitur. tt. præscript.* §. 6. *gl.* 2. *Affl. decis.* 238. *n.* 1. *Cavalc. tr. tut. & curat. n.* 82. *Cardin. Paris. cons.* 41. *n.* 14. *cons.* 90. *num.* 7. *vol.* 2. *cons.* 4. *n.* 25. *cons.* 108. *n.* 39. *vol.* 3. *consil.* 2. *n.* 83. *vol.* 4. *Br. cons.* 47. *n.* 11. *Ceph. cons.* 436 *n.* 96. *vol.* 3. *Bursat. cons.* 51. *n.* 29. *vol.* 1.

ARTICULUS XV.

SUMMARIUM.

Mater non habet jus, ob famis necessitatem distrahendi liberos.

DEcimoqvintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, eò, qvod potestatem distrahendi filios, ob famis necessitatem, lex eis non decrevit.

gl. l. 2. *ibi Bl. n.* 4. *& communiter. Dd.* C. *pat. qvi fil. distr. Petr. Roiz. decision. Lituan.* 3. *num.* 248. *Pinel. Rubr. part.* 2. *num.* 20. C. *bon. mater. Asc. Clem. tract. pat. pot. eff.* 1. *n.* 20.

Ratio hæc est. Nam hoc jus ex patria potestate promanat. Qva mulieres destitui, paulò ante ostendimus.

ARTICULUS XVI.

SUMMARIUM.

1. Matrum consensus non est reqvirendus, in nuptiis vel sponsalibus liberorum.

2. Patris consensus de jure Canonico in conjunctionibus liberorum, de honestate, non de necessitate, est adhibendus,

3. Matrimonium, sine patris consensu, est validum.

4. Ma-

4. Matrimonium, patre irreqvisito, contractum, per sententiam rescindi non debet.
5. Pater filiam, qvæ sine sua voluntate, etiam indigno, nupserat, dotare tenetur.
6. Statutum, matris consensum in nuptiis liberorum intervenire præcipiens, validum non est.
7. Statutum utriusq; parentis consensum reqvirens, in liberorum copulationibus, dato, qvod valeat, interpretandum tamen est, ut matris consensus patre superstite, non sit necessarius.
8. Matris consensus, jure civili de honestate duntaxat, patre non existente, adhiberi debet.
9. Matris consensus desideratur, de jure Civili, qvoties, pater moriens, in ejus arbitrio, collocatum esse voluit, cui filia nuberet.
10. Matris consensus, non est necessarius, etiamsi pater, illum necessarium, disposuisset, si mater luxoriosè vixerit.

1 DEcimosextò concludo: Fœminarum deteriorem conditionem esse, qvia earum consensus & consilium in nuptiis, vel sponsalibus liberorum non reqviritur.

arg. l. in sponsalibus. l. in potestate, l. sed ea. ff. sponsal. l. 2. l. 3. si pater. l. qvi liberos. l. si patre. l. filius. l. filiusfam. l. non est matrimonium. ff. rit. nupt. l. si pater. C. sponsal. l. 2. l. si ut proponis. l. 1. & 2. l. nec filium, l. vidua, l. in conjunctione. C. nupt. l. 3. §. si emancipatus. ff. bon. poss. contra tab. Instit. nupt. in pr. c. honorantur. 32. qv. 2. cap. 1. c. nostrates. 30. qv. 5.

2 Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat non solum de Jure Civili: verùmetiam de Jure Canonico. Multòminùs enim de Jure Canonico, matrum consensus hisce casibus reqvirendus est. Qvandoqvidem etiam eorum parentum, qvi in potestate liberos habent, duntaxat de honestate, non verò necessitate, adhibendus sit consensus.

Joh. de Plat. Instit. de nupt. num. 4. Covar. in epit. 4. lib. decretal. 2. p. c. 3. §. 8. num. 1. ubi hanc communem, & receptissimam omnium opinionem attestatur.

3 Imò sine patris consensu consummatum sit validum.

c. fin. 36. qv. 1. Lup. c. per vestras notab. 3. §. 17. extra donat. int. vir. & uxor. Plot. tr. de in lit. jur. §. 7. n. 9. ubi hanc communem esse opinionem attestatur.

4 Adeò qvidem ut per sententiam rescindi non possit. *Covar. d. c. 3. §. 8. n. 1.*

5 Utqve pater, filiam, sine consensu ejus nubentem, etiam indigno, dotare, omnimodo teneatur.

Lup. c. per vestras notab. 3. §. 10. cum seqq. extra don. int. vir. & uxor.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiamsi statutum in contrarium, qvo, consensum matris, in conjunctionibus liberorum adhibendum, esset dispositum, extaret. Tale enim statutum, contra juris Canonici dispositiones, per se, & ipso jure, tanqvam à non habentibus potestatem, taliter statuendi, factum, nullum est. 6

per gl. Inst. nupt. in pr. verb. debeat jun. c. manifestum 23. qv. 5.

III. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiamsi statuto, consensus patris & matris reqvireretur. Nam posito, qvod statutum valeat, patre tamen superstite, matris consensus, non est, ut interveniat, necesse. 7

Plot. tr. de in lit. jur. §. 7. n. 23. per trad. l. Gallus §. qvidam rectè. ff. lib. & post.

Hæc conclusio limitatur I. Nam de Jure Civili matris consensus, de honestate duntaxat rqviritur, patre scilicet non existente. 8

l. 1. & l. in conjunctione. C. nupt.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut non procedat de Jure Civili, qvando in arbitrio matris, pater esse voluit, cui filia communis nuptui collocaretur. Tunc enim, ejus consensus, & consilium reqvirendus est. *l. qvanqvam. ff. rit. nupt.* 9

Qvod rursus sublimitatur, ut non procedat, si mater luxuriosè vixerit. 10

Plot. d. tr. de in lit. jur. §. 7. n. 33.

Atq; hæc qvidem de Jure Civili & Canonico, licet haud paululum, in consistoriis nostris, immutata reperiantur.

ARTICULUS XVII.

SUMMARIUM.

1. Matri non qværitur, usufructus bonorum adventitiorum.
2. Matri qværitur adventitiorum usufructus testatore, cujus bona fuerant, ita jubente.

1 DEcimoseptimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod matri, reliqvisqve fœminini sexus ascendentibus, usufructus bonorum

nec

nec profectitiorum, nec adventitiorum qværitur.

argument. l. 2. C. bon. mat. & l. 1. C. bon. qvæ lib.

2 Hæc conclusio fallit: Si testator caverit, in ultimo suo eulogio, ut patre non superstite, ususfructus adventitiorum ad matrem pertineat. Non enim qvin hæc dispositio valida sit, est dubitandum.

argum. gl. auth. item hæreditas. verb. forsan. C. bon. qvæ lib. jun. § disponat. auth. nupt. c. tua nobis. ibi gl. 2. extra testam.

ARTICULUS XVIII.

SUMMARIUM.

Mater non potest remittere actionem injuriarum filio suo qvæsitam, qvod tamen patri permissum est.

DEcimooctavò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod mater, sicuti pater, actionem injuriarum filii remittere neqvit. *arg. l. sed. & si unius. §. filiofam. ff. injur.*

ARTICULUS XIX.

SUMMARIUM.

1. Fœmina non potest adoptare.
2. Adoptio, ad nominis, familiæq; conservationem est inventa.
Conservatio familiæ, fœminarum non interest.
3. Fœmina non potest adoptare, nisi ex rescripto Principis, superiorem non recognoscentis.
4. Fœmina qvæ ex principis concessione adoptaverat, liberos tamen in potestate non habet.
5. Adoptio naturam imitatur.
6. Rescripta Principum stricti juris sunt.
7. Fœmina potest adoptare Principe concedente & solatio liberorum amissorum id flagitante.

1 DEcimononò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod liberos adoptare, scilicet arrogando, neqveunt.

§. fœminæ. ibi Ang. n. 1. Joh. de Plat. num. 18. Porc. n. 3. Kling. n. 5. & Dd. Instit. adopt. l. mulierem, ibi Bl. C. eod. l. si suspecta. §. fin. ibi Br. ff. inoff. testament. Azo in sum. n. 4. C. adopt. gl. nostra hic Specul. tit. de procur. §. 1. n. 2. vers. qvartus. Bl. §. in pluribus. n. 3. Instit. adopt. Dec. l. fœminæ. n. 50. ff. reg. jur. Martin. Laud. tr. principe conclus. 26. Joh. Jac. de Leon. int. consil. Br. cons. 114. num. 237.

2 Cujus rei rationem, alii licet aliò referant, ea tamen potissimum videtur esse: Qvod adoptio inventa sit, ad nominis familiæqve conservationem & propagationem, ut id civiliter efficeretur, qvod per naturam non licebat. Qvæ ratio in fœmina locum non habet, fœminæ siqvidem non interest, familiæ conservatio, nec si vellet, nomen propagare posset. Unde adoptio frustrà, & sine effectu ad fœminas produceretur.

argum. l. liberorum. & l. pronunciatio in fin. ff. verb. signif.

Hæc conclusio ampliatur I. Ut mulier nec per rescriptum qvidem inferioris à Principe adoptare possit. Qvapropter, nec Comitis Palatini potestas hoc casu sufficiet. 3

Ang. Aret. d. §. fœminæ. n. 1. Institut. adopt. arg. d. l. mulierem. C. eod. tit.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut arrogatione per fœminam ritè rectèqve peracta, liberos tamen in potestate non habeat. *gloss. d. §. fœminæ. verb. amissorum Instit. adopt.* 4

Tùm qvia adoptio, naturam imitatur. 5

§. minorem. Instit. adopt.

Tùm qvia rescripta Principum, stricti juris sunt, strictè intelligenda atqve moderanda, ut qvantum fieri potest, juri communi nil derogent. 6

argum. l. si qvando. C. inoff. testam. fac. trad. Jas. l. præses. num. 6. C. transact. Menoch. tr. rem. poss. rec. rem. 6. n. 23. & 24.

Limitatur autem hæc conclusio: Ut non procedat duobus concurrentibus I. si id fiat ipsòmet Principe rescribente. II. si in solatium liberorum, in acie amissorum, mulier hoc flagitet. 7

d. §. fœminæ. & d. l. mulierem.

ARTICULUS XX.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ liberos emancipare neqveunt.*

2. *Privatio præsupponit habitum.*

1 Vigesimò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod liberos emancipare neqveunt.

Bl. l. mulierem. in fin. per ill. text. C. adopt.

2 Neqve id immeritò, cùm enim in potestate liberos non habeant, nec emancipatio subseqvi potest. Cùm juris sit, privationem, habitum suum præsupponere.

arg. l. decem. ff. verb. obl. Pract. Papin. in for. respons. rei conven. verb. salvis aliis exception. n. 9. Lup. c. per vestras. §. 12. num. 1. extra donat. int. vir. & uxor. Ronch. rubr. num. 83. ff. duobus reis. Menoch. tr. remed. poss. recup. in prælud. n. 1. & remed. 13. n. 53. Ceph. cons. 383. num. 23. cons. 436. num. 51. cons. 448. n. 2. vol. 3.

ARTICULUS XXI.

SUMMARIUM.

1. *Mater non potest impetrare, ut filius naturalis tantum legitimatione donetur.*

2. *Mater à solo Principe, ut filius naturalis tantum legitimetur, impetrare potest.*

3. *Mater filium naturalem, legitimatum, in potestate, nihilo magis habebit.*

1 Vigesimo primò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod mater naturalis illegitima filius naturalis tantum, ut legitimetur, impetrare non potest.

Bl. d. l. mulierem. n. 1. per ill. text. C. adopt. Dec. d. l. 2. num. 52. ff. reg. jur. Ang. Aret. d. §. fœminæ. n. 1. Inst. adopt.

Hæc conclúsio limitatur I. Ut non procedat, præcedente principis oraculo. 2

arg. text. d. l. si suspecta. §. fin. ff. inoff. testam.

Qvo tamen casu filium legitimatum, similiter in potestate non habebit. 3

Ang. Aret. d. §. fœminæ. per gloss. ibi verb. amissorum. jun. §. fin. auth. rest. & ea qvæ par. undec. mense.

ARTICULUS XXI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ familiæ suæ caput & finis est.*

4. *Soror dicta, qvasi seorsim nata.*

3. *Filia desinit esse de familia patris, qvàm primum alicui desponsatur, & ex eo tempore familiam desponsati seqvitur.*

4. *Privilegium concessum alicui pro se, & suis descendentibus, ad filias nuptas, non porrigitur ex receptiori.*

5. *Sponsa adhuc nondum viripotens, de familia tamen sponsi esse censetur.*

6. *Vidua dicitur esse de familia mariti defuncti.*

1 Vigesimo secundò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse: qvod stirpem immarcessibilem non tuentur, nec generis immortalitati conducunt, sed familiæ suæ, qvæqve & caput, & finis est.

l. pronunciatio in fin. ibi Alc. ff. verb. signific. Tir. V. R. part. 1. §. 1. gl. 9. n. 198. Tir. ll. connub. l. 1. n. 31. Pinel. l. 3. n. 29. C. bon. mat. Ripa respons. 79. n. 5. Rol. à Valle cons. 82. n. 16. vol. 3.

2 Hinc sororem dictam putant, qvasi seorsim natam, ideo, qvod ab ea domo, in qva nascitur, separetur, & in aliam familiam transgrediatur, ut ex Labeone I. C. lib. 4. ad edict. refert.

Tir. ll. connub. l. 1. n. 31.

3 Hæc conclusio limitatur I. Ut non solum morte: verumetiam connubio, hic finis familiæ inducatur. Qvamprimum enim nuptui datur, amplius in familia patris non est, sed generi, insita est, sui mariti.

Br. l. qvicunq;. per ill. text. C. re milit. lib. 12. Fel. c. super eo. el. 2. n. 2. ext. testib. Matth. de Affl. c. 1. §. item si fidelis. num. 24. qvib. mod. feud. am. text. l. pen. §. Julianus. ff. qvod fals. tut. auth.

Hinc privilegium concessum alicui pro se, & suis descendentibus, ad filias nuptas non extenditur, ut habet communior opinio. 4

Br. l. qvoties. n. 2. per ill. text. C. privil. scol. lib. 12. Fel. c. novit. n. 2. extra judic. Jas. l. cum qvædam puella. n. 3. ff. jurisd. omn. jud. Jas. l. 1. n. 18. ff. constit. princ. Hipp. de Mars. l. un. num. 220. C. rapt. Virg. Ferratius. caut. 29. in fin. ubi Paul. de Palat. & Natt. idem tenentes allegat. Campeg. tract. dote.

dote. p. 5. qu. 71. n. 1. Mart. Laud. tr. privil. concl. 82. Barb. in add. 1. ad Bl. l. voluntas. C. fideic. Fel. c. de monialibus ad fin. extra

C. fideic. Fel. c. de monialibus ad fin. extra

sent. excom. Cotta in memor. verb. episcop. dignitas. Tir. ll. connub. l. 1. n. 34. qui Ang. Joh. de Plat. Rom. Corn. Cur. Jun. Rip. Mar. Soc. Jun. idem tenentes allegat.

Et hanc esse receptiorem opinionem ex Socino nepote, attestatur

Pinel. lib. 3. num. 34. C. bon. mat.

Licet multi in contrarium eant.

qvi ibi obviam sunt.

II. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam in sponsa, qvæ adhuc non sit viripotens. *Bl. d. l. penult. §. an in patrem. n. 2. ff. quod fals. tut. aut. Bl. l. maximum. n. 31. C. lib. præter.* 5

III. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat, etiam in vidua. Nam & vidua, familiam defuncti mariti retinet. 6

Br. l. fin. n. 2. per ill. text. C. verb. signif.

ARTICULUS XXIII.

SUMMARIUM.

1. *Liberi seqvuntur familiam, & nomen patris non matris.*
2. *Liberi seqvuntur patriam & originem patris non matris.*
3. *Liberi seqvuntur nobilitatem patris, & orti patre ignobili, matre vero nobili, nobiles non sunt.*
4. *Fœmina in dignitate cedit marito.*
5. *Pater est agens, mater verò patiens. Agens dignius est patiente.*
6. *Liberi apud Lucios, nomen, familiam, & nobilitatem matris seqvuntur.*
7. *Liberi patris insigniis, non matris fruuntur.*
8. *Insignia sunt qvasi seqvela nobilitatis, Insignia denegantur, qvibus denegatur nobilitas.*
9. *Nepos ex filia cognatus est avo materno. Insigniorum concessio, ad cognatos non pertinet.*
10. *Statutum vel consvetudo qvibus jubetur, ut liberi, matris familiam seqvantur, vel matris nobilitate, nobilitentur, non valent.*
11. *Statutum vel consvetudo, qvibus cavetur, ut ex matre nobili, nobiles sint, valent, qvoad præjudicium statuentium, & qvæ territorio statuentium insunt: non verò in præjudicium principis, vel rerum extra territorium tali consvetudine utentium, sitarum.*
12. *Princeps potest nobiles facere illos, qvi ex matre tantum nobili, procreati sunt. Nobilitas juris civilis est.*
13. *Nobilitas, & dignitas omnis, à principe cen fonte, originem suam deducunt.*
14. *Statutum, ut matre nobiles, nobiles sint valet, si condatur ab illis, qvi superiorem non recognoscunt.*
15. *Superiorem non recognoscens, suo imperio, nil à principis, nisi ambitus ratione, ut scapha à navi differt.*
17. *Omne mixtum aliqvid ex utriusq; sui simplicis natura participat. Liberi, etsi matris nobilitate nobiles non fiant, clariores tamen efficiuntur.*
18. *Liberi à matre, possunt ratione demonstrationis nominari.*
19. *Ilienses, Delphici, atq; Ponti habitatores, peculiari principis indulgentia, matris originem seqvuntur.*
20. *Vulgo qvæsiti, matris nomen & familiam referunt.*
21. *Pater vulgò qvæsitis est omnis & nullus.*
22. *Non entis nullæ sunt qvalitates.*
23. *Liberi matris conditionem, ratione status seqvuntur.*
24. *Mater ad libertatem conseqvendam, liberis, tribus temporibus prodesse potest.*
25. *Liberi matrem seqvuntur, qvi nascuntur, dum matri, de statu controversia movetur.*
26. *Liberi nati ex inqvilina domus imperatoriæ, patre decurione, matrem seqvuntur.*
27. *Liberi nati ex filia murileguli, ejusdem, qvæ mater sunt conditionis.*

1 VIgesimo tertiò, Fœminarum conditionem deteriorem esse concludo: qvod liberi ex eis procreati, non earum, sed patrum familiam, & nomen seqvuntur. *l. familiæ. §. fœminarum. ff. verb. signif. l. cum legitimè. ff. stat. hom. l. liberos. ibi Bl. ff. Senat. l. nullus. la. 2. C. decur. lib. 10. gloss. c. dicat aliqvis. verb. sangvinis & in c. ult. verb. deteriorem, 32. qu. 4. gl. c. statutum. el. 2. verb. inane in fine de hæret. lib. 6. gl. 1. c. ubicunq; de pœn. eod. lib. Bl. l. fin. num. 1. C. ser. fugit. Dec. d. l. 2. n. 68. ff. reg. jur.*

Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat etiam qvoad patriam, sortitur enim filius vel filia originem eam, unde pater fuit oriundus. 2

Brun. l. filios per ill. text. C. municip. & orig. lib. 10. Affl. decis. 384. n. 4. gl. Instit. ingen. in pr. verb. sufficit, l. assumtio. §. filius. ibi Br. ff. ad municip.

II. Hæc

3 II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiam, qvoad nobilitatem. Natus enim ex matre nobili, patre ignobili, ignobilis est, nec matris nobilitate adjuvatur.

Bl. dict. l. fin. n. 4. C. *ser. fug. Bl. l.* 2. *num.* 10. C. *jur. emphyt. Bl. l. liberos. ff. Senat. Panorm. c. Raynutius n.* 2. *extra testam. Fel. c. novit. n.* 2. *extra judic. Fel. c. super eo. el.* 2. *n.* 5. *extra testibus. Jas. l.* 1. *in pr. n.* 21. *ff. verb. obl. Alvar. cap.* I. §. *cæteri. n.* 7. *ibi Matth. de Affl. n.* 14. *quis dic. dux. com. vel march. Ang. Aret.* §. *servi autem. num.* 5. *Instit. ju. person. Lup. rubr.* §. 32. *n.* 1. *extra donat. inter vir. & uxor. Alc. d. l. familiæ.* §. *fœminarum. ff. verb. sing. Tir. tr. nobil. c.* 18. *num.* 20.

4 Tum qvia mulier in dignitate cedit marito, conseqventerq; etiam ex ea procreati cedent.

l. mulieres. C. *dignitat. lib.* 12. *& supra diximus.*

5 Tum qvia pater agens est, mater verò patiens, unde cum agens sit dignius, patiente, rationi consonum est, ab eo tanqvam à potentiori denominationem fieri, ut tradunt.

Bl. d. l. fin. Jas. Alvar. Ang. & Tir. in locis modo citat.

6 Licios autem omnes, matris nomen, familiam, & nobilitatem, patris repudiata, assumsisse, ex probatis autoribus referunt.

Lup. d. §. 32. *n.* 2. *Tir. d. n.* 24.

7 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut etiam qvoad insignia gentilitia, filius patrem, non verò matrem seqvatur, nec matris insigniis, uti possit.

Domin. à S. Gemin. c. statutum. el. 2. *n.* 5. *de hæret. n.* 6. *Alc. d. l. familiæ.* §. *fœminarum ff. verb. signif. Tir. tr. nobil. c.* 18. *n.* 21.

8 Tum qvia insignia, sunt qvasi seqvela nobilitatis. Ergo qvibus nobilitas denegatur, iisdem etiam insigniorum usus impertiendus non est.

arg. l. 2. *ff. jurisd. omn. jud. c. cum quid prohibetur. de reg. jur. lib.* 6.

9 Tum qvia ex filia nepos, cognatus, avo materno est: ad cognatos autem insigniorum concessio non pertinet.

Br. tr. insig. n. 10. *argum. l. jus familiarium.* C. *relig. & sumt. fun.*

10 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut statutum, vel consvetudo, qvibus cavetur, ut ex fœminis descendentes, matris familiam seqvantur, vel ob matris nobilitatem, nobilitentur, non valeant.

Br. l. exemplo. num. 2. *per ill. text. ibi Luc. de Penn. & Dd.* C. *decur. lib.* 10. *Fel. c. super eo el.* 2. *num.* 5. *extra test. lib. Lup. rubr.* §. 32. *num.* 4. *extra donat. int. vir. & uxor. Dec. d. l.* 2. *num.* 68. *ff. reg. jur. Alc. d. l. familiæ.* §. *fœminarum. n.* 2. *ff. verb. sign. Matth. de Affl. d. c.* I. *num.* 14. *qvis dic. dux. com. vel march. Tir. tr. nobilit. c.* 18. *n.* 22.

Hæc conclusio limitatur I. Statuto namqve vel consvetudine inferioris à principe ut nobilitas ex genere materno ducatur, introduci potest, qvoad ea, qvæ in potestate sunt statuentium, vel consvetudinem colentium, & intra territorium eorum sita: Secus verò est respectu præjudicii superioris, & eorum, qvæ territorio disponentium non insunt. Undè si tale statutum in Gallia conderetur, valet qvidem in præjudicium condentium, puta ratione successionis, & si qvæ sunt alia, non tamen ob id, per statutum ex genere materno nobilitati, à collectis & talliis, qvarum aliâs, verè nobiles sunt immunes, in præjudicium Galliarum regis eximerentur. 11

Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. 9. *n.* 4. *Carol. Molin. in add. ad Dec. d. l. fœminæ. num.* 68.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si princeps ipse, ex nobili matre oriundos, nobiles esse statuerit. 12

Tùm qvia nobilitas, juris civilis est, nec à primordio naturæ, nobilitas erat cognita.

arg. Instit. libert. in pr. vers. & cum uno communi.

Ergo constitutione principis, & tolli, & augeri, & minui, & alterari poterit.

arg. d. l. exemplo. C. *decur. lib.* 10. *jun.* §. *sed naturalia, &* §. *sed & qvod principi Instit. jur. nat. gent. & civ.*

Tùm qvia nobilis omninò erit, qvem princeps nobilem esse voluerit, qvandoqvidem à principe, veluti à fonte, dignitates, & nobilitates omnes, ceu rivuli scaturiant, & esse suum deducant. 13

Boss. tr. crim. Rubr. de scr. Comp. n. 77.

III. Hæc conclusio limitatur: Si statuo superiorem non recognoscentium, hoc cautum fuerit. 14

Alc. d. l. familiæ. §. *fœminarum. n.* 2. *ff. verb. signific. Tir. tr. nobil. c.* 18. *n.* 24.

Supe-

15 Superiorem enim non recognoscens in suo territorio, idem, qvod universaliter principi est, imperium habet.

Mart. Laud. tr. princ. conclus. 120. *Bl. l. receptitia. n.* 3. C. *const. pec.*

16 Nihilq; à summo principe, nisi ratione minoris ambitus, sicuti scapha à navi differt. *Bl. rubr. quæ sunt regal. n.* 1.

17 IV. Hæc conclusio declaratur: Nam etsi nomen, & familiam matris, non seqvantur liberi, sed â patre tanqvam agente, & digniori denominentur: attamen cum omne compositum, aliqvid, ex utriusqve sui simplicis natura participet, conseqvitur liberos qvoqve, secundum qvid, ex matris sanguine oriri, eaqve ratione, ejus nobilitate clariores fieri: Ut hoc in nostro decidunt.

Alvar. Lup. & Tir. in locis ante alleg.

18 V. Hæc conclusio limitatur: Nam etsi patris nomen liberi asciscant, attamen lieberos demonstrationis gratia, ab aliis, nomine matris indicari posse, indubitati juris est.

l. si in rem. §. *sed si nomen. ibi Br. num.* 3. *ff. rei vendic. l.* 3. *in pr. ibi Br. n.* 1. *Bl. n.* 1. *Castr. num.* 2. *Alex. n.* 2. *Jas. n.* 1. *& Dd. ff. lib. & posth. c. Raynutius in pr. ibi Abbas num.* 2. *extra testam.*

19 VI. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, in Iliensibus, Delphicis, atqve Pontum inhabitantibus. Hi enim singulari principium privilegio, matris non patris originem seqvuntur.

l. 1. *ff. ad municip. Alc. d.* §. *fœminarum. Tir. d. c.* 18. *n.* 24.

20 VII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in vulgo qvæsitis: Vulgo qvæsiti enim matris nomen, & familiam referunt

d. l. legitimè. ff. stat. hom.

21 Neqve id abs re est, vulgo qvæsiti enim certum, non possunt ostendere patrem, sed pater ipsis est omnis & nullus. §. *itaq. jun. gl. ss. verb. incertus. Inst. nupt.*

Unde ejus familiam non seqvuntur: 22
cum non Ens, nullas qvalitates habeat.

l. ejus vers. quoniam. ff. si cert. pet. Pinel. rubr. part. 2. *c.* 1. *n.* 5. C. *resc. vendit. Gomez var. resol. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 9. *Zoanet. lib.* 2. *num.* 57. C. *pact. int. empt. & vendit.*

VIII. Hæc conclusio limitatur: 23
Ut non procedat, qvoad libertatem. Matrem enim non patrem, in libertate conseqvenda, partus seqvitur.

l. partum. ibi Brun. Bl. Castr. & Dd. C. *rei vend.*

Qvod libertatis favore est receptum. 24
Qvandvqvidem mater liberis, ad libertatem conseqvendam, tribus possit prodesse temporibus, conceptionis nimirum, dum fœtus gestatur, & fœtus editi. Pater verò non nisi tempore conceptionis, soboli libertatem conciliet, ut rectè expendit

Ang. §. *servi autem. n.* 5. *Instit. jur. person. arg. l. & servorum.* §. *ingenui. ff. stat. hom. Inst. ingen. in pr.*

IX. Hæc conclusio limitatur: Ut 25
non procedat in iis, qvi matri, de statu mota qvæstione, nascuntur. Hi enim matrum fortunam planè complectuntur, eundemq; cum lucis autoribus, litis eventum sortiuntur.

l. fin. C. *liber caus. Alc. d.* §. *fœminarum in fine.*

X. Hæc conclusio limitatur: Ut 26
non procedat, in natis ex inqvilina domus imperatoriæ & patre decurione. Hi enim matris conditionem seqvuntur.

l. nati. C. *decur. lib.* 10.

XI. Hæc conclusio limitatur: Ut 27
non procedat in iis, qvos filia murileguli gignit, ex patre alienæ originis. His enim par est, cum matre conditio, nec patris status attenditur.

l. hi qvi ex filiabus. C. *murileg. lib.* 11.

ARTICULUS XXIV.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium datum alicui, pro se, posteris, & genere suo, ad natos ex fœminis, non pertinet.*
2. *Privilegium sub prædicta figura concessum, si non sit contra pub. utilitatem, nec in tertii dispendium vergat, etiam locum habebit, qvoad natos ex fœminis.*

 3. *Univers-*

3. Uniuscujusqve doctoris dictum secundum legem, qvam allegat, intelligendum.
4. Intellectus ad l.1. §.personis.ff. jur. immun.
5. Beneficium principis, sub prædicta clausula complectitur, etiam ex fœminis descendentes.
6. Privilegium sub hujusmodi verborum forma conceptum, si à fœmina, fœminæ datum sit, ad natos ex fœmina extenditur, etiamsi illa qvæ privilegium concernit, fuerint odiosa.
7. Transitus, in habentibus Symbolum est facilior.
8. Verba debent intelligi secundum qvalitatē & conditionem personæ, ad qvam confertur dispositio.

1 VIgesimo qvartò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem; qvod privilegium datum alicui, pro se, posteris, & genere suo, ad natos ex fœminis non extenditur.

text. l.1. §.personis. ibi Br. ff. jur. immunit. Dyn. c. privilegium. n.6. de reg. jur. lib.6. Br. l. quia tale. n.5. ff. sol. mat. Br. l. liberorum. n.7. ff. verb. signif. Jas. l. Gallus in pr. lect.2. n.33. ff. lib. posth. Dec. l. fœminæ. num.57. ff. reg. jur. Pinel. lib.3. num.30. C. bon. mat. Tir. V. R. p.1. §.1. gl.9. n.198. & n.242. & 243. Tiraq. ll. connub. lib.1. num.38. Alvar. c.1. §. hoc autem. num.9. ibi præpos. n.60. qui feud. dar. poss. Alex. cons.160. n.1. vol.2. Sigism. de Neap. cons. 39. num.8. & 14. Vivius com. opin. lib.1. opin.126. ubi hanc communem opinionem esse attestatur.

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut procedat duntaxat in privilegiis contra publicam utilitatem concessis, aliorumq; dispendium secum trahentibus: Secus autem fit in illis, qvæ tantoperè, tertium non gravent, nec publicæ utilitati refragentur. Istis namqve etiam ex fœminis descendentes gaudebunt.

gloss. l. si ita scriptum in pr. verb. vocabulo. ff. leg.2. Castr. l. maritum. num.7. ff. sol. mat. Alex. l. quia tale. n.5. ff. eodem. tit. Affl. cap.1. in pr. n.76. de success. feudi. Cotta in memor. verb. immunitates. limit.1. Covarr. c. Raynaldus in pr. n.13. extra testam.

3 Certum namq; est, qvod uniuscujusqve doctoris dictum, secundum legem qvam allegat, sit intelligendum.

Lup. c. per vestras. 2. notab. & notab.3. §.14. n.11. extra donat. inter vir. & ux. Hipp. de Mars. Rubr. n.85. ff. fidejuss. Tir. V. R. p.2. §.1. gl.7. n.53. Fr. Mant. tract. conject. ult. volunt. lib.8. tit.18. n.74.

4 Undè conseqvitur, prædictam conclusionem, intra terminos d. §. personis, & subjectam ejus materiam restringendam. Qvibus diligenter appensatis, limitatio nostra, cuivis facilè apparebit. Loqvitur enim d. §. personis, in materia multū odiosa, nimirum immunitate, ab oneribus civilibus concedenda. Qva si unus donatur, concivis ejus, qvi ad subeundum ea compellitur gravatur, discordiæ atqve seditionibus, ob inæqvalitatem inter incolas servatam, ansa præbetur, ut rectè expendit.

Pinel. d. l.3. n.32. C. bon. mat. Ceph. cons.58. n.4. vol.1.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in beneficio principis. In beneficio enim principis, cum latissimè sit interpretandum, taliter concesso, etiam ex filia nepotes, reliqviqve includentur. 5

Alex. l. quia tale. n.6. ff. Sol. mat. Dec. d. l.2. n.57. ff. reg. jur. Tir. d. l.1. n.38. Pinel. d. l.3. num.32. vers. ex qvo patet. Alex. cons.160. n.4. vol.2. arg. l. penult. ff. constit. princ.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut etiam in odiosis istis, sub privilegio à fœmina, fœminæ, concesso, ex fœmina descendentes complectantur. 6

Jas. post Anchoran. quem refert l. sed si hac. §. liberos. n.2. quem legit. sub lege.2. ff. de in jus voc. Dec. d. l. fœminæ. n.100 ff. reg. jur. Cotta in memor. d. verb immunitates. Molin. in consuet. Paris. §.16. n.7. Tir. tr. primig. quæst.10. num.27. Tir. ll. con. lib.5. num.26.

Tum qvia in habentibus Symbolum, facilior est transitus. 7

Bl. l. sed etsi quis in pr. in addit. n.3. ff. si quis caut. Bl. l.2. in pr. n.4. ff. adopt. Jas. l. qui Romæ in pr. n.10. ff. verb. ob. Mant. tract. conject. ult. volunt. lib.5. tit.16. num.14. Cephal. cons.641. n.49. cons.645. num.56. cons.664. n.46. vol.5. arg. l. in rem. §. item quæcunq. ff. rei vendic.

Tum qvia verba debent secundum qvalitatem & conditionem personæ, ad qvam dispositio confertur, intelligi. 8

l. plenum. §. equitii. ff. usu & hab. c. cum de beneficio de præb. lib.6. Masuer. in add. ad Pract. Pap. in for. lib. in act. reali verbo & & redditibus. Jas. l. stipulatio ista. §. hi qui num.7. ff. verb. oblig. Gomez. var. resolut. lib.1. cap.7. ad finem. Ceph. cons.23. n.27. lib.1. cons.210. n.53. lib.2.

ARTI-

ARTICULUS XXV.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium alicui vacationis, à muneribus & honoribus publicis concessum, non porrigitur ad nepotes ex fœminis.*
2. *Posteri per lineam masculinam, honorem primi acqvirentis tuentur, eumq; repræsentant.*

1 Vigesimo qvintò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod jure nostro, vacatio à muneribus & honoribus publicis, alicui via privilegii concessa, ad illos tantùm, qvi de familia sunt, pertinet, conseqventerqve nati ex fœmellis excludantur.

l. vacatio. ff. mun. & honor. jun. l. familiæ. §. fœminarum. ff. verb. signific. Tir. V. R. part. 1. §. 1. *gloss.* 9. *num.* 39. *Pinel. lib.* 3. *n.* 32. *C. bon. mat.*

Ratio est: qvia hîc de re honorifica agitur, qvi honor non nisi in posteris, per lineam masculinam, qvi tuentur & repræsentant qvasi honorem primi acqvirentis, qvod in descendentibus ex fœmina, secus est, conservatur, atqve tuetur. 2

Castr. l. 1. *n.* 4. C. *condit. ins.*

ARTICULUS XXVI.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina qvinqvaginta annos nata, lege Papia Poppea, nuptias contrahere prohibetur, masculis verò ad sexagesimum usqve ætatis annum, minimè id denegatur.*
2. *Cicero anno ætatis sexagesimo, virginem uxorem duxit.*
3. *Nuptiæ ideò, ut in legitimo thoro, soboles procrearetur sunt inventæ.*
4. *Mulierē qvinqvagenariam parere, miraculosum.*
5. *Lex Papia Poppea primum per Claudium Cæsarem, deinde per Justinianum est abrogata.*
6. *Matrimonium senum, legis obseqvium, humanitatisq; solatium, inexhaustum licet sit, atqve infœcundum, rectè dicitur.*
7. *Intellectus ad l. sancimus. la.* 2. *C. nupt.*
8. *Lex non audet, qvod natura negat.*

1 Vigesimo sextò concludo: Fœminarum conditionem esse deteriorem, qvod lege Papia Poppea à Tiberio Cæsare lata, illis qvinqvagenariis, matrimonii contrahendi facultas, denegabatur, cum tamen id viris ad sexagesimum usqve ætatis annum, fas esset.

l. pen. ibi Bl. C. *nupt. Tiraq. ll. connub. l.* 6. *n.* 20. *Alex. ab Alex. genial. dier. l.* 4. *c.* 22. *post pr. Menoch. tr. arbit. jud. QQ. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 89. *n.* 56. *Card. Paris. cons.* 29. *n.* 1. & *n.* 71. *vol.* 2.

2 Eaq; ætate sexagenaria scilicet, Cicero, virginem Publiam uxorem duxit.

autore Plut. in vita Ciceronis.

3 Ratio hujus legis erat, qvia si aliqvam ob rem, ob eam certè legitiam ut soboles procrearetur, inventam credimus copulam. *arg. l. ambiguitates. C. ind. vid. toll. Christoph. Porc. Instit. nupt. in pr. num.* 7. *Neviz. Sylv. nupt. lib.* 2. *n.* 13. *Card. Paris. d. cons.* 29. *n.* 71. *vol.* 2.

4 Igitur cum id ætatis mulieres, partum edere, pro miraculo sit.

l. si major. C. *legit. hæred. l. si sterilis. in pr. ff. act. emti. Tiraq. rep. l. si unqvam in præfat. n.* III. C. *revoc. donat. Rol. à Valle cons.* 96. *n.* 33. *vol.* 3.

Meritò illis, qvia natura ulterius gignendi beneficium denegarat, ut à matrimonio, qvod contractum fructu careret, abstinerent, legali autoritate est præceptum.

arg. l. adigere. §. qvamvis. ff. jur. patro. c. cum cessante extra appellat.

Et licet hæc lex primum per Claudium Cæsarem. 5

Svet. in vita Clau. Menoch. d. cas. 89. *n.* 57.

Deinde verò novè per Justinianum Imperatorem sit abrogata.

d. l. sancimus. la. 2. C. *nupt.*

Cujus abrogationis, ea poterat esse ratio, qvod matrimonium senum, legis obseqvium humanitatisqve solatium rectè dicatur, licet exhaustum, infœcundumqve prolis respectu, haud immeritò judicetur. 6

gl. c. nuptiarum. verb. in qvibusdam. 27. *q.* 1. *Mozz. tr. contract. Rubr. de matrim. tit. qvi poss. contrah. matr. n.* 11. *Cardin. Paris. d. cons.* 29. *n.* 73. *vol.* 2.

Attamen illa ipsa abrogatio duntaxat procedit, qvo ad id, ut vetulæ possint matrimonium contrahere, non verò, qvoad liberorum procreandorum potentiam. 7

Bl. dict. l. sancimus. la. 2. C. *nupt. Menoch. d. casu* 89. *n.* 58. *Cardin. Paris. d. cons.* 29. *num.* 73.

8 In his enim natura dominatur. Ergò Jure Civili immutari non potuerunt Qvandoqvidem qvod natura negat, lex non audet.

Bl. l. 2. §. fin. per ill. text. ff. usufruct. ear. rer. qvæ usufr. consum. Pol. tract. pup. subst. num. 18. Affl. decis. 299. num. 6. Vasq. ill. contr. cap. 54. n. 1.

ARTICULUS XXVII.

SUMMARIUM.

1. *Hera non potest manumittere servum, secum contrahendi matrimonii causa, qvamvis herus eandem ob causam, ancillam manumittere possit.*
2. *Domina feudi, Vasallum, ut ei nubat, disvestiri (ut loqvuntur) neqvit.*
3. *Domina feudi potest Vasallo nubere, insigni id utilitate, regni, ducatus, vel principatus exposcente.*

Salus populi suprema lex esto ibid.

1 Vigesimo septimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod servo matrimonii causa manumisso, nubere non possunt, cum tamen masculis, ob eandem causam, ancillam manumittere, sibiq; jungere permissum esset.

l. matrimonii. ff. rit. nupt. jun. §. cum igitur. auth. de non elig. Sec. nub. l. si servum. §. non dixit prater. ff. acqvir. hæred.

2 Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiam in Domina feudi. Nam nec illam crediderim, Vasallo suo, absq; dedecore nupturam, nec illum, ut se accipiat uxorem disvestiri posse.

arg. l. à Titio. ff. verb. obl. l. illud. ff. ad l. Aqvil.

Hæc ampliatio restringitur: Ut non procedat, qvoties id eminens necessitas, utilitasqve regni vel similium feudorum exposcuerit, ne Domina feudi extraneo nubat. Tunc enim in matrimonii societatem rectè aliqvem, dignum præsertim, cui tantæ dignitatis fastigium conferatur, Domina feudi adoptat. Hoc enim in hisce casibus freqventer factitatum, historiarum monumenta, aperiunt, nec immeritò; Salus enim populi suprema lex esto. 3

§. 1. aut. mand. princ. l. congruit. ff. off. Præs. Pin. lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 40. C. resc. ven. Cicera de legib.

ARTICULUS XXVIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ propter nuptias donationis, matrimonio constante, Dominæ non sunt, cum tamen maritus dotis sit Dominus.*
2. *Uxor rei vendicatione, pro rebus dotalibus matrimonio constante, non experitur.*
3. *Intellectus ad l. doce ancillam. C. rei vend. Fœminæ à viris, non econtra defendi debent.*

1 Decimooctavò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod maritus dotis, constante matrimonio, sit Dominus, cum tamen ipsæ econtra, Dominium propter nuptias donationis non habeant.

l. doce ancillam. ibi Br. Bl. Sal. & Dd. C. rei vend. Boër. in consuet. Bitur. tit. de feud. §. 7. gl. 2. col. 3. & §. 8. gl. un. Pirrh. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 40. & in tit. de exec. c. 10. Pract. Pap. in for. li. qvo ux. ag. ad dot. verb. ac etiam castr. num. 2. Lup. in Rubr. §. 88. n. 3. extra don. int. vir. & ux. & in c. per vestras. §. 6. num. 3. ex. eodem Affl. decis. 252. num. 4. Tiraq. ll. connub. gl. 8. n. 100. Ronch. l. eandem in pr. n. 60. ff. duobus reis. Ceph. cons. 3. n. 77. cons. 63. n. 5. vol. 1.

Hæc conclusio ampliatur: Ut nec rei qvidem vendicatione matrimonio integro, pro rebus dotalibus, possit experiri mulier. 2

d. l. doce ancillam. C. rei vend.

Et licet dicta lex doce ancillam, communiter, ut ex ea conclusimus allegari soleat: tamen haud abs re, interpretatur, ut duntaxat, qvoad exercitium actionum, in judicio proponendarum, locum sibi vencet, eoq; respectu, Dominium dotis, penes maritum esse dicatur, in aliis juris articulis, salvo apud uxorem remanente. Atq; hoc ideo, qvoniam juri, fœminas à viris, non econtra defendi congruit. 3

§. patitur Instit. injur.

Atqve ita dicta l. doce rectè explicat *Pinel. lib. 1. part. 3. n. 14. C. bon. mat.*

ARTI-

ARTICULUS XXIX.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ à viro castigantur, maritus ab uxore non emendatur.*
2. *Uxores superbia elatæ, imperium, in maritos qvandoq; usurpare, non erubescunt.*
3. *Minor à majori, haud inconvenienter corrigitur.*
4. *Uxor ex causa vapulare potest.*
5. *Uxor à marito, carceri mandari non debet.*
6. *Maritus si nimium efferum sese, verberando, erga uxorem exhibuerit, uxor ab eo jure connivente, divertit.*
7. *Uxor, qvæ à marito, ob sævitiam ejus diverterat, si postea adulterium perpetrarit, maritus ad dotem lucrandam agere non potest.*
8. *Uxor sævitiam mariti probare debet. Sævitia est delictum.*
9. *Delicta non præsumuntur, nisi probentur.*
10. *Sævitia viri, ut probetur remissivè.*
11. *Maritus, qvi vendicat uxorem, qvæ ab eo, nimia ejus morositate commota secesserat, exceptione sævitiæ repellitur.*
12. *Uxor, qvæ absqve vitæ discrimine, cum marito commorari non potest, ei etiamsi fidejussorem dederit, cohabitare non cogitur.*
13. *Maritus uxori alimenta, suppeditare, extra domum cogitur, si ei cohabitare, uxor, ex causa recusat.*
14. *Uxor nimis severè à marito tractata, contra eundem injuriarum habet actionem, secundum aliqvos.*
15. *Uxor in factum agit, contra maritum in justis verberibus, se afficiente, ex æqviore opinione.*
16. *Uxor cæteris paribus, criminalem habet actionem contra maritum, indignè se tractantem.*
17. *Præsumtio debilior per fortiorem eliditur.*
18. *Maritus qvi absq; causa uxorem expellit, in triente totius sui patrimonii ei condemnatur.*

1 VIgesimo nonò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvoniam ipsas, à marito castigari conveniens est, viros verò ab ipsis emendari, & naturæ, & juri, absurdum visum est.

l. consensu. C. repud. gloss. ult. l. sed etsi qvemcunq;. §. fin. ff. ad l. Aqvil. gl. c. unum orarium. verb. servum. dist. 25. gl. c. sicut alterius. verb. judicari. 7. qv. 1. Bl. l. 1. n. 4. C. episc. & cler. Alex. l. miles. §. qvi judicati. n. 3. ibi Jas. n. 7. ff. re judic. Alb. de Gand. Rubr. de pæn. reor. in fin. Ang. Aret. tr. malefic. verb. admœnavit. n. 2. Dec. d. l. 2. n. 52. ff. re jur. Tir. ll. connub. l. 1. num 22. & l. 8. n. 13. Menoch. tract. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 4. casu 364. n. 8.

2 Licet mulieres superbia elatæ, imperium in maritos, qvandoqve usurpare non erubescant.

§. jucundum. ibi not. Auth. nupt.

3 Ratio hujus conclusionis est, qvia mulier viro subest, vir verò illi præest, ejusqve caput esse censetur, minorem igitur à majori corrigi non est inconveniens.

c. fœminæ 30. qv. 5. c. mulierem. c. mulier 33. q. 5. jun. l. nam & mag. ff. arbit.

4 Hæc conclusio ampliatur: Ut ex causa etiam vapulare possit mulier.

Luc. de Pen. l. qvicunq;. col. 3. in pr. C. milit. lib. 12. Abb. c. cum contingat. n. 20. ibi Fel. n. 7. ext. for. comp. Panorm. c. qvemadm. §. illud n. 15. ext. jurejur. Fel. c. illud. n. 11. extra præsum. Alex. d. l. miles. §. judicati. n. 3. ibi Jas. n. 7. ff. re jud. Rom. sing. 4. Lup. c. per vestras. not. 3. n. 7. ext. don. int. vir. & ux. Affl. decis. 246. n. 1. Alex. cons. 115. n. 3. vol. 4. arg. l. un. C. emend. propinq.

Hæc conclusio fallit I. Nam mulier à marito carceri mandari neqvit. 5

c. placuit. ibi gl. 33. qv. 2. jun. l. 1. ff. ad munic. Rom. d. sing. 4. Dec. l. 2. n. 52. ff. reg. jur.

II. Hæc conclusio fallit: Nam qvod dictum est, maritum uxorem verberibus qvoqve castigare posse, moderatè tamen intelligendum erit. Nam si maritus modum excesserit, nimisqve crudelem sævum & morosum, erga uxorum sese exhibuerit, licitè ab eo uxor divertit. 6

Br. l. cum satis. num. 7. C. agr. & cens. lib. 11. Abb. c. 1. n. 4. extra divert. Lup. c. per vestras not. 3. n. 6. extra dona. int. vir. & uxor. Paris. de Put. tract. Syndic. Rubr. de excess. Baron. n. 29. Neviz. Sylv. nupt. lib. 1. n. 37. Alc. lib. 1. de verb. signif. n. 55. Chassan. in cons. Burg. Rubr. 4. §. 6. gloss. ult. num. 15. Gomez. var. resolut. lib. 2. cap. 2. n. 51. vers. octavò. Menoch. tr. arbit. jud. QQ. lib. 2. cent. 2. casu 139. n. 5. arg. c. literas in fine, extra rest. spoliat.

Licet malè hac in re sibi constans, contrarium solus teneat. 7

Tir. ll. connub. l. 8. num. 13.

Qvod usqve adeò verum est, ut si mulier à viro ob sævitiam ejus diversa, adulterium postea perpetrarit, maritus ad lucrandam ex statuto dotem agens, non audiatur.

Ang. Aret. tr. malef. verb. che me hay adult. la mia donna. n. 26. Lup. rubr. §. 19. n. 4. extra donat. inter vir. & uxor. Tir. ll. connub. l. 1. n. 24. arg. gl. c. qvia diversitatem. verb. suspensus extra conceß. preb.

8 Qvo tamen casu, uxori, mariti sævitia erit probanda.

Rol. à Valle cons. 27. n. 2. vol. 3.

Qvandoqvidem, sævitia ejuscemodi delictum est.

argum. d. l. consensu. §. si qva verò. C. repud. & l. un. C. emend. propinq.

9 Delicta verò non præsumuntur nisi probentur.

l. meritò. ff. pro soc. Jas. l. admonendi. num. 5. in lect. ff. jurejur. Ceph. cons. 76. num. 23. vol. 1.

10 Sævitia ergò viri, ut probetur, videndus est.

Masc. tract. probat. concl. 1020. per tot.

11 Similiter, qvod dictum est supra, usqve adeò verum est, ut maritus cujus uxor, ob nimiam ejus importunitatem, & sævitiam discesserat eam vendicans, exceptione sævitiæ repellatur.

Hipp. de Mars. l. un. num. 259. C. rapt. virg. Ripa l. naturaliter. §. nihil commune. n. 84. ff. acqvir. poß. argum. dict. c. literas extra rest. spol.

12 Cui, etiamsi vadimonium interposuerit, si tutò vitæqve discrimine haud remoto, commorari non potest, cohabitare non cogitur.

Abb. c. literas n. 7. per ill. text. ext. rest. spol. Ceph. cons. 384. n. 70. vol. 3.

13 Justeqve petit, alimenta sibi, extra habitationem mariti, suppeditari.

Bl. l. 1. n. 11. per ill. text. ibi Jas. n. 4. C. legat. Ripa lib. 2. n. 29. ff. Sol. mat. Neviz. Sylv. nupt. lib. 1. n. 38. Cap. Tholos. dec. 68. in fine.

14 Eadem qvoqve ratione, hoc usqve adeò verum est, ut mulieri qvæ ultra modum à viro suo fuerit verberata, injuriatum indè nascatur actio, secundum aliqvorum opinionem, qvos refert

Joh. And. in add. ad Spec. rubr. de injur. vers. est qvæstio de uxore.

Vel ut habet æqvior opinio, in factum propterea, ut famæ mariti parcatur, actio detur. 15

Johan. Andr. in d. vers. est qvæstio, Cotta in mem. verb. actio injur. & verb. ux. el. ult. Neviz. Sylv. nupt. lib. 1. n. 39. arg. l. 2. C. rer. amot. l. non debet. ff. dol.

Hoc qvoqve usqve adeò verum est, ut si atrocitas facinoris, hoc efflagitarit, contra maritum, experiri possit criminaliter. Licet eò facilè non sit recurrendum, cum ob nimiam inter maritum & uxorem conjunctionem, correctio potius sit præsumenda, nihilqve maritum dolosè fecisse sit dicendum. 16

Alc. tract. præsumt. reg. 1. præsumt. 3. num. 3. Jas. l. 1. n. 24. ff. legib.

Isthæc enim præsumtio correctionis, tanqvam debilior per fortiorem, qvæ ex atrocitate vulneris oritur, tollitur. Sicuti è diverso, si vulnus vel percussio non sit atrox, per præsumtionem conjunctionis & correctionis, contraria præsumtio evacuatur. 17

Neq; enim novum est, unam juris præsumtionem per aliam tolli atqve elidi.

l. Divus. ff. rest. in int. gloß. c. cum inter el. 1. verb. episcopus extra elect. c. literas. ibi gl. verb. purgavit extra præsumt. Octavius Simoncellus tr. decret. tit. 7. n. 51. in fine.

Deniqve hoc usqve adeò verum est, ut si eò prorerviæ lapsus fuerit maritus, ut à se absqve causa, uxorem expulerit, condemnari debeat ei, in triente totius sui patrimonii, centum tamen auri libras, non excedente. 18

Bl. c. 1. §. fin. n. 2. de invest. de re al. facta, Cotta in memor. verb. uxor. el. 2. ad fin. arg. auth. sed novo jure. C. repud.

ARTICULUS XXX.

SUMMARIUM.

1. *Maritus in uxorem absqve causa à se fugientem manuum habet injectionem.*
2. *Maritus in uxorem manum injicere non potest, si ea negaret, hunc, suum esse maritum.*
3. *Qvalitas, qvæ est fundamentum allegantis, per allegantem probari debet.*
4. *Maritus uxorem nondum cognitam, abducere neqvit.*
5. *Nec sponsam de futuro.*
6. *Maritus uxorem nondum cognitam, vel sponsam de futuro rapiens, non punitur, pœna raptorum, sed extraordinaria.*
7. *Uxor, qvæ ob sævitiam viri, ab eo aufugit, non tenetur ad eum revertere, nisi cautionem de deponenda sævitia in posterum, interposuerit.*

Tri-

1 Trigesimò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod maritus in uxorem absq; causa, à se fugientem, manus injicere, eam capere atqve detinere possit.

gl. c.1. verb. seqvantur extra conjug. lepros. Bl. l.1. ante n.1. Castr. n.3. per ill. text. C. ubi qvis decurio vel cohort. Bl. lib.1. num.24. C. rapt. virg. Alex. l. miles. §. qvi judicati. num.3. ff. re judic. Plot. tr. de in lit. jur. §.7. n.34.

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, si uxor opponeret, hunc non esse suum maritum. Tunc enim nisi probè convinceretur, uxorem hanc esse, manuum injectione, sibi ab ea temperare debet.
arg. d. l.1. C. ubi qvis decur. vel cohort.

3 Et confirmatur: qvia ista qvalitas, qvod sit maritus, est fundamentum manuum injectionis. Et certum est: qvod qvalitas, super qva qvis fundatur, per allegantem probari debeat.

Br. l. si verò. §. qvi pro rei. n.6. ff. qvi satisd. cog. Abb. c. bonæ. el.1. n.15. ext. elect. Abb. c. cum ad sedem. n.28. extra rest. spol. Abb. c. conqvestus. n.6. ext. fo. comp. Tir. V. R. p.1. §.32. gl. un. n.94. Affl. decis. 377. n.4. per l.2. ff. probat.

Et in specie, qvod maritus, qvi negatur maritus, probare, esse se maritum, debeat, decidit
Chassan. in consuet. Burg. Rubr.4. §.5 in pr.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut non procedat, in uxore nondum cognita. Illam namqve, qvasi maritus rapere, vel capere, cum ejus qvasi possessionem nondum habeat, non potest. 4

Bl. d. l. un. n.24. C. rapt. virg. arg. l. generali C. decur. lib.10. qvi tamen textus parum aut nihil facit, melior est textus. l. sicut. ff. op. libert.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut tantò minus procedat in Sponsâ, per verba de futuro desponsata. 5

Bl. d. l. un. n.7. per ill. text. ibi Mars. n.68. C. rapt. virg.

Qvibus tamen casibus non teneretur, pœna raptorum ordinaria, sed mitiori, boni arbitrio viri, moderanda, esset afficiendus, ut rectè expendit 6
Hipp. de Mars. d. l. un. n.68. & n.157.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut tantum procedat, si uxor, absqve causa mariti cohabitionem fugerit. Cæterum si de sævitia ejus ostenderit, ad eum, nisi præstita prius, de sævitia deponenda cautione, revertere non cogitur, tantum abest, ut viro hoc casu, manuum injectio sit licita. 7
Ut dictum est in præced. art.

ARTICULUS XXXI.

SUMMARIUM.

1. Uxor indotata à marito suo expelli potest.
2. Jurans se qvandam ducturum, nulla dotis mentione facta, puellam, attamen dotem solvi oportet, vel uxor, à marito ejici potest.
3. Jurans se aliqvam ducturum, si nullam attulerit dotem, eam ita demum à se removere poterit, si aliunde, unde onera matrimonii sustineat, non habeat, secus erit si dives sit, & onera matrimonio aliò resarcire possit.
4. Uxor qvæ ob inopiam dotem constituere neqvit, ob id, qvod indotata sit, minimè expellitur.
5. Uxor ob dotem non solutam, à marito sejungi neqvit, si non ipsa, sed extraneus qvispiam dotem promiserit.
6. Uxor non ejicitur, ob dotem non allatam, de jure Canonico.

1 Trigesimo primò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod mulier indotata, à marito suo expelli potest, licet è diverso ipsa maritum, donationem propter nuptias non constituentem neutiqvam ejicere qveat.

gloss. §. fin. verb. onera auth. de non elig. sec. nub. Luc. de Penna. l.3. vers.67. C. apoch. pub. lib.10. Bl. l. si donaturus. §. si qvis indebitam. n.1. per ill. text. ibi Jas. num.2. ff. cond. caus. dat. caus. non sec. Bl. l. qvod in uxorem. n.2. C. neg. gest. Bl. l. de divisione in pr. n.2. ff. Sol. matr. Bl. l. si cùm dotem, §. si maritus. num.8. ff. eod. Bl. l. fin. num.9. C. sent. qvæ sin. cert. qvant. Bl. c. qvemadmodum. num.8. extra jurejur. Pan. c. per vestras. n.4. ibi Lap. not.3. n.2. per ill. text. extra donat. int. vir. & uxor. Joh. de Plat. §. fuerat. num.9. ibi Jas. n.98. Inst. act. Bl. Novell. tr. dote. p.6. privil.43. n.3. Chassan. in consuet. Burg. Rubr.4. §.23. gl.1. n.14. text. l. ibi Bl. C. ad S. C. Vellejan.

Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiam si qvis non facta mentione dotis, 2

dotis, jurejurando, simpliciter se astrinxisset, qvandam puellam ducere. Nam nihilominus dotem solui, pro qvalitate personarum nubentium, qvantitatemqve patrimonii earundem oporteret, vel uxor à marito suo expelli posset.

Bl. c. juravit. n. 3. extra jurejur. Jas. l. si donaturus. §. si qvis indebitam. n. 4. ff. cond. caus. dat. caus. non sec. Jas. auth. præterea. n. 10. C. un. vir. & uxor. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 46. arg. l. Theopompus. ff. do. præleg. jun. l. fin. §. si verò sine judice. ff. quæ in fraud. cred. l. fin. C. non num. pec.

3 Qvod tamen sanè est accipiendum, ut verum sit, si marito, non suppetant facultates ad vitæ necessaria sufferenda idoneæ. Non verò habeat locum, si maritus foret dives. Tunc enim qvod conditionem jurisjurandi expressius non dixerit, sibi imputet.

Covarr. in epit. 4. lib. decret. cap. 5. in proc. num. 7. arg. l. adigere. §. qvamvis. ff. jur. patron.

4 Hæc conclusio limitatur primò: Ut procedat duntaxat, si mulier sit dives, qvæ dotem constituere possit: Secus verò est, si sit inops nec undè dotem compareт, habeat. Tunc enim ob dotem non constitutam minimè expellitur.

Bl. d. l. fin. n. 9. C. sent. quæ sine cert. quant. Jas. d. §. si quis indebitam. n. 4. §. quoniam autem auth. quibus mod. nat. eff. legit.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si dos non ab ipsa muliere, sed ab extraneo qvopiam fuerit promissa. Tunc enim ob moram extranei debitoris, mulier injuria ejiceretur. 5

Burs. cons. 179. num. 14. arg. c. non debet de R. l. lib. 6.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat de jure Canonico. Textus enim juris civilis, in conclusione allegati, secundum sua tempora, qvibus plurifariam repudia & discessiones jugalium concedebantur, sunt intelligendi, qvod affectari, secta nostrorum temporum extra casum adulterii, non patitur. 6

Bl. Novell. tract. dot. part. 6. privil. 83. num. 3. Neviz. in Sylv. nupt. d. lib. 1. n. 85. argum. c. porrò extra divort.

ARTICULUS XXXII.

SUMMARIUM.

1. *Uxor qvicqvid acqvirit, ex bonis mariti qvæsivisse præsumitur.*
2. *Concubina præsumitur acqvisivisse, ex bonis amasii.*
3. *Uxor etsi thorum violârit, nihilominus præsumitur acqvisivisse ex bonis mariti.*
4. *Præsumptio semper in meliorem partem debet sumi.*
5. *Uxor potius dicitur furto, res marito subtraxisse, qvàm adulterio peperisse.*
6. *Actus ubi diverso respectu cadit, in delictum majus, & in delictum minus, ea semper capienda est interpretatio, ut minus delictum producatur.*
7. *Uxor putativa præsumitur ex bonis mariti putativi qvæsivisse.*
7. *Vidua præsumitur qvæsivisse, ex bonis mariti defuncti.*
9. *Vidua præsumitur acqvisivisse, eas res ex bonis defuncti, qvas habet intra annum luctus: secus est, qvoad acqvisitas, anno luctus emenso.*
10. *Qvæ in continenti post matrimonium dissolutum fiunt, putantur constante matrimonio fieri.*
11. *Intellectus is amplectendus est, per qvem absurditas evitatur.*
12. *Vidua etiam post annum luctus ex substantia defuncti mariti qvæsivisse præsumitur, si aliqvæ id svadent conjecturæ.*
13. *Uxor qvæ exercuit aliqvam negotiationem, vel officium aliqvod sibi congruens gessit, ex illo, & non ex bonis mariti, qvæsivisse præsumitur.*
14. *Uxor dives, qvæ viro inopi nupserat, non præsumitur ex bonis mariti qvæsivisse, sed contrarium potius statuitur.*
15. *Uxor, qvæ acqvisivit, rei proprietatem, ex causa onerosa, si cum illa proprietate, ususfructus deinde consolidetur, usumfructum ex mariti substantia non dicitur qvæsivisse.*
16. *Res qvæ consolidatur, tanqvam separatum & diversum ab ea, cui consolidatur, æstimatur.*

1 TRigesimo secundò concludo: Fœminarum conditionem esse deteriorem, qvod qvicqvid acqvirunt, ex bonis mariti acqvisivisse præsumuntur. Maritum verò ex bonis Uxoris qvæsivisse non præsumitur.

gloss. c. constitutus. verb. utriq. extra restit. in integ. Br. l. 3. num. 6. C. ju. fisc. lib. 10. Br. l. cum oportet in pr. n. 5. ibi Bl. n. 12. C. bon. qvæ lib. Br. tr. duob. fratr. n. 5. Bl. si uxorem. n. 8. C. condit. insert. Bl. l. fin. num. 2. C. pign. Paul. de Castr. l. sive possidetis. n. 10. C. prob.

*C.probat. Luc. de Pen. lib.*3. *verſ. ſeptimo. C.ap.pub. lib.*10. *Abb. c.ſignificavit. n.*3. *extra donat. int. vir. & uxor. Abb. c.*1. *n.*3. *extra pecul. Cler. Fr. Crem.ſing.*6. *Lup. rubr.* §.60. *num.*1. *extra donat. int. vir. & uxor. Boër. in addit. ult. ad Dyn. c. ratum de Reg. Jur. lib.*6. *Matth. de Affl. c.*1. §. *& quia. num.*20. *de his feud. dar. poſſ. Neviz. Syl. nupt. lib.*4. *num.*20. *Alc. tr. præſumt. reg.*3. *præſumt.*26. *n.*1. *Tir. ll. connub. gl.*8. *n.*271. *Covar. cap.*1. *n.*7. *extra teſtam. Ant. Gab. Rom. tract. reg. lib.*1. *tt. de præſumt. concl.*15. *n.*1. *Vaſq. ill. controv. c.*105. *n.*7. *Maſcard. tr. probat. concluſ.*1080. *num.*82. *Alex. conſ.*82. *n.*13. *vol.*2. *conſ.*101. *num.*3. *vol.*7. *Anton. de Prato veteri int. conſil. Alex. conſ.*133. *n.*2. *vol.*4. *Crau. conſ.*81. *n.*4. *& conſ.*61. *ante n.*1. *Nicol. Bellon. conſil.*17. *n.*10. *Rol. à Valle conſ.*90. *n.*22. *vol.*2. *Franc. Burſ. conſ.*209. *n.*23. *vol.*2. *arg. etiam.* C. *donat. int. vir. & uxor. & l. Qvintus. ff. eod.*

Hujus præſumtionis ratio in eo, ut qvæſtus evitetur eſt fundata.

d. l. etiam. C. *donat. int. vir. & uxor.*

Nam ut Plautus in Caſin. act. 2. Scen. 2. habet:

- - peculi probam, nihil habere addecet
Clam viro: & qvod habet partum, ei haud commod'ſt,
Quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro invenerit
Hoc viri cenſeo eſſe omne, quicquid tuum eſt.

Qvem ex noſtris referunt

*Tir. ll. connub. gl.*8. *n.*271. *& Maſc. tr. probat. concl.*30. *n.*2.

2 Hæc concluſio ampliatur I. Ut procedat etiam in concubina: Namqve & illam ex bonis amaſii ſui qveſiviſſe præſumtio eſt.

add. ad Br. *lib.*3. C. *jur. fiſci. lib.*10. Bl. *l. cum oportet in pr. n.*12. C. *bon. quæ lib.* Bl. 1. *n.*3. C. *natur. lib. Lup. d.* §. 60. *n.*3. *ibi Bernh. Diaz. in add. Franc. Crem. ſing.*6. *Cotta in memor. verb. concubina. Ant. Gab. Rom. d. concl.*15. *n.*2.

Licet contrarium teneat.

*Alc. de reg. præſumt.*26. *n.*2.

Cujus opinioni non accedo, tantò magis enim de concubina capienda eſt hæc præſumtio, qvod concubinatus, nota qvadam per ſe ſit inſignitus. Qvæ, ſi aliter de concubina præſumeretur, augeretur. Undè ad hanc notam elidendam, vel duntaxat aliqvaliter ſopiendam, meritò idem qvod in uxore honeſta, de concubina eſt præſumendum.

arg. l. tam demenis. C. *epiſc. & cleric.*

3 II. Hæc concluſio ampliatur: Ut idem qvoqve juris ſit in muliere adulterari ſolita. Nam & illam bona ſibi non ex adulterio peperiſſe, ſed ex mariti patrimonio acqviſiviſſe præſumimus.

*Bl. d. l. cum oportet in pr. n.*12. C. *bon. qvæ lib. Alex. in add. ad Br. d. l.*3. C. *ju. fiſc. lib.*10. *Cotta in memor. d. verb. concubina. Lup. d.* §.60. *n.*11.

4 Præſumtio enim ſemper, in meliorem partem eſt ſumenda.

arg. l. miles. §. *defuncto. ff. ad l. Jul. de adult.*

5 Qvod usqve adeò verum eſt, ut potius dicendum ſit uxorem furto, res marito ſubtraxiſſe, qvàm ex adulterio qvæſiviſſe.

*Alc. tr. præſumt. reg.*3. *præſumt.*6. *n.*3.

6 Eam ob cauſam: qvia ubi actus cadit, diverſo reſpectu, in delictum majus, & in delictum minus, ſemper capienda eſt interpretatio, ut ad minus delictum referatur.

*Bl. l. fin. num.*27. C. *ædil. ed. arg. l. ſi præſes. ff. pœn.*

7 III. Hæc concluſio ampliatur: Ut non tantum vera ſit, in uxore vera, verum etiam in putativa. Nam & uxor putativa, ex bonis mariti putativi, adepta, qvæ habet, videtur.

*Tir. ll. connub. gloſſ.*8. *n.*271. *Maſc. tr. probat. concl.*30. *n.*14. *arg. cap.*2. *extra donat. int. vir. & uxor.*

8 IV. Hæc concluſio ampliatur: Ut procedat etiam in vidua. Nam & in ea iſthæc acqviſitionis præſumtio, locum obtinet.

*add. ad Br. d. l.*3. C. *jur. fiſc. lib.*1. *Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr.*4. §.14. *gloſſ.*2. *num.*4. *Card. Pariſ. conſ.*80. *num.*12. *vol.*1. *Bellon. conſ.*17. *n.*12.

9 Qvod tamen ita demum verum eſt, ſi paulò poſt obitum viri, puta intra luctus annum, de acqviſitione, qvæſtio ventiletur: Secus verò eſt, ſi multum temporis jam effluxit. Tunc enim haud immeritò iſta juris præſumtio ceſſabit, uti hanc ampliationem declarant.

*Neviz. Sylv. nupt. lib.*4. *n.*21. *Ripa l. fœmina num.*55. C. *ſec. nupt. Crem. d. ſing.*6. *Lup. d.* §.60. *n.*15. *Alc. d. præſumt.*26. *num.*4. *Coraſ. Miſcellan. jur. lib.*3. *cap.*5. *n.*4. *Ant. Gab.*

Gab. Rom. d. concl. 15. n. 4. Masc. d. concl. 30. n. 4. Carol. Molin. in add. ad Alex. cons. 82. add. ult. vol. 2.

10 Tùm qvia ea, qvæ in continenti post matrimonium dissolutum fiunt, tanqvam constante matrimonio fieri, illiqve inesse videntur. *l. lecta. ff. si cer. pet.*

Tùm qvia ex brevitate temporis, fraus, dolus & simulatio, ex parte viduæ præsumeretur.

argum. l. si ventri. §. in bonis. ff. privil. cred. Tir. V. R. p. 1. §. 1. gl. 7. n. 77.

11 Tùm qvia nisi isthæc acqvisitio ad annum luctus restringeretur maximum, qvod scilicet nunqvam vidua, tutò & qvietè res suas teneret & possideret, absurdum conseqveretur. Et certum est, qvod nunqvam probandus sit iste intellectus, per qvem absurdum, vel inconveniens admittitur.

l. fin. C. aut. præst. c. venerabilem, & c. in Genesi extra elect.

12 Sed hæc restrictio rursus sublimitatur: Ut procedat duntaxat eo casu, si nullæ supersunt conjecturæ qvibus asseqvi possit, viduam etiam post annum luctus, ex bonis mariti defuncti acqvisivisse, aliud verò esset, si tales conjecturæ extarent.

Tunc enim post annum luctus, idem qvod ante lapsum ejusdem, esset judicium.

Alc. tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 26. num. 5. Chassan. in cons. Burg. d. gloss. 2. n. 8. Rom. d. concl. 15. n. 5. arg. l. 2. ff. excus. tut.

13 Hæc conclusio fallit I. Si mulier honestatem negotiationem, & muliebri sexui decentem exerceret, puta obstetricando, operi phrigio operam dando, inaurando, pueros alienos lactando, texendo, & si qvæ sunt alia. Hisce enim casibus, cum præsumtio turpis qvæstus, excludatur, nō opus est, ut dicatur, fœminam ex bonis mariti acqvisivisse, sed negociationi propriæ inserviendo, adeptam esse, respondendum.

Bl. d. l. cum oportet in pr. n. 12. C. bon. qvæ lib. Pet. Gerh. sing. 99. arg. c. cum cessante extra app.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si mulier dives, matrimonio, viro inopi, & egeno, jungeretur. Tunc enim contrarium potius præsumendum, maritum nempe ex bonis uxoris, qvam econtra qvæsivisse. 14

Alc. d. præsumt. 26. n. 15. Neviz. Sylv. nupt. lib. 4. n. 22. Crau. cons. 61. n. 7.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat eo casu, qvo uxor rei proprietatem, ex causa onerosa acqvisivit, cui proprietati ususfructus postea consolidatur, mulierq; ex causa lucrativa acqviritur. Tunc enim, qvod usumfructum uxor ex bonis mariti qvæsiērit, non dicitur. 15

Jas. in addit. ad Porc. §. sed cum eadem. addit. ult. Inst. legat.

Ratio est: Qvia res qvæ consolidatur, tanqvam separatum qvid & diversum ab eo jure, cui consolidatur, æstimatur. 16

Tir. ut. retr. p. 1. §. 32. gl. un. n. 72. arg. l. Mævius. §. fundo. ff. leg. 2.

Plures ampliationes & limitationes, ad hanc conclusionem, offendent apud Alc. Cott. Rom. Mascard. Neviz. & Bellon. qvæ ego, ne opera eorum abuti, meaqve eorum plumis (qvod multis solenne est) exornare videar, huic repetitioni inserere, supersedeo.

ARTICULUS XXXIII.

SUMMARIUM.

1. *Uxor, maritum seqvi tenetur.*
2. *Uxor viro cohabitare, omnimodo cogitur.*
3. *Conseqvens qvi vult, necessarium antecedens velit, oportet.*
4. *Uxor virum vagabundum seqvi est astricta, si is erat vagabundus tempore initi matrimonii, ipsaq; hujus erat conscia.*
5. *Fœmina cum errone contrahens, ejus approbare videtur mores.*
6. *Scienti & consentienti non fit injuria neq; dolus.*
7. *Uxor qvæ erat nescia, tam improborum morum, sui mariti, implorare potest judicem, ut eum, secum cohabitare compellat.*
8. *Maritus illas ædes, qvas uxor inhabitat, inhabitare cogitur.*
9. *Uxor in malitiam maritum seqvi tenetur.*
10. *Uxor maritum in malitiam abiturum, ita demum comitari obligata est, si diu, sit absfuturus, diversum erit, si brevi reversurus speratur.*
11. *Uxor militem nostri temporis, seqvi non est astricta.*
12. *Uxor, ut militem hujus seculi, seqvi teneatur oportet, ut is miles sit initi matrimonii, utqve uxor sciat, hunc qvi se ambiat, esse militem.*
13. *Uxor maritum etiam in carcerem seqvitur.*
14. *Uxor leprosi, qvi ob lepram aliò migrare compellitur, cum eo peregrinari cogitur.*
15. *Uxor banniti eum seqvitur.*
16. *Uxor banniti, eum seqvitur, si injuria, potentia puta adversæ factionis, urbe pulsus est, sed si ob*

ob crimen proscribitur, uxor nolens eum insequi non est compellenda.

17. *Consuetudo, ne uxor maritum seqvatur, non valet.*

18. *Uxor, etsi aliqvam ob causam, maritum ut non seqvatur, excusetur, matrimonium tamen inter eos remanet, nec de novo nuptias contrahere potest.*

19. *Pactum, qvo maritus tempore sponsaliorum se obligat, ut in certo loco, post matrimonium contractum, cum desponsata commoretur, valet, neq; tunc invita uxor, commigrare cogitur.*

20. *Contractus ex conventione legem accipiunt.*

21. *Pactum in traditione adjici rerum potest.*

22. *Argumentum à re, ad personas est validum.*

23. *Maritus, si ex causa honesta, tantoq; magis, si ex necessaria, de novo emergente, abitionem parat, pacto, de qvo modò diximus, non obstante, uxorem repugnantem secum ducit.*

24. *Qvæ de novo emergunt, novo consilio indigent.*

25. *Actus omnis rebus sic stantibus est intelligendus.*

26. *Uxor non seqvitur maritum, qvi ex voto, transmarinam peregrinationem suscepit.*

27. *Sponsa de futuro, sponsum non seqvitur.*

1 Trigesimo tertiò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod uxor maritum suum, seqvi tenetur. *c. unaqvaq;* 13. *qv.* 2. *Ang. Aret. Inst. pat. pot. in pr. n.* 7. *cap. Tholos. decis.* 86. *Tir. ll. connub. l.* 1. *n.* 39. *Burs. cons.* 207. *n.* 8.

2 Ratio esse potest, qvia uxor, viro cohabitare, omnimodo astricta est. *c. inter alia extra sent. excomm.*

3 Si ergò cohabitare ei debeat, eum seqvatur oportet, cum is, qvi vult conseqvens, necessarium qvoq; antecedens velle debeat. *l.* 3. *§. qui habet. ff. ser. rust. præd. l. loci corpus. §. si quis ff. si ser. vend. l. oratio. ff. sponsal. c. cum infirmitas, extra pœn. & rem. Gomez. var. resol. l.* 1. *c.* 5. *n.* 83. *vers.* 1.

4 Hæc conclusio ampliatur I. ut etiam virum vagabundum, mulier seqvi teneatur, si tempore initi matrimonii, morum, futuri mariti non esset ignara. *gloss. c. si quis necessitate* 34. *qu.* 2. *Br. l. Mævia §. uxore. n.* 3. *ff. ann. leg. Bl. l. manumittuntur. n.* 1. *ibi Castr. n.* 3. *C. oper. libert. Abb. cap.* 1. *n.* 8. *extra conjug. lepros. Ang. Aret. §.* 1. *n.* 12. *Inst. de S. C. Tertull. Cors. in sing. verb. vagabundus. Lup. c. per vestras. §.* 9. *num.* 13. *extra don. int. vir. & uxor. Steph. Aufr. in addit. ad cap. Tholos. d. decis.* 86. *Sais. in consuet. Turonens. rubr. de success. feudi art.* 9. *Tir. ll. connub. d. l.* 1. *num.* 39. *Covar. in epit.* 4. *lib. decret. p.* 2. *c.* 7. *n.* 5.

Et hanc esse communem opinionem, attestatur *Burs. d. cons.* 207. *n.* 13. *vol.* 2.

5 Eam ob causam: qvia mulier, cum ejuscemodi errone, vagabundo, vel histrione, scienter contrahens, mores ejus approbare videtur. *arg. l. plenum. §. equitii. ff. us. & habit. Bl. l. ubi adhuc n.* 28. *C. ju. dot.*

6 Undè meritò qvod seqvi teneatur, conqveri non debet. Cum scienti & consentienti non fiat injuria. *c. scienti de R. I. lib.* 6. *l. jam dubitari. ff. hær. inst. l. si filius qui patri. ff. vulg. & pup. l. si fidejussor. §. qui necessariis. ff. qui satisd. cog. Vasq. ill. contr. c.* 48. *n.* 12. *Zoanet. l.* 2. *n.* 118. *vers. neq; C. pact. int. emt. & vend.*

Si verò nescierit uxor, maritum suum, tam probis moribus imbutum, eumqve propterea, huc, illucqve divagantem, ut secum cohabitet, judicis autoritate compellere voluerit, id facit, sufficetqve fugitivus, in domo uxoris, qvæ eum citari facit, ad judicium provocetur, ut post Innoc. decidit. 7
Alc. tr. præsumt. reg. 1. *præsumt.* 35. *n.* 3.

Eam ob causam: qvod maritus illas ædes, in qvibus uxor habitat, inhabitare debeat. *arg. cap.* 1. *extra conjug. lepros. c. tua extra cler. non resident.* 8

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut mulier etiam in militiam maritum seqvi teneatur. *l.* 1. *ibi Bl. & Castr. C. uxor. mil.* 9

Qvæ tamen ampliatio ita demum vera est, si maritus in militiam proficiscens, diu sit abfuturus, tunc enim uxor eum seqvi tenetur, secus verò est, si exautorationem paulò post secuturam, speraretur. *Paul. de Cast. d. l.* 1. *C. uxor. mil. Sais. in consuet. Turonens. d. art.* 9. *col.* 2. 10

Ego verò hanc ampliationem, in militibus nostri temporis haudqvaqvam procedere posse, statuo. Cum longè aliæ, istorum militum, qvam nostrorum fuerit ratio. Qvapropter à diversis non inferri rationis est. *l. fin. ff. calumniat.* 11

Vel ut procedere posset, id reqvirerem, qvod maritus tempore contracti matrimonii sit miles, & qvod mulier militem eum sciat. *per jura & rationes in præcedent. ampl. adductas.* 12

13 III. Hæc conclusio ampliatur: ut uxor etiam in carcerem, virum suum seqvi teneatur. *gl. c. unaqvæq;* 13. *qv.* 2.

14 IV. Hæc conclusio ampliatur: ut uxor, viri qvoqve leprosi, qvi ob id â communi cœtu sejungitur, & aliò forsan migrare cogitur, seqvelæ sit obnoxia.
c. hi qvi 27. *qv.* 2. *c.* 1. *ibi gl. & Dd. extra conjug. lepros.*

15 V. Hæc conclusio ampliatur: ut Ut uxor qvoqve banniti, seqvendi nexu sit constricta. *Alex. in add. ad Br. l. Mævia. §. uxore. ff. ann. leg.*

16 Qvod tamen ita demum verum est, si maritus innoxiè, potentia puta adversæ partis proscribatur, Secus verò esset si maritus seditione, vel alio crimine, proscriptioni ansam præbuerit. Tunc enim, si seqvi eum recusaret, audiretur.
argum. gl. c. 1. *verb. exivit extra hîs qvi mat. accus. poss.*

17 VI. Hæc conclusio ampliatur: ut non valeat consvetudo, tanqvam juri naturali repugnans, ne maritum suum, uxor, seqvi teneatur, approbans.
Abb. c. 1. *n.* 3. *extra conjug. lepros. Tir. ll. connub. l.* 1. *n.* 39.

18 VII. Hæc conclusio ampliatur: ut etiamsi aliqva ex causa, qvæ ex varietate casuum evenire posset, uxor maritum suum seqvi non teneatur: Matrimonium tamen inter illos maneat, nec mulieri aliud contrahere matrimonium, permittatur.
Abb. c. de illis n. 4. *extra sponsal. argum. c. in præsentia extra eod.*

19 Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, si pacto, inter virum & uxorem, dum mutuò despondere̅ntur, convenisset, qvod vir in certo loco agere debeat. Tunc enim si aliò domicilium transferre voluerit, uxor invita, ut seqvatur, non cogitur.
Abb. c. 1. *n.* 5. *extra hîs qvi matrim. accus. poss. ubi hanc esse communem opinionem attestatur, qvam seqvitur. Covar. d. c.* 7. *n.* 5.

20 Tùm qvia contractus, ex conventione, si contra ejusdem substantiam non sit, legem accipiunt.
l. 1. *§. si convenerit. ff. depos. c. contractus de R. I. lib.* 6. *Pract. Pap. in for. lib. qvo ag. ad revoc. feud. verb. nec superstitibus ex eo liberis. n.* 35. *Lup. c. per vestras* 6. *notab. §.* 11. *num.* 3. *extra donat. inter vir. & uxor. Zoan. lib.* 2. *n.* 36. *vers. neq; te. C. pact. int. emt & vend. Caball. tr. evict. §.* 4. *n.* 2.

Tùm qvia videmus, pactum in traditione rerum adjici posse. 21
c. verum extra condit. appos. l. 1. *C. pact. convent.*

Ergo etiam in traditione (qvæ fit per sponsalia) personæ. Cum argumentum à re, ad personas, in jure sit freqvens, & probabile. 22
Tiraq. V. R. p. 1. *§.* 29. *gl.* 1. *n.* 3. *Tir. ll. connub. gl.* 5. *n.* 127. *arg. l. qvi furere. ff. h. t. l. miles. ita hæredem. ff. test. milit.*

Qvod tamen pactum, rebus sic stantibus, est interpretandum. Cæterum si honesta, tantoqve magis si necessaria causa novè emergens, maritum ad abeundum commoveat, rectè posthabito illo pacto, uxore etiam repugnante, secum ducta, abit. 23
Tir. ll. connub. lib. 1. *num.* 39. *Gomez. var. res. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 23. *vers. item etiam Covar. d. c.* 7. *n.* 5.

Tùm qvia ea, qvæ de novo emergunt, novo auxilio indigent. 24
l. de ætate. §. ex causa. ff. inter act. Mar. tract. ord. judic. 2. *p.* 6. *p. p. act.* 3. *n.* 11. *Roneheg. lib.* 3. *§.* 1. *n.* 122. *ff. duob. reis. Hipp. de Mars. sing.* 142.

Tùm qvia omnis actus, rebus sic stantibus interpretandus est. 25
l. qvod Servius ibi gloss. not. ff. cond. ob turp. causam. Bertach. tr. gab. p. 2. *n.* 5. *Tir. rep. l. si unqvam præfat. n.* 167. *C. revoc. donat. Gomez. var. resol. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 36. *vers. qvintò. Cardin. Paris. cons.* 16. *n.* 16. *vol.* 2. *consil.* 47. *num.* 36. *vol.* 4. *Burs. consil.* 110. *n.* 20. *vol.* 1.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si maritus voti exolvendi gratia, mare trajecerit. Tunc enim uxor, eum seqvi non est obligata, 26
Abb. c. qvod super n. 8. *per ill. text. & c. ex multa num.* 2. *per ill. text. extra vot. & vot. redemt.*

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat in ea, qvæ per verba de futuro est, desponsata. Ei namqve sponsum, ut seqvantur non est injunctum. 27
Abb. c. de illis n. 4. *per ill. text. extra sponsal. Tir. ll. connub. gloss.* 2. *num.* 24. *argum. l.* 2. *C. repud.*

ARTI-

ARTICULUS XXXIV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina & mas, si in eadem præbenda, jus præsentationis habent, illis in præsentando discordantibus, is semper, potius jus fovet, qui à masculo est præsentatus.*
2. *Contrarium.*
3. *Nobile, & dignius, præ minus nobili, & digno consideratur.*
4. *Præsentatus à fœmina, à masculo præsentato præfertur, si fœminæ, jus patronatus sit potentius: puta si per uxorem marito, jus præsentandi obvenisset.*
5. *Contrarium.*

1 TRigesimo qvarto concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia si masculo & fœminæ, simul in certa præbenda, vel beneficio, jus patronatus seu præsentationis competat, si in diversas rapiantur patroni sententias, semper is, qvi à masculo præsentatus est, præfertur.

Bl. l. 1. ante num. 1. per ill. text. ff. Senat. Fel. c. qvoniam. n. 5. extra test lib. Dec. d. lib. 2. num. 47 ff. reg. jur. Tir. ll. connub. gloss. 9. n. 6. & 10.

2 Ut autem hoc Baldi dictum dd. seqvantur: tamen contrarium tenet Molinæus, volens cæteris paribus, ordinarium, cui vult hoc casu gratificare, vel ad denuò faciendam præsentationem, patronos compellere posse, adeò qvidem, ut si tempus à jure, præsentationi præfinitium elabatur, ordinarius ipse patronis exclusis, electionem rectè subeat.

Molin. in add. ad Dec. d. l. 2. n. 47. ff. R. I.

Pro cujus opinione adduci possent, licet ipse non allegat.

gloss. c. si plures 16. qv. 7. gl. c. Ecclesia vestra. el. 2. in gl. ult. in fine extra elect.

Cujus opinioni non accedo, negarim enim, hoc casu, æqvè pares, sed semper digniorem illum fore, qvi à masculo est nominatus.

argum. d. l. 1. ff. Senator.

Unde ejus, qvod est magis dignum & nobile præ illo, qvod minus dignum, nobileqve est habetur consideratio. 3

c. qvod in dubiis de consecr. eccles. vel alt. Mar. tr. ord. jud. part. 3. n. 118.

Hæc conclusio limitatur: ut procedat duntaxat eo casu, qvo masculo & fœminæ, æqvale in præsentando jus est. Cæterum si fœminæ potentius jus sit, puta si jus patronatus, ratione fœminæ, qvam in uxorem duxerit, viro contigisset, à fœmina præsentatum præferri rationis est. 4

Rota decis. 422. in c. fuit dubitatum, utrum valeret in novis. Dec. d. l. 2. n. 47. ff. R. I. Fel. d. c. qvoniam. num. 5. extra test lib. Tir. d. gl. 9. n. 6.

Licet rursum hoc casu Molin. contrarium sectetur. A marito nempè præsentatum, uxoris præsentato anteferendum esse, sentiens. 5

Molin. in consuet. Paris. §. 37. gl. 10. n. 3.

ARTICULUS XXXV.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina & masculus, si unà perierint casu aliqvo, fœmina prius decessisse præsumitur.*
2. *Intellectus ad l. qvi duos. §. si maritus. ff. reb. dub.*
3. *Interpretatio ea semper eligenda, qva actus potius, qvàm pereat, valeat.*
4. *Præsumtio qva uxorem prius decessisse præsumitur, contrariis documentis eliditur.*
5. *Vera probatio semper absorbet juris tantum præsumtionem.*

1 TRigesimo qvintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia si uxor, & maritus, naufragio fortè, incendio, peste, incursione hostium, simul perierint, tunc primò uxorem, spiritum posuisse, est præsumtio.

l. qvi duos. §. si maritus. ff. rebus dub. l. cum hic status. §. si ambo. ff. donat. int. vir. & uxor. Luc. de Penna l principes. vers. 44. C. princip. agent. in reb. lib. 12. Br. l. qvod de pariter ff. rebus dub. Crem. sing. 52. Fel. c. capitulum. n. 19. extra rescript. Hipp. de Mars. rubr. n. 416. C. probat. Alc. tr. præsumt. reg. 2. præsumt. 49. n. 2. Gvid. Papæ tr. præsumt. n. 57. Sois. in consuet. Turon. rubr. de success. plebeior. ad fin. Dec. d. l. 2. n. 44. ff. Reg. jur. Tir. ll. connub. l. 1. n. 58.

Hæc conclusio limitatur I. ut procedat duntaxat eo casu, si per illam præsumtionem, actus, vel contractus, exitum sortiretur, non verò habet locum, si præsumendo id, qvod mulier prius, in fata conce- 2

 cesse-

cesserit, potius actus destructio, qvàm stabilitio conseqveretur.

Luc. de Pen. d. l. principes. vers. 44. Alc. d. reg. 1. præsumt. 49. num. 5. Fr. Burs. cons. 8. n. 16. vol. 1.

Tùm per text. *l. cum hic status. §. si ambo. ff. donat. int. vir. & uxor.*

Tùm per text. *l. ex facto. §. pen. ff. ad S. C. Trebell.*

3 Tùm per id, qvod generaliter traditur: eam semper capiendam interpretationem, qva actus potius, qvàm pereat, valeat.

l. quotiens. la. 2. ff. rebus dub. l. quotiens idem sermo. ff. reg. jur. l. Titia. §. Lucius el. 1. ff. leg. 2. Cotta in memor. verb. actus. el. 2. Pol. tr. comp. subst. n. 30. & 32. Ronch. l. reos. §. cum tabulis n. 84. ff. duobus reis. Ascan. tr. pot. eff. 5. n. 33. Ceph. consil. 408. n. 63.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat isthæc præsumtio, qvoties legitimis documentis, contrarium probatum fuerit. 4

d. l. qui duos. §. si maritus. ff. reb. dub.

Vera enim probatio, semper tollit, qvæ juris est tantum, præsumtionem. 5

c. fin. extra præsumt. Specul. tit. de probat. §. fin. num. 10. Guid. Papæ tract. præsumt. num. 41.

ARTICULUS XXXVI.

SUMMARIUM.

1. *Gemellis editis masculo scilicet & fœmella, si dubitatur, uter prior natus sit, masculus primo loco, in hanc lucem exiisse, fœmella deinde nata præsumitur.*
2. *Fœmina, prior præsumitur edita, libertatis favore.*

1 TRigesimo-sextò concludo: Fœminarum conditionem esse deteriorem, eò, qvod gemellis, masculo scilicet & fœmella editis, si nescitur, uter prior, exiverit, masculus præsumatur prior, fœmella posterior nata.

Br. l. si fuerit. §. planè. ibi Castr. ff. reb. dub. Br. l. si extraneus. n. 3. ff. condict. caus. dat. caus. non sec. Brun. l. Arethusa. n. 2. ff. h. t. Bl. l. idem erit. n. 1. ff. eod. Guido Papæ tract. præsumt. num. 5. in fine. Dec. l. 2. num. 44. ff. reg. jur. Sais. in consvetud. Turonens. rubr. de success. plebei. in fine. Tir. tract. primig. qv. 17. opin. 7. & 8. n. 1. Tir. ll. connub. l. 1. n. 59. Masc. tr. probat. concl. 1087. n. 1. ubi hanc opinionem de jure veriorem esse atteſtatur. argum. l. qui duos. §. cum in bello. ff. reb. dub.

Atqve hæc maximi sunt in materia primigeniorum momenti, qvoties nimirum consvetudine circa primigenios expressè disponente, ut primogenitus, sive mas sit, sive fœmina jure primogenituræ, reliqvis exclusis succedat, dubitatur, uter prius in hanc lucem sit editus, ut adverti deberi autor est.

Bl. d. l. idem erit. n. 1. ff. h. t.

Hæc conclusio favore libertatis fallit: Si nimirum ancillæ, sub ea conditione si fœminam perperisset, libertas sit donata, inqve ambiguo, dum geminam edidit prolem, uter prior natus sit, hæreternus. Hoc enim casu, favore libertatis fœmellam prius editam, esset præsumendum. 2

arg. l. si fuerit. §. planè. ff. reb. dub.

ARTICULUS XXXVII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ jus vindictæ non competit.*
2. *Pacem à masculo hærede habere, sufficit.*
3. *Contrarium.*
4. *Jus vindictæ, via judiciali tàm fœminis, qvàm masculis congruit, secus si via extra judiciali sit procedendum.*
5. *Jus vindictæ extra judicialis, fœminis, masculis deficientibus competit.*

1 TRigesimo-septimò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvia illis jus vindictæ non competit. *gl. cap. 1. §. hoc autem notandum verbo legibus in fine, de his qui feud. dar. poss. gl. fin. c. 1. an mut. vel alit. imperf. Matth. de Affl. cap. 1. §. & quia. num. 8. de his qui feud. dar. poss. Crau. cons. 6. n. 77.*

Ideoqve si occisus, duos post se hæredes reliqverit, alterum fœminam, cum masculo, super nece autoris sui convenisse sufficit. 2

Bl. cap. 1. §. & quia vidimus. n. 14. ibi Præpos. num. 59. Alvar. §. hoc autem. sub num. 5. de his qui feud. dar. poss. Bl. l. Titia. §. Lucius el. 2. in f. per ill. text. ff. leg. 2. Bl. l. cum inter

inter veteres. n.2. C. *fideicom. libert. Paul. de Castr. l.4.* §. *Caton.* 8. *ff. verb. obl. Jas. l. cum filiofamilias. num.*100. *ff. leg.*1. *Ang. Aret. tr. malef. verb. comparuerunt. dict. inquis. in term. defens. n.7. Dec. l.2. n.*53. *ibi Gab. Sarayn. in addit. ff. reg. jur. Tiraq. ll. connub. l.*1. *n.*61.

3 Licet contrarium teneant.

Rom. & Alex. l. pro hærede. §. *ult. n.*6. *ff. acqvir. hæred. Fel. c. cum oporteat. n.*5. *extra accusat. Aug. Arim. in add. ad Ang. d. n.*8. *Carol. Molin. in add. ad Dec. d. l.*2. *n.*53. *ff. reg. jur. Ægid. Boss. pract. crim. rubr. de pace. n.*8. *Gomez. var. resol. lib.*3. *c.*3. *n.*65. *arg. l. sororem.* C. *his quilib. ut ind. l. un.* C. *his qui se def. lib.*10.

Qvam esse communem opinionem attestatur *Ripa l.*4. §. *Cato. num.*105. *ff. verb. obl. Clar. pract. crim.* §. *fin. qv.*58. *n.*35.

4 Hæc conclusio limitatur primò: Ut procedat tantum in jure vindictæ extrajudicialis, qvo casu verior est opinio prior, non qvidem ob glossam, qvam fundamentum sibi ponunt doctores, qvia isthæc de jure Longobardo loqvitur, sed ob rationem, qvod scilicet armis, vindictam appetere, mulieribus indecens est: diversum autem erit, qvoad vindictam, via judiciali expetendam. In illa qvippe jus, fasq; cum fœminis non minus, qvàm cum masculis facit, qvo casu procedat posterior opinio, & jura pro ea allegata, & ita sentit

*Br. l. un. n.*6. C. *his qui se def. lib.*10.

Atqve hæc declaratio, tàm respectu naturalium & legitimorum, qvàm naturalium tantum, etiamsi spurii fuerint, habet locum.

*Br. l.*2. *n.*3. *ff. accusat. Gomez. d. cap.*3. *n.*66. *arg. l.*2. *in fin. ff. ad l. Jul. de adult.*

III. Hæc conclusio limitatur: Ut locum tantum habeat superstitibus masculis. Qvod si masculi defecerint, solæqve supersint fœminæ, illis jus vindictæ, conseqventerq; supervindicta transactio tribuetur. 5

*Barb. in add. ad Bl. d. c.*1. §. *& quia vidimus. n.*14. *de his qui feud. dar. poss.*

Qvod altiorem reqvirere indaginem videtur.

ARTICULUS XXXVIII.

SUMMARIUM.

1. *Tabulæ testamenti debent esse, penes masculum hæredem, & non fœminam, qvæ hæres est.*
2. *Filia testatoris, potior est, apud qvam tabulæ testamentis deponantur, qvàm cohæres extraneus masculus.*
3. *Vincula duo magis ligant, & duæ rationes unam vincunt.*
4. *Causa naturalis, inspicitur præ accidentali.*

1 Trigesimo octavò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia masculo & fœmina hæredibus institutis, si dubium est, apud qvem tabulæ testamenti reservari debeant, masculus & non fœmina erit depositarius.

l. fin. ff. fid. instrum.

2 Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si filiæ testatoris, datus esset cohæres extraneus. Hoc enim casu apud filiam potius, qvàm apud extraneum, tabulæ ultimi eulogii remanebunt. Tum qvia in filia concurrunt duæ rationes, & qvod sit hæres, in extraneo unica tantum conspicitur, hæredis consideratio.

3 Et certum est: qvod duo vincula magis ligent, qvodqve duæ rationes, unicam vincant, & elidant.

§. *sed hodiè Instit. adopt.* §. *quod si partim Instit. rer. divis.* §. *sed ea omnia. Instit. hæred. quæ ab int. defer. l. re conjuncti. ibi Jas. n.*18. *ff. leg.*3. *Brun. auth. itaq. n.*1. *per ill. text.* C. *com. de success. Neguz. tr. pign.*2. *membr.*5. *p. p. num.*51. *&* 4. *membr.*5. *p. p. num.*22. *Cotta in memor. verb. geminatio verborum. Pirrh. in consuet. Aurel. tt. de success. c.*4.

Tum qvia in filia, causa naturalis urget, in extraneo verò accidentalis. Et certum est, qvod duabus causis concurrentibus, altera naturali, altera accidentali, ad illam qvæ naturalis est, potius sit respiciendum. 4

*l. qui habet. ff. tutel. Roncheg. rubr. num.*19. *ff. duobus reis. Gomez. var. resol. lib.*1. *c.*5. *n.*34. *& cap.*6. *n.*8.

ARTICULUS XXXIX.

SUMMARIUM.

1. *Pupilla tutori, vel filio ejus non nubit.*
2. *Pupillus filiæ tutoris, rectè nubit.*
3. *Pupilla non nubit nepoti tutoris.*
4. *Pupilla non nubit hæredi tutoris extraneo, ad reddendas tutelæ rationes obligato.*
5. *Pupilla nubit tutori, & reliqvis, etiam non redditis rationibus, si pater pupillæ, hoc dispo-fuerit decedens.*
6. *Pupilla rectè nubit tutori, qvi rationes administratæ tutelæ absolvit.*
7. *Pupilla nubit ei, qvi pro tutore vel curatore negocia ejus gessit.*
8. *Pupilla rectè nubit tutori, qvi rationes non reddiderat de jure Canonico.*

1 TRigesimo-nonò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod pupilla, tutori, vel filio ejus, nubere non potest.

l. tutor. ff. sponsal. l. Senatusconsulto, & l. si quis tutor. §. quamvis. ff. ri. nupt. toto rubr. & nig. C. interd. matrim. gl. §. iidem rescripserunt. Instit. excus. tutor. Kling. tr. nupt. Rubr. de illic. nupt. n. 6.

2 Cum tamen pupillus, filiæ tutoris, rectè nubat.

l. libertum. §. tutor. ff. ri. nupt. l. curatorem. ibi Bl. interd. matrim. Jas. l. principalibus. num. 5. ff. si cer. pet. Tiraq. ll. connub. lib. 1. n. 45.

Diversum ideò statuitur: qvia non creditur, maritum uxoris timore, qvin rationes à tutore socero, vel hæredibus ejus exigat, cessaturum, cum tamen uxor, id mariti timore, vel amore, audere non præsumatur.

arg. l. si patris. C. interd. matr. arg. l. si quis officium in pr. ff. ri. nupt. Joh. Fab. §. cum autem. n. 2. ibi Ang. n. 5. Instit. quib. mod. jus pat. pot. sol.

3 Hæc conclusio ampliatur I. Ut procedat non tantum in filio tutoris, verumetiam in nepote ejus.

d. l. Senatusconsulto. ff. ri. nupt.

4 II. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat etiam in hærede tutoris extraneo, ad reddendas tutelæ rationes obligato.

l. libertum. la. 2. §. 1. ff. ri. nupt. Jas. in addit. ad Porc. §. mariti Inst. nupt.

Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat, si pater puellæ decedens, jusserit, ut filio tutoris, matrimonio sociaretur. Tunc enim rationibus etiam non redditis, rectè inter eas celebratur matrimonium. 5

dict. l. si patris in fin. C. interd. matr.

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in eo tutore, qvi rationes administrationis absolvit. Is enim pupillam suam rectè ducit, omnibusq; ex se descendentibus jure non prohibente copulat. 6

arg. l. adigere. §. quamvis. ff. jur. patron.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in eo, qvi pro tutore, vel curatore, negotia pupillæ, vel adultæ gessit. 7

l. fin. ibi Br. C. interd. matr. Azo in summa. C. eod. tit.

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, de Jure Canonico. Sacri enim Canones, hanc Juris Civilis prohibitionem tanqvam matrimonii impeditivam sustulerunt. 8

Br. l. 1. C. interd. mat. Sylv. Aldobr. §. iidem rescripserunt Institut. excus. tut. Joh. Fab. Ang. Aldobr. & Dd. §. illud Inst. nupt. arg. c. pen. extra secund. nupt.

ARTICULUS XL.

SUMMARIUM.

1. *Uxor, maritum mortuum lugere tenetur.*
2. *Maritus uxoris mortem non luget.*
3. *Maritus luctu, vesteq; lugubri, conjugem mortuam defiet, ex generali consuetudine, sine ulla tamen, si non fiat infamia, haud tamen, absq; aliqva apud bonos, existimationis sugillatione.*
4. *Uxor, si festinatò nimis, ad secunda vota transierit, sangvinem perturbat, prolisq; incertitudinem invehit.*
5. *Uxor, ad secunda vota se conferens, DEUM, defuncti memoriam, & liberorum charitatem, negligere dicitur.*
6. *Uxor transitu suo ad secunda vota, animam, sobolemq; defuncti contristatur.*
7. *Uxor non solum transitu suo, sobolem primi matrimonii, verum etiam dum ad tertia vota transit, sobolem secundi matrimonii lædit.*
8. *Uxor olim lugebat virum decem menses, hodiè per annum tempus.*
9. *Uxor, intra annum luctis nubens, fit infamis ipso jure.*
10. *Uxor intra annum luctus nubens, omnium, & singulorum sibi in testamento relictorum, est expers.*

11. *Uxor*

11. Uxor intra annum luctus nubens, non fit hæres, neq; Jure Civili, neq; Prætorio, ultra tertium gradum, ab intestato.

12. Fiscus ab uxore, quæ intra annum luctus nupserat, & hæreditates, & alia commoda, decem personis non existentibus, aufert & vendicat.

13. Pœnæ intra annum luctus nubentis, dispositione, & remissione primi viri, tolli neqveant.

14. Pœnæ L. fœminæ C. secundis nupt. voluntate primi viri, enervantur.

15. Dispositio ultimarum voluntatum, contra bonos mores, per se, & ipso jure nulla est.

16. Uxor quæ intra annum luctus nupserat, si nondum cognita est, pœnas intra annum luctus nubentis evitat.

17. Uxor quæ tantum sponsalia, intra annum luctus celebrârat, pœnis intra annum luctus nubentis non subjacet.

18. Sponsa de futuro, sponsum de futuro non luget, nec si per annum post obitum sponsi, non expectaru, punitur.

19. Uxor non perdit bona, ob transitum ad altera vota intra annum luctus, quæ non habet à priore marito, licet contemplatione ejusdem nec ea liberis prioris matrimonii, intacta conservare tenetur.

20 Uxor non punitur respectu tertii viri, cui anno luctus elapso nupserat, licet secundo viro nupsisset intra annum luctus.

21. Pœnæ nubentium intra annum luctus, jure Canonico sunt abrogatæ.

22. Uxor intra annum luctus nubens, etsi hodie non puniatur, amittit tamen eo ipso, gloriam matrimonialis pudoris, & actum neutiqvam laudandum celebrat.

1 QVadragesimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod mortem mariti lugere, addita pœna tenentur.

l. 1. C. sec. nupt. ibi Dd. communiter. Azo in summa. C. eod. tit. Br. tr. differ. Jur. Civ. & Can. n. 62. Dec. l. 2. num. 48. ff. reg. jur. Cotta in mem. verb. nuptiarum.

2 Maritus autem uxoris mortem lugere, de jure non astrictus.

l. uxores. C. his qui not. infam. Amanell. de clar. aqu. sing. 95.

3 Licet consvetudo, ut mortem conjugis, maritus, luctu, vesteqve lugubri proseqvatur, qvæ ubivis terrarum servatur, sine ullo tamen, si factum non fuerit infamiæ metu, non tamen sine æstimationis suggillatione, sit introducta.

Ripa l. fœminis. n. 2. in fin. C. sec. nupt.

4 Qvod ideò diversimodè in jure nostro est constitutum, qvia ex festinato, mulieris ad secunda vota transitu, sangvinis seqvitur (qvod in viris, intra luctus annum bigamis, non est extimescendum) perturbatio, prolisqve incertitudo. Itaqve diverso qvoqve jure providendum fuit.

Azo in summa. C. eod. tit. Gvido de Moreaul. cons. 1. n. 2. quod reperitur apud Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 4. §. 6. arg. l. liberorum. §. & si talis. ff. his qvi not. infam.

5 Qvæ qvidem ratio, præsentis conclusionis principalis est, aliàs autem, tria mulier binuba, DEum scilicet, defuncti memoriam, liberorumqve charitatem negligere dicitur. *§. si autem tutelam auth. nupt. Rol. à Valle cons. 68. num. 29. vol. 4. Ceph. cons. 416. num. 10. vol. 3.*

Suoqve transitu, animam, sobolemqve defuncti. 6

§. soluto auth. eod. tit. §. prospeximus auth. de non elig. sec. nub. Rol. à Valle d. cons. 68. n. 30. vol. 4. Ceph. cons. 500. n. 2. cons. 504. n. 2. vol. 4.

Non solum primi, verumetiam dum ad tertia vota aspirat, secundi mariti, contristari dicitur. 7

Ceph. cons. 50. n. 22. & 24. vol. 4. arg. §. non tamen auth. nupt.

Cæterum hoc lugendi tempus, olim mensium erat decem, nunc ad annum usq; est porrectum. 8

l. 2. C. sec. nupt. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. c. 7. post med. Cujac. obs. lib. 6. c. 32.

Hæc conclusio ampliatur I. Ut mulier intra annum luctus nubens, infamia aspergatur. 9

l. decreto. C. ex quib. caus. inf. irrog. l. 1. & 2. C. sec. nupt. l. si qua mulier. C. ad Tertul.

Qvod usqve adeo verum est, ut infamiam, eo qvod nubit contrahat, ipso jure.

Bl. d. l. 1. num. 3. per ill. text. C. sec. nupt.

II. Hæc conclusio ampliatur: Ut intra annum luctus nubendo omnium hæreditatum, legatorum, fideicommissorum, omniumqve mortis causa capionum sit expers. 10

dict. l. 1. §. omnium. C. sec. nupt. Jas. l. sciendum. n. 22. ff. leg. 1.

III. Hæc conclusio ampliatur: Ut in hæreditatibus ab intestato vel Jure Prætorio, vel Jure Civili delatis, ultra tertium gradum non succedat. 11

dict. l. 1. in fine. C. sec. nupt.

12 IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut etiam fiscus à muliere, taliter nubente, hæreditates & commoda hæreditaria, decem personis non existentibus, vindicare possit.
*d. l.*1. §. *his etiam. C. sec. nupt.*

13 V. Hæc conclusiio ampliatur: Ut istæ pœnæ, providentia, & dispositione primi viri, tolli vel removeri neqveant.
*Bl. lib.*1. *n.*15. C. *sec. nupt. Jas. l. filium. n.*13. C. *famil. erc. Cotta in memor. V. nuptiarum. Ant. Gab. Rom. tract. reg. lib.*3. *tt. sec. nupt. concl.*1.*n.*32. *Ceph. cons.*59.*n.*10.*vol.*1.

14 Licet mulier voluntate viri nubens, pœnis, de qvibus in L. fœminæ C. secund. nupt. sese extricet.
*Bl. d. lib.*1. *n.*15. C. *sec. nupt. Jas. d. l. filium. num.*13. C. *fam. erc. Rom. sing.*248. *Ripa l. fœminæ. num.*22.& 25. *ubi hanc communem opinionem attestatur.* C. *secund. nupt. Crem. sing.*74. *Dilect. tract. art. test. tt. de legatis. caut.*18. *num.*2. *cap. caut.*238. *in fin. Card. Paris. cons.*95. *num.*21. *vol.* 2. *Ceph. d. cons.*59. *n.*7. *vol.*1.

15 Diversum, ideò sancitum est. Nam hoc posteriori casu, ad secunda vota transitus, contra bonos mores non est, priori verò sic *arg. l.* 1. C. *sec. nupt.*

16 Qvare dispositio testatoris, nullius planè momenti erit. Certi namqve & indubitati juris est, dispositionem ultimarum voluntatum, contra bonos mores, per se & ipso jure nullam esse.
l. filius & l. conditiones. ff. condit. instit. & l. si quis inquilinos. §. *fin. & l. turpia. ff. leg.* 1.

17 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat in nondum cognita muliere. Hæc enim pœnis, secundò intra annum luctus nubentium, non subjugatur.
*Ant. Gab. Rom. tract. reg. lib. tt. de sec. nupt. conclus.*5. *n.*7. *arg. l. adigere.* §. *quamvis. ff. jur. patron.*
Licet contraurium, & rectius teneat
*Rip. rubr. num.*16. C. *sec. nupt.*

18 II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in ea, qvæ sponsalia luctus tempore, de futuro celebravit. Sponsam enim tali tempore fuisse, non nocet.
Fel. rubr. n. 1. *vers. præterea. ext. spons. Ant. Gab. Rom. d. concl.*5. *num.* 8. *text. l. solet. ff. his qui not. infam.*

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in ea, qvæ sponsa duntaxat erat de futuro. Hæc namqve sponsum non luget, nec pœnis secundò nubentium plectitur. *l. Uxores. ff. eod. tit.*

IV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in illis bonis, qvæ qvidem non â marito, mariti tamen prioris contemplatione, uxor secundò nubens est assecuta. Tantò minus enim ista perdit, ut nec communibus qvidem ex priori thoro liberis, reservare teneatur intacta. 19
*Rol. à Valle cons.*86. *n.*32. *vol.*2. *ubi hanc communiorē & mitiorem opinionem attestatur.*

V. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat respectu tertii mariti, cui post obitum secundi mariti, qvem intra annum luctus duxerat, legitimo tempore, hoc est, anno luctus emenso, nuptui sese collocavit. Etsi enim secundo viro, ultra tertiam bonorū suorum partem, in dotem dare, juxta pœnas d. l. 1. C. sec. nupt. statutas, non potuerit. Huic tamen rectè, dotem, tertiam partem excedentem constituit. 20
*Bl. d. l.*1. *n.*6. *per ill. text.* C. *secund. nupt.*

VI. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat de jure Canonico. Canones enim, omnes pœnas, intra luctus annū nubentibus, jure civili, irrogatas abrogarunt. 21
*c. pen. & fin. ibi Abb. & Canon. communiter extra secund. nupt. gl. fin. c. fin.*2.*q.*3. *Br. tr. differ. jur. civ. & canon. n.*62. *Br. d. lib.*1. *n.*2. *ibi Bl. n.*19. C. *secund. nupt. Br. l. liberorum. n.* 2. *ff. his qui not. infam. Br. l. decreto.* C. *ex quib. caus. inf. irrog. Fel. c. Ecclesia S. Mariæ. n.*55. *in fine extra constit. Ripa rubr. num.*16. C. *secund. nupt. p. p. in for. lib. quo ux. ag. ad redd. rat. tut. verb. in suo ult. test. num.* 4. *Neviz. Sylv. nupt. lib.*2. *n.*78. *Coras. miscell. jur. lib.*3. *c.*1. *n.*6. *Covar. in epit.*4. *lib. decret.* 2. *p. cap.*3. §. 9. *n.*5. *Ant. Gab. Rom. tr. reg. lib.*3. *tt. de sec. nupt. concl*5. *n.*1. *qui infinitos. idem tenentes allegat Affl. decis.*75. *n.*5. *Abb. cons.* 12. *num.* 3. *vers. in istis. vol.*1. *Crav. consil.*36. *Alex. cons.*3. *n.*12. *vol.*2.

Atqve hanc esse communem opinionem attestantur. *Abb. Fel. Affl. Masuer. in add. ad Pap. Carol. Mol. in addit. ad Alex. Neviz. Coras. Covar. in locis modo citat.*
Licet contrarium teneat.
gl. l. decreto ibi Castr. C. *ex quib. caus. inf.*

Qvam minus qvidem receptam, longè tamen majori honestate fulgere, crediderim. Nam utut sit, etsi qvidem fœmina, hodie intra annum luctus nubens, infamiam non 22

non incurrat, non tamen, qvin gloriam matrimonialis pudoris amittat, & actum neutiqvam laudandum celebret, præstat, qvem vix absqve rubore faciei, menti inhærentem nævum detegentem, peragit. *Bl. in procem. decret. vers. rex pacificus. n. 23. Rol. à Valle consil. 86. n. 43. vol. 2. qui idem tenentem. Joh. à Garro allegat.*

ARTICULUS XLI.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non habet peculium castrense.*
2. *Fœmina possidet ea, jure castrensis peculii, qvæ ad eam, donatione principis, vel Augustæ pervenerunt.*
3. *Rex in suo regno, vicem Imperatoris obtinet.*

1 QVadragesimo-primò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod peculium qvasi castrense non habent. *argum. l. castrense. ff. castrens. pec. jun. l. 1. §. 1. ff. dolo.*

2 Hæc conclusio limitatur I. Ut non procedat in iis, qvæ fœminæ, ab imperatore vel Augusta donationis titulo sunt consecutæ, ea namqve ad castrensis peculii similitudinem, filiæ familiâs habebunt. *l. cum multa. ibi Bl. n. 3. Sal. & Dd. C. bon. quæ lib. Jas. auth. ex testamento. n. 12. C. collat.*

II. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in donatis ab aliis regibus. Nam & iis idem jus est. Qvandoqvidem rex in suo regno, vicem imperatoris obtinet. *Castr. l. cum multa. n. 2. C. bon. quæ lib. Jas. d. auth. ex testamento. n. 13. Boër. in consvet. Bitur. tt. stat. person. §. 3. gloss. 1. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 2. n. 41. lim. 4. Bellonus cons. 59. n. 9.* 3

ARTICULUS XLII.

SUMMARIUM.

1. *Liberi qvi matrē habent S. C. Macedoniano, non juvantur.*
2. *Liberi qvi matrem habent S. C. Macedoniani opem implorant, stante statuto, matri, æqvalem tribuente, ac patri, in liberos potestatem.*

1 QVadragesimo-secundò concludo: Fœminarum deteriorem esse conditionem, qvod liberis matrem habentibus, senatus consultum Macedonianum non opitulatur. *l. 1. in pr. & tt. ff. ad Maced. & tt. C. eod.*

2 Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, stante statuto, qvo, ut liberos in potestate habeat mater, disponitur. Tunc enim S. C. Macedonianum non minus in liberis matrem habentibus, qvàm in iis, qvi patrem habent, locum sibi vendicabit. *arg. d. l. 1. in pr. ff. ad Maced. & paulò inferius latius dicetur.*

ARTICULUS XLIII.

SUMMARIUM.

1. *Filiusfamilias expressim debet consentire sponsalibus, qvæ ejus nomine à patre celebrantur.*
2. *Filiafamilias censetur consentire patri, non repugnans.*
3. *Filiafamilias non nisi ex causa potest patri reclamare.*
4. *Filiafamilias non censetur consensisse, si constat eam reverentia paterna ductam, non contradixisse.*
5. *Filius, & filiafamilias de Jure Canonico, tacentes, habentur pro consentientibus.*

1 QVadragesimo-tertiò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse. Nam etsi ut ritè peragantur sponsalia, pro filiofamiliâs celebranda, reqviratur, ut expressus & dilucidus ab eo consensus præstetur. *l. filiofam. ff. sponsal.*

2 Filiafamilias tamen, expressè ut consentiat, non reqviritur, sed non repugnare, patri spondenti sufficit. *l. sed ea. ff. eod. tit.*

3 Hæc conclusio ampliatur: Ut filiafamiliâs, nec qvidem si velit, nisi ex causa reclamare possit, puta, si indignum moribus, vel turpem sponsum, pater ei elegerit. *d. l. sed ea. ff. sponsal. gl. l. 4. C. eod. tit.*

Fallit autem I. Si constet, filiamfamilias, reverentia paterna ductam, etiam posteriori casu, dissentire erubuisse. Tunc enim tacuisse non nocet. *Abb. c. nonne col. pen. in fine. ibi Fel. n. 22. extra præsumt. Hipp. de Mars. sing. 147. Vasq. ill. controv. c. 35. n. 21.*

II. Limitatur: Ut non procedat de Jure Canonico. Eo enim jure utriusq; conditio adæqvata est, ut tacentes, pro consentientibus habeantur. *c. un. §. fin. de desponf. impub. n. 6. Abb. d. c. nonne col. pen. in pr. Lup. c. per vestras notab. 3. §. 3. n. 19. & 20. extra donat. int. vir. & uxor.* 4

Nunc maturè ad ultimas voluntates transgrediamur. 5

PRI-

PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS, MEMBRUM QVARTUM.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ non habent suos hæredes.*
2. *Fœminæ liberos in potestate non habent.*
3. *Patria potestas, basis qvasi est, & fundamentum suitatis.*
4. *Hæreditates matris, & reliqvorum per lineam fœmininam ascendentium, etiam non aditæ, per liberos earundem transmittuntur, jure sangvinis.*
5. *Hæreditas matris non adita, nec ex sangvinis jure ad ascendentes transmittitur.*
6. *Hæreditas matris non adita, ad patrem, jure qvodam patri peculiari transmittitur.*
7. *Hæreditas matris non adita, per in integrum restitutionem, ad qvoscunqve etiam extraneos transmittitur.*
8. *Intellectus ad l. pen. C. suis & legit.*
9. *Verba ipso jure, intelliguntur accedente facto hominis.*
10. *Hæreditas matris non adita, ex jure deliberandi, transmittitur ad qvoscunqve, si hæres ex testamento, vel ab intestato obierit, intra annum ad deliberandum præfinitum.*
11. *Hæreditas matris non adita, non transmittitur si liberi, à matre sub conditione, si voluerint, hæredes sunt instituti.*
12. *Suus hæres, sub conditione, si voluerit, hæres institutus, hæreditatem non aditam, non transmittit.*

1 Circa qvartum membrum concludo I. Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvòd fœminæ suos hæredes non habent.

§. cæteri. ibi Ang. Aret. & Joh. de Plat. Instit. hær. qval. & differ. Brun. l. 2. ad fin. C. ad Orfic. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 9. n. 9.

2 Ratio est: qvia fœminæ in potestate liberos non habent.

l. ubi C. suis & legit.

3 Sed absqve patria potestate, suitas non datur. Qvandoqvidem potestas patria, basis qvasi sit atqve fundamentum suitatis.

l. lege Cornelia in fin. ff. testam. d. §. cæteri Instit. hær. qval. & diff. Gomez. d. c. 9. n. 9. Michael Graß. rec. sent. §. suitas. q. 4. n. 2.

4 Hæc conclusio limitatur I. Nam etsi filii, matris, reliqvorumqve fœmininæ lineæ ascendentium, sui hæredes non sunt, earundem tamen hæreditates, etiam non aditas, ad descendentes, non qvidem jure Suitatis, sed jure sangvinis transmittunt.

l. un. ibi Dd. C. his qvi ant. ap. tab. Br. l. cum pubere. n. 1. ff. reb. dub. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 9. n. 41. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 13. num. 4. Vasq. de success. progr. lib. 2. §. 17. n. 63. & §. 7. n. 10.

5 II. Hæc conclusio limitatur: Nam etsi nec sanguinis qvidem jure hæreditas matris non adita, ad ascendentes transmittatur.

Br. l. un. num. 3. ibi Dd. C. his qvi ant. ap. tab. Br. l. 2. ibi Cast. n. 1. C. ad S. C. Orf. Alex. l. si infanti. n. 2. ibi Jas. n. 2. C. ju. delib. Jas. l. emancipata n. 7. C. qvi adm. Gomez. var. res. lib. 1. cap. 9. n. 41. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 267. Alex. cons. 89. n. 4. vol. 2. arg. l. un. §. in novissimo. C. cad toll.

Atqve hanc longè receptiorem opinionem esse attestatur idem

Vasq. de succ. progr. lib. 1. §. 8. n. 10.

Matris tamen, reliqvârumqve hæreditates à descendentibus non aditę, ad patrem, jure qvodam, patri peculiari transmittuntur. 6

l. si infanti. §. sed si hoc parens. ibi Dd. C. ju. delib. Ascan. Clem. d. eff. 13. n. 4.

III. Hæc conclusio limitatur: ut via integrum restitutionis, qvamvis mater suum hæredem non habeat, ejus tamen hæreditas, nondum adita, ad qvoscunqve etiam extraneos, transmittatur. 7

Br. l. cum pubere. n. 1. ff. rebus dub. Br. l. qvi duos. num. 5. ff. eod. tit. Jas. l. emancipata. n. 14. C. qvi adm. Jas. l. si constante. n. 233. ff. sol. mat. Ascan. Clem. d. eff. 13. n. 5. Vasq. de success. prog. lib. 1. §. 7. n. 50. arg. l. Pantonius. ff. acqvir. hæred.

Nec obstat, qvod filio dicatur, ipso jure matris successio obvenire. 8

l. pen. C. suis & legit.

Qvapropter, absqve in integrum restitutionis beneficio, hæreditas non adita trans- 9

transmitti videatur: Qvia verba ipso jure, facto tamen hominis, qvod in præsentiarum est aditio, accedente sunt intelligenda. *Br. l. ventre. num. 23. ff. acquir. hæred. Ronch. l. 2. n. 18. ff. duob. reis.*

10 IV. Hæc conclusio limitatur: ut ratione juris deliberandi, hæreditas matris, à liberis non adita, ad cujuslibet generis hæredes, dummodo liberi, à matre hæredes instituti, vel etiam ab intestato ei succedentes, intra annum deliberationi datum, fato functi fuerint, transmittatur.

l. cum antiquioribus. C. jur. deliber. Vasq. de success. progr. lib. 2. §. 8. n. 13. & 14.

11 Hæ tamen limitationes rursus sublimitantur: Ut non procedant eo casu, qvo liberi â matre, sub conditione, si voluerint, sint instituti. Tunc enim hæreditatem non aditam, nec sangvinis, nec juris deliberandi, transmissione transmittunt. Uti post Imolam decidit

Gomez. var. res. lib. 1. c. 9. n. 33. arg. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. leg. 1. l. si ita expressum erit. ff. condit. & demonst.

Cum hoc casu, nec suus qvidem hæres, 12
nisi se velle declaraverit, transmittat.

Br. l. si filius qui patri. num. 5. ff. vulg. & pup. Bl. l. si filius hæres. n. 6. & in repetit. n. 14. ff. lib. & posth. Paul. de Castr. l. Papinianus §. in quarta. num. 11. & 12. ff. inoff. testam. arg. d. l. si filius hæres. ff. lib. & posth.

Et hanc esse magis communem post. Soc. attestatur

Gomez. d. cap. 9. n 32.

ARTICULUS II.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ liberis suis pupillariter substituere neqveunt.*
2. *Substitutio pupillaris à matre facta, resolvitur in tacitam vulgarem.*
3. *Substitutio pupillaris à matre facta, valet qvandoqve ut fidei commissum.*
4. *Substitutio fidei commissaria, qvæ resultat ex inutili à matre facta pupillari, non durat ultra impuberem ejus, cui facta est, ætatem*
5. *Surrogatum seqvitur naturam ejus, in cujus locum surrogatur.*
6. *Mater pupillariter substituere potest, stante statuto, æqvalem illi, ac patri, potestatem tribuente.*
7. *Cassante causa cessat effectus.*
8. *Concesso uno, conceduntur omnia, qvæ seqvuntur ex illo.*
9. *Lex non verbis, sed rebus debet esset imposita.*
10. *Verbum minimum, in lege vel statuto, ociosum esse non debet.*
11. *Causa non potest esse sine effectu naturaliter.*
12. *Specialia duo circa idem concurrere: non debent.*
13. *Mater ejusmodi statuto extante, pupillariter non substituit qvamdiu pater in vivis est.*
14. *Facile ad jus commune revertimus.*
15. *Mater præfertur patri, in substitutione pupillari, stante superiori statuto, respectu bonorum, qvæ liberis, ob matrem, obveniunt.*

1 SEcundò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod liberis suis pupillariter substituere neqveunt.

Br. l. 2. n. 7. Jas. n. 3. Ripa n. 23. & Dd. ff. vulg. & pup. Brun. l. verbis civilibus n. 6. ibi Bl. n. 7. ff. eo. tit. Bl. l. precibus n. 11. C. impub. & aliis subst. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ex substit. verb. pupillariter. n. 8. Lancell. Polit. tr. pupill. subst. num. 19. vers. tertio. Dec. l. 2. n. 49. ff. reg. jur. Eman. Soarez. in add. ad Gomez. var. resol. lib. 1. c. 3. add. penult. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 15. n. 16. Vasq. de success. progr. §. 14. n. 8. Grassus recept. sent. §. substitutio. qv. 23. n. 3. Rol. à Valle cons. 68. n. 58. vol. 4. arg. l. si mater. ff. vulg. & pup.

Ratio est qvia substituendi pupillariter facultas non nisi in potestate liberos habentibus, est concessa. Igitur cum fœminæ in potestate liberos non habeant, nec eis pupillari forma, substituere poterunt.

arg. l. 2. ff. eod. tit. jun. §. cæteri Instit. hæred. qualit. & differ.

Hæc conclusio limitatur I. Nam 2
etsi à matre pupillaris substitutio facta, ipso jure nulla sit, in tacitam tamen vulgarem, data casus convenientia converti potest, & eam tunc, qvam vulgaris expressa, habebit efficaciam.

Br. l. 1. n. 57. ibi Alex. n. 42. ff. vulg. Br. l. 2. n. 9. ff. eod. tit. Paul. de Castr. l. nam hoc jure. n. 1. ff. eod. tit. Paul. de Castr. l. f. n. 2. C. hær. inst. Covar. c. Raynut. §. 5. n. 5. vers. undecimo ext. testam. arg. l. fin. C. hær. inst.

Et hanc esse communem opinionem, à qva consulendo, vel judicando, non esset recedendum, testis est.

Eman. Soar. in add. ad Gom. d. c. 3. add. penult.

II. Hæc

3 II. Hæc conclusio limitatur: Nam etsi, ut pupillaris, isthæc à matre facta substitutio non valeat, valebit tamen tanqvam fideicommissaria, & ex fideicommisso, hæreditas, ad substitutum matris redibit.

gloss. l. verbis civilibus per ill. text. ibi Br. n.6. Bl. n.7. Alex. n.10. Jas. num. 21. & Dd. ff. vulg. Ripa l. ex facto in pr. n.2. ubi hanc communem attestatur. ff. ad Trebell. Pract. Papin. d. verbo pupillariter. n.15. Vasq. de success. progr. §.11. n.29. & §.14. n.86. arg. l. Scævola ff. ad Trebell.

Qvod verum est, siqvidem codicillis substituatur. Sed si in testamento, recta figura carente, substitutio facta fuerit, tunc non obliqvabitur, sed vulgaris, ut supra conclusum est, expressæ, naturam induet. Qvam esse communem opinionem attestantur.

Gomez. var. resol. l.1. c.4. n.6. ibi Soar. in add. n.22. quos sequitur. Michael Grassus lib. recept. sentent. §. substitutio. qu. 21. n.4.

4 Qvæ tamen fideicommissaria, ex inutili pupillari promanans, tantisper durat, donec impubes est, institutus. Qvod si impuberem ætatem excesserit, fideicommissaria hæc substitutio, unâ concidet & expirabit.

Br. l. si Titio. §. si cuti. n.1. ibi Paul. de Castr. n.1. Jas. n.22. ff. leg.1. Brun. l. Scævola n.3. ibi Castr. n.3. ff. ad Trebell. Ripa l. centurio n.126. ff. vulg. arg. d. l. si Titio. §. si cuti cum. l. seq. ff. leg.1.

Atqve hanc esse communem opinionem attestatur.

post Gvilh. Bened. Covarruvias d. c. Raynutius §.5. n.11. vers. est tamen.

5 Qvod irrationabile non est, cum enim hæc fideicommissaria, in locum pupillaris surrogetur, meritô, & ejus qvoqve naturam sapiet, conseqventerqve hoc casu, eo, qvo pupillaris finiet tempore. Cum regulare sit: surrogatum ejus, in cujus locum surrogatur, seqvi naturam.

Pirrh. in consuet. Aurel. tit. de success. c.24. & in tt. de retrah. vend. c.24. Cotta in memor. verb. surrogatum. Lup. c. per vestras notab.3. §.24. num.7. extra donat. int. vir. & uxor. Roncheg. l. nemo. n.34. ff. duobus reis. Rol. à Valle conf.68. n.45. vol.1. conf. 54. n.5. vol.3. arg. l. si eum. §. qui injuriarum. ff. si quis caution.

6 III Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, extante statuto, qvo liberos in potestate matris esse disponitur. Tunc enim mater liberis suis pupillariter substituere poterit.

Alex. l.2. n.16. ibi Ripa. n.23. & Dd. ff. vulg. & hanc esse communem opinionem attestatur Grassus d. §. substitutio. q.23. n.4.

Licet idem Grassus contrarium in puncto juris veriorem esse censeat. Qva in re qvod tamen pace ejus fiat, vix est, ut assentiam. Tum qvia unica ratio impediens, ne à matre fiat pupillaris substitutio est potestas. *d. l. 2. ff. vulg.*

Qvæ cum per statutum matri tribuatur, haud injuria seqvi dedebit, effectus aliâs impeditus. Qvandoqvidem causa impedimenti cessante, impedimentum qvoqve ipsum cessare regulare sit. 7

arg. l. si chorus. §. penult. & fin. ff. leg.3. l. liberorum. §. Pomponius. ff. his qui not. infam.

Tum qvia statutum concedit, matri, liberos in potestate habere. Ergo etiam ei, pupillarem substitutionem concessisse, dicendum est. Nam aliqvo concesso, omnia qvæ seqvuntur ex illo, concessa esse, judicanda sunt. 8

arg. l.2. ff. jurisd. omn. jud. l. oratio. ff. sponsal. l.2. §. inspectio. ff. quemadm. test. aper.

Tùm qvia dato, per hoc statutum pupillarem substitutionem matri non tribui, seqveretur, qvod tale statutum planè esset ociosum, omni effectu destitutum, & ut nostri loqvuntur, qvod vento serviret, cum eadem prohibitionis ratio, in omnibus ex sacris paternis effectis reduntantibus militet, qvod dicere valdè est inconveniens. Cum nulla lex verbis, sed rebus debeat esse imposita. *l. 2. C. com. de leg. Pract. Pap. in for. lib. in act. reali verb. summariè. n.5.* 9

Nec verbum qvidem tantoqve minus lex, vel statutum absqve effectu operandi positum esse censeri debeat. 10

l. si quando in pr. ibi Br. & Dd. ff. leg.1. l. quod vulgò. ff. bon. poss. contra tab. gloss. c. solitæ verb. tanquam extra major. & obæd. Affl. decis.44. n.19. Caball. tract. evict. §.2. n.13. Zoanet. l.2. n.90. C. pact. int. emt. & vend.

Tùm qvia si matrem, stante hoc statuto, pupillariter substituendi facultate privaremus, conseqveretur qvod causam effectu destitueremus. Qvod similiter assere esset absurdum. Qvandoqvidem natura qvidem ita constitutum sit, ut causa sine effectu esse, non possit nec debeat. 11

l. hac

l. hæc stipulatio. §. *Divus. ff. ut leg. nom. cau. l. non cogendum.* §. *fin. ff. procurat.*

11 Tùm deniqve qvia matrem liberos in potestate habere est speciale, & non posse pupillariter substituere, esset alterum speciale. Qvod dicere, juribus absonum est. Cum duo specialia, circa idem concurrere neqveant.

l. 1. C. *dot. promiss. Gomez. var. res. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. & *cap.* 9. *n.* 36. *Menoch. tr. remed. poss. adip. rem.* 4. *n.* 235. *Octavius Simon. tract. decret. in reb. min. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 23. *Old. cons.* 70.

Nec qvod replicat doctissimus Grassus, ultra potestatem in pupillari, ut etiam de ascendentibus masculis sit substituens, ob firmius, & appensatius eorum consilium, jure desiderari ei simpliciter concesserim. Negarim enim reqviri, ut de parentibus masculis sit, qvi substituat. Cum ubivis illa duntaxat, in jure nostro, an in potestate habeat, nec ne, qvi substituere cupit, fiat consideratio. Eodemqve modo, nec illud, qvod de maturiori consilio affertur, admiserim. Cum potius, utriusq; parentis consilium, hoc statuto id faciente, exeqvatum esse, amplectendum sit sibiqve imputent taliter statuentes, si qvid fœmina fragiliori suo consilio admiserit.

arg. l. si mulier in fine. ff. quod met. caus.

Qvapropter hanc opinionem, ut receptiorem, ita qvoqve juris firmiori adminiculo niti, statuo.

Qvod tamen statutum hanc recipit restrictionem, ut non procedat, patre vivente. Donec enim pater in vivis est, ad eum, præ matre, jus pupillariter substituendi pertinet. 13

Alex. d. l. 2. *n.* 16. *ibi Ripa n.* 24. *ff. vulg.*

Non qvidem ratione maturioris consilii, qvod per statutum non agnoscitur, sed qvod facile ad jus commune revertere soleamus. *l. si unus.* §. *pactus. c. peteret in fin. ff. pact. Affl. decis.* 282. *n.* 10. 14

Et id verum est, nisi mater, in bonis, qvæ ratione sui filiis obvenissent, pupillarem vellem dare substitutum. Tunc enim tali statuto vigente, jus fasqve cum matre magis, qvàm cum patre, respectu illorum bonorum faceret.

Ripa d. l. 2. *n.* 24. *ff. vulg. arg. l. sed si plures.* §. *in arrogato. ff. eod. tit.*

ARTICULUS III.

SUMMARIUM.

1. *Mater qvæ ad secunda transivit vota, liberis suis, qvasi pupillariter substituere neqvit.*
2. *Pater, etiamsi secundas nuptias celebrârit, liberis suis, qvasi pupillariter rectè substituit.*
3. *Præsumtio eadem, qvæ contra matres, vitricum liberis suis superinducentes, militat qvoqve contra patrem, novercam in domum suam ducentem.*
4. *Patres sæpè malignè circa sangvinem suum agunt, novercalibus delinimentis, corrupti.*
5. *Qvasi pupillaris substitutio, à matre binuba facta, non valet, etiamsi facta esset prius, qvam ipsa secunda sponsalia inierit.*
6. *Qvasi pupillaris à matre ad secunda vota transeunte facta, an irritanda sit, nec ne, judicis erit arbitrium.*

1 TErtio concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod mulier, qvæ ad secunda vota transivit, seu qvæ poligama est, lieberis suis furiosis, & id generis aliis, qvasi pupillariter substituere neqvit. *Br. l. ex facto. num.* 12. *ibi Ang. Raph. Cum. Alex. n.* 32. *Aret. Jas. num.* 25. *Ripa n.* 65. *ff. vulg. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ex subst. verb. exemplariter. n.* 5. *Lancell. Pol. tr. exempl. subst. n.* 4. *Lup. Rubr.* §. 67. *n.* 14. *extra donat. int. vir. & uxor. Gomez. var. res. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *ibi Eman. Soar. in add. Petr. Peck. tract. testam. conjug. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 18. *Vasq. de success. progr.* §. 17. *num.* 24. *Grassus lib. recept. sentent.* §. *substitutio. qu.* 45. *n.* 4. *arg. l. omnem.* C. *ad Tertull. l. sciant.* C. *legit. hæred. l. lex quæ tutores.* C. *adm. tut. l.* 1. C. *ubi pup. educ. deb.*

Atq; hanc esse communem opinionem attestantur. *Ripa, Soar. Vasq. & Grass. in locis modo cit.*

Cum tamen pater, qvi ad secundas nuptias convolaverit, filiis suis, qvasi pupillariter rectè substituat. 2

Ang. d. l. ex fact. ibi Alex. num. 32. & *Dd. ff. vulg. Vasq. d.* §. 17. *n.* 32. *Grassus d. qu.* 45. *n.* 6. *arg. l. fin.* C. *bon. mat. & l. generaliter.* C. *sec. nupt.*

Licet eadem juris præsumtio, qvæ contra matrem militat, qvod non solum res filiorum, verumetiam vitam eorundem novo marito addicat. 3

l. lex quæ tutores. §. *lex enim.* C. *adm. tut.*

4 Etiam contra patrem locum sibi vendicet. Cum & is plerumqve, sangvini suo, malignum inferat judicium, novercalibus delinimentis, instigationibusq; corruptus. *l. non est. ff. inoff. testam.*

Et textus pro communi allegati, de illa solum, qvæ usumfr. respicit, qvi patris est, & in qva filiorum res minimè agitur, substitutione, intelligi & accipi possint. *arg. dict. l. fin. C. bon. mat. jun. l. sed & posteriores. ff. legibus.*

5 Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam eo casu, qvo mulier, qvasi pupillarem substitutionem prius fecisset, qvàm neogama denuo fieret. Nam nihilominus ipsa deinde, secundas nuptias perficiente, corruit, hæc qvasi pupillaris facta substitutio.

Br. l. ex facto. n. 13. ibi Jas. n. 26. Ripa n. 68. ff. vulg. Vasq. d. §. 17. n. 31. Grassus d. q. 45. n. 5. arg. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. eod.

Et hanc esse communem opinionem attestantur. *Ripa Vasq. & Grass. in locis jam alleg.*

Putarim tamen hoc in casu, boni viri arbitrium neutiqvam remotum iri, qvo attentè substituti persona considerabitur. Qvis enim illum à substitione qvasi pupillari, ob matris ad secundas nuptias appetitum, repellendum dixerit, qvi legitimo tramite, ad successionem furiosi, mente capti, & similium vocaretur, puta frater vel soror, vel ex collateralibus proximioribus alius, substitutus si esset? Qvod si mater turpem personam, vel vitricum fortè (qvod tamen non nisi in defectum collateralium attentare potest) substituendum delegerit, judicis erit officium, matris voluntatem irritam pronunciare, ejusqve effectus præscindere, ut rectè admonet 6

Ang. Aret. §. qua ratione. n. 8. Instit. pupill. substit.

Qvo casu procedet opinio contra Bartolum, qvam fovent

Bl. Sal. Imola & alii.

Qvamqve humaniorem pronunciat

Soar. in add. ad Gomez. d. cap. 6. n. 12.

ARTICULUS IV.

SUMMARIUM.

1. *Substitutus à patre, præfertur substituto à matre.*
2. *Intellectus ad l. humanitat. C. impub. & aliis subst. Argumentum ab ordine literæ validum.*
3. *Substitutis à patre, & matre concurrentibus, bona profectitia, cedent substituto à patre, adventitia seqventur substitutum à matre, secundum aliqvorum opinionem qvæ n. seq. refutatur.*

1 Qvartò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia si in substitutione concurrunt, substitutus à patre, substitutus item à matre, substitutus à patre potior erit.

Bl. l. 1. ante n. 1. per ill. text. ff. Senat. Lancell. Pol. tr. exempl. subst. num. 6. Paul. Leonius tr. exempl. subst. n. 52. Eman. Soar. in add. ad Gomez. var. resol. lib. 1. c. 6. n. 15. Vasq. de success. progr. §. 17. num. 39. qui Rayner. Bl. Guilh. de Cum. Cyn. Jac. de Arena & Zas. idem tenentes allegat. Gras. lib. recept. sentent. §. substitutio. qu. 45. n. 7. qui Sfortiam Oddum idem tenentem citat arg. l. humanitatis. C. impub. & al. substit.

2 Qvi qvidem textus, etsi subtilissimè, & novè qvidem à Vasqvio in loco modo citato inducatur, video tamen aliâ inductione, per eundem textum conclusionem nostram elici posse. Ita namqve textus habet: Non liceat parenti, qvi vel qvæ testatur, alios, qvam ex eo descendentes substituere. Unde ponderando particulam qvi vel qvæ, in textu positam, rectè inde infertur, cum nimirum dictio qvi, præcedat particulam qvæ, à patre substitutum potiorem esse præ eo, qvem mater substitutum esse voluit. Idq; per argumentum ab ordine literæ, qvod in jure freqvens est, atq; fortissimum. *Bl. l. conventiculam col. 3. circa med. C. Ep. & Cler. Bl. l. intestato. C. suis & legit. Fel. c. dilecta. n. 4. extra rescr. Mar. tr. ord. jud. in prooem. n. 6. arg. l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Trebell.*

Est tamen alia opinio existimantium, mediam viam esse eligendam, qvapropter isti censent, utrumqve hoc casu substitutum esse admittendum. Ita tamen, ut in paternis, patris, in maternis, præferatur matris substitutus, in reliqvis verò, qvoqvo modo partis, æqvalis inter eos fiat divisio. 3

Br. l. ex facto. n. 37. ibi Alex. n. 47. Jas. n. 47. Ripa n. 94. ff. vulg. Joh. Fab. §. qua ratione n. 7. Inst. pupill. substit. Pract. Pap. d. verb. exemplariter. n. 5. Gomez. V. R. lib. 1. c. 6. n. 13. arg. l. ex facto. ff. hær. inst.

Qvam

Qvam communem attestantur.

Ripa, Vasq. & Grassus in locis modo citatis.

Ego tamen opinionem præcedentem longè veriorem judicarim, & si ad numerum utramqve seqventium respicias, vix erit, ut utra sit communior dijudices. Ad textum verò L. ex facto ff. hær. inst. & si qvæ sunt alia, qvæ pro hac parte afferuntur, ea ni fallor, erit solutio. Qvòd in casu d. L. ex facto, duo erant ab eodem instituti, qvi in omnibus, in qvibus eos instituerat rebus, par habebat arbitrium. Hic verò duo è diversis, disparem potestatem in substituendo habentibus, erant substituti. Eqvidem magis à patris partibus, jus, fasqve facit, qvàm à matris. Non qvidem patriæ potestatis attentione, qvæ in exemplari substitutione nulla est, sed ob consilium, & prudentiam paternam, qva liberis, præ matris plenius consultum iri, lex confidit.

arg. l. 1. & 2. ff. confirm. tut.

Unde à casu l. ex facto ff. hær. inst. item auth. itaqve C. commun, de success. (nam & ea auth, pro communi, qvam dicunt opinione afferri solet) ad conclusionem nostram tanqvam à separatis, perperam infertur.

ARTICULUS V.

SUMMARIUM.

1. *Filio rogato, si sine liberis decesserit, ut hæreditatem alteri restituat, excluditur substitutus fideicommissarius, per filium naturalem instituti tantum.*
2. *Fideicommissarius non excluditur per naturalem tantum filiæ, rogatæ, ut, si sine liberis vitam finierit, hæreditatem alteri restituat.*
3. *Testator præsumitur magis abhorrere, liberos Naturales tantum, in filia, qvàm in filio.*
   Macula omnis in fœmina conspectior, qvàm in masculo, ibid.
4. *Fideicommissarius excluditur per filium naturalem tantum, filiæ testatoris, si id testator expressim voluerit.*
   Voluntas testatoris seqvenda.
5. *Venator ut leporem, ita judex voluntatem testatoris sectari debet.*
6. *Fideicommissarius excluditur per filium naturalem legitimatum per subseqvens matrimonium, filiæ testatoris.*
   Legitimatus per subseqvens matrimonium nihil, à verè legitimo differt
7. *Fideicommissarius excluditur per filium naturalem tantum ejus mulieris, qvæ testatori erat extranea, & ab eo heres instituta.*

1 QVintò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia filio, si sine liberis decesserit, hæreditatem alteri restituere expressim rogato, excluditur hic substitutus fideicommissariè, per filium rogati naturalem tantum.

gloss. c. Raynaldus verb. legitimè extra testam. Br. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. num. 2. per ill. text. Paul. de Castr. n. 1. Alex. n. 1. Alex. n. 1. Ripa n. 1. & Dd. ff. ad S. C. Trebell. Bl. l. generaliter. §. cum autem num. 1. ibi Barb. in add. Jas. n. 6. C. inst. & subst. Coras. miscell. jur. lib. 1. cap. 7. n. 1. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 5. num. 40. Abb. c. in præsentia. num. 17. ibi Fel. n. 21 fall 4. ext. probat. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 2. Gail. obs. lib. 2. obs. 136. n. 4. Vasq. de success. progr. §. 26. n. 2. Grassus lib. recept. sentent. §. fideicommissum. qu. 37. n. 2. Alex. cons. 2. n. 13. cons. 94. n. 1. vol. 1. Card. Paris. cons. 14. num. 21. vol. 2. Franc. Burs. cons. 21. num. 20. vol. 1. Rol. à Valle cons. 67. n. 1. vol. 3.

Atqve hanc esse de jure veriorem opinionem attestatur. *Gomez. proximè allegat.* Esseqve communiorem testis est *Bursatus d. cons. 51. n. 20.*

Et qvod sit communis omnium opinio affirmat *Grassus jam allegatus.*

Filia verò, sub eadem conditione, hæreditatem fideicommissario restituere rogata, decedens, filio naturali tantum, relicto, substitutum non excludit. 2

Br. l. hæredibus. §. fin. n. 2. ibi Alex. n. 6. ff. ad Trebell. Castr. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. n. 5. ibi Ripa n. 23 ff. eod. tit. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 5. n. 40. vers. tertia. Tir. ll. connub. l. 1. n. 45. Mant. tr. conject. ult. vol. lib. 11. c. 9. n. 16. Grassus d. §. fideicommissum qu. 37. n. 6. ubi hanc communem esse opinionem post Sfortiam Oddum attestatur.

Verisimile namqve est, testatorem naturales ex filia posteros, magis qvàm ex filio abhorrere, citiusqve propterea, à sua successione, coërcere, cum omnis in fœmina impudicitiæ macula conspectior sit, qvàm in masculo. 3

gloss. l. palàm. ff. rit. nupt. & superius dictum est.

4 Hæc conclusio limitatur primò: Ut non procedat, qvoties expressim testator caverit, ut filii etiam naturales tantum, ex filia, fideicommissario in successione præferantur. Tunc enim voluntati testatoris optemperandum erit.

l. in conditionibus. ff. cond. & dem. l. si servus plurium. §. fin. ff. leg. 1. *l. pen.* C. *nec ser. hæred. instit. Joh. Dilect. tr. art. test. tt. de legat. caut.*28. *n.* 2. *& tit. de tut. & execut. caut.*6. *n.*4. *Tir. tr. ju. primig. qu.*53. *n.*19. *Tir. rep. l. si unquam. verb. libertis. n.* 42. C. *revoc. donat. Coras. miscell. jur. lib.* 2. *c.*19. *n.*7. *Gomez. var. res. lib.*1. *c.*5. *n.*24. *vers. confirmatur. ibi Eman. Soar. in add. & cap.*10. *n.*10. *Mantic. tr. conject. ult. vol. lib.* 11. *cap.* 9. *in pr. Cavalc. tr. usufr. mul. rel. n.*48. *Rol. à Valle cons.*82. *n.* 24. *vol.*3.

5 Qvod usqve adeò verum est, ut sicut venator leporem in sectatur: ita qvoqve judex voluntati testatoris inhærere debeat, ut scitè admodum dicit.

*Bl. d. l. pen. in pr. n.*2. C. *nec ser. hær. inst.*

Atqve hanc sententiam esse receptissimam, juriqve apprimè consentaneam testantur.

Eman. Soar. & Rol. à Valle modò citati.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in filio naturali, filiæ, per subseqvens matrimonium legitimato. Namqve & is successionem fideicommissario eripiet, cum taliter legitimatus, nihil penitus, à legitimè nato differat. 6

Br. l. si is qui pro emtore. num. 29. *ff. usucap. Brun. l. maritus. la.*2. *§. legis. ff. ad l. Jul. de adult. Bl. l. nuper in fin.* C. *natur. lib. And. Gail. obs. lib.* 2. *obs.* 136. *n.* 4. *Ascan. Clem. tr. pat. pot. cap.*5. *n.*47. *arg. cap.*1. *extra qui fil. sint leg.*

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in fœmina extranea à testatore instituta, hujus enim liberi naturales tantum, fideicommissum, ut deficiat, faciunt. *Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ex substit. verb. decederet sine filiis. n.* 5. *idemq; velle Imolam & Sfort. refert Grassus d. §. fideicommissum, qu.* 37. *n.* 6. *arg. l. hæredibus. §. finali. ff. ad Trebell.* 7

ARTICULUS VI.

SUMMARIUM.

1. *Filia excluditur à fideicommisso, qvo liberi inter sese, à testatore sunt gravati, stante statuto, ne unà cum masculis fœmina succedat.*
2. *Appellatione filii, filiæ, non comprehensiva, sed extensiva significatione veniunt.*
3. *Verba statutorũ strictè & propriè sunt accipienda.*
4. *Testator præsumitur voluntatem suam, ad normam legum, & statutorum componere.*
5. *Filia ad fideicommissum admittitur, etiamsi per statutum ab hæreditate excludatur, si cum fideicommissi conditio extitit, nemo masculus superest.*
6. *Fideicommissum si semel ad masculos fuerit devolutum, nunqvam deinde ad filias fœminas regreditur, sed ad qvoscunqve masculorum hæredes spectabit.*
7. *Filia, per statutum à successione exclusa, admittitur ad fideicommissum, si testator duos habens filios, & unam filiam, decedenti, per fideicommissum superstites substituit.*
8. *Pluralis numerus, in unò nunqvam verificatur, duobus verò contentus est.*
9. *Pluralis numerus in substitutionibus, nunqvam in singulari verificatur.*

1 SExtò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvia stante statuto, qvo filiæ à successione stantibus masculis excluduntur, si testator fideicommissi non admittuntur.

Alex. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 12. *ff. lib. & posth. Alc. lib.* 1. *de verb. signific. n.*26. *Mandell. cons.*19. *n.*10. *ubi hanc communem opinionem esse attestatur.*

2 Ratio est: qvia filii appellatione, filiæ fœminæ non significatione comperhensiva, sed extensiva demum veniunt.

*Br. l.*1. *n.*5. *ff. pecul. Br. l.*1. *n.* 2. *ff. verb. signif. arg. l. pronunciatio in proc. ff. eod. tit. l. filii appellatione ff. eodem tit.*

Sed hæc extensiva significatio in statutis non obtinet. Cum statutorum verba strictè & propriè sint intelligenda. 3

l. 3. *§. hæc verba. ff. neg. gest.*

Unde cum hoc casu, filiæ per statutum excludantur, etiam per testatorem exclusæ, censeri debebunt. Cum testator suam ad normam statuti componere præsumatur dispositionem. *Br. l. hæredes. §. cum ita. n.* 4. *ff. ad Trebell. Affl. decis.* 226. *num.* 4. *Octavius Simonc. tract. decr. tit.*4. *num.*12. *arg. l. fin. ff. cond. & demonstr.* 4

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, si tempore, qvo fideicommissum restituentum est, solæ filiæ fœminæ exti- 5

extiterint. Tunc enim his fideicommissi, etiam ejusccmodi statuto vigente, fit restitutio.

Br. l. fin. num. 2. ff. ad S.C. Trebell. add. ad Br. l. Lucius n. 18. ibi Alex. n. 18. Jas. num. 23. & Dd. ff. vulg. Paul. de Castr. l. cohæredi. §. qui discretas. n. 3. ff. eodem. Bl. l. in testamento. n. 12. C. testam. milit. Ang. Aret. §. & plures. n. 6. Inst. vulg. subst. Gomez. var. res. lib. 1. c. 5. num. 25. Br. consil. 54. in c. Angelus Maciæ vol. 1. arg. l. 2. §. sed si sint sui ff. ad Tertull.

6 Atqve hanc esse communem opinionem attestantur

Jas. & Gomez. in loc. jam cit.

Qvod si semel fideicommissi conditio extiterit, illudqve ad masculos devolutum fuerit, fœminis postea, omnis interseptus erit aditus, & fideicommissum ad qvoscunq; masculi hæredes, fœminis vel filiabus insuper habitis spectabit.

Br. l. fin. §. 1. n. 2. in fin. ff. ad Tertull. Panor. cons. 92. n. 4. vol. 2. Card. Paris. consil. 48. n. 22. vol. 2. ubi Br. communiter approbatum attestatur.

7 II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si testatori fuerint duo filii, & una filia, qvos filios instituens, certam qvantitatem filiæ reliqvit, deinde hanc suo testamento, clausulam adjecit. Si alter ex masculis decesserit, superstites ei substitutos volo. Hoc enim casu non filius solùm, sed cum filio, admittetur ad substitutionem, filia.

Br. l. fin. num. 2. ff. ad Trebell. Paul. de Castr. l. cohæredi. §. qui discretas. n. 3. ff. vulg.

Ratio est: qvia testator, plurali in eulogio suo, usus est numero. Qvare ut in filio tantum, filiæ ratione non habita, substitutio obtineat, recti sermonis ratio non patitur. Qvandoqvidem pluralis numerus, in uno haud unqvam verificetur, duobus verò sit contentus. 8

l. libertus. §. post annos. ff. manum. test. l. inter illam. §. ita datam. ff. verb. signif. l. ubi numerus. ff. testibus. c. hoc quoq; de consecrat. dist. 1. c. is cui. §. 1. de preb. lib. 6. Card. Paris. cons. 58. n. 1. vol. 2. Ceph. cons. 366. num. 45. vol. 3. cons. 133. n. 33. vol. 5.

Et in specie, qvod in substitutione, pluralis numerus nunqvam in singulari verificetur, ut nostri loqvuntur, decidit. 9

Fr. Burs. cons. 19. num. 19. vol. 1. ubi Ruin. Soc. Jun. Zanch. & alios idem tenentes allegat.

ARTICULUS VII.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ posthumum hæredem non possunt instituere.*
2. *Fœmina non potest, nisi ventre exsecto, posthumum habere.*
3. *Fœmina potest instituere posthumum, qvi suus est, respectu futuræ generationis.*
4. *Hermaphroditus si mulier erit, posthumum, ex se nasciturum rectè hæredem scribit, vel dicit.*

1 Septimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod posthumum heredem instituere neqveunt.

l. placet. ff. lib. & posth. Dec. d. l. 2. n. 51. ff. R. I.

2 Qvod ratione impossibilitatis, à lege fuit receptum, Fœmina enim nisi exsecto ventre, posthumum habere neqvit, qvi posthumus verè non est.

gl. l. posthumus. vers. posse quæri. ff. inoff. test. Br. l. 3. in proc. n. 1. ff. injust. test. Jas. rubr. n. 2. ff. lib. & posth.

3 Hæc conclusio limitatur, ut procedat dutaxat, in posthumo omnino alieno, diversum verò sit in posthumo, qvi qvidem suus non est matri, qvoad potestatem reliqvosqve suitatis effectus, suus tamen est matri, respectu generationis. Talem enim posthumum fœmina rectè hæredem nominat.

Jas. d. l. placet. n. 4. ff. lib. & posthum. Cuch. in add. ad Dec. d. l. 2. n. 51. ff. reg. jur.

Qvod usqve adeò verum est, ut hermaphroditus qvoq; licet in eo muliebria prævaluerint, posthumum tamen ex se nasciturum, hæredem scribere possit. 4

l. sed est quæsitum in fine. ibi Jas. n. 12. ff. lib. & posth.

ARTICULUS VIII.

SUMMARIUM.

1. *Pater, etiamsi impudicè vixerit, filiam tamen luxuriosè viventem, exhæredem facere potest.*
2. *Mater meretrix, filiam sese prostituentem non potest exhæredare.*
3. *Paternum est officium educare filios, maternum verò educatio filiarum.*

4. Filia matris iter, sectari solet.
5. Filius talis præsumitur, qvalis pater: filia verò, qvalis mater.
6. Clodius non accusabit Mœchos, non Catilina Cethegos.
7. Mater qvæ prius impudicè vixerat, si tamen postea ad sanos mores redierit, filiam inhonestè viventem jure exhæredat.
8. Ultimi mores & consuetudo inspicienda.
9. Mater, ut filiam meretricem, exhæredare possit, oportet, sit emendata, tempore testamenti conditi, secus autem erit, si medio demum tempore, post conditum testamentum, & ante mortis diem, resipiscuerit.
10. Qvalitas adjuncto verbo, secundum tempus verbi intelligi debet.

1 OCtavò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod pater, qvi libidinosarum mulierum consvetudini planè est deditus, filiam nihilominùs meretricem exhæredare potest,
*Jas. l. in arenam. n.*10. *C. inoff. testam. Tiraq. ll. connub. l.*1. *n.*45. *ubi Johan. Fab. Petr. de Bellapert. Guilhelm. de Cum. Cyn. Ang. Fulg. & Guilh. Bened. idem tenentes refert. Vasq. de success. progr. l.*1. §.10. *n.*610. *ubi hanc communem opinionem attestatur.*

2 Mater tamen meretrix, filiam corpore, qvæstum facientem, exheredare ob id non potest.
Br. d. l. in arenam. n. 4. *ibi Bl. n.*3. *Jas. n.*10. *C. inoff. testam. Bl. l. si filiam. n.* 4. *C. eod. tit. Tir. ll. connub. l.*1. *n.*45. *ubi Pet. à Bellapert. Fulg. & Dec. idem tenentes allegat. Vivius com. opin. lib.*1. *op.*130. *ubi hanc communem esse opinionem attestatur.*

3 Diversum, ideo crediderim constitutum esse, qvod patris gubernationi filii magis subsunt, qvàm matris, & econtrà matris circa filias major versare debet sollicitudo, qvàm circa natos. Unde matri, talibus moribus imbutæ, major, si similem sibi habuerit filiam, culpa est imputanda, qvàm patri, cujus minus principales in filiabus educandis sunt partes. Unde mater turpitudinem filiæ, qva ipsamet est coinquinata, imputare non poterit. Tum qvia:
Sæpè solet filius, similis esse patri,
4 Et seqvitur leviter filia, matris iter, ut dicit: *gloss. c. si quis verb. metuantur* 6. *q.* 1. *Tiraq. ll. connub. l.*7. *n.*10.

5 Tùm qvia filius talis præsumitur, qualis pater, filia verò, qvalis mater.
*Specul. tit. de feud. §. quoniam. n.*14.

Tùm qvia lex præsumit, matrem impudicè vivendo, filiæ qvoqve malos mores colendi, auctor fuisse.
arg. l. si uxor. §. judex. ff. ad l. Jul. de adult.

Non ergò Clodius accuset Mœchos, vel Catilina Cethegos. 6
l. si duo ibi gl. ff. dolo mal. Mar. tract. ord. jud. 2. *p.* 6. *p. p. act.* 2. *n.*21. *Tir. V. R. p.* 1. *ad fin. tit. n.*46. *Ronch. lib. eandem.* §. 1. *num.*16. *ff. duob. reis.*

Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in matre, qvæ ad sanos mores reversa est. Contra hanc enim filia exhæredata, de pudicitia contaminata replicans, non auditur. 7
Bl. d. l. si filiam. n. 4. *C. inoff. test.*
Et esse communem attestatur
Vasq. d. §. 30. *num.*610.

Eam ob causam, qvod ultimi mores, & consuetudo sint inspiciendi. 8
arg. l. Mela. §. 1. *ff. alim. & cib. leg.*

Qvod verum erit, ita demum si tempore testamenti conditi, vitæ præteritæ actiones, jam à testatrice, in melius essent reformatæ, nec sufficiet, si post testamentum conditum, tempore mortis malis moribus se abdicasset, ut rectissimè censet 9
Vasq. tr. success. creat. §. 10. *n.*611.

Eam ob causam: qvod qvalitas adjuncto verbo secundum tempus verbi intelligi debeat. 10
Jas. l. qui Romæ. §. *duo fratres. n.*45. *ff. verb. obl. l. Titius. ff. milit. testam. Br. l. ex facto. num.*1. *ff. vulg. Pol. tract. comp. subst. n.*24. *& n.*29. *Neguz. tract. pig.* 4. *memb.* 2. *p. p. num.*36. *ad fin. & num.* 80. *vers. ego autem. Menoch. tract. remed. poss. recup. rem.* 16. *num.*19.

ARTICULUS IX.

SUMMARIUM.

1. Mater testamento filiis suis tutorem dare neqvit.
2. Mater curatorem filiis suis testamento dare non potest.
3. Tutoris datio à matre testamento facta, etiamsi per se non valeat, valebit tamen, si is inqvisitione prævia, à judice fuerit confirmatus.
4. Citatio propinqvorum est necessaria, cum judex, an tutor à matre datus, sit idoneus nec ne inqvirit.

5. Tutor

5. Tutor à matre datus, confirmabitur, absqve exactiori inqvisitione, si mater, liberos, qvibus dat, hæredes ultra legitimam instituisset.
6. Mater, rectè dat tutorem, si qvem tutorem dedit, hæredem scripserit, eumq; fideicommisso oneraverit, ut hæreditatem, tempore pubertatis, sine Trebellianicæ detractione, liberis testatricis, qvibus tutor datus est, restituat.

1 NOnò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod liberis suis, tutorem testamento dant inutiliter.

l.1 ibi Br. n.2. Bl. & Dd. ff. confirm. tut. l. peto. §. mater. ff. leg. 2.

Qvod ratione potestatis patriæ, qva mater caret, fragilitatisqve consilii diversimodè statutum existimant.

gl. fin. §. fin. Inst. tutelis. gl. l. 1. C. confir. tut.

2 Hæc conclusio ampliatur: ut idem qvoqve juris, sit in curatore. Nam nec illum rectè testamento dat mater.

l. 2. ff. confirm. tut.

3 Hæc conclusio limitatur primò: Nam etsi per se non valeat, tutoris, vel curatoris, à matre facta datio, valebit tamen judicis inqvisitione accedente.

l. 4. ibi Br. ff. testam. tut. l. 2. ibi Br. & Bl. ff. confirm. tut. l. mater. C. testament. tut. l. 1. ibi Bl. & Sal. C. confirm. tut. Azo in summa ad fin. C. eod. tit. Joh. Fab. §. qua ratione. num. 7. Instit. pupill. substit. Lancell. Pol. tract. exempl. subst. n. 7. Ascan. Clem. tract. pat. pot. cap. 4. n. 17. Piag. tract. tut. & cur. qu. 3. n. 29.

4 Qvod usqve adeò verum est, ut citatio etiam propinqvorum, in inqvisitionis indagatione, sit facienda.

Br. l. qui habet. §. quolibet. ff. tutel. Tir. tract. res int. alios acta in fine. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 10. Alex. cons. 86. num. 1. vol. 2. arg. §. fin. Inst. aut. tut. jun. l. à procedente. C. dilat.

5 Qvæ procedunt; si mater liberos hæredes, illis ultrà legitimam non relinqvendo fecerit. Qvod si hæredes illos instituisset, tutor ab ea datus confirmabitur qvidem, non tamen tam accurata inqvisitione, citationisqve eorum, qvorum interest adhibitione, & effectum conseqvetur tutela, à matre consignata, tanqvam in rem potius à matre relictam, qvàm personæ liberorum datus esse videatur.

d. l. 4. ibi gl. & Br. ff. testam. tut. d. l. mater. C. eod. tit. gl. d. l. 2. ff. confirm. tut. gloss. & & Br. l. peto. §. mater. ff. leg. 2. Dec. l. quò tutela. §. nemo. n. 5. ff. reg. jur. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad redd. rat. tut. verb. in suo ultimo. n. 1. ibi apostill. Piag. tr. tut. & curat. qu. 3. num. 28 Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 14. n. 15. Borg. Cavalc. tract. tut. & curat. n. 10.

Atq; hoc posteriori casu, cum hæredes, qvibus tutor datus est, instituti sunt, satisdatione ulla opus non est.

gl. l. 2. jun. gloss. ff. confirm. tut. Azo in sum. C. eod. tit. ad finem.

II. Hæc conclusio limitatur: Nam etsi tutoris à matre facta datio sit inutilis, potest tamen mater, eum, qvem tutorem vult, rectè hæredem scribere, fideicommissiqve gravamine afficere, qvo rogat, ut filiis suis, ad pubertatis planæ annos pervenientibus, hæreditatem, absqve ulla imminutione, & Trebellianicæ inprimis defalcatione, restituat, & dum impuberes erunt, ex hæreditatis reditibus sumtus faciat, addito præsertim, sibi, dum hoc facit, solam impuberum utilitatem ob oculos positam esse. Hujusmodi enim tutor, qvi & hæres institutus est, nominetenus, neutiqvam verò effectu hæres, sed administrator potius censendus erit, cujus est, tempore pubertatis instante, hæreditatem plenè unà cum fructibus perceptis, qvi sumtuum detractione facta, supererunt, restituere. 6

l. 3. §. cum Pollidius. ff. usur. gl. l. in fideicommissariam. §. f. ibi Alex. ff. ad Trebell. Dil. tr. art. test. tit. 7. caut 4. n. 2. & 3.

ARTICULUS X.

SUMMARIUM.

1. Fœminæ testes, in testamento esse neqveunt.
2. Testis, qvod qvis sit in testamento, officium est publicum.
3. Testamentum valet, in qvo, unus ex testibus erat fœmina habitu virili induta, qve ab omnibus masculus esse opinabatur.
4. Fœminæ sunt testes in codicillis.
5. Clausula codicillaris, hodiè semper testamentis inseritur, unde etiam in testamentis, qvæ hodie conficiuntur fœminæ testes esse poterunt.
6. Fœmina est testis in testamento militari.
7. Mater potest esse testis, in testamento filii militis
8. Doctor juris potest detestari Jure militari. Fœminæ in testamento Doctoris Juris testes esse possunt. ibid.

 9. Fœ-

9. Fœminæ sunt testes idoneæ, in testamento, tempore belli confecto.
10. Fœminæ sunt testes in testamento, sub bellorum tumultibus confecto, in subsidium.
11. Fœmina sit testis, in testamento contexto, tempore pestis.
12. Deus tempore pestis, cum hominibus belligeratur, & qvidem magis strenuè, qvàm cum homines inter sese confligunt.
13. Fœmina sit testis in testamento inter liberos.
14. Fœmina sit testis in testamento, ad pias causas.
15. Fœmina sit testis in testamento, si princeps, cum vitio illo, qvod fœmina, ut testis intervenerit, dispensaverit.
16. Fœmina est testis legitima, ubi agitur. de declaranda testatoris voluntate.

1 DEcimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod testes in testamento esse neqveunt.

l. qui testamento. §. mulier. ibi Br. Bl. & Dd. ff. testam. §. testes autem. ibi Joh. Fab. Ang. Joh. de Plat. Porc. Kling. & Dd. Inst. eod. tit. Jas. l. hac consultissima in pr. num. 8. C. testam. Dec. d. l. 2. num. 25. ff. reg. jur. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 4. gl. 5. n. 10. Tir. ll. connub. l. 9. n. 56. Pet. Roizius decis. Lituanica 3. n. 538. vers. quamobrem. Covarr. c. cum esses. num. 14. extra testam. Jul. Clar. §. testamentum. q. 55. n. 2. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 12. n. 12. Masc. tract. probat. conclus. 761. num. 5. vol. 2. Bellonus cons. 14. n. 8. Ceph. cons. 107. n. 25. vol. 1.

2 Et hanc esse communem opinionem attestatur.

Vivius com. opin. lib. 1. op. 382.

Rationem omnes fragilitatem sexus, ejusdemqve inconstantiam, & qvod in testamento, testimonium ferre, qvasi publicum sit, fœminis non competens officium, esse volunt, & tradunt.

Dd. communiter modo citati.

3 Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, si unus ex testibus fuisset fœmina, qvæ tamen virili habitu vestita, ab omnibus masculus esse credebatur. Hoc namqve casu, testamentum ob id, qvod mulier in eo fuit testis, non sit irritum.

Joh. Fab. §. sed cum aliquis. n. 10. per ill. text. Inst. testam.

4 II. Hæc conclusio ampliatur: ut non procedat in codicillis. In his enim testimonium fœminæ, jure nostro non reprobatur.

gl. l. fin. verbo quinq. testes. ibi Bl. n. 28. Alex. n. 9. Jas. n. 17. C. codicill. Br. d. l. qui testamento. §. eum qui. n. 4. Br. l. si quis agere. n. 7. C. codicill. Br. auth. testam. imperf. n. 6. Vivius d. opin. 382. lim. 1. Masc. tract. probat. concl. 308. n. 6. vol. 1. arg. l. 1. ff. testibus. jun. l. non codicillum. C. testam.

Et hanc esse communem opinionem attestatur. *Tir. ll. connub. l. 9. n. 60.*

Cui solus reluctatur.

Dec. d. l. 2. num. 25. ff. R. I.

Unde consequitur, cum hodie nunqvam fere, vel rarissimè tantum ordinentur testamenta, absqve clausulæ codicillaris insertione. Hodie semper in testamentis conficiendis, pro teste, absqve vitio, mulierem adhiberi posse, ut rectè expendit. 5

Ang. d. §. testes autem. n. 1. Inst. testam.

III. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, in testamento militis. In illo enim omnes juris civilis solennitates neglectæ non nocent. 6

Ang. Aret. d. §. testes autem. n. 1. Inst. testam. Ripa tract. privil. ult. vol. causâ pestis. n. 23. Vivius d. opin. 382. in fin. Jul. Clar. d. §. testamentum. qu. 55. n. 6. Vasq. d. §. 12. n. 20. argum. l. 1. & l. Divus. ff. test. mil. §. planè Inst. eod.

Et hanc esse communem opinionem testatur.

Clar. d. n. 6. ubi Bauer. idem attestantē refert.

Qvod usqve adeò verum est, ut etiamsi mater in filii militis eulogio, fuisset adhibita testis, nihilominus valeat qvod actum est. *Steph. Aufr. in add. ad cap Tholos. decis. 3. n. 2. Mascard. tr. prob. concl. 1021. n. 11.* 7

Et ex eo consequitur: cum doctor juris, jure militari, necessitate eum subitò obruente, testari possit, qvam esse communem opinionem attestatur. 8

Zasius quem refert Gras. lib. recept. sentent. §. testamentum. q. 4. arg. l. advocati. C. advoc. divers. judic.

Ejus testamento nihil obesse, fœminæ pro teste adhibitionem. 9

d. juribus & rationibus.

IV. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat tempore belli. Cum inter arma, leges maximè civiles sileant, nec vigorem suum obtineant, sed ab illis plerumqve recedatur.

Vasq. d. §. 12. n. 26. arg. l. un. C. cad. toll.

Qvod verum erit, dummodo constet, mares non potuisse haberi, aliâs secus. Nam etsi tempore belli numerus testium 10

rela-

relaxatus sit, neutiqvam tamen personæ legalitas. *Bellonus d. consf.14. n. 9. Alex. cons. 70. n.16. vol.2. arg. l.1. C. oper. libert.*

11 V. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat tempore epidimiæ. Nam & tunc legitimæ testis, in testamentis personam fœmina sustinet.

Ant. Cajus in add. ad Ang. Aret. d. §. testes autem n.7. Inst. testam. Ripa tr. privil. ult. volu. caus. pest. n.22. Vasq. d. §.12. n.24. ubi hanc communem opinionem esse attestatur.

12 Eam ob causam, qvi à tempore epidimiæ, bellum inter DEUM & homines geri videtur, & qvidem fortius, & majori vi, qvàm belligerantibus hominibus, cum hominibus.

Br. l. naturaliter. n. 23. ff. usucap. Abb. c. ex transmissa. n.7. per ill. text. ext. præscript. Ceph. cons. 776. n.19. vol.5.

Unde cum eo casu, qvo inter mortales vi geritur res, in testamentis, fœmina testis sit idonea, ut modo dictum est, conseqvitur eam lue pestilentiali grassante fore aptiorem. *arg. auth. multomagis. C. episc & cler.*

13 VI. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in testamento inter lieberos condita, hoc enim ob id, qvod mulier tanqvam testis se subscripserit, non vitiatur.

gloss. auth. quod sine ibi Bl. n.2. C. testam. add. ad Brun. d. l. qui testamento. §. eum qui ibi Paulus de Castr. n.7. ff. eod. Br. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n.3. ibi Jas. n.6. C. eod. Br. §. & quod sæpe. n.2. auth. trient. & sem. Ang. Aret. d. §. testes autem. n.1. ibi Joh. Fab. Joh. de Plat. Porc. Aldob. & Dd. Inst. testament. Ripa tr. privil. ult. volunt. caus. pest. n.24. Dec. d. l.2. n.30. ff. reg. jur. Fel. c. quoniam. num.3. extra testibus. Pract. Papin. in for. lib. quo pet. hæred. ex testam. verbo vallat. legit. num. test. num.3. Tir. ll. connub. l.9. n.59. Jul. Clar. d. §. testamentum. qu.8. n. 4. Vivius d. opin. 382. lim.4. Vasq. d. §.12. n. 18. Alex. consil.70. n.15. vol.2. arg. l. Lucius jun. gl. verbo probationibus. ff. milit. testam.

Atq; hanc esse communem opinionem testes sunt *Ripa, Vasq. Clar. in locis modo allegatis.*

Et esse extra controversiam positum dicit *Tir. d. n 59.*

Licet contrarium teneat solus.

Barb. in addit. ad Bl. d. auth. quod sine C. test. cujus opinionem, ni tantorum pàtrum autoritas resisteret, in puncto juris veriorem esse crediderim.

VII. Hæc conclusio limitatur: 14
Ut non procedat ubi agitur, de fauore piæ causæ. Hoc etenim casu, tabulæ testamenti, etiam, per fœminam, vel fœminas subsignatæ, sustinebuntur, nec in irritum concident.

Bl. l.1. n.48. & in repet. n.111. C. Sacros eccles. Abb. c. relatum. el. 1. n.3 ibi Covarr. n. 5. extra testament. Abb. c. cum esses. n.3. ext. eod. Fel. c. quoniam. num.3. extra testibus. Jas. l. hac consultissima in pr. n.8. C. testament. Alex. l. fin. num. 9. C. codicill. Ang. Aret. d. §. testes autem. num.4. ibi Aldobr. Inst. testam. Dec. d. l.2. num.27. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l.9. n.58. Tir. tr. privil. piæ causæ privil. 5. Jul. Clar. d. §. testamentum. qu.6. n.4. Mantic. tr. conject. ult. volunt. lib 6. tit.3. num.5. Vivius d. opin.382. lim.2. Vasq. d. §.12. n.17. Alex. consil. 77. n.5. vol.2. Alex. consil.105. num.16. vol.4. & cons.102. num.5. vol.7. Bellonus cons.14. n.8. arg. c. relatum. el.1. extra testam.

Et hanc communem opinionem esse attestantur *Alex. Aldobr. Covar. Tir. Bellon. & Vas. in loc. jam alleg.*

Licet multi contrarium tenentes non desint, qvos offendes apud eundem. *Tir. d. l.9. n.57. & d. privil.5.*

VIII. Hæc conclusio limitatur: 15
ut non procedat, etiamsi testamento, codicillaris non fuerit inserta clausula, dummodo hoc, qvod fœmina in testem adhibetur, fiat, principe indulgente, seu ut loqvuntur, dispensante.

Card. Paris. cons.46. n.30. & 32. vol.3. argùm. c. cum esses extra testam. jun. §. sed naturalia. Inst. jur. nat. gent. & civ.

IX. Hæc conclusio limitatur: ut 16
non procedat, ubi agitur non de testamento ipso, & contentis in eo probandis, sed qvæstio ventilatur, de declaranda testatoris voluntate. Hoc enim casu rectè in testem adducitur fœmina.

Mant. tr. conject. ult. volunt. lib.3. tit.1. n.13. & lib. tit.16. n.2. Old. cons.297. n.7. Vivius d. opin. 382. limit.3. arg. d. §. mulieres.

Plures ad hanc conclusionem limitationes apud Vasq. d. §. 12. habentur, qvæ cum ibi comportatæ sint, nec qvod de meo addam, in præsentiarum recolet, ne actum agam, his inculcare supersedeo.

ARTI-

ARTICULUS XI.

SUMMARIUM.

1. *Mater tenetur, filio impuberi tutorem petere, aliàs à successione ejus excludetur.*
2. *Mater lege 12. tab. filiis suis non succedebat.*
3. *Avia, & reliqvæ parentes, nepotibus, & reliqvis posteris, tutores petere obligatæ sunt.*
4. *Mater naturalis tantum, lieberis suis petit tutores.*
5. *Mater etiam curatores, si qvi liberis impuberibus, petendi sunt, petere debet.*
6. *Mater in locum accusati, vel remoti tutoris, alium tutorem, si pœnis legalibus subjacere noluerit, petere debet.*
7. *Mater curatorem ventri postulat.*
8. *Mater curatorem ventri non petens, excusata est, si infra triginta dies, à tempore, qvo venter, curatore indiguisset, enixa fuerit.*
9. *Mater tutorem petit, non solum impuberibus: verumetiam morbo aliqvo laborantibus.*
10. *Mater si copia prætoris non fuerit, à præside, municipalibusq; magistratibus tutorem poscere debet.*
11. *Mater tutorem cum affectu petere debet.*
12. *Mater etiamsi substituta liberis suis, in testamento sit, tutorem tamen si non petierit, & ad secunda vota, transgressa sit, à successione excluditur.*
13. *Mater successionis incapax est, si ante secundas nuptias concupierit, qvàm rationes à se gestæ tutelæ reddiderit, & debitum tutelare persolverit.*
14. *Mater, tutores liberis suis inutiliter datos, ut confirmentur, interpellare debet,*
15. *Mater successionis commodo caret, si non motu proprio, sed à propinqvis impuberum admonita, ad tutorum petitionem pervenerit.*
16. *Mater etiam sexagenaria tutorum dationem flagitet.*
17. *Mater hæreditate privatur, sive lab ea petitus, vel ipsamet, tutelam non observatis observandis administraverit.*
18. *Mater caret etiam illo successionis emolumento, qvod obvenit ei, beneficio juris peculiaris puta statuti.*
19. *Mater privatur etiam legato, ob non petitum tutorem.*
20. *Mater etiam legitima op non petitum tutorem destituitur.*
21. *Mater qvoties à successione exclusa est, exclusa qvoqve ratione legitimæ censetur.*
22. *In litem juratur, contra matrem, qvæ tutorem non petierat.*
23. *Mater non excusatur, etiamsi statim in fine anni, ad petendum tutorem ei indulti monasterium ingressa fuerit.*
24. *Mater non potest, post annum purgare moram.*
25. *Mater qvæ tutorem non petierat succedit, si liberi puberes facti, diem suum obierint.*
26. *Mater minor viginti qvinq; annis ob non petitum tutorem excusatur.*
27. *Mater succedit, si minor fuit tempore mortis mariti, nec majorem postea fuisse nocet.*
28. *Mater, cui ob prodigalitatem, bonis interdictum est, tutorem non petiisse, non obest.*
29. *Matri hæreditas liberorum non aufertur, si liberis, tutorem habere non expediret.*
30. *Mater coram testibus protestari debet, se, qvia liberis non conducat, tutorem non petere.*
31. *Mater liberis egenis planè, tutorem non petens, non punitur.*
32. *Mater insons est, si liberis, amplum legatum sub conditione, si sub tutela non fuerint, relictum fuisset.*
33. *Mater non est arguenda, si liberi intra annum, qvo tutoris indigere cœperunt, fuerint defuncti.*
34. *Mater ad petendum tutorem, annum habet integrum.*
35. *Mater ad successionem admittitur, etiamsi de anno, ad tutorem petendum præfinito, amplius tribus, vel qvatuor diebus, nil restaret.*
36. *Articuli, qvomodo, ad excludendum à successione ob non petitum tutorem matrem, sint formandi.*
37. *Mater, ob annum non lapsum non excusatur, si inertiæ suæ admonita, & à judice vocata, tutoris petitionem nihilominus neglexerit.*
38. *Rustica, qvæ tutorem intra annum non petiit, excusetur.*
39. *Mater tutorem non petens, excusatur juris ignorantia.*
40. *Rustica, ob non petitum tutorem non excusatur, si peritiores consulere potuit.*
41. *Mater excusatur, si impuberi datus sit substitutus.*
42. *Mater non excusatur ratione substitutionis, si substitutus de substitutione post annum primum cognoverit.*
43. *Mater qvæ tutorem non petierit, ex fideicommisso succedit.*
44. *Mater non succedit ex fideicommisso, si fideicommissum, illud per substitutum, & non per liberos, matri sit restituendum.*
45. *Mater succedit, si ante moram, à tertio esset in petendo tutore anticipata.*
46. *Mater excusatur, ob pestem, qvæ in loco ubi judicium est, grassatur.*
47. *Mater excusata est, qvæ procuratorem ad petendum tutorem amandarat, is verò procurator in itinere, à latronibus captus & retentus est.*
48. *Mater pœnis non afficitur, qvæ loco tutoris curatorem, infanti proximo pubertati petiit.*
49. *Mater bannita, ob non petitum tutorem, nil incommodi sentiet.*
50. *Mater etiam post annum ipsamet tutelam suscipere potest.*
51. *Matri in dubio favendum, ne excludatur à luctuosa liberorum hæreditate.*

Unde-

1 UNdecimò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse, qvod mater, qvæ filio impuberi, tutorem dari non petierat, impubere, infra pubertatem animam efflante, à successione ejus excludatur.

l.2. §. si mater. ibi Br. ff. ad S. C. Tert. §. pen. Instit. eodem tit. Paul. de Castr. l. quid ergo. §. si quis. n. 4. ff. ex quibus caus. inf. irrog. Neviz. Sylvul. nupt. lib. 2. n. 53. Masuer., in add. ad Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad red. rat. tut. verb. in suo ult. addit. 1. *Mar. repet. l. is potest. num. 215. ff. acquir. hæred. Maurit. tr. rest. in int. cap. 85. Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. n. 27. Tir. V. R. p. 2. §. 2. gl. un. n. 79. Cacherr. decis. 57. n. 4. Asc. Clem. tr. pat. pot. eff.* 1. *n. 33. Vasq. de success. resolut. §. 12. n. 5. Card. Paris. cons. 86. num. 19. vol. 1. cons. 41. n. 57. cons. 84 num. 21. vol. 2. Crau. consil. 18. num. 16. Fr. Burs. consil. 130. n. 2. vol. 2.*

2 Ratio est: nam matribus, circa successionem filiorum luctuosam, à qva, lege 12. tab. erant, qvàm remotissimæ, est prospectum, unde vicissim maternæ erat pietatis, soboli suæ, qvod petendo tutorem fiebat, consulere. Qvare si malignè circa sangvinem suum, negligendo tutelam ejus, versata fuerit, rationis eqvidem erat, successione ejusdem, ut destituatur.

§. penult. Inst. de S. C. Tertull.

3 Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat non solum in primi gradus liberis, eisqve masculis: verumetiam ut idem qvoqve juris sit, in filiabus, nepotibus, reliqvisqve ulterioris gradus.

d. l. 2. §. si mater. vers. filiis. ff. ad S. C. Tertull. Br. l. liberorum. sub num. 6 ff. verb. signif. Card. Paris. d. cons. 84. n. 22. vol. 2. argum. l. illud. ff. ad l. Aquil.

4 II. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat, non tantum in matre naturali & legitima: verumetiam in matre naturali tantum.

Br. d. l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertull. Mar. l. is potest. num. 219. ff. acquir. hæred. Ant. Gab. Rom. tr. reg. lib. 6. tit. de tut. concl. 1. *n. 2. arg. l. fin. ibi Bl. & Sal. C. qui pet. tut.*

5 III. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam in curatoribus, si qvi impuberibus petendi fuerint. *d. l. 2. §. quod si mater. vers. quid si curatores. l. 1. ff. qui pet. tut. Mar. l. is potest. n. 226. ff. acquir. hæred. Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. n. 27.*

IV. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum, si mater illi impuberi, qvi tutorem non habet, tutorem non petierit: verumetiam si habenti tutorem, vel testamentarium, vel dativum, cujus tamen tutor, sese vel excusaverat, vel remotus fuerat, alium non petierit. 6

d. l. 2. §. non solum. & §. quid si indignas. & §. idoneos. ff. ad S. C. Tert. d. §. penult. ibi Ang. n. 9. Inst. eod. tit.

V. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum in liberis jam editis, verumetiam in ventre. Nam & mater, si bonis ejus, qvi in utero est, curatorem non petierit, successione ejus privabitur. 7

d. l. 2. §. si mater. vers. quod si cum pregnans. ibi Br. ff. ad Tertull. Joh. And. in addit. ad Speculat. tit. de tutore. §. nunc dicendum. addit. ult. Bl. l. 3. n. 5. C. eod. tit. Mar. d. l. is potest. num. 227. ff. acq. hær. Burs. cons. 22. n. 4. vol. 1.

Qvod fallit, nisi intra triginta dies, à tempore, qvo venter, curatore indiguisset, fuisset enixa. Talis qvippe excusata est. 8

Br. l. 1. §. eleganter. num. 1. per ill. text. ff. lib. agnosc.

VI. Ampliatur: ut procedat etiam in liberis furiosis, mente captis, & simili morbo fascinatis. 9

dict. l. 2. §. quod si furioso. ff. ad Tertull. Mar. d. l. is potest. n. 228. ff. acqu. hæred.

VII. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat non tantum in prætore, verumetiam in præsidibus provinciarum, municipalibusqve magistratibus. Nam & illos, ut filiis tutorem dent, eorum copia facta, sollicitare tenetur, qvod si omiserit, punitur. 10

d. l. 2. §. si mater. vers. sed à quo. ff. ad Tertull.

IIX. Ampliatur: Ut non sufficiat defunctoriè petiisse. sed talis instituatur, qvæ veram secum trahat ad ministrationem petitio. *d. l. 2. §. non solùm. gl. l. matris. C. qui pet. tut. Br. l. 2. n. 3. ff. eodem tit. Mar. d. l. is potest. n. 230. ff. acquir. hæred.* 11

IX. Ampliatur: Ut procedat etiam eo casu, qvo mater filiis intestamento fuit substituta. Nam nihilominus, si tutorem non petierit, & ad secunda vota transvolaverit successionis expers est. 12

l. omnem. C. ad S. C. Tertull. Pract. Papin. in for. lib. pro hæred. ab int. del. verb. nullis super-

superstitibus liberis. n. 24. Peck. tr. testam. conjug. c. 26. n. 3.

13 X. Ampliatur: Ut procedat non tantum si tutorem non petierit: verumetiam, si ante ad secunda vota transierit, qvàm rationem, gestæ per se tutelæ reddiderit, & ex ea proveniens, debitum solverit.

dict. l. matres. C. ad S.C. Tertull. Bl. l. si mater. num. 3. C. in quib. caus. pig. vel hyp. Borg. Cavalc. tract. tut. & cur. num. 321. Peck. d. c. 26. n. 3.

14 XI. Ampliatur: Ut procedat, etiam eo casu, qvo mater, tutorem, vel tutores, liberis suis inutiliter datos, confirmari non petierit.

l. credendum in pr. ff. qui pet. tut. Vasq. d. §. 12. n. 5. vers. sexto, ubi hanc communem opinionem esse attestatur.

15 XII. Ampliatur: Ut procedat etiam eo casu, qvo matris rogatu, tutores ordinati sunt: verum mater ut fieret, à cognatis impuberum compulsa est, cæterum, si dum petitionem præparat, admonitur, secus est.

d. l. 2. §. si mater. vers. quid ergò si petiit. ff. ad Tertull. Menoch. tr. arbit. jud. QQ. lib. 2. cent. 5. casu 498. n. 61.

16 XIII. Ampliatur: Ut procedat etiamsi mater esset sexagenaria.

Bl. d. l. matres. n. 4. C. ad Tertull. Neviz. Syl. nupt. lib. 2. n. 53. vers. amplia tertio ubi Curt. Jun. idem tenentem allegat.

17 XIV. Ampliatur: Ut procedat etiam eo casu, qvo tutores, ut darentur non petiit, sed vel ipsa, vel alius ab ea impetratus,, non observatis tamen (ut loqvuntur) observandis, gesserunt.

text. gl. & Br. d. l. 2. §. si mater. vers. quod si pater. Br. d. l. 2. matres. num. 4. C. eod. Br. l. ult. §. personis. ff. admin. tut. Mar. d. l. is potest. num. 221. ff. acquir. hæred. Panorm. cons. 90. n. 2. vol. 2. Burs. cons. 130. num. 13. & 14. vol. 2. Card. Paris. cons. 86. num. 20. vol. 1. & cons. 41. n. 59. vol. 2.

18 XV. Ampliatur: Ut procedat, non tantum respectu successionis, qvæ jure communi defertur: verumetiam qvoad eam, qvæ obvenit statuti beneficio.

Br. lib. 2. §. si fortè per ill. text. ff. ad Tertull. Ant. Gab. Rom. d. concl. 1. n. 40. Cardin. Paris. cons. 84. n. 23. vol. 2.

19 XVI. Ampliatur: Ut mater privetur, non solum liberorum suorum successione universali: verumetiam rei singularis legato.

l. credendum. §. hæc autem mater. jun. gloss. ff. qui pet. tut. Vasq. de success. resolut. §. 12. num. 5. vers. 4. Burs. d. consil. 130. num. 13. & 14. vol. 2.

XVII. Ampliatur: Ut mater privetur etiam legitima uti consulit. 20

Bl. quem refert, & sequitur. Mar. rep. d. l. is potest. n. 231. ff. acquir. hæred. Anton. Gab. Rom. d. concl. 1. n. 15.

Idqve ex eo comprobari potest: qvod generaliter traditum est, matrem qvoties à successione exclusa est, exclusam qvoqve qvo ad legitimam censeri. 21

Ceph. qui alios refert consil. 5. n. 46. vol. 1. arg. l. Papinianus. §. quarta. ff. inoff. testam.

XIIX. Ampliatur: Ut contra matrem, qvæ tutorem ordinari non fecerat, tanqvam dolose agentem, in litem qvoq; jurari possit. 22

Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. n. 27. Cacherr. decision. 58. n. 20. Burs. d. cons. 130. n. 14. vol. 2. arg. l. alio jure. C. de in lit. jur.

XIX. Ampliatur: Ut procedat etiam mater, statim anno emenso, monastenasterium ingressa fuerit. Nec ad monasterium, hæreditas impuberis devolvetur. 23

Bl. c. ex parte M. n. 9. extra appellat. Neviz. Syl. nupt. lib. 2. num. 53. vers. amplia sextò. Ant. Gab. Rom. d. concl. 1. n. 19 arg. l. in Jus §. non debeo. ff. reg. jur. c. cum quis in jus de R. I. lib. 6.

XX. Ampliatur: Ut anno elapso, nec moræ qvidem purgationi locus sit. 24

Br. d. l. 2. §. confestim. n. 3. per ill. text. ff. ad Tertull. Sal. l. sciant. num. 7. & 8. C. legit. hær. Ang. Aret. d. §. penult. n. 12. Instit. de S. C. Tert. Neviz. d. num. 53. vers. amplia septimò. Anton. Gab. Rom. d. conclus. 1. num. 21.

Hæc conclusio sic ampliata: lilimitatur I. Ut non procedat, si liberi, qvibus à matre, tutor petitus non est, puberes facti decesserint. Tunc enim mater commodo hæreditatis eorum fruetur. 25

l. matres & l. omnem. C. ad Tertull. gloss. dict. §. pen. ibi Johan. Fab. Joh. de Plat. Ang. & Porc. Inst. eod. tit. Mar. l. is potest. n. 239. ff. acquir. hæred. Neviz. d. n. 53. vers. limita septimò. Vasq. de success. resolut. §. 12. n. 5. vers. limita primò.

II. Hæc

26 II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si mater ipsa, minor sit viginti qvinqve annis.

gloss. d. l. matres. ibi Bl. num. 2. C. ad Tertull. gloss. d. §. penult. ibi Dd. communiter. Inst. eodem. Azo in summa. C. si advoc. delict. Neviz. d. n. 53. vers. limita 9. Mar. d. l. is potest. num. 237. Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 1. n. 59. Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. n. 27. Vasq. d. §. 12. n. 5. Cal. l. si curatorem. verb. vel dolo adversarii. num. 64. C. in int. rest. min. Rom. sing. 221. Card. Paris. consil. 41. num. 56. vol. 2. consil. 84. n. 28. eodem vol. Burs. consil. 8. num. 40. vol. 1. text. l. 2. C. si adv. delict.

27 Qvod usqve adeò verum est: ut non noceat, si tempore mortis mariti minor, postea afficiatur major. Nam cum semel à petendis tutoribus sit excusata, in perpetuum excusata erit.

Specul. tit. rest. in integ. §. quis autem. n. 16. Bl. auth. captivi. num. 5. C. Episc. & Cler. Bl. l. precibus. n. 22. C. imp. & aliis subst. Bl. l. 2. n. 2. C. si adv. delict. Paul. de Castr. l. sciendum. §. fin. num. 2. ibi Jas. num. 11. ff. qui satisd. cog. Alex. l. minoribus. n. 8. ibi Jas. n. 7. & Barbat. in add. ad Bl. C. his quibus ut in d. addit. ad Panorm. c. literis in addit. magna extra rescript. Alex. l. si cum dotem. §. si maritus. n. 6. ff. sol. mat. Rom. d. sing. 221. Ang. Aret. d. §. penult. num. 15. Instit. ad Tertull. Cotta in memor. verbo mater circa med. Burs. d. consil. 8. n. 40. vol. 1. ubi post Horat. Mandos. hanc communem esse attestatur. arg. §. illud autem auth. const. quæ de dignit. & l. minoribus. C. his quibus ut indit.

Et hanc esse communem opinionem attestatur *Jas. d. l. minoribus. num. 7.*

Licet contrarium teneat, sibiipsi contrarius. *Paul. de Castr. d. l. minoribus. n. 10.*

28 III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in matre prodiga, cui bonis est interdictum. Illi enim tutorem non petiisse non obest.

Alex. l. is cui bonis. num. 21. per ill. text. ibi Ripa n. 54. ff. verb. obl. Neviz. d. num. 53. vers. lim. 8. Ang. Aret. tract. malef. verbo scienter & dolose. n. 16. Tir. tr. pœn. c. 44. n. 46. arg. l. Fulcinius. §. adeò. ff. quibus ex caus. in poss. eat.

29 IV. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si liberis tutorem habere non expediret, puta si ære alieno essent obruti. Tunc enim satius est, eos, qvò minus inqvietentur, indefensos esse, & conseqventer mater, bono id consilio postponens, eorum non est successione privanda. *d. l. 2. §. tractari. ff. ad Tertull.*

Qvo tamen casu, id à se, hoc fine factitatum esse, coram legitimis testibus, in omnem eventum protestabitur. 30

Salyc. l. matres. n. 1. C. ad S. C. Tertull. Neviz. d. n. 53. vers. limita 10.

V. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si liberi planè sint egeni. Tunc enim tutorem non petiisse, non oberit, cum nec in qvo succedat, supersit. 31

dict. l. 2. §. si mater. vers. quod si penitus. ff. ad Tertull. Br. l. 2. n. 2. C. nego. gest. Tiraq. tr. jud. in reb. exig. fer. vers. 19.

VI. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si ob amplum legatum, sub conditione, si tutores pupilli non habuerint, liberis relictum, mater tutorum ordinationem postulare, intermiserit. 32

dict. l. 2. tractari. Mar. d. l. is potest. num. 242. Vasq. d. §. 12. n. 5. vers. limita 7.

VII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si liberi, vel unus ex iis, intra annum, ex eo tempore, qvo tutoris indigere ceperint, computantum, mortem obierint. Tunc enim mater successionis, expers non est. 33

Jas. l. si decesserit. §. fin. n. 11. ff. qui satisd. cog Ang. d. §. penult. num. 1. Instit. ad Tertull. Neviz. d. n. 53. vers. limita 6. Mar. d. l. is potest. num. 232. Cacherr. decis. 58. num. 8. Ant. Gab. Rom. d. concl. 1. n. 35. Panorm. cons. 90. in fin. vol. 2.

Annus enim matri, ad petendum tutorem, assignatus est, intra qvem ob non petitum tutorem, rea non fit, nec privatione luctuosæ successionis plectitur, ut est textus clarus & expressus, licet à paucis consideratus. 34

d. §. penult. ibi Dd. communiter inst. ad Tertull. Bl. l. precibus. n. 36. C. impub. & al. sub. Bl. d. c. ex parte M. num. 17. extra appellat. Paul. de Castr. l. sciant. num. 2. C. legit. hæred. Alexand. l. si decesserit. §. fin. n. 11. ff. qui satisd. cog. Ang. Aret. §. actionum. n. 44. Instit. act. Mar. d. l. is potest. n. 232. Cacherr. d. decis. 58. num. 6. Boër. in consuet. Bitur. tt. stat. pers. §. 9. gl. 1. ad fin. Sais. in consuet. Turon. tit. de tut. art. 2. gl. 2.

Et hanc esse magis communem opinionem testes sunt.
Alex. & Marant. mod. cit.

Communem verò simpliciter dicit.
Boër. in loco quo modo allegabamus.

Licet contrarium teneat, cujus tamen doctrina communiter reprobata est.
Br. d. l. 2. §. confestim. n. 2. ff. ad Tertull.

35 Et hoc usqve adeò verum est, ut etiamsi de annuo spacio tres, vel qvatuor, plus minus dies, cum mortem is, de cujus successione agitur, cum vita commutaret, restarent, verisimileqve esset, qvod intra tantillum temporis, tutela ritè recteqve non posset decerni, mater tamen nihilominus, ad successionem admittatur.
Br. l. interdum. ff. judic. Castr. l. cum stipulatus. n. 6. ibi Alex. n. 18. ff. verb. obli. Alex. l. si decesserit. §. fin. n. 10. ff. qui satisd. cog. Alex. l. non omnis in pr. n. 7. ff. si cer. pet. Jas. l. in jus vocari. num. 8. ff. in jus voc. Raynald. Cors. in addit. ad Old. consil. 203. addit. 1. Neviz. d. num. 53. vers. limita 6. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 11. n. 39. ubi hanc veram opinionem attestatur, argum. l. si decesserit. §. fin. ff. qui satisd. cog. & l. cum stipulatus sim. ff. verb. obl.

Licet contrarium teneat.
Mar. d. l. is potest. num. 233. ubi Alex. d. l. cum stipulatus tanquam à suis partibus stantem allegat, quem certè nisi oscitanter inspexisset, pro se, cum contrarium velit, non adduxisset.

36 Et ideò articuli ad excludendam matrem, ita formandi erunt: ut primò deducatur, eum, de cujus successione agitur, impuberem esse mortuum, item mortem post annum, à tempore obitus patris opetiisse, &c. ut notanter docet.
Alex. cons. 185. n. 10. cum seqq. vol. 6.

Fallit autem, si mater interpellata suæ admonita, & à judice, ut tutorem petat vocata, periclitantes res pupilli neglexerit. Tunc enim ob id, qvod aliqvid annui temporis residuum sit, minimè excusata erit.
Bl. d. l. precibus. n. 36. C. impub. & al. subst. Mar. d. l. is potest. n. 235. ff. acquir. hared. arg. d. l. 2. §. si mater. vers. quid ergo. ff. ad Tertull.

37 VIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in muliere, qvæ ruri est: Illi qvippe si intra annum, tutorem non petierit, parcitur.
Paul. de Castr. l. 2. num. 3. C. in jus. voc. Mar. d. l. is potest. n. 244. Neviz. d. n. 53. vers. limita quintò. Boër. decis. 124. num. 20. ubi Barb. idem tenentem allegat Menoch. tract. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 2. casu 194. n. 26. arg. l. in bonorum in fin. ff. bon. poss.

Nec obstat, qvod jure naturali, ad petendos liberis suis tutores, mater videatur obstricta. Qvare juris naturalis ignorantia, factum suum, obvelare haud possit. 39
l. fin. C. qui pet. tut.

Nam juris naturalis esse, liberos suos non relinqvere indefensos, fateor, sed annum juris civilis sanctione præstitutum dico: unde, etsi mater, omninò se ad petendos tutores, obligatam esse, ignorare asserens, non audiatur, audienda tamen erit, si se, ad id expediendum, annuum spacium esse præfixum, latuisse affirmaverit.
arg. l. regula. ff. jur. & fact. ignor.

Qvod tamen fallit: si intra legitimam temporis metam, peritiores consulere potuisset. Nam tunc in culpa erit. 40
Paul. de Castr. d. l. 2. n. 3. C. in jus voc. Maur. tr. rest. in int. c. 85. n. 20. arg. l. bonorum. ff. bon. poss. & alibi tetigimus.

IX. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si impuberi, cui tutor petendus est, datus fuit in testamento substitutus. Tunc enim cum per eum mater excludatur, ejus qvoqve erit, hoc petendi tutoris onere, matrem sublevare. Ed ad matrem, etiamsi nec substitutus, nec ipsa, tutorem impuberi petierit, omnis hæreditas defuncti spectabit. 41
Br. qu. 18. in c. pupillus cui erat per tot. Br. l. si minores. num. 12. ff. qui pet. tut. Mar. d. l. is potest. n. 250. Neviz. d. n. 83. vers. limita tertiò. arg. l. sciant. C. legit. hæred.

Qvod fallit, si post annum primùm substitutus, se in tabulis pupillaribus, secunda institutione, hæredem factum rescisceret. Tunc enim ei, hic annus tanqvam ignoranti, non curreret, nec matri, tutorem à substituto, non petitum conduceret. 42
Br. d. qu. 18. vers. solutio. n. 1. Bl. c. ex parte M. n. 18. extra appellat. Tir. V. R. part. 1. §. 35. gl. 4. n. 11. arg. d. l. 2. §. si mater. vers. sed si fortè absens.

X. Limitatur: Ut non procedat, si filii, qvibus tutores petendi sunt, rogati per testatorem fuerint, ut ipsis, sine liberis morientibus, hæreditas matri restituatur. 43

Tunc

Tunc enim, cum per fideicommissum testatori, non verè liberis succedatur, mater, ab hac successione obliqva, non repellitur.
dict. l.2. §. & si fortè. ff. ad Tertull. Bl. *d. c. ex parte. num. 8. extra appellat.* *Ang. Aret. d. §. penult. num. 11. Instit. de S. C. Tertull. Neviz. d. num. 53 limit. ult. Vasq. d. §. 12. num. 5.*

44 Alio jure, matres sunt, si pupillis fuerit substitutum, & substituto mater, si sine liberis decesserit, fuerit subrogata. Nam cum hoc casu, pupillo, & non primo testatori succedatur, in casu non petiti tutoris, mater ad hanc fideicommissariam substitutionem, non aspirabit.
Neviz. d. n. 53. in fine ubi Corneum, hoc originaliter decidentem refert.

45 XI. Limitatur: Ut non procedat, si matrem anteqvam moram commisisset, (puta si erat absens) tertius qvispiam in petendo tutorem, antevertisset. Nam hoc casu hæreditatem conseqvitur.
dict. l.2. §. si mater. vers. sed si fortè absens. ad Tertull. Mar. l. is potest. num. 243. Vasq. de success. resolut. §. 12. n. 5.

46 XII. Limitatur: Ut non procedat, si locus, ubi tribunal judicum, qvi tutores dare debeant, erat constitutum, peste erat contaminatus. Tunc enim matri, ultrà annum etiam tacuisse, non nocet.
Boër. *decis. 124. n. 21. ubi Paul. de Castr.* Barb. *Hipp. de Mars. idem decidentes refert. arg. l. quæsitum in pr. ff. re jud.*

47 XIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si mater extra locum, ubi judex degit, habitans, procuratorem ad eum, ut tutorem ordinaret, destinasset, is verò à latronibus, dum in via est, captus, detentus, vel occisus est, qvo, ut petitio tutoris, remoraretur, effectum. Hoc enim casu, à successione matrem repelli, perqvam durum esset.
l. cum à matribus. C. *qui pet. tut. Mar. d. l. is potest. n. 237. Vasq. d. §. 12. n. 5.*

XIV. Ampliatur: Ut non procedat, si mater, qvæ tutorem petere debuisset, curatorem, pupillo, proximo pubertati, consentiente postulasset. Hoc enim casu, hæreditas nihilominus, si qvid adversi contigerit, matris erit. 48
Bl. auth. eisdem. n. 14. C. *secund. nupt. Mar. d. l. is potest. n. 236. ff. acquir. hæredit. arg. d. l. 2. §. filiis & tractari. ff. ad Tertull. jun. l. solet. ff. tut. & l. quæsitum. ff tutor. & curat. dat. ab his.*

XV. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si mater esset bannita, & ob id apud judices, pro habendo tutore instare impedita. Excusatur enim 49
gloss. fin. in fin. l. planè in 4. per ill. text. ff. excusat. tutor. Mar. d. l. is potest. n. 249.

XVI. Limitatur. Ut procedat tantum respectu successionis. Qvod si mater, etiam post annum tutelam ipsa suscipere voluerit, non obstabit ei, qvod intra annum tutorem liberis dari non curaverit. 50
Bl. d. l. precibus. n. 26. C. *impub. & al. subst. Bl. auth. Presbyteros. la. 2. n. 1.* C. *Episc. & Cler.* Bl. *l. si tutor petitus. n. 2. ff. tutor & curat. dat. ab his* Br. *l. tutela. vers. sed si hac. n. 1. per ill. text. ff. leg. tut.*

XVII. Limitatur: Ut in dubio semper hæc capienda sit, qva mater, ad luctuosam liberorum hæreditatem concedatur, interpretatio. 51
B*ursf. cons. 19. n. 29. vol. 1. arg. auth. defuncto.* C. *ad Tertull. c. in pœnis de R. I. lib. 6.*

ARTICULUS XII.

SUMMARIUM.

Fœmina non succedit in conductione vectigalium.

DUodecimò concludo: Fœminas deterioris esse conditionis. Nam etsi pluribus, tanqvam sociis, publica vectigalia conducentibus, societas vectigalium conductorum, ad hæredes eorum primos transeat: tamen hoc non procedit, si heres istius socii, fuerit fœmina. Ad illam namq; isthæc societas non porrigitur, cum ad exercenda vectigalia, fœmina parum censeatur idonea.
Raphaël Fulg. l. adeò post Albericus de Ros. quem refert, per ill. text. ibi gl. Br. & Bl. *ff. pro Socio* Baptista *de Hieronymis consil. 2. n. 29. quod consilium extat in tr. Mozzii de contr. Rubr. de societ. Caroc. tract. locato tit. hæred. inst. n. 13.*

ARTICULUS XIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina non ſuccedit in feudo.*
2. *Vaſallus, dominum in prælio adjuvare debet.*
3. *Fœmina in militiam, procinćta proficiſci neqvit.*
4. *Vaſallus, ſibi à domino, revelata reticeat.*
5. *Fœmina, qvæ ſilere ſciat, rara avis.*
6. *Vaſallus dominum adjuvat conſilio.*
7. *Conſilium muliebre eſt fragile & mancum.*
8. *Vaſallus debet eſſe conſtans.*
9. *Fœminæ variæ ſunt, & mutabiles.*
10. *Vaſallus, cœtibus virorum immiſcetur.*
11. *Fœmina non debet, inter viriles cœtus conſpici.*
12. *Fœmina non ſuccedit in feudo, etiamſi eqvo inſidere ſolita, dominum feudi, in bello comitari poſſet.*
13. *Cauſæ, vel rationes ubi ſunt plures, una remanente, diſpoſitio non ceſſat.*
14. *Filius & reliqvi maſculi ex filia, in feudo non ſuccedunt.*
15. *Matris radice amputata, rami qvoq; decidunt.*
16. *Fœmina non ſuccedit in feudis regalibus.*
17. *Fœmina etſi qvandoq; in feudo ſuccedat, nunqvam tamen inter pares curiæ erit.*
18. *Conſvedudo, ut filiæ in feudis ſuccedant, valet.*
19. *Fœmina ſi ex conſvedutine ſuccedit in feudo, ſerviet per ſubſtitutum.*
20. *Fœminæ ſuccedunt in feudis, ex pacto & providentia primi acqvirentis.*
21. *Fœmina non ſuccedunt in feudo, ſi in inveſtitura vocantur hæredes, & ſucceſſores.*
22. *Hermaphroditus non ſuccedit in feudo, ſi fœminæ in inveſtitura ſunt vocatæ.*
23. *Fœminæ in inveſtitura vocatæ, vocatæ cenſentur ordine ſucceſſivo, maſculis deficientibus.*
24. *Copulæ natura eſt, copulare æqvaliter.*
25. *Copula, æqvaliter copulat, niſi ſubjecta materia aliud ſvadeat. Ea enim efficit, ut qvandoq; in disjunćtivam reſolvatur.*
26. *Fœminæ ſemel excluſæ, non ſuccedunt in feudo, etiamſi defuncti eſſent maſculi, qvi eas excluſere.*
27. *Fœminæ in inveſtitura vocatæ, proximior agnatus præfertur, ſed ipſa dominum feudi præcedit in ſucceſſione.*
28. *Fœmina excluditur per maſculum, etiamſi is, in continenti diem ſuum obierit.*
29. *Contrarium ex communiori.*
30. *Filiæ ex maſculo deſcendentes, præferuntur filiabus primi acqvirentis, caſu, qvo fœminæ in inveſtitura vocatæ ſunt.*
31. *Fœminæ ſuccedunt in feudo, ſi ſunt in inveſtitura vocatæ, caſu, qvo maſculus, qvi alias eas excluderet, naſcitur, oćtavo à conceptione menſe.*
32. *Fœminæ cum maſculis ſuccedunt, ſi in inveſtitura maſculi, cum fœminis vocantur.*
33. *Fœminæ ſuccedunt in feudo, ſi feudum ſub hac formula: pro ſe & hæredibus, qvibuscunqve, & qvibus dederit, vel cauſam ab eo habituris, eſt conceſſum, dummodo fœminæ tales agnatæ fuerint, primo acqvirenti.*
34. *Fœmina ſuccedit, in feudo exiguo.*
35. *Fœmina ſuccedit in feudo, qvod pecunia comparatum ſeu emtum eſt.*
36. *Fœmina non ſuccedit in feudo emtitio ſi emtor ſe & ſuos, ad omnia, in fidelitatis formula contenta aſtrinxiſſet.*
37. *Fœmina ſuccedit in feudo emtitio, ſi pro feudo juſtum numeratum eſt pretium.*
38. *Fœmina ſuccedit in feudo, propriam feudorum naturam non habente.*
39. *Fœmina in feudo, improprio, ſuccedit ſimul cum maſculis, etiamſi in inveſtitura, maſculi & fœminæ, vocati eſſent.*
40. *Fœmina ſuccedit in feudo, pro qvo, cenſus nomine aliqvid præſtatur, unà cum maſculis.*
41. *Fœmina, una cum maſculis in feudo ſuccedit, pro qvo tale, qvod non minus per fœminam, qvàm per maſculum expediri poteſt, officium eſt exhibendum.*
42. *Fœmina, unà cum maſculis in feudo ſuccedit, pro qvo nullum præſtatur ſervitium.*
43. *Fœmina an in talibus feudis, ſucceſſionis ſit capax, ſemper ad inveſtituram recurrendum.*
44. *Fœmina ſuccedit in feudo ligio.*
45. *Fœmina ſuccedit in feudo Franco.*
46. *Clericus ſuccedit in feudo, in qvo jure Francorum vivitur.*
47. *Fœmina ſuccedit in feudo, qvod pro ſervitiorum remuneratione, eſt donatum.*
48. *Fœmina ſuccedit, ubi ex donatione pura & ſimplici, feuda eſſent acqviſita.*
49. *Fœmina ſuccedit, in feudo fœmineo.*
50. *Fœmina in feudo fœmineo ordine ſucceſſivo, non ſuperſtitibus maſculis ſuccedit.*
51. *Fœmina in feudo ſuccedit, ſi eam, etiam in agnatorum præjudicium, princeps privilegio ſuo, habilem effeciſſet.*

1 DEcimo-tertio concludo: Fœminarum conditionem deteriorem eſſe, qvod in feudis, earum ſucceſſio nulla eſt. *c.1. §. & quia vidimus. ibi Bl. n. 9. & 14. ibi Alvar. n 8. Præpoſ. n. 6. Iſern. n. 17. Affl. n. 1. & Dd de his qui feud. dar. poſſ. text. c.1. §. filia verò ibi Bl. num. 1. Affl. num. 1. de ſucceſſ. feudi. text. c. 1. in pr. ibi Alvar. num. 3. de grad. ſucced. in feud. Specul. tit. de feud. §. quoniam. n. 45. Panor. c. dilecti filii. n. 11. extra arbitr. Everb. in top. in loc. à feudo ad emphyt. num. 45. Dec. l. 2. n. 54. ff. reg. jur. Affl. cap. 1. §. quinetiam. num. 1. Epiſcop. vel Abbat. Tir. rep. l. ſi unquam. verb. donat. largitus. n. 340. C. revoc. donat. Tir. tr. jud. in rebus exig. fer. verſ. 83.*

Plot.

Plot. tr. de in lit. jur. §.3. *num.*41. *Boër. in consuet. Bitur. tt. success. feud.* §.6. *gloss.*2. *col.*3. *Pirrh. in cons. Aurel. tit. de success. cap.*27. *Molin. in cons. Paris.* §.15. *n.*1. *Jul. Clar.* §. *feudum. q.*73. *num.*1. *Jas. consil.*8. *n.*28. *consil.*9. *n.*2. *cons.*114. *n.*1. *vol.*1. *Joh. Jac. de Leon. consil.*114. *num.*27. *int. cons. Bruni Ripa responso* 80. *n.*62. *Card. Paris. cons.*4. *n.*2. *&* 3. *cons.*17. *n.*7. *cons.*20. *n.*18. *consil.*22. *n.*1. *consil.*23. *num.*27. *&* 28. *vol.*1. *cons.*72. *num.*9. *&* *n.*78. *vol.*4. *Rol. à Valle cons.*67. *n.*6. *cons.*82. *n.*8. *cons.*41. *n.*1. *vol.*2. *cons.*90. *n.*20. *vol.*4. *Burs. consil.*80. *n.*14. *consil.*46. *n.*30. *vol.*1. *consil.*131. *n.* 26. *vol.*2. *Cephal. consil.*389. *n.*3. *cons.*323. *n.*76. *cons.* 361. *n.*2. *vol.*3. *Minsing. cons.*92. *n.*3.

2 Tum qvia clari, & indubitati juris est: qvod vasallus dominum, in prælio, armatus adjuvare teneatur.

*c.*1. *de nov. for. fidelit. c.*1. *de mil. vas. qui arm. bell. depos.*

3 Et certum est: qvod fœmina procincta, in bellum, dominum feudi, adjuvatura, ire neqveat.

*gl. d. c.*1. §. *& quia verb. ad successionem, qui feud. dar. poss. Bl. l. fin. n.*7. C. *suis & legit. Alex. cons.*10. *n.*6. *vol.*5. *Joh. Jac. de Leon. consil.*114. *n.*27. *Rol. à Valle d. cons.*41. *n.*1. *vol.*2. *Card. Paris. d. consil.*4. *num.*2. *vol.*1. *Ceph. consil.*1. *n.*4. *vol.*1.

Et hanc glossam communiter approbatam testantur.

Alex. & Rol. à Valle, modo citati.

Licet hanc rationem, sibi non satisfacere, dicat *Jul. Clar. d. qu.*63. *n.*1.

4 Tum qvia vasallus, qvæ sibi secreto revelata sunt, propalare non debet.

*d. c.*1. *de nov. for. fidel.*

5 Et certum est: qvod rara in terris sit avis, fœmina qvæ ea, qvæ suæ fidei commissa sunt, reticeat.

*Bl. d. l. quoties. n.*7 *Tir. ll. connub. l.*12. *n.* 13.

6 Tùm qvia non solùm armis: verumetiam consilio, ad opitulandum domino, vasallus astrictus est.

*c.*1. *de for. fidel. c.*1. *de nov. for. fidel.*

7 Et certum est: qvod nunqvam ferè consilia, à fœminis auspicata, destinato effectui, ob sui fragilitatem mancipentur.

*Bl. d. l. quoties. n.*7. *Bl. c. significavit. num.*1. *extra rescr. Tir. ll. connub. l.*1. *n.*78.

8 Tùm, qvia in vasallo, summa desideratur constantia. *d. c.*1. *ibi ad ultimum usq; de no. for. fid.*

Et certum est, qvod varium & mutabile, semper sit fœmina. 9

*c. forus extra verb. signif. Tir. ll. connub. l.*9. *n.*132. *Vasq. l. filia in orbitate. n.*1. *per ill. text.* C. *inoff. testam.*

Tum deniqve, qvia vasallum consilio, atq; hinc cœtibus virorum interesse oportet, *d. c.*1. *de no. for. fidel.* 10

Et certum est: qvod contra sexus sit decorem, mulierem cœtibus virorum immistam, conspici. 11

l. maritus. C. *procurat. & alibi diximus.*

Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat, etsi mulier, armis indui eqvo insidere, inqve militiam proficisci assuesset. Nihilomagis enim ad feudum conseqvendum idonea erit. 12

*Nic. de Neap. c.*1. §. *hoc autem. ibi Alvar. n.*10. *de his qui feud. dar. poss. Rol. à Valle d. consil.*41. *n.*1. *vol.*2.

Licet contrarium satis ineptè decidat.

*Isern. d. c.*1. §. *hoc autem. num.* 20. *de his qui feud. da. poss.*

Qvia etsi cesset hoc casu, una prohibitionis ratio, reliqvæ tamen in suo vigore permanent. Et certum est, qvòd, ubi sunt plures causæ, seu rationes, certum effectum producentes, remanentibus reliqvis, una ex iis corrigatur, vel auferatur, effectum nihilominus in suo statu consistere. 13

l. cum hi. §. *si prætor. ff. transact. l. fin. ff. divort.* §. *affinitatis. ibi Aldob. Instit. nupt.* §. *furtiva. Inst. usucap.*

Nec cum plura obstant, unum tolli sufficere. *Simoncell. tr. decret. tit.*8. *n.* 207. *arg. d.* §. *affinitatis. Inst. nupt.*

II. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat non tantum, ipsarum fœminarum respectu, verumetiam omnium, & qvorumcunqve ex iis descendentium. 14

*Bl. l.*1. *n.*2. *ff. senator. Bl. l. quoties. n.*2. C. *suis & legit. Pinell. lib.*3. *n.*29. C. *bon. matern. Card. Paris. cons.*22. *n.*1. *cons.* 23. *num.* 28. *vol.*1. *Burs. cons.*1. *n.*16. *& num.*40. *vol.* 1. *Ceph. cons.*303. *n.*205. *vol.*3. *text. est d. c.*1. §. *& quia, de his qui feud. dar. poss.*

Matris namqve radice amputata, rami qvoqve decidunt. 15

*Ceph. cons.*5. *n.*19. *vol.*1.

Nec filius, in præsentiarum, amplius qvicqvam, qvàm mater ejus, juris fovere nescitur.

*Ceph. cons.*404. *n.*9. *vol.*3.

16 III Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam in feudis regalibus, dignitatem annexam habentibus.

*c.*1. *ibi Alvar. num.* 10. *quis dic. dux, com. vel march. Ripa responso* 80. *n.*62. *Card. Paris. consil.*72. *n.*76. *vol.*4.

17 IV. Hæc conclusio ampliatur: Nam etsi in casibus inferius positis, fœmina in feudo succedere possit, nunqvam tamen collegio, atqve Senatui parium curiæ cooptari potest.

*Matth. de Affl. c.*1. *num.* 18. *de controv. feud. apud par. term. arg. l.*1. C. *sacros Eccles.*

18 Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, qvoties contrarium consvetudo disponat.

Specul. tit. de feud. §. *quoniam. n.*45. *Jas. l. de quibus. n.* 64. *ff. legibus. Boër. in consuet. Bit. tt. de feud.* §. 2. *gl.* 2. *Covarr. var. resol. lib.*3. *c.*6. *n.*3. *Alex. consil* 29. *num.*2. *vol.*1. *Ripa responso* 80. *n.*65. *Campeg. consil.* 2. *n.*52. *int. consil. Bruni Card. Paris. cons.*13. *n.*21. *vol.* 1. *consil.* 15. *n.* 21. *eodem vol. Rol. à Valle cons.*3. *n.*117. *vol.*1. *Jul. Clar. d. q.*73. *n.*9. *Cephal. cons.*361. *n.*2. *vol.*3.

Qvod enim fœmina à feudis excluditur, eorumqve incapax censetur, non naturæ id est, sed juris feudalis rigori, acceptum ferendum.

*Ceph. cons.*361. *n.* 27. *vol.*3. *arg. l. maximum vitium.* C. *lib. præter.*

19 Qvapropter hac consvetudine, omnibus mulierum imbecillitatibus, qvas supra retulimus succursum, eoq; rem deductam censendum, ut omnia, qvæ feudi ratione subeunda, incumbunt, fœminæ, vel per maritum, vel alium ad ea idoneum, dummodo juramentum fidelitatis personaliter præstent, adimplere qveant.

Specul. d. tit. de feud. §. *quoniam. n.* 41. *arg. l.*2. *ff. jurisd. omn. jud.*

20 II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si fœminæ in investitura, ex pacto & providentia primi acqvirentis, expressim sint vocatæ.

Plot. tr. de in lit. jur. §. 3. *n.* 41. *Dec. d. lib.* 2. *n.*56. *ff. reg. jur. Alvar. cap.*1. *n.*3. *de eo qui sibi hær. suis masc. & fœminis. Matth. de Affl. c.*1. *& quia de his qui feud. dar. poss. Affl. cap.*1 §. *quinetiam. n.*15. *Episcop. vel Abbat. Affl. c.* 1. §. *filia verò. n.* 2. *de success. feud. Affl. c.*1. §. *si duo fratres. n.*3. *de feud. march. Affl. c.* 1. *per ill. text. n.* 1. *de benef. fœmin. Jul. Clar. d.* §. *feudum. q.*73. *n.*3. *Joh. Barthol. de Scaramp. cons.* 108. *n.*2. *int. consil. Bruni Card. Paris. cons.* 4. *n.* 11. *cons.*9. *n.*27. *cons.*12. *n.*13. *consil.*16. *num.*1. *cons.*17. *n.*13. *cons.*22. *n.*2. *vol.*1. *Rol. à Valle cons.*48. *n.*25. *vol.*4. *Ceph. cons.*400. *n.*25. *cons.*361. *n.*2. *vol.*3. *cons.*30. *n.*18. *vol.*1.

Et hanc communem opinionem esse attestatur *Card Paris. cons.*12. *n.*33. *vol.*1.

Si autem concedens, verbis generalibus usus esset, puta, ponendo verbum hæredibus & successoribus, ista verba vocationem fœminarum non operarentur. 21

Alex. l. sed si hac. §. *liberos. num.*5. *ff. in jus voc. Ceph. cons.*665. *n* 54. *vol.*5. *gloss. l. ex facto.* § *fin. ff. ad Trebell.*

Qvo tamen casu feudum ad hermaphroditum, non perveniet. 22

*Tir. ll. connub. gl.*5. *n.*70. *arg. l.*2. *ff. verb. obl.*

Similiter fœminæ in investitura expressim vocatæ, non pariter cum masculis, sed ordine successivo demum, masculis puta non existentibus, ad feudi successionem aspirabunt. 23

*c.*1. §. *quinetiam ibi Bl. n.*1. *Alvar. n.*2. *Præposit. n.* 1. *Iser. Affl & Dd. episc. vel abb. c.* 1. *ibi Bl. n.*4. *& Dd. de eo qui sibi & hær. suis. Pract. Papin. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. verb. nec superstitibus. n.*2. *Br. consil.* 60. *vol.*1. *Alex. cons.*29. *n.*5. *vol.*1. *cons.*9. *n* 1. *vol.*5. *Alb. Br. consil.*39. *n.*5. *Joh. Barthol. de Scaramp. cons.*108. *n.*25. *inter cons. Bruni Card. Paris cons.*17. *n.*13 *vol.*1. *cons.* 22. *n.* 4. *consil.* 23. *n.*48. *& n.* 105. *eod. vol. consil.*16. *n.*13. *vol.* 4. *Rol. à Valle consil.* 41. *n.*4. *vol.* 2. *Mandell. cons.* 81. *n.*41. *Bursat. consil.*63 *n.*7. *& n.*9. *vol.*1. *& cons.*150. *n.*1. *vol.*2. *Ceph. consil.*389. *n.*5. *vol* 3. *consil.* 30. *n.*3. *vol.*1. *Guilh. à Perno notab.*1. *n.*27.

Et hanc esse communem opinionem attestatur *Burs. d. consil.*63. *n.*7.

Etsi enim natura copulæ sit, copulare æqvaliter: 24

l. un. §. *his ita.* C. *cad. toll. l. si duobus in pr. ff. leg.*1. *l. reos.* §. *cum in tabulis ff. duobus reis. l.*1. C. *si plur. una sent.*

Tamen hoc verum non est, qvoties natura rei, subjectaqve materia aliud svadent. Tunc enim propriam suam naturam amittit, adeò etiam, ut disjunctivæ vires, & naturam induat. 25

Ut tradunt. Dd. communiter. l. Gallus. §. *quidem rectè per ill. text. ibi Fortun. Garz. num.*24. *Lancell. Galiaula num.*12. *Marius Sala-*

Salamon. n.45. Æmilius Perrotus num.7. Joh. Ant. Rub. n.39. & Dd. ff. lib. & posth.

26 Qvæ jam diximus, usqve adeò vera sunt, ut procedant, non solum masculis, ob qvos exclusæ sunt fœminæ, superstitibus: verumetiam iis fato functis: qvandoqvidem fœminæ, semel exclusæ, omnis, in perpetuum, ad feudum aditus, interseptus censeatur.

d. c.1. §. quinetiam. ibi Bl. n.3. Alvar. num.2. Affl. num.1. & Dd. Episc. vel Abbat. Lup. rubr. §.69. n.32.34. & 36. extra donat. int. vir. & uxor. Gail. obs.148. n.1. lib 2. Brun. consil.78. n.2. consil.79. n.7. Alvar. cons. 65. n.1. int. consil. Bruni, Joh. Barthol. de Scar. cons.108. n.27. int. consil. Bruni Card. Paris. consil.12. n.35. vol. 1. consil. 22. n.16. consil.23. n.50. vol. 1. consil. 85. n.31. vol.2. consil.16. n.5. vol.4. Cephal. consil.30. n.28. consil.313. n.53. vol. Bursat. consil.332 n.36. vol.2. consil.80. n.21. vol.1.

Et hanc esse communem opinionem attestantur.

Paris. d. consil.22. n.15. vol.1. & Burs. d. consil. 132. n.36. vol.2.

27 Intellige respectu, remotioris agnati masculi: Secus verò est, qvoad dominum. Domino enim feudi fœmina exclusa, si eò res deducta fuerit, præfertur.

Jul. Clar. d. §. feudum. qu.80. n.2.

28 Qvod locum habet, etiamsi masculus qvi excluserat, in continenti diem suum obierit.

And. de Iser. d. §. quinetiam. num.4. Vasq. de success. creat. §.27. limit.31. n.10. Burs. consil.63. n.17. vol.1. ubi Crottum & Porc. Imolens. idem tenentes allegat per gloss. sed & partus. §. fin. verb. amisisse. ff. quod met. caus. l. inter stipulantem. §. sacrament. ff. verb. obl.

29 Licet contrarium teneant.

gloss. Bl. Alvar. & præpos. dict. §. quinetiam quos sequitur. Tiraq. tract. de jud. in reb. exig. fer. vers.83. Tiraq. repet. l. si unquam verb. susceperit liberos. num.267. & 269. C. revoc. donat. ubi plures id volens nominat. Masuer. in addit. ad Pract. Papin. in for. lib. quo ag. ad revoc. feudi verb. nec superstitibus. num.2. & quam esse communem & æquiorem fatetur. Bursat. d. consil.63. n.18.

30 Eodem qvoq; modo, id obtinet, etiamsi masculus, qvi fœminas illas excluserat, non nisi filias, post se reliqvisset. Hæ enim amitis suis exclusis, in feudo succedunt.

Ceph. consil.313. n.54. vol.3. ubi Ruin. & Soc. idem tenentes allegat.

Aliud est, si masculus successurus, octavo, à conceptione, mense, nascatur. Cum enim tunc vivacem eum non fore pro certo sit, fœminis ejus nativitas, ad feudi successionem non erit obstaculo. 31

Bursat. consil.63. num.18. vol. 1. ubi hanc esse communem opinionem attestatur. argum. c. nam & ego, extra verb. signif.

Alio itidem, jure fœminæ sunt, si in investitura non masculi & fœminæ, sed masculi cum fœminis vocantur. Tunc enim nō ordine successivo, sed pariter succedunt. 32

Bl. l. quoties. n.5. C. suis & leg. Jas. l. Gallus §. quidam rectè. n.32. ff. lib. & posthum. Jul. Clar. d. §. feudum. n.73. n.4. Card. consil.12. num.17. vol.1. Bursat. consil.63. n.10. vol.1.

Et hanc esse communem opinionem attestantur.

Clar. & Cardin. Paris. in locis mod. cit.

Licet contrarium teneat Bl. sibiipsi contrarius. *l. liberti. n.30. C. oper. libert.*

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si in vestituræ inserta sit isthæc clausula: pro se & heredibus qvibuscunqve, & qvibus dederit, vel causam ab eo habituris. In feudo enim sub hac formula concessis, etiam fœmina, dummodo primo acqvirenti agnata sit, cæteris paribus succedet. 33

Soc. in consil.10. n.4. int. consil. Bruni, Rol. à Valle consil.41. num.10. vol.4. ubi Signor. de Homod. Gozad. & Ruin. idem tenentes allegat. per gloss. clem.1. extra re judic.

IV. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si feudum esset perexiguum, pro tali enim, nec juramentum fidelitatis præstatur, nec fœmina excluditur. 34

Præpos. c.1. §. & quia. n.61. ibi Affl. n.8. de his qui feud. dar. poss. Tir. tr. jud. in rebus exig. fer. vers.85. ubi Rom. & Corn. idem decidentes refert Menoch. tract. arbitr. jud. QQ. cent.3. casu 214. n.3. arg. l. adigere. §. quamvis. ff. jur. patron.

Licet contrarium teneat.

Rol. à Valle consil.67. num.11. vol.2.

V. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si feudum pecunia sit com- 35

paratum. In eo enim masculorum, & fœminarum, æqvalis est successio. Cum tale feudum improprium, & qvasi allodiale, sit censendum.

Bl. c. significavit. n.1. extra rescript. Jul. Clar. d. qu.73. n.6. Ripa responso 80. n.68. ubi Roman. Soc. & Dec. idem tenentes allegat. Card. Paris. consil.4. n.39. lib.1. ubi Curt. & Curt. Junior. in id citat. Rol. à Valle cons.23. n.5. vol.1. cons.48. n.7. & 8. vol.4. ubi Alcyat. idem respondisse testis est, cons. 18. n.20. vol.3. Cephal. consil.172. num.8. vol.2. arg. trad. Bl. in proœm. feud. num.9. jun. l.1. ff. dolo.

Et hanc esse communem opinionem testis est *Card. Paris. d. consil.4.*

Magis communem verò, & veriorem asseverat. *Clar. loco proximè citato, & Rol. à Valle d. consil.48. n.35.*

Licet contrarium teneant

Iser. Alvar. Praepos. & Affl. c.1. §. & quia de his qui feud. da. poss. Brun. cons.18. n.9.

Qvam communem dicit

Affl. d. §. & quia.

Magis verò communem exclamat.

Brunus d. n.9.

36 Qvod verum est, siqvidem emtor feudi, se, suosqve successores, iis, qvæ in formula, veteris & novæ fidelitatis continentur, non astrinxerit: diversum enim est, si ad ea, sese obligasset. Tunc enim fœmina, ex identitate rationis prohibitivæ non succederet.

Rol. à Valle d. cons.48. n.35. vol.4. arg. l. illud ff. ad l. Aquil.

Qvamvis ab hac opinione, & rectius me judice deficiat.

Clar. d. §. feudum. qu.73. n.6.

37 Similiter, id ita demum verum erit, si pro re feudali æqvivalens, solutum sit precium: aliâs enim secus est.

Ant. Gab. Rom. tr. regul. lib.2. tit. de feudis. concl.2. n.6. Rol. à Valle cons.90. num.12. & n.42. vol.4.

38 VI. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in omni alio feudo, propriam feudorum naturam non habente. In hisce enim fœminæ qvoqve succedunt.

Bl. c.1. §. quinetiam. n.1. ibi Alvar. n.2. & Dd. Episc. vel Abb. Alb. Br. cons.41. n.4. Card. Paris. cons.4. n.16. consil.12. n.22. consil.23. n.34. vol.1. ubi Soc. Corn. & Dec. idem tenentes allegat. Rol. à Valle cons.23. n.7. vol.1. cons.41. n.8. vol.4. Burs. cons.22. n.6. cons. 85. n.25. vol.1. cons.132. n.4. vol.2. Cephal. cons.361. n.13. vol.3. cons.1. n.27. vol.1.

Et hoc usqve adeò verum est, ut in talibus feudis, etsi sint vocati, masculi & fœminæ, fœminæ simul cum masculis admittantur. 39

Bl. d. c.1. §. quinetiam ibi Alvar. n.2. & Dd. Episc. vel Abbat. Rol. à Valle cons.23. n.9. vol.1. arg. l. si quis Titio. ff. usufr. accr. & l. si mulier. ff. leg.1.

Undè si pro freudo, census nomine aliqvid, puta, par caponum pendatur, cum tale feudum sit improprium, fœminæ æqvè ac masculi in eo succedent. 40

Burs. cons.150. num.59. vol.2. ubi idem tenentium, innumerabilem nomenclaturam offendes. & ibid. Bursat. hanc communem opinionem esse attestatur.

Idem qvoq; erit, si pro feudo tale, qvod non minus fœmina, qvàm masculus obire possit, præstandum sit servitium. In ejuscemodi enim feudo, par est qvoad successionem, masculorum, fœminarumq; conditio. *Bl. l. quoties. num.3. C. suis & legit. Matth. de Affl. c.1. §. & quia. n.8. qui feud. dar. poss. Card. Paris. consil.4. n.18. vol.1. Rol. à Valle cons.41. n.8. Ceph. cons.258. n.1. arg. l. adigere. §. quamvis. ff. jur. patron.* 41

Et hanc communem opinionem esse attestatur. *Clar. d. qu.73. n.8. ubi Gozad. & Curt. Jun. idipsum affirmantes refert.*

Idem qvoqve dicendum est, de feudo, pro qvo nullum præstatur servitium. Nam ad id, masculus & fœmina admittuntur. 42

Bl. c.1. §. & quia. n.19. ibi Affl. n.18. de his qui feud. dar. poss. Bl. c.1. §. quinetiam. num.1. Episc. vel Abbat. Rom. sing. 117. Alex. consil.30. n.2. vol.1. Alb. Brunus cons.14. n.2. Card. Paris. consil.4. n.19. cum mult. seqq. vol.1. Rol. à Valle cons.23. n.10. vol.1. arg. c.1. §. si autem de extraord. capitul. qui tamen textus nullibi ferè reperitur.

Et hanc similiter, communem opinionem testis est *Clar. d. q.73. n.7. Curt. Junior. idipsum attestantem refert. & Rol. à Valle loco modo citato.*

Qvibus tamen casibus, semper ad investituram, consvetudinesqve terrarum, tanqvam ad sacram confugiendum erit ancoram. Illisqve non repugnantibus, communis opinio obtinebit, Ut scitè admonet *Clar. d. q.73. n.8.* 43

VII.

44 VII. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, in feudo ligio. Nam & illud impropriè est feudum, ejusqve fœmina est particeps.

Jas. in prælud. feud. n. III. *Specul. tit. de feud. §. quoniam. n.* 41. *Ripa responso* 80. *n.* 67. *arg. c. signif. extra rescr.*

45 VIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat in feudis, in qvibus vivitur Jure Francorum, seu pro qvibus, fidelitatis juramentum, præstandum non est. Ab eis enim fœminæ non sunt exclusæ.

Masuer. in addit. ad Pract. Papin. in for. lib. quo ag. ad revoc. feudi verb. ac nomine recti & nobilis feudi verb. fœmineum. Bursat. cons. 4. *n.* 4. *vol.* 1. *ubi Alc. Zas. Thom. de Mar. & alios. idem tenentes allegat. arg. c. cum cessante extra appellat. & ante tetigimus.*

46 Qvod vel ex eo confirmatur: qvòd in tali feudo, etiam ecclesia & clericus, (imminuto tamen domini jure,) succedant.

Jas. prælud. feud. n. 117. *Cacherr. decision.* 27. *n.* 5. *Ceph. consil.* 1. *n.* 21. *vol.* 1. *Burs. d. consil.* 4. *n.* 4. *vol.* 1. *ubi alias allegant.*

47 IX. Hæc conclusio limitatur, ut non procedat, in feudo titulo donationis remuneratoriæ, obveniente. Hujus enim fœminæ sunt capaces.

Ripa responso 80. *n.* 69. *arg. cap.* 1. *quemadm. feud. ad fil. pertin.*

48 X. Limitatur: Ut non procedat, in donatione vera, & pura bonorum feudalium. Etiamsi donatio sub illa verborum figura, concepta fuisset, qvod donet recipienti, ejus legitimis hæredibus, seu posteris, vel ejus conjunctis & proximis. Nam nihilominus istius donationis commodo, etiam fœmina fruetur.

Card. Paris. cons. 4. *n.* 7. 8. 9. 10. *vol.* 1. *cons.* 23. *n.* 6. *eodem vol. Rol. à Valle cons.* 1. *n.* 69. & *cons.* 2. *n.* 7. *vol.* 1. *ubi Alex. Ang. Old. Dec. idem tenentes referunt arg. l. maximum. C. lib. præter.*

XI. Limitatur: Ut non procedat in feudo fœmineo, cujus primus recipiens, erat fœmina. 49

c. 1. *ibi Bl. in pr. Alvar. n.* 3. *Præpos. n.* 2. *Affl. in pr. & Dd. de natur. success. feud. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. verb. ac nomine recti & nobilis feud. n.* 40. *ibi Masuer. in addit. Jul. Clar. d. §. feudum. quæst.* 73. *n.* 5. *Ripa responso* 80. *n.* 66. *Rol. à Valle cons.* 67. *n.* 8. & *n.* 20. *vol.* 2. *cons.* 76. *n.* 7. *vol.* 3. *Ceph. cons.* 641. *n.* 48. *vol.* 5.

Et hanc esse communem opinionem attestantur.

Masuer. Clar. & Rol. in loc. modo cit.

Qvod tamen ita est accipiendum, ut ordine successivo, masculis nimirum deficientibus, successio ad fœminas devolvatur. 50

Dd. communiter. c. 1. *de benef. fœm. Everh. in top. in loc. à subj. mater. n.* 21. *Jul. Clar. d. §. feudum. qu.* 73. *n.* 5. *Rol. à Valle consil.* 67. *num.* 10. *vol.* 2. *arg. c.* 1. *de eo, qui sibi & hær. suis &c.*

Et esse communem opinionem attestatur *Roland. in loc. proximè citato.*

XII. Limitatur: Ut non procedat: si princeps fœminam, ad feudi successionem, privilegio, vel rescripto suo habilem efficeret. Posse enim id principem, etiam in agnatorum præjudicium ambigendum non est. 51

Covar. var. resol. lib. 3. *cap.* 6. *n.* 3. *Masuer. in add. ad Pract. Pap. d. verb. ac nomine recti & nobilis feudi. verb. fœmineum latissimè. Alb. Brun. consil.* 1. *per tot. & maximè. n.* 60. & *consil.* 115. *n.* 5. *Joh. Campeg. int. cons. ejusdem. consil.* 4. *n.* 4. *Cardin. Paris. consil.* 22. *n.* 31. & *consil.* 23. *n.* 71. *vol.* 1. *Rol. à Valle consil.* 3. *n.* 117. & 122. *vol.* 1. *arg. c.* 1. *quemadm. feud. ad fœm. pertin.*

Et esse communem attestatur *Masuer. modo citatus.*

ARTICULUS XIV.

1. *Hæreditas patris, & reliqvorum masculini sexus ascendentium, semel repudiata, denuò intra triennium à repudiatione proximum adiri potest.*
2. *Hæreditas materna, semel repudiata, ut patris denuò adiri non potest.*
3. *Hæreditas matris repudiata, aditur post repudiationem intra annum.*

DEcimoqvartò concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse. Nam licet, patris, reliqvorumqve per lineam paternam ascendentium hæreditas semel repudiata, intra triennium tamen ab illa repudiatione proximum, adiri possit denuò, & factæ repudiationis hæredem pœnitere.

l. fin.

l. fin. ibi Br. Bl. *Paul. de Castr. Alex. Jas. &* Dd. C. *repud. hæredit. Azo in summa.* C. *eodem. tit. Pract. Pap. in for. lib. pet. hæred. ex testam. verb. purè instituit. n.* 8. *Cavalc. tr. tut. & curat. n.* 194. *Gomez. var. resol. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 24. *vers. confirmatur.*

2 Tamen secus est, in hæreditate materna, illius namqve respectu, tale privilegium, liberis non competit.

Dd. communiter. d. l. fin. per ill. text. C. repud. hæred. Gomez. d. c. 9. n. 21.

3 Hæc conclusio limitatur: Nam etsi triennale tempus, liberis, qvo ad matris hæreditatem, non sit indultum, annum tamen habent, intra cujus metam, hæreditatem matris repudiatam, suscipere possunt.

l. filii. ibi Br. *ff. ad S. C. Tertull.* Br. *l.* 2. *ibi* Bl. *num.* 1. *Jas. num.* 1. *& Dd. C. jur. & fact. ignor.* Br. *l. si quis suus. n.* 2. *ff. jur. delib. Bl. d. l. fin. n.* 4. *ibi Alex. num.* 3. *C. repud. hæred.* Bl. *l. qui se patris. num.* 10. *ibi Alex. n.* 5. *Jas. n.* 41. *C. un. lib.*

Licet contrarium teneat.

Br. d. l. fin. C. repud. hæred. cujus doctrina communiter est damnata.

ARTICULUS XV.

SUMMARIUM.

1. *Filiusfamilias de castrensi, vel qvasi peculio potest testari.*
2. *Dos proprium patrimonium mulieris.*
3. *Filiafamilias de dote testari non potest.*
4. *Filiafamilias de dote, etiamsi parentis consensus accesserit, testari nihilomagis potest.*
5. *Filiafamilias dotem patre consentiente mortis causa donare potest.*
6. *Donatarius, cui filiafamilias dotem, mortis causa donatam vult, debet esse præsens, vel ejus vice publica persona stipulari.*
7. *Filiafamilias in casibus, in qvibus, qvasi castrense peculium habere potest, etiam de eo testamentum facere potest.*

1 Decimoqvinto concludo: Fœminarum conditionem deteriorem esse. Nam etsi filiusfamilias de castrensi, vel qvasi peculio testari possit.

l. fin. ibi Br. Bl. Jas. n. 3. *& Dd. C. inoff. testament. Jul. Clar. recept. sent. lib.* 3. *§. testamentum. qu.* 18. *n.* 6.

2 Filiafamilias tamen de tote (licet proprium ejus patrimonium dicatur.

l. 3. *sed utrum. ff. minor.*)

3 Testari non potest.

Bl. l. 2. *n.* 22. C. *hæred. act. Alex. l. senium. n.* 3. C. *qui testam. fac. poss. Dil. tr. art. test. tit.* 1. *caut.* 1. *n.* 1. *Vasq. de success. creat. §.* 22. *n.* 9. *Grass. recep. sentent. §. testamentum. qu.* 23. *n.* 3. *Vivius com. op. lib.* 1. *opin.* 121. *Clar. d. qu.* 18. *n.* 3. *Ceph. cons.* 256. *num.* 10. *Alex. cons.* 17. *n.* 1. *vol.* 2. *arg. l. qui in potestate, & l. filiusfam. ff. testam.*

Atq; hanc esse communem opinionem attestatur.

Alex. d. l. senium. n. 3. C. *qui test. fac. poss. Dil. & Vivius modo citati.*

4 Hæc conclusio ampliatur: ut etiamsi patris consensus accesserit: filia tamenifamilias nihilomagis ad testamenti factionem activam, fiat habilis.

Bl. d. l. senium. num. 6. C. *qui test. fac. poss. Alex. d. cons.* 17. *n.* 1. *vol.* 2. *arg. l. qui in potestate. ff. testam.*

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, in mortis causa donatione. Hanc enim maximè patre consentiente, rectè de dote sua, filiafamilias, facit. 5

Bl. l. si dotem. n. 2. C. *fals. caus. ad leg. arg. d. l. qui in potestate. ff. testam.*

Qvo tamen casu, ut præsens sit is, cui mortis causa donatum vult, vel publica ei persona stipuletur, reqviritur. 6

Br. l. tam is. §. 1. *num.* 2. *ff. donat. caus. mor. Pract. Pap. in for. lib. pro donato. verb. ex caus. donat. n.* 7. *ibi Masuer. in add. Milis. in suo repert. litera I. n.* 13.

II. Hæc conclusio limitatur: ut in casibus, in qvibus peculium castrense habere potest filiafamilias, (ut supra dictum est) in iis qvoqve de rebus ejusdem peculii testari possit. 7

Alex. l. 1. *§. hoc autem. n.* 5. *ff. ad S. C. Tertull. arg. l. pen. C. bon. quæ lib.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SECUN-

SECUNDA PARS PRINCIPALIS,

ARTICULUS PRIMUS.

SUMMARIUM.

1. *Vidua est persona miserabilis.*
2. *Personæ miserabiles, adversam partem immediatè coram tribunali principis, sistere possunt.*
3. *Vidua, etiamsi dives sit miserabilis nihilominus persona censetur.*
4. *Vidua dicitur, qvæ virum nunqvam habuit.*
5. *Vidua dicitur, qvæ virum inutilem habet.*
6. *Viduæ alibi, qvam in loco domicilii, causam non dicunt.*
7. *Viduæ adire possunt judicem ecclesiasticum.*
8. *Vidua sortitur judicem ecclesiasticum, etiamsi de re feudali esset disceptatio.*
9. *Vidua implorare, in causa feudali ita demum ecclesiasticum potest, si controversia possessionem feudi tangat: aliud vero erit si de proprietate litigetur.*
10. *Vidua ad ecclesiasticum potest habere recursum, si immodica collectarum indictione aggravatur.*
11. *Rescriptum adversus viduam impetratum nullum est, si illud impetrans, de viduitate mentionem non fecerit.*
12. *Judex, officium suum, etiam non petitus, qvo ab oppressione viduas, vindicet, impertire debet.*
13. *Cognitio causarum, qvæ viduas spectant, de simplici & plano fit.*
14. *Causæ viduarum, etiam in foro seculari, secundum Canones, si juri civili fuerint contrarii, deciduntur.*
15. *Viduæ fori privilegio non renunciant.*
16. *Viduæ non gaudent fori privilegio, in Camera imperiali.*
17. *Viduæ, fori privilegio non gaudent, si alii injuriâ damnum paterentur, concesso illis, fori privilegio.*

1 VIdimus, qvibus in partibus juris fœminæ hactenus sint deteriores, operæ nunc erit pretium, qvibus è diverso gaudeant præeminentiis, docere, Itaqve circa hanc secundam partem principalem, concludo I. Fœminarum conditionem meliorem esse: qvòd personæ miserabiles, (in qvarum album etiam fœminæ viduæ referendæ sunt,

*l. un. ibi Br. n.*4. C. *quando imp. inter pup. & vid. Bl. c. significantibus. n.*3. *ibi Abb. n.*6. *Fel. n.*6. *& Dd. extra off. deleg. Specul. tit. de advoc.* §.1. *n.* 7. *Abb. c. cæterum. n.*16. *extra judic. Abb. c. licet. num.*7. *extra for. comp. Abb. c.*1. *n.* 2. *extra postul. Bertach. tr. gab. p.*7. *n.*36. *Lup. c. per vestras* 2. *notab. num.*12. *extra donat. int. vir. & uxor Mar. tr. ord. jud. part.*4. *dist.* 9. *n.*77. *Affl. decis.* 257. *n.*1. *Tir. tr. privil. piæ causæ in præfat. vers. item relicta Gail. observ. lib.*1. *obs.*1. *n.*40. *Mascard. tr. probat. concl.*1064. *n.*2. *Cephal. cons.*748. *n.*16. *vol.*5.)

2 Omissis mediis, antagonistam suum, coram principis, per viam qværelæ, tribunali, sistere possunt.

text. & Dd. communiter. l. un. C. *quand. imp. int. pup. & vid. Azo in summa.* C. *eod. tit. Paul. de Castr. l. nemo potest. n.*2. C. *jurisdict. omn. jud.*

Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat, non solum si vidua inops sit & egens: verumetiam, si dives sit, atqve opulenta. Nam nihilominus persona miserabilis est, conseqventerqve miserabilium personarum privilegia, illius commodo cedunt. 3

text. c. ex parte B. *extra for. comp. Bl. Novell. tr. dote. p.* 9. *privil.*16. *Neviz. Sylv. nupt. lib.*6. *n.*35. *ubi Dec. & Bulgar. idem tenentes allegat. Covarr. pract. QQ. cap.*6. *n.*2. *vers. obtinet ubi Innoc. Alb. Iser. hoc voluisse attestatur. Menoch. de arb. jud. QQ. lib.*2. *cent.*1. *casu* 66. *n* 3. *Gail. d. observ.*1. *n.* 40. *qui huic cumulo Nattam quoq; addit. Mascard. d. concl.*1064. *num.*4. *Rol. à Valle cons.*76. *n.*45. *lib.*1.

Et hanc esse veriorem opinionem attestatur

Menoch. d. casu 66. *n.*3.

Licet contrarium teneant

Bl. d. c. significantibus. n. 3. *extra off. deleg. Alex. l.*1. *n.*15. *ff. Sol. matrim. Alex. cons.* 121. *n.*14. *vol.*1. *Jas. Rebuff. & Affl. in locis relatis per Menoch. d. casu* 66. *n.*3.

II. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat, non solum in vidua, propriè sic dicta: verumetiam in ea, qvæ virum nunqvam habuit.

Br.

Br. d. l. un. num. 5. C. quando imp. int. pup. & vid. Lup. c. per vestras notab. 2. n. 12. extra donat. int. vir. & ux. Alc. l. malum. §. viduam. n. 1. per ill. text. ff. verb. signif.

5 III. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiam in ea, qvæ virum habet, sed inutilem, propter bannum forsitan, qvo plexus est.

Bl. l. fin. n. 2. C. ad l. Fau. de plagiar. Lup. d. notab. 2. n. 12. Joh. de Plat. §. est & inter. n. 133. Inst. pub. jud. Cotta in memor. verb. vidua. arg. c. 2. extra translat.

Namq; & hanc viduam dici, constituti juris est.

gloss. l. fin. ibi Bl. C. ad l. Fau. de Plag. Jas. l. si dari. n. 4. ff. verb. obl. Joh. de Plat. §. est & inter num. 133. Inst. publ. judic. Cotta in memor. dict. verb. vidua. Lup. rubr. §. 70. num. 29. extra donat. int. vir. & uxor. Alc. d. l. malum. §. viduam. n. 5. ff. verb. signif. Grammat. decis. 74. n. 26. Tir. ll. connub. l. 6. n. 12. Plot. tract. de in lit. jur. §. 7. n. 26. Alex. cons. 104. n. 4. vol. 1.

6 IV. Ampliatur: Ut ipsæ è diverso, extra provinciam in qva degunt, ad tribunal ab aliis principis trahi neqveant, sed si, cum illis aliqvibus lis sit, ea, legitimo, in provincia, per judices delegatos, modo, terminatur. *d. l. un. ibi Br. Bl. Castr. & Dd. C. quand. imp. int. pup. & vid.*

7 V. Hæc conclusio ampliatur: ut non solum adire possint principem: verumetiam judicem ecclesiasticum.

c. significantibus. ibi Abb. n. 6. Fel. n. 6. & Dd. extra off. deleg. Bl. auth. ad hac. num. 14. C. usur. Abb. c. super quibusdam. n. 4. per ill. text. extra verb. signif. Abb. c. licet ex suscepto. n. 7. extra for. com. Bertach. tract. gab. p. 7. num. 36. Mar. tr. ord. jud. 4. p. distinct. 9. n. 78. & dist. 11. n. 9.

8 VI. Ampliatur: Ut procedat etiam cum qvestio, super re feudali movetur. Nam si vidua est, judicem nihilominus ecclesiasticum, implorare potest.

text. est c. parte B. ibi Dd. extra fo. com.

9 Qvod verum erit, si dubium respiciens possessionem sit ortum, aliud verò est, si petitorium fuisset propositum. Talis enim causæ, judex ecclesiasticus, judex est incompetens, eamqve ad feudi dominum remittere debet. *gl. & Dd. d. c. ex parte B. ibi Abb. n. 11. extra for. comp. arg. c. ex transmissa extra eod. tit.*

VII. Hæc conclusio ampliatur: Ut procedat, etiam eo casu, qvando vidua, immodicarum collectarum impositione, aggravaretur. Nam & tunc, ad judicem ecclesiasticum, patet ei recursus, 10

c. 2. ibi Abb. extra censib.

IIX. Ampliatur: Ut non valeat rescriptum, adversus viduam impetratum, si de ejus viduitate, in impetratione, non sit facta mentio. 11

Fel. d. significantibus. n. 6. extra off. deleg. ubi idem voluisse. Innoc. & Zabarell. testis est arg. c. cum ordinem extra rescr.

IX. Hæc conclusio ampliatur: ut judex, officium suum, etiam non petitus, impertire debeat, qvò viduas, ab oppressione tueatur. 12

Specul. tit. off. omn. jud. §. potest ante. num. 1. arg. c. licet. 87. distinct. c. ex tenore extra for. comp.

X. Ampliatur: Ut in causis viduarum, qvarum cognitione princeps suscepit, de simplici & plano, sive levato, ut loqvuntur, velo procedi debeat. 13

gl. l. nonnunquam. la. 1. verb. personæ. ff. judic. Mar. ord. jud. p. 4. distin. 9. n. 77. §. sit tibi quoq; ibi Br. n. 1. auth. mand. princ.

XI. Ampliatur: Ut causæ viduarum, etiam in foro, qvem vocant, seculari, secundum Canones, siqvidem legibus civilibus fuerint contrarii, decidi debeant. 14

Alex. in addit. ad Br. l. privilegia. verb. cui sit standum à medio. C. sacros. eccl. Sebast. Sap. in addit. ad Panormit. c. licet ex suscepto. num. 7. extra for. comp. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. n. 51. extra constit. Fel. d. c. significantibus. n. 7. extra off. deleg. ubi Ant. de But. & Innoc. idipsum tenentes affert. Fel. c. in causis. n. 1. extra testibus. Neviz. Syl. nupt. lib. 6. n. 44. arg. gl. 2. c. relatum. el. 1. cum ibi notat. per doctores extra testam.

XII. Ampliatur: Ut huic privilegio, per viduas inutiliter, & sine effectu operandi, renuncietur. 15

gl. Bl. Sal. Flor. Card. Paris. in addit. ad Brun. d. l. un. C. quando imp. inter pup. & vid. Bl. c. de causis. n. 26. extra off. deleg. Fel. c. si diligenti. n. 16. extra for. comp. Bertach. tr. gabell. p. 7. n. 36. Neviz. Syl. nupt. lib. 6. n. 37. arg. l. jus publicum. ff. pact.

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat in camera imperiali. In camera enim, 16

enim, non recipiuntur, vidualium causarum, omisso medio, nisi in casu denegatæ, vel protelatæ justitiæ, cognitiones, sed principes in suis territoriis, ipsi, viduarum competentes sunt judices.

Gail. d. observat.1. num.40.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si dum viduas sublevamus, alios injuria oneraremus. Ita enim viduis parcendum est, ut aliis non fiat injustitia. 17

c. ex tenore. ibi Abb. num. 4. extra for. comp. Neviz. Sylv. nupt. lib.6. n.28. Tiraq. V.R. p.1. §.1. gl.16. n.5.

ARTICULUS II.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ pro impetranda, ab excommunicatione, absolutione, Romam non eunt.*
2. *Periculosum est, fœminas, peregrè proficisci.*
3. *Fœmina sive sit sui, vel alieni juris, per diocœsanum absolvitur.*
4. *Fœmina, qvæ c. si qvis svadente, pœnas incurrerat, nihilominus per episcopum absoluta pronunciatur.*
5. *Monialis, ab excommunicatione, per episcopum, emundatur.*
6. *Monialis, qvæ alterius monasterii, monialem percusserat, absolvitur, per episcopum suum, & alterius monasterii, sub qvo monialis percussa, erat.*

1 SEcundò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia si adversus eas, excommunicationis fulmen, vibratum fuerit, pro absolutione impetranda, ut Papam adeant, non est necesse, sed per diocœsanum evinciri poterunt.

c. mulieres. ibi Panorm. & Fel. c. de monialibus. c. quamvis extra sentent. excommun. Dec. d. l.2. n.80. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. lib.10. n.33.

2 Ratio est: qvia periculosum est, mulieres peregrè proficisci, & cœtibus virorum immisceri, ut tradunt

Panorm. & Tir. modo citati.

3 Hæc conclusio ampliatur: I. ut procedat, sive sui juris sit mulier, qvæ absolvi petit, sive in alterius potestate, constituta.

Spec. tit. de sentent. §. ut autem. n. 41. Panormit. d. c. mulieres. n.2. ibi Fel. num.1. extra sentent. excom. ubi Panorm. hanc esse communem opinionem attestatur.

II. Ampliatur: Ut procedat, etiamsi ob id, qvod clericum percusserat, atqve sic Canon. Si qvis svadente 17. q. 1. incurrerat, excommunicatis sententia ferita fuerit, nihilominus enim absolutio, ad episcopum spectabit. *d. c. mulieres. extra sent. excommun. & d. c. quamvis extra eodem tit.* 4

III. Ampliatur: Etiamsi fœmina absolvenda esset monialis. Nam & ipsa ab episcopo, in cujus diocœsi monasterium est, absolvitur. 5

d. c. de monialibus extra sentent. excomm.

IV. Ampliatur: Ut procedat, etiamsi monialis, unius monasterii percussisset, alterius monasterii monialem qvæ monasteria, diversos agnoscerent episcopos. Nam nihilomagis Romam esset eundum, sed vel uterqve episcopus conveniret, & absolutionem impertiret, vel alter alteri, vicem suam delegaret. 6

gl. fin. d. c. de monialibus. extr. sent. excomm. arg. c. cum illorum extra eod. tit.

ARTICULUS III.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ invitæ, in judicium trahi non debent.*
2. *Fœminæ in judicium rapi non debent, etiamsi absq; eis, lis, eventu suo, destitueretur, sed judex ipsas, vel accedere, vel nuncium mittere debet.*
3. *Fœminæ, favori, qvo in judicio, invitæ comparere non compelluntur, renunciare neqveunt.*
4. *Legi, qvæ clausulam annullativam habet, non renunciatur.*

1 TErtiò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod invitæ, in judicium rapi, exhiberiqve non debent.

gl. l. Medicos. verb. deduci. & verb. exhiberi. ibi Luc. de Penna in fin. C. profess. & med. lib.10. gloss. l. consentaneum. verb. non cogendum. C. quoniam & quando jud. Bl. l. fin. n.5. C. procur. Paul. de Castr. l.2. §. si non propter per ill. text. ibi Alex. n.1. ff. si quis caut. Tir. ll. connub. l.5. n.14. Grammat. decis.33. n.10. Mascard. tract. probat. qu.5. n.102. argum. l.1. C. off. divers. jud. l. maritus. C. procurat.

Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat, etiam eo casu, qvando absq; illarum præsentia, legitimum eventum causa for- 2

sortiri neqvit. Nam nec tunc qvidem, sese sistere cogendæ sunt, sed ad eas, vel judex ipse accedere, vel nuncium mittere debet. *c. mulieres de judic. lib. 6. Menoch. tract. arb. jud. QQ. lib. 2. q. 88. n. 11.*

3 II. Ampliatur: Ut huic suo favori, fœminæ renunciare neutiqvam possint. *d. c. mulieres in fine de judic. lib. 6. Cavalc. tr. tut. & curat. num. 323. Vasq. ill. contr. c. 97. n. 5.*

Clari enim & indubitati juris est, qvod legi, clausulam annullativam habenti, renunciari neqveat. 4
Fel. c. si diligenti. n. 10. extra fo. com.

ARTICULUS IV.

SUMMARIUM.

1. *Mulier prægnans, capitali pœna afficienda nō est.*
2. *Qvi nascitur, Reipub. nascitur, non matri criminis damnatæ.*
3. *Mulier prægnans, non est afficienda pœna mutilationis membrorum.*
4. *Mulier prægnans non proscribitur, si ob id fœtus, lædi posset.*
5. *Mulier prægnans, bannita, violari non debet, etiamsi statutum, bannitum impunè occidi permitteret.*
6. *Mulier prægnans, pœnis non subjacet, etiamsi postea concepisset, qvàm carceri tradita esset.*
7. *Puerpera parcitur, si nutrix infanti haberi non potest.*
8. *Mulier, qvæ abortierat, pœnis subjacet.*
9. *Judex, exceptionem, qvod mulier sit prægnas, non admittat, si viderit, illam exceptionem calumniosè opponi.*

1 QVartò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia adversus illas, captalis sententia, si prægnantes sint, executioni mandari neqvit.
l. imperator. la. 2. ibi Br. Bl. & Dd. ff. h. t. l. 2. ff. mort. infer. l. prægnantis. ibi Br. ff. pœn. Bl. l. interpositas. n. 9. C. transact. Ludov. Carer. in praxi crim. §. circa tertium de pœnis raptoris. num. 36. Nellus à S. Gemin. tract. bannit. 2. p. 2. temp. num. 45. Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 37. Cap. caut. 2. num. 9. Menoch. de arbit. jud. QQ. lib. 1. qu. 86. n. 10.

2 Ratio est: qvia qvi nasciturus est, non damnatæ, sed Reipub. magis nasci videtur. *arg. l. 1. §. si ea. ff. vent. in poss. mitt.*

3 Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat, non solum in pœna ultimi supplicii, seu mortis: verumetiam in ea, qva mutilatio, abscissiovè alicujus membri, irrogatur, item ut locum sibi in pœna qvoqve fustigationis, vendicet.
Br. d. l. imperator. la. 2. n. 5. ibi Bl. n. 3. ff. h. t. argum. l. 1. §. de inspiciendo. ff. vent. inspic. junct. l. quæ de tota. ff. Rei vend.

4 II. Ampliatur: Ut procedat etiam, qvoad proscriptionem mulieris prægnantis. Nam si civitatem exire jussa, foetui, dum peregrinationis mater est insveta, noceri posset, banni executio est differenda.
gloss. & Br. d. l. imperator. la. 2. num. 4. ibi Bl. lect. 1. num. 6. & lect. 2. num. 4. ff. h. t. Hipp. de Mars. pract. crimin. §. nunc videndum. n. 4. Gomez. d. cap. 13. n. 37. arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.

III. Ampliatur: Ut procedat etiam stante statuto, qvo bannitum impunè occidere licitum est. Nam nihilomagis mulier prægnans violari poterit. 5
Nellus à S. Gemin. d. 2. p. 2. temp. n. 45. Hipp. de Mars. d. §. nunc videndum. n. 50.

IV. Ampliatur: Ut procedat, etiam eo casu, qvo mulier post concepit, qvàm carceri tradita est, etiamsi unius diei esset conceptio. Nihilominus enim executioni sententiæ, supersederi debet. 6
Bl. d. l. imperator. la. 2. lect. 1. num. 7. & lect. 2. num. 1. ff. stat. hom. Alex. in addit. ad Br. d. l. prægnantis. ff. pœn. Hippol. de Mars. d. pract. crim. §. nunc videndum. num. 50. ubi Joh. de Anan. idipsum voluisse testatur Gomez. d. c. 13. n. 37. Menoch. de arbit. jud. QQ. lib. 1. qu. 90. n. 55.

Licet contrarium teneat sibiipsi contrarius *Bl. l. 2. in pr. n. 8. ff. excus. tut.*

V. Ampliatur: Ut procedat, etiam postqvam mulier enixa est, dummodo nemo, qvi sangvinolentum infantem lactare, & nutrire velit, adsit. 7
Br. d. l. imperator. la. 2. n. 6. ff. stat. hom. Br. d. l. prægnantis. num. 3. ff. Hippol. de Mars. d. §. nunc videndum. n. 48. Gomez. var. res. lib. 3. cap. 13. num. 37. ubi Old. & Johan. de Anan. idem voluisse testis est, & hanc communem opinionem esse attestatur Cap. caut. 2. n. 10.

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, si medio tempore, foemina fœtum, abortu abjecisset. Nam tunc ulterius pœna ultimi supplicii remoranda non est. 8
Bl.

Bl. d. l. imperator la.2. lect.2. n.1. ff. stat. hom. arg. l. Titia Seio. §. usuras. ff. leg.2.

9 II. Hæc conclusio limitatur: ut nō procedat, si judex, ex circumstantiarum inspectione, calumniosè, & gratia protelandæ executionis, hanc exceptionem opponi videret. Tunc enim ulterius expectandum non est.

Br. d. l. pen. n.2. ff. accusat. arg. l. cum reis. C. pœn. c. suscitata extra rest. in int.

ARTICULUS V.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ carceri mancipari non debent.*
2. *Mater propter malè administratam tutelam, non carceratur, ex veriori.*
3. *Fœmina non incarceratur, etiam ob debitum fiscale, seu publicum.*
4. *Abbatissa, si qvod debitum conflarit, ab episcopo carceri non traditur.*
5. *Fœmina etiam ob delictum, non custoditur, dummodo sit leve.*
6. *Fœmina carceri non deditur, etiam in Hispaniis.*
7. *Meretrix carceri traditur.*
8. *Meretrix conjugata, reliqvarum fœminarum immunitate gaudet.*
9. *Fœmina in carcere tenetur, si contra eam producitur instrumentum, qvod vocant, gvarentigiatum.*
10. *Fœminæ in vinculis habentur, ob crimen atrox.*
11. *Fœminæ ex consvetudine, ob qvodlibet delictum in custodia asservantur.*
12. *Uxor à viro affugiens, per commentarienses capi, ad ædes mariti reduci, ibiq; asservari potest.*

1 QVintò concludo: Fœminarum conditonem meliorem esse, qvod carceri, regulariter includi, neqveunt.

auth. sed hodie. ibi Br. C. *off. divers. jud. auth. hodie. C. custod. reor. §. necessarium. ibi* Br. *auth. ut nulli judic.* Br. *l. nemo carcerem. num.4. ibi Ang. num.2. C. exact. tribut. lib.10.* Br *l. fin. num.2. ibi Pomat. in addit. C. ad l. Jul. pecul.* Bl. *l.1. num.9. C. qui bon. ced. poss.* Bl. *l.1. num.2. ff. qui satisd. cog.* Bl. *tract. de carcere. num.3. Jas. l. pleriq;. num.34. ff. in jus voc. Jas. l. fin. num.93. C. jur. emphyt. Paul. Gril. tract. relaxat. carc. Rubr. de fidejuss. reor. num.2. Hippol. de Marsil. pract. crim. §. attingam. num.63. Mar. tract. ordin. jud.2. p.6. p.p. act.8. num.3. Matth. de Afflict. c.1. §. condemnatorum. n.27. quæ sint. reg. Grammat. decis.33. num.11. Kilian. Kön. in suo proc. cap.103. n.11. Gomez. var. res. lib.2. cap.11. num.51. Cavalc. tract. tut. & curat. n.318. Gail. obs. lib.1. obs.48. n.14. & obs. lib.2. obs.90. num.3. Jul. Clar. pract. crim. quæst.28. n.3. ubi hanc esse communem opinionem attestatur.*

3 Hæc conclusio ampliatur: I. ut nec ratione qvidem malè administratæ tutelæ, mater in carcere custodiri possit.

Pomates in addit. ad Brun. *auth. matri, & aviæ. n.13.* C. *quando mul. tut. off. fungi pot. Hipp. de Mars. d. §. attingam. n.64. Covarr. c. quamvis. p.2. in initio. n.7. de pact. in 6. Covarr. var. resolut. lib.2. cap.1. n.3. ubi Præp. Joh. à Monte Sperello* Barb. *Gomez. & Xuarem. idem tenentes referi Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n.322. Petr. à Placa in epit. delict. c.34. n.13. Menoch. de arb. jud. QQ. lib.1. q.88. n.12. Vasq. de success. creat. §.22. num.83. & eruditissimè. idem Vasq. ill. controv. c.97. per tot.*

Licet contrarium teneat.

Br. *d. auth. matri & aviæ. n.13.* Br. *l. si quis sub conditione. n.17. ff. test. tut. Alex. & Jas. l. pleriq;. n.34. ff. in jus vo. Mathes. sing.109. Dec. d. l.2. n.74. ff. R. I. Neguz. tr. pign.1. membr.5. p.p. n.36.* Boer. *in consuet. Bitur. tt. stat. person. §.4. gloss.3. Pirrh. in consuet. Aurel. tit. execut. instrum. c.19. Piag. tr. tut. & curat. qu.7. n.10. & valdè securè idem tradit Gail. (qua in re de eo miror) d. obser.90. n.4. & inconvenientiam, hinc progredientem non considerans Franc. à Cald. l. si curatorem habens verb. sine curatore. n.108. C. in int. rest. minor.*

Verùm ego priorem opinionem, longè veriorem dicere, facilè ausim, nec autoritate, qvi eam secuti sunt, qvicqvam posteriori, qvin æqvè communis dicenda sit, concedere. Qva in re qvivis facillimè mihi, siqvidem Covarr. & Vasq. relatos, fideliter perlustraverit, assensum præstet. Nec à posteriori recedere, tàm fatuum censuerim, ut graviter invehitur.

Vivius lib.2. comp. opin.37. in fine.

II. Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam in debito publico, seu fiscali. Nam nec ob illud qvidem, mulier in carcerem detrudi debet. 3

d. auth. sed hodiè. off. divers. judic. & d. auth. hodiè. C. custod. reor.

4 III. Ampliatur: Ut nec abbatissa qvidem, ab episcopo, ob æs alienum à se conflatum, capi possit.

Bl. l. etiam. num.12. C. execut. rei jud. argum. c. Odoardus extra solut.

5 IV. Ampliatur: Ut procedat etiam in criminalibus, dummodo delictum leve sit. Nam tunc fœmina vel sub fideiussoria sadisdatione, vel in defectum ejusdem, sub cautione juratoria, est relaxanda.

d. § necessarium. auth. ut nulli judic. Gril. tr. relaxat. carc. rub. de fidejuss. reor. num. 2. Gram. decis.33. n.10. Menoch. d. q.88. n.19.

6 V. Ampliatur: Ut procedat etiam de jure regio Hispanorum.

Gomez. d. c. 11. n.51. in fine. Cald. d. verbo sine curatore. n.108.

7 Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat in meretrice. Illa namq; hac immunitate non gaudet.

Br. d. necessarium. n. 1. auth. ut nulli judic. Bl. l. consentaneum. num.39. C. quom. & quand. judic. Alex. in addit. ad Br. l. nemo carcerem. n.4. C. exact. tribut. lib.10. Jas. l. plerique. n.35. ff. in jus voc. Gril. d. rubr. de fidejuss. reor. n.3. Kil. Kön. de c. 103. n.11. Gomez. d. c. 11. n.51. Lanfr. Balbus decis. 393. Boër. decis. 349. n. 11. Hipp. de Marsil. d. §. attingam. n.66. Pirrh. in cons. Aurel. tit. exec. instrum. c.19. circa med. Jul. Clar. d. qu.28. n.3. Menoch. d. qu. 88. n. 13. arg. §. f. auth. rest. & ea quæ parit undec. mense.

8 Qvod verum est, si meretrix, maritum non habeat, si enim maritum habet, ei, in reverentiam matrimonii, in incarcerando parcitur.

Joh. And. in addit. ad Speculat. Rubr. de injur. Alex. in addit. ad Br. d. §. necessarium. Alex. in addit. ad Br. d. l. nemo carcerem. Alex. in addit. ad Bl. d. l. consentaneum. n.39. Alex. l. pleriq;. num.12. ff. in jus voc. Hipp. de Marsil. d. §. attingam. n.67. Dec. d. l.2. n.73. ff. reg. jur. Pirrh. d. c.19. circa med. Capycius decis. 44. num.3. Menoch. d. q. 88. n.18. arg. l. si uxor. §. Divus. ff. ad l. Jul. de adult.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat in illis locis, ubi instrumenta guarentigiata, paratam habent executionem. Si enim tale instrumentum, etiam contra fœminam debitricem, producitur, illa carceri mandanda erit. 9

Mar. tr. ord. jud. 2. p. 6. p. p. act.8. n.3.

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat in criminibus atrocibus. Nam ob illa, mulier rectè incarcere, separato tamen, à custodiis masculorum, vel in monasterio asservatur. *d. §. necessarium. auth. ut nulli jud. Menoch. d. q.88. n.20.* 10

IV. Hæc conclusio limitatur: ut ratione criminalium, non procedat de consvetudine. Ex consvetudine enim fœminæ, ex qvovis delicto, in carcerem mittuntur, de qva consvetudine attestatur. 11

Clar. d. qu. 28. n.3. & quotidiè ita observari videmus.

Nec fidejussoriæ cautioni, ante causam cognitam, in Gallia, regno Neapolis, & etiam apud nos relaxantur. *Boër dec.349. n.5. & 11. Grammat. decis.33. n.12.*

V. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, qvando uxor, â viro diversa, ad eum redire recusat, tunc enim per commentarienses capi, in ædes viri duci, ibiqve asservari potest. 12

Abb. c. literas. n.29. extra rest. spol. arg. c. ex transmissa extra eodem, &c. cum locum extra sponsal.

ARTICULUS VI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ ob sexum, à contumacia excusantur.*
2. *Fœminæ ob contumaciam appellationis beneficio non p[...]antur.*
3. *Fœmina non excusatur, à contumacia vera.*

1 Sextò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod ob sexum, facilè à contumacia excusantur.

Bl. l. 1. §. fin. n. 1. ff. edend. Menoch. tr. arbit. judic. Q. Q. lib.2. cent.2. casu 153. n.8. jun. trad. Ferrat. caut. 17. per tot. argum. d. l. 1. §. f. ff. edendo jun. l. omne delictum. §. contumacia. ff. re milit.

2 Hæc conclusio ampliatur: ut à beneficio appellationis, mulier qvæ contumax est, non excludatur. *Alex. l. ubi exigitur. n.5. ff. edend. Mascard. tract. probat. conclus. 1080. n.15. vol. 2.*

Limitatur autem: Ut procedat in dolo præsumto tantum, non verò in dolo vero. Ab illo enim fœmina excusatur, ab hoc neqvaqvam. *Br. l. fin. n.11. ff. rest. in int. Br. l. minor etiam per ill. text. ff. minor. Bl. l. quicunq; n.18. C. ser. fugit. Alex. d. l. ubi exigitur. n.5. ff. edend.* 3

ARTICULUS VII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina in eodem genere delicti, levius, qvàm masculus punitur.*
2. *Fœmina levius qvàm masculus peccat.*
3. *Pœna delicto commensuranda.*
4. *Fœminæ levior injungitur pœnitentia, de jure Canonico.*
5. *Fœmina in lesæ majestatis crimine, aliqvam pœnæ sentit, præ masculis facilitatem.*
6. *Fœmina potest committere læsæ Majestatis crimē.*
7. *Fœmina iisdem pœnis subjungitur, qvibus masculus, lege, abusum puniente.*
8. *Fœmina, totaliter impunita remanere non debet.*
9. *Malè usurpata, si impunita omittuntur, alii ad delinqvendum invitantur.*
10. *Fœmina mitius tractatur, etiam in pœnis statutariis.*
11. *Fœminæ, qvæ bannitis sunt nuptæ, non coguntur patria arva relinqvere, maritis bannitis, stante statuto, qvo mariti, fœminarum bannitarum, oppido cedere jubentur.*

1 SEptimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia in eodem genere delicti, mitius, cum fœminis, qvàm cum masculis agendum est.
Paul. Gril. tract. relaxat carc. rubr. de pœnar. composit. n.7. Tir. ll. connub. l.9. num.77. Tir. tr. pœn. causa 9. n.1. Cacherr. decis.60. n.8. Gail. lib.1. de pace pub. cap.1. n.37. arg. l. sacrilegii pœnam. in pr. ff. ad l. Jul. peculat. l. si adulterium. §. stuprum. §. fratres. & §. incestum. ff. ad l. Jul. de adult. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Jul. Majest. c. indignantur 32. q.6.

2 Nam cum fœmina, cœteris paribus per omnia, levius, qvàm mas peccet.
Tir. ll. connub. l.1. n. 85. Tir. tr. pœn. caus. 9. n.3. per dicta jura.

3 Conseqvens qvoqve erat, ut levior esset pœna. Qvandoqvidem pœna delictum excedere non debeat. *l. respiciendum in pr. ff. pœn. Benvonut. Stracch. tr. mercat. p.4. n.24. Mins. cons.84. n.4.*

4 Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat etiam de jure Canonico. Namq; & in pœnitentia injungenda, ad sexum habetur respectus.
c. sicut dignum. ibi Abb. n.2. extra homicid.

5 II. Ampliatur: Ut procedat, etiam in crimine læsæ majestatis, nec enim in crimine læsæ majestatis æqvè graviter ac viri puniuntur, Filiabus siqvidem, qvota, ex bonis parentis, ob læsæ majestatis æqvè graviter ac viri puniuntur, Filiabus siqvidem, qvota, ex bonis parentis, ob læsæ majestatis crimen damnati, obvenit, cum filii à successione ejus, planè habeantur alieni.
l. quisquis. §. filii. & §. ad filias. C. ad l. Jul. Majest. Dec. l. fœminæ. n.78. ff. reg. jur.

Mitior enim circa eas debet esse sententia, qvas pro infirmitate sexus, minus esse ausuras, imperialis lenitas confidit.
d. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Jul. Majest. Boër. in consuet. Bitur. tt. stat. person. §.4. gl.1. in fine. Tir. tr. pœn. caus. 9. n.1.

Qvamvis certum sit, fœminas, læsæ Majestatis crimen, committere posse. 6
gloss. d. l. quisquis. verb. ausuras. C. ad l. Jul. Majest. Ang. Aret. tr. malefic. verb. & hay tradito, la tua patria. num.12. ibi August. Arim. in add. ubi hanc gl. communiter teneri attestatur Boër. tr. seditios. n.60.

III. Ampliatur. Ut procedat etiam in pœnis statutariis. Qvoties enim statuto dispositum est, qvod filii bannitorum, unà cum bannitis parentibus, oppido ejiciantur, istud statutum fœminam non complectitur. *Bl. l. quicunq. num.14. C. ser. fugit. Dec. d. l.2. n.74. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. l.9. n.158. argum. d. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Jul. Majest.* 7

IV. Ampliatur: Ut procedat, etiam eo casu, qvando statutum jubet, ut mariti fœminarum proscriptarum urbe cedant. Nam è diverso uxores, viris bannitis, ex urbe migrare, cogendæ non sunt. 8
Bl. d. l. quicunque n.15. C. ser. fugit. arg. l.3. §. si emancipatus. ff. bon. pos. cont. tab. & l. fin. C. secund. nupt.

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat lege abusum, vel abusionem puniente. Hac enim casu, eadem qvæ maribus, fœminis qvoq; infligenda erit pœna. 9
Bl. d. l. quicunq. n.18. C. ser. fugit. Tir. ll. connub. l.9. n.53.

II. Hæc conclusio limitatur: Nam etsi non æqvè severa, virorum ac fœminarum debeat esse pœna, impunitate tamen totali eas frui, haud convenit 10
Tir. tr. pœn. caus.9. n.6.

Facilitas enim veniæ, fomes est delicti. 11
c. est injusta in fine. 23. qu. 4. c. ut clericorum extra vit. & hon. cleric. l.1. C. emend. propinq. Spec. tit. advoc. §. consequenter. n.10.

12 Et, si ea, quæ malè usurpantur, impunita omittimus, excessus viam, aliis aperimus. *c. pervenit 93. distinct. c. loci 35. q. 9.*

Licet hæc & similia, non altas, in pectoribus illorum, qvibus admodum cordi esse debeat, egerint radices.

ARTICULUS VIII.

SUMMARIUM.

1. *Sententia absolutoria, socii criminis, alteri consocio non prodest.*
2. *Sententia absolvens adulterum, prodest qvoq; adulteræ, favore matrimonii.*

1 OCtavò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi regulariter, sententia absolutoria, à crimine, socio criminis, neutiqvam prosit.
Br. l. denunciasse §. fin. per ill. text. n. 2. ff. ad l. Jul. de adult.

2 Sententia tamen, qva accusatus adulterii, insons pronunciatur, adulteram, omnimodo liberabit.
text. d. l. denunciasse. §. fin.

Id verò, ob specialem matrimonii favorem, matimonialeqve decus, ita est receptum, ut rectè censet. *Gomez. var. resol. lib. 3. c. 1. n. 88. vers. secunda conclusio.*

ARTICULUS IX.

SUMMARIUM.

1. *Liberi qvorum avus fuit hæreticus, omnium munerum, & officiorum sunt in capaces, licet, si mater esset hæretica, id locum tantum haberet, qvoad primi gradus liberos.*
2. *Liberi illegitimi, ex avo hæretico, munerum & dignitatum incapaces sunt.*
3. *Nepos ex filia, cujus pater hæresi infectus erat, ad dignitates, & officia habet accessum.*

1 NOnò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi nepos, neptisqve hæretici, ad omnium munerum, officiorumq; susceptionem, (qvia Papæ ita placuit) sunt inhabiles: tamen filius, filiaqve tantum, qvorum mater hæresi erat contaminata, non verò nepos neptisve ejus, huic pœnæ subjacent.
c. statutum. el. 2. de hæret. lib. 6.

Hæc conclusio ampliatur: ut procedat etiam in filiis illegitimis. 2
gl. d. c. statutum. el. 2. verb. volumus. ibi Dd. de hæret. lib. 6. arg. §. fin. auth. rest. & ea quæ par. undec. mens.

Liminatur autem: Ut non procedat, respectu patris hæretici, qvoad nepotes ex filia. Hi enim patris sui, non verò avi materni, familiam seqvuuntur. 3
Gomez. var. res. lib. 3. c. 2. n. 4.

ARTICULUS X.

SUMMARIUM.

1. *Cicatrix in corpore hominis liberi nō æstimatur.*
2. *Cicatrix in facie virginis æstimanda est.*
3. *Venstas virginis facit, ut qvis facilius ei nubat, cujus contrarium operatur deformitas.*

1 DEcimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi cicatrix, in corpore hominis liberi, non æstimetur.
l. fin. ff. his, qui dejec. vel effud. Plot. tr. de in lit. jur. §. 40. num. 12. Straccb. tr. mercat. p. 4. n. 2.

2 Attamen si fœmina, & inprimis si virgo, aliqva facti injuria afficiatur, ex qva cicatrix & deformitas remansura est, habebitur cicatricis ratio, & ob eam injuria aggravabitur. Qvod primus dixit
Jac. de Rauen. l. ex hac lege ibi Alber. de Ros. ff. si quad. paup. fec. dic. Paris. de Put. tr. synd. §. quia plures. n. 3. Gomez. var. res. lib. 3. c. 6. n. 12.

Certum enim est, ob venustatem faciei facilius virginem, cui nubat reperturam, & ob deformitatem secus fore. 3
arg. c. quemadmodum extra jurejur.

Et hanc opinionem tanqvam æqviorem seqvar. Licet contrarium etiam in puellis, cicatricum scilicet rationem non haberi, teneat summus jurium vertex, qvæqve forsitan, in jure verior erit.
Arrius Pinel. lib. 1. p. 1. n. 4. C. bon. mat. per d. l. fin. ff. his qui dejec. vel effuder.

ARTICULUS XI.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina perjura non fit infamis.*

2. *Contrarium.*

1 UNdecimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod ex perjurio, infamiam non incurrant.

*Raphael Fulgos. l. si quis major per ill. text. lect.*1. C. *transact.*

2 Licet sibiipsi contrarium & rectius teneat idem

Raph. Fulg. d. l. si quis major. lect. 2. ibi Jas. n.6. Curt. n.6. Parpal. n.1. & Cagn. num.5. transact. Ripa c. sæpè. n.88. extra rest. spol. arg. l. si quis id quod. ff. jurisd. omn. jud.

Et hanc esse communem opinionem attestatur

Cagnolus d. l. si quis major. num. 5.

ARTICULUS XII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina honestè vivens, æqviparatur personæ egregiæ.*

2. *Fœmina non deponit in judicio, sed judex ad eam nuncium vel destinare, vel ipse cæteris tamen paribus, ad eam accedere debet.*

3. *Verbum oportet, necessitatem præcisam denotat.*

4. *Fœmina qvando deponit, altera pars non est vocanda.*

5. *Fœmina, huic privilegio, ut in loco judicii deponere non cogatur, renunciare neqvit.*

1 DUodecimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod fœmina honestè vivens, personæ æqviparatur egregiæ.

l. 1. C. *off. diverf. jud. Menoch. tr. arbit. jud. QQ. lib.2. cent.1. casu 70. n.13.*

2 Hæc conclusio ampliatur: I. ut ob id, tanqvam egregiæ personæ, ad testimonium in judicio ferendum, invitæ compelli neqveant, sed qvod ad eas, vel jusjurandum mitti, vel nisi aliud, judicantis dignitas svadeat, ipsum ad eos accedere oporteat.

c. mulieres de judic. lib.6. gl. l. ad egregias. & ibi Dd. communiter. ff. jurejur. Tir. ll. connub. l.10. n.33.

Etsi hanc ampliationem de æqvitate, non verò de summo jure procedere autumat.

Abb. c. significavit. n.4. extra off. ord.

3 Sed nescio, qvem rigorem hîc Abbas desiderat. Cum verbum oportet, in textu L. ad egregias positum, satis præcisam necessitatem, jurisqve rigorem ostendat.

gloss. verb. oportebit. c. 2. de litis contest. lib.6. Abb. cap.1. n.3. per ill. text. extra lib. obl. Jas. l. si quando. n.25. C. un. vi.

4 II. Ampliatur: Ut in depositionibus honestarum fœminarum, alterius partis, vocatio, non sit necessaria.

Br. d. l. ad egregias. num.2. ibi Paul. de Castr. num.2. & Dd. commun. ff. jurejur. Abb. c. si qui testium. num.4. extra testibus. Fel. c. in nomine Domini. n.16. & ibi apost. ad Fel. hanc communem esse opinionem attestatur extra testibus. Hipp. de Marf. l. de unoqvoque. n.59. ff. re judic. Mar. tr. ord. jud. 1. *memb. 6. p. p. n.17. Joh. Bapt. Asin. in sua praxi. §.7. c. 5. limit. 14. n. 1. 2. & 3. ubi hanc magis communem opinionem testis est. Mascardus tr. probat. concl. 682. num. 32. text. ad lit. §. si verò mulier. auth. ut litig. jur.*

Licet contrarium teneat, ad qvem nonnulli ex superioribus deficiunt.

Rom. sing. 364. per l. 2. §. sin autem vel dignitas. C. juram. calum.

Sed hi miserè hallucinantur.

Textus enim in d. §. sin autem vel dignitas, per text. d. §. si verò auth. ut litig. jur. & per auth. principales. §. mulier. C. jur. cal. est correctus, ad quod, nec Romanus, nec ejus affeclæ adverterunt.

III. Hæc conclusio ampliatur: ut beneficio l. ad egregias per fœminas renunciari neqveat. 5

gl. l. nec honore. ibi Cyn. C. Ep. & Cler. Alex. l. ad egregias. n. 4. ff. jurejur. Fel. c. si qui testium. num.3. extra testib. Rom. sing.169. in c. tu audivisti. arg. c. 2. ibi Gomez. n.45. de judic. lib.6.

Et hanc esse veriorem opinionem affirmat

Vasq. de success. creat. §.22. n.83.

Licet contrarium teneant.

Jas. & alii, ibid. à Vasq. relati.

Sed ego priori opinioni, omninò adhærendum esse censeo, ex rationibus per Vasqvium adductis, qvas hîc inserere, minus congruè fieri visum est.

ARTICULUS XIII.

SUMMARIUM.

1. *Filiusfamiliâs non poteſt eſſe in judicio, ſine patris conſenſu.*
2. *Filiafamilias rectè experitur pro dote, paterno conſenſu non interveniente.*
3. *Filiafamilias rectè agit pro dote, etiamſi pater expreſſim diſſentiret.*
4. *Filiafamilias agit, tam pro profectitia qvam adventitia dote, dummodo, dos ſit magna.*
5. *Ubi majus periculum eſt, ibi cautius eſt agendum.*
6. *Dos magna dicitur, qvæ ex paterna ſubſtantia reparari non poteſt.*
7. *Dos magna dicitur, ſecundum qvalitatem perſonarum, qvarum reſpectu, de dote eſt, diſceptatio.*
8. *Dos mille floreno rum, re & effectu magna dicitur.*
9. *Dos apud antiqvos, qvæ qvinqvaginta millibus æris conſtabat, maxima erat.*

1 DEcimotertiò concludo: Fœminarum conditionem meliorem eſſe. Nam etſi filiusfamiliâs in judicio ſine conſenſu patris eſſe nòn poteſt.

l. fin. §. neceſſitatem. ibi gl. Brun. Bl. Paul. de Caſtr. & Dd. C. bon. quæ lib.

2 Filiæ tamen, cujus maritus ad inopiam vergit, parentis conſenſu non adhibito, pro dote experiri, eſt permiſſum.

text. & Br. §. illud quoque. n. 2. auth. æqual. dot. auth. quod locum. ibi Br. num. 1. Caſtr. n. 2. Alex. n. 2. Jaſ. n. 9. & Dd. communiter. C. collat. Brun. l. ſi conſtante in repetit. n. 47. ibi Jaſ. n. 55. ff. ſol. mat.

3 Hæc concluſio ampliatur I. ut non ſolum patre non conſentiente: verumetiam eo diſſentiente, & invito, pro dote adventitia, filiafamilias poſſit agere.

d. auth. quod locum ibi Dd. commun. C. collat. l. 2. ibi gl. Br. Bl. Paul. de Caſtr. Alex. Jaſ. Ripa & Dd. ff. ſol. mat. Br. l. poſt dotem. n. 25. ff. eod. tit. Pract. Pap. in for. lib. quo ux. ag. ad dot. verb. procurat. nom. num. 5. Lup. c. per veſtras. §. 28. n. 5. extra donat. int. vir. & uxor. Cotta in memor. verb. donatio propter nuptias, ubi hanc communem opinionem eſſe atteſtatur Aſcan. Clem. tr. pat. pot. eff. 4. num. 15. in fine Alex. conſ. 20. n. 10. vol. 2. ubi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Burſ. conſ. 120. num. 12. volum. 1.

4 II. Ampliatur: Ut non ſolum procedat, in dote adventitia, verumetiam profectitia, ſi dos ſit magna.

Br. & Dd. communiter. d. §. aliud quoque. n. 6. auth. æqual. dot. Jaſ. & Dd. d. auth. quod locum.

5 Eò, qvod ubi majus periculum vertitur, ibi cautius agendum ſit.

c. 3. de elect. lib. 6. l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. Carb. ed. gloſſ. c. ult. verb. perſonaliter. extra off. deleg. Lup. c. per veſtras. §. 33. n. 4. extra donat. int. vir. & uxor. Caroc. tr. loc. tit. dolo & culp. num. 2.

Qvæ autem dos magna, vel pura ſit nuncupanda, valdè inder Dd. noſtros eſt controverſum. Alii enim eam demùm magnam dici volunt, qvæ tanta eſt, ut ex patrimonio parentis, neutiqvam reparari poſſit, ut placere video. 6

Alc. lib. 4. parergῶn. c. 8.

Qvæ tamen ſententia, vix aliqvem, vel pauciſſimos habet aſſeclas, verum longè crebriori calculo deciditur, magnam vel parvam dici dotem, reſpectu perſonarum, qvarum reſpectu de dote, eſt diſceptatio. 7

Br. l. ſi conſtante. n. 48. ibi Alex. n. 21. & Dd. ff. ſol. mat. Br. d. §. illud. n. 5. auth. æqual. dot. Brun. d. auth. quod locum. n. 2. Bl. n. 3. & Dd. C. collat. Br. l. admonendi. num. 54. ff. jurejur. gl. Br. & Dd. auth niſi breviores. C. ſent. ex brevic. recit. Mar. tr. ord. jud. 2. part. 6. p. p. act. 9. num. 8. Boër. in conſuet. Bitur. tt. de feudis. §. 20. gloſſ. un. Borg. Cavalc. tr. tut. & cur. n. 213. Card. Pariſ. conſ. 109. n. 32. vol. 3. per l. quæro. & l. ſive generalis. ff. ju. dot. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. minor.

Alia deinde eſt opinio, anteſignano Baldo, exiſtimantium dotem mille florenorum & re & effectu magnam eſſe. 8

Bl. conſ. 123. in fine lib. 1. Boër. in conſuet. Bitur. tt. conſuet. matrim. §. 5. gl. un. col. 2. in fine. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 4. n. 27. & rub. 7. §. 12. gl. 6. n. 8. Burſ. conſ. 223. n. 18. ubi Laur. Sylvan. idem conſulendo tenuiſſe refert. Ceph. conſil. 668. n. 25. vol. 5. per gl. auth. præterea. C. un. vir. & ux. quam tamen hactenus reperire non potui.

Apud vetuſtiſſimos verò, vel maxima erat dos, qvæ qvinqvaginta millibus æris, conſtabat: unde Megullia, qvia cum tanta dote, mariti domum intraverat. Donatæ nomen invenit, ut autor eſt. *Val. Maxim. lib. 4. c. 4. quod de paupertie inſcribitur.* 9

ARTI-

ARTICULUS XIV.

SUMMARIUM.

1. *Mater semper certa est.*
2. *Filiationis probatio, ex parte genitoris difficilis.*
3. *Mater infantium expositorum, æqvè ac pater incerta.*
4. *Casus, in qvo patris probatio, aliter, qvàm per præsumtiones & conjecturas fieri potest.*

1 DEcimoqvartò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvòd mater semper certa est.

*l. quia ff. in jus voc. Luc. de Penna. lib.*1. *col.*3. *circa med. C. dignit. lib.*12. *Abb. c. transmissæ. num. 9. extra qui fil. sint legit. Abb. c. per tuas. la.*1. *n.*3. *ibi Fel. n.* 3. *extra probat. Jas. l. et si pepercerit. num.* 1. *ff. lib. & posth. Petr. Roizius decis. Lituan.*3. *n.*248. *Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff.*3. *n.*6. *Mascard. tr. probat. conclus.*787. *n.*7. *vol.* 2.

2 Cum è diverso, pater sit incertus, ideoq; ejus respectu filiationis probationem, difficilimam esse censeatur.

Br. l. 1. *n.* 2. *C. quor. bon. Br. tract. Tyrannia. n.*41. *Luc. de Penna d. l.* 1. *col.* 2. *C. dignit. lib.* 12. *Abb. c. accedens. n.* 4. *extra purg. canon. Abb. c. transmissæ. n.* 9. *extra qui fil. sint legit. Fel. c. per tuas. n.* 3. *extra probat. Tir. repet. l. si unquam. verb. donatione largitus. n.*161. *C. revoc. donat. Menoch. tr. arb. jud. QQ. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 89. *n.* 1. *& cent.* 2. *casu* 116. *n.* 6. *Vasq. ill. controv. cap.*48. *n.*28. *Gail. obs. lib.* 2. *obs.* 97. *Abb. consil.*105. *in c. ex processu. n.* 1. *vol.* 1. *arg. l. filium. ff. his, qui sunt sui vel al. jur.*

Sicuti apud Homerum, an Ulyssis esset filius, percontanti Minervæ, Telemachus respondit:

Ex illo natum, mater me dicit, at ipse
Nescio. Nam certum, quis posset ferre parentē.

Et apud Ovidium, Phaëton:

- - - - O lux immensi publica mundi,
Phœbe pater, si das usum, nominis hujus
Nec falsa, Clymene culpam, sub imagine celat.
Pignora da genitor.

Aristoteles verò 8. Ethic. c.12. dicit: Parentes qvidem norunt, qvi ex se sint, liberis verò ex qvo procreati sint, scire, non est datum.

Alibi scriptum reliqvit D. Hieronymus: Benè est liberis, qvibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum.

Ex nostratibus rursus Vasq. ill. contr. c. 82. n. 1. inqvit: Nemo nostrum, parentes suos, certò indubitateqve cognitos habet, sed qvod audivimus, credimus.

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, in infantibus expositis. Horum enim æqvè ac pater, mater qvoqve incerta est. *Br. d. l. quia & in l.*1. *n.*21. *ff. ad municip. Bened. de Vad. in addit. ad Fel. d. c. per tuas extra probat. Mascard. d. concl.*787. *n.*8. *vol.*2. 3

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, patris respectu, in casu qvi ubiqve à Dd. annotatur, nunqvam tamen, vel rarissimè contingere verisimile est, nempe si vir, & mulier in carcere inclusi, armata manu circumsepti, ita, ut nulli, nec exitus, nec introitus, nisi spectantibus custodibus pateret, per anni metam detinerentur, mulierqve deinde pareret. Tunc enim qvi nascitur de patre, certus esse posset. *Brun. lib.* 1. *num.* 2. *C. quor. bon. Boër. decis.* 299. *n.* 4. *Menoch. d. casu* 89. *n.* 18. *Vasq. ill. contr. cap.*48. *n.* 29. *Mascard. d. concl.*787. *n.* 9. 4

ARTICULUS XV.

SUMMARIUM.

1. *Mulier pro alio intercedens, ex S. C. Velleiani beneficio adjuvatur.*
2. *Mulier utitur Velleiano, etiam stante statuto, qvo, ne contra instrumentum publicum, excipiatur, cavetur.*
3. *Mulier, Veleiani beneficio fruitur, etiamsi pater ei intercedenti consensisset.*
4. *Mulier in judicialibus stipulationibus intercedens, ex Velleiano indemnis servatur.*
5. *Mulier est tuta, ex Velleiano, etiam in foro conscientiæ.*
6. *Mulier rectè utitur Velleiani exceptione, etiam post sententiam definitivam, & si qvid creditori solvit condictione indebiti repetit.*
7. *Mulier de Velleiani beneficio, etiam ad impediendam, sententiæ exsecutionem, rectè opponit.*
8. *Mulier intercedens, masculum se mentita, frustra implorat Velleiani opitulationem.*
9. *Jura deceptis, & non decipientibus subveniunt.*
10. *Mendacium circa id, qvod est causa & fundamentum privilegii, facit, ut cassum fiat privilegium.*
11. *Mulier S. C. Velleiano renunciare potest.*
12. *Mulier renuncians, de beneficio suo, certior fieri debet.*
13. *Instrumentum renunciationis, nullius momenti est, si notarius, qvi id confecerat, qvid sit Vellejanum interrogatus, nescierit.*

14. *Mu-*

14. *Mulier, ut efficaciter obligetur, cum juramento renunciare debet.*
15. *Jusjurandum, qvando præstatur, majori id peragitur deliberatione, nec verum est, eadem facilitate, qva, aliqva ad renunciandum pellicitur, etiam ad jurandum animum appellere.*
16. *Mulier, qvæ renunciat cum juramento, obligatur etiam certioratione, non interveniente.*
17. *Mulier, ut indubitatè obligetur, satius est, utrunqve & certiorationem, & juramentum adhiberi.*
18. *Mulier, qvæ cum juramento renunciavit, non obligatur, si prius juramanto se devovisset, qvod pro nemine intercedere vellet.*
19. *Mulier pro alio, qvàm marito intercedens, etiam absqve juramento obligatur, dummodo in judicio, huic beneficio intercedens, renunciet.*
20. *Instrumentum subsignationis, Velleiani, trina testium subsignatione, vallatum esse debet.*
21. *Instrumentum renunciationis, absq; subscriptionis solennitate, valet hodiè ex communi observantia.*
22. *Mulier, ut cum effectu conveniri possit, oportet non solum Velleiano, verumetiam novo auth. si qva mulier C. ad Vell. beneficio, renunciet.*
23. *Mulier, qvæ cum sacramento renunciat, tenetur, etiamsi beneficio d. auth. si qva mulier, in specie mentionem non fecisset.*
24. *Mulier, ex stylo nostri fori, non nisi in judicio validè renunciat.*
25. *Mulier, ut ritè, rectèq; renunciet, curatorem in litem, ad renunciandum speciatim datum, ex fori nostri consvetudine habere debet.*
26. *Mulier, qvæ apud minorem intercessit, Velleiano non obstante obnoxia est.*
27. *Mulier, fidem datam solvit, si is, pro qvo intercessit, indemnem eam conservare promisit, secutaq; sit realis præstatio.*
28. *Mulier, cui pro intercessione pignus tantum datum est, Velleiano tuta est.*
29. *Mulier, qvæ pro dote, rea facta est, non tuetur Velleiano.*
30. *Mulier, sive pro dote danda, sive pro restituenda ea, intercesserit, tenetur.*
31. *Mulier, pro libertate intercedens, jure communi utitur.*
32. *Mulier, qvæ, ut intercederet, aliqvid accepit, Velleiano destituitur.*
33. *Qvantitas accepta, qvæ esse debeat, ut ob eam à Velleiano excludatur, mulier, vir bonus arbitrabitur.*
34. *Mulier, secundò, post biennium, à prima renunciatione renuncians, immunitate Velleiani non gaudet.*
35. *Mulier, si ei, pro qvo intercesserat successit, Velleiano non obstante, rectè convenitur.*
36. *Mulier, pro ea parte, pro qva hæres est, exceptione Velleiani caret.*
73. *Hæres repræsentat defunctum, pro ea parte, pro qva hæres est.*
38. *Mulier, si eam pro qva se interposuerat pecuniam, à suo principali acceperit, inutiliter Velleiani exceptionem, creditori pecuniam repetenti opponit.*
39. *Mulier causa studii, vel alimentorum intercedens, sese ope Velleiani, non potest tueri.*
40. *Studiorum & dotis causa, paribus passibus ambulant.*
41 *Mulier, beneficio Velleiani non gaudet, si ut maritum captivum liberaret, intercessit.*

1 DEcimoqvintò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia S. C. Velleiano, adversus intercessiones à se factas, eis succuritur.

tt. ff. & C. ad Velleian. c. licet mulieres de jurejur. lib. 6. l. 3. ff. fidejuss. gloss. l. de die §. 1. verb. qui mulierem. ibi Bl. n. 1. ff. qui satisdot. cog. Specul. tit. renunc. & conclus. §. 1. n. 21. Instit. except. Pract. Pap. in for. lib. in act. reali. verb. veris ac legitimis titulis. num. 44. Dec. d. l. fœminæ. num. 11. ff. reg. jur. Molin. tr. usur. num. 288. Tir. ll. connub. gloss. 5. n. 104. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 220.

2 Hæc conclusio ampliatur: I. ut procedat, etiamsi statuto cautum esset, ne qvis contra instrumentum publicum excipiens, audiatur. Nam nihilominus mulier, beneficium S. C. Velleiani objiciens, audienda est.

Bl. hic. num. 2.

II. Ampliatur: Ut procedat, etiamsi fœminæ intercedenti pater consentiret. Nec enim patris consensus adhibitus, alicujus est momenti, nec beneficium Velleiani, filia ob id perdit. 3

Bl. l. fin. §. necessitate. n. 30. C. bon. quæ lib. Bapt. Castel. in add. ad Rom. sing. 323.

III. Ampliatur: Ut nec ad satisdationes, judicio sisti, judicatum solvi, &c. præstandas, mulier sit idonea. 4

d. l. de die. §. 1. ff. qui satisd. cog.

IV. Ampliatur: Ut procedat etiam in foro conscientiæ. Nam & in eo mulier Velleiani exceptione tuta est. 5

Br. in extravag. ad reprim. verb. denunciationem. n. 13. Abb. c. quia pleriq;. num. 27. extra immun. eccles. Tir. ll. connub. gloss. 4. n. 16. arg. c. fin. extra solut.

V. Ampliatur: Ut possit hæc exceptio, etiam post sententiam definitivam objici, adeò qvidem, ut etiamsi creditori sol- 6

ſolviſſet, condictione tamen indebiti repeteret.

Br. d. verb. ad denunciationem. n.13. Br. l. cum quis. n.29. C. jur. & fact. ignor. per l. quamvis. §. interdum. ff. ad Velleianum.

7 VI. Ampliatur: Ut etiam hæc Velleiani exceptio, ad impediendam ſententiæ executionem oppoſita, mulierem juvet. *text. gl. Br. & Dd. l. tamen, ſi ff. ad Macedon. Br. l.1. n.5. C. jur. & fact. ignor.*

8 Hæc concluſio limitatur: I. ut non procedat, ſi mulier intercedens, virum ſe eſſe mentita fuerit. Tunc enim ei S. C. Velleianum non opitulabitur.

l. ſi decipiendi in proc. & ibi not. ff. ad Vellei. l. fœminis. C. eod. Tiraq. ll. connub. gloſs. 8. num.135. Aſcan. Clem. tract. pat. pot. eff. 5. num.10.

9 Deceptis enim tantum non verô decipientibus, jura ſubveniunt.

l.2. §. verba itaq;. ff. ad Vellei. c. cum univerſorum extra rer. permut. gl. d. l fœminis. C. ad Vell. Paul. de Caſt. l.1. n.7. ff. eod. tit.

10 Et mendacium circa id, qvod eſt cauſa, & fundamentum privilegii, privationem ipſius operatur. *Jaſ. l. qui cum ſe. n.4. ff. re judic. per. l. ſi dubitetur. §. ita demum, ibi Br. ff. fidejuſs. & l. ſi unus. §. fin. ff. pro ſoc.*

11 II. Hæc concluſio limitatur: ut non procedat: ſi fœmina S. C. Velleiano renunciaverit.

gl. l. fin. C. ad Vellei. gl. l.1. ff. eod. tit. Specul. tit. renunc. & concluſ. §.1. n.9. Br. l.3. n.10. ff. fidejuſs. Alex. in add. ad Br. l. doli. n.2. ff. novat. Pract. Pap. in for. lib. in act. reali. verb. veris ac legitimis. num.44. Ang. Aret. §. item ſi in judicio. n.19. verſ. tertius caſus Inſtit. except. Gail. obſ. lib.2. obſ.77. n.1. text. l. fin. §. penult. ff. ad S. C. Vellei.

Et hanc eſſe communem opinionem, qvem totus mundus obſervat, atteſtantur. *Br. & Alex. modo citati & ſingulis ferè diebus in praxi obſervatur.*

Licet contarium, Velleiano renunciari non poſſe teneat.

Br. l. doli. num.2. ff. novat. Fel. c. ſi diligenti. num.14. extra for. comp. Thom. Grammat. deciſ.76. n.20. ubi hanc poſteriorem communem refert. Gomez. var. reſ. lib.2. c.13. n.17. ibi Soar. in addit.

12 Ad qvam tamen renunciationem, ut ritè rectèqve fiat, plura ſunt, præſertim, ſi pro marito uxor intercedat, neceſſaria. Et primò qvidem reqviritur, ut mulier renuncians, inprimis juris ſui certior fiat.

gloſs. d. l. fin. ff. ad S. C. Vell. Br. l. fin. n.4. ad Vell. Br. l. in repudianda. n.1. ibi Alex. n.2. Jaſ. n.1. & Dd. ff. acquir. hæred. Bl. l.1. n.6. C. ad Vell. Fel. c. ſi diligenti. n.14. extra fo. comp. Hipp. de Marſ. rubr. n.36. ff. fidejuſs. Affl. c.1. verſ.3. nota. n.10. de pac. jur. firm. Cap. Tholoſ. deciſ.37. Joh. Arelat. in addit. ad Alc. tr. præſumt. reg.1. præſumt.42. n.2. Gail. d. obſ.77. num.3. Maſcard. tr. probat. concluſ.1080. n.20. arg. l. mater decedens. ff. inoff. teſtam.

Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur. *Vivius com. opin. lib.1. opin.220.*

Ideoqve ſi notarius, in inſtrumento, de renunciatione confecto, mulierem certioratam fuiſſe ſcripſiſſet, ad evertendum ejusce modi inſtrumentum, ſufficeret, ſi notarius, qvi id confecerat, qvod eſſet S. C. Velleiani beneficium interrogatur, id ipſum neſciret. 13

Alex. l. ſciendum. n.33. ff. verb. obl. ubi Alb. de Roſate, idipſum originaliter voluiſſe atteſtatur. Hipp. de Marſ. d. rubr. num.38. ff. fidejuſs. Alc. tr. præſumt. reg.3. præſumt.13. num.5. Vivius d. opin.220. Gail. d. obſ.77. n.7. Maſcard. d. concluſ.1080. n.2. Burſat. conſ.149. n.42. vol.2.

Et hanc eſſe veriorem opinionem atteſtantur *Hippol. & Gail. modo citati.*

Licet a ſeipſo deſciſcat.

Alex. d. l. ſciendum. n.33. ff. verb. obl.

Vix tamen hodiè certioratione, fœmellæ noſtræ videntur indigere, cum egregiè, qvod ſibi jus competat, calleant, maritisqve, faſtu, & luxurie ſua anſam præbentes, ut æris alieni mole obruantur & ſupprimantur, ipſæ infami bonorum ceſſione à marito facta, hujus beneficii exceptione, tutæ ſunt, ſcelerateqve inſuper creditoribus, qvorum ſudorem, veſtitu, & illecebris ſuis, ſuorumq; dilapidarunt, cum maximo Reipub. detrimento inſultant, illosqve riſui habent. Sed videant, ne privilegio abutentes, ut eo priventur, generali conſtitutione, maximo Reipub. commodo lata, in cauſa ſint.

II. Reqviritur: Ut cum ſolenni ſacramento renunciet. 14

c. ex reſcripto jun. ibi gl. extra jurejur. Catell. Cotta in memor. verb. mulieres. Jaſ. auth. ſacramenta puberum. n.53. C. ſi adv. vend.

Maur.

Maur. tr. rest. in integ. c.113. n.13. & c.114. n.8. Gomez. var. res. lib.2. c.13. n.8.

15 Nec enim verum est, qvod dicitur, eadem facilitate, qva aliqva ad renunciandum adducitur, etiam ad jurandum invitari: sed ad jurisjurandi interpositionem, majori deliberatione, qvàm ad renunciandum perveniri, qvilibet conscientiam suam consulat, ut rectè resolvit.

Simoncell. tr. decret. tit.8. n.136.

16 Qvo casu, ut de jure suo edoceatur, non erit necesse, ut volunt innumeri, qvos qvæ in fasciculum collegit.

Tir. repet. l. si unquam in præfat. n.135. & 136. C. revoc. donat. Tir. ll. connub. gl.7. n.152.

Et de communi attestatur *Gail. post Turzanum quem refert d. obs.77. n.10.*

Licet contrarium teneat

Jas. auth. sacramenta. n.59. C. si adv. vend.

17 Nec multum aberrare putarim eum, qvi ad omnem tollendum scrupulum, utrunqve adhibuerit.

argum. l. quæ dubitationis. & l. non solent. ff. reg. jur.

Præsertim, cum nec autoritates, nec rationes, contrarium tuentibus, qvod absq; speciali renunciatione Velleiani, jurejurando, ea non introducatur, non desint, ut videre est apud

Covarr. cap.2. p.2. §.3. n.5. de pact. in 6.

18 Hoc tamen juramentum nihil operaretur, si mulier prius jurejurando, se pro nemine intercessuram devovisset. Si enim postea, fidejussioni suæ, jusjurandum apposuerit, rata tamen fidejussio, vel intercessio facta, non erit ut optimis rationibus nisus, decidit.

Vasq. de success. creat. §.18. n.158. & Simoncell. decret. tit. 8. n.195. in id, innumeros referens & communiter receptum attestans arg. c. intellecto extra jurejur.

19 Nec verò jurejurando opus erit, si pro alio qvàm marito, mulier intercesserit. Imò efficax tunc erit renunciatio, qvæ absqve juramento, apud judicem competentem facta est.

l. fin. §. penult. ff. ad Vell. auth. si qua mulier. & l. antiquæ. §. ne autem. C. eod. tit. d. c. ex rescripto extra jurejur.

20 III. Reqviruntur: Ut instrumentum renunciationis, publicè confectum, trina testium subsignatione muniatur.

Bl. l.3. n.3. C. decur. lib.10. per antiquæ. §. ne autem. C. ad Vell.

Sed hoc reqvisitum, generali ubivis gentium observántia, est obumbratum, de qva attestantur 21

Jas. l. sciendum. num.32. ff. verb. oblig. Card. Paris. in add. ad Br. l. fin. C. ad Vell.

Et qvod etiam consvetudine ista non extante, ratione tamen solennitatis jurisjurandi, hoc reqvisitum cesset, contra Baldum, decidit

Br. d. l. antiquæ. §. ne autem. C. ad Vell.

IV. Reqviritur: Ut ultra renunciationem Velleiani, novo qvoqve, auth. si qva mulier C. ad S. C. Vell. beneficio, mulier cedat. Nam absqve hujus auth. renunciatione, inefficax erit S. C. Velleiani, etiam cum juramento facta, abdicatio. 22

Chassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §.13. n.11. Lanf. Balbus decis.506. per gloss. d. auth. si qua mulier.

Qvorum tamen opinioni, jusiurandum qvod attinet, non adhæreo. Cum sciam, illam gl. in hoc communiter esse reprobatam, ut attestatur *Affl. decis.311. n.4.* 23

V. Ut renunciatio, si legitima, & sufficiens esse debeat, in loco judicii fiat, de stylo nostri fori oportet. 24

Cui & sextum ex eodem stylo promanans, addendum, nempè, ut curator mulieri, ad renunciandum specialis, â judice detur, qvi in ipso renuntiationis actu, autoritatem suam interponat. Qvod verum est, si curatorem alium non habet. 25

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si mulier, apud minorem intercessisset. Tunc enim major, minoris est favor, nec fœmina S. C. Velleiano adjuvatur. *Bl. l. fin. n.3. C. ad S. C. Vell. text. l. si apud ff. minor.* 26

IV. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si mulieri intercedenti, per debitorem promittatur, de conservando eam indemnem, seqvaturqve realis præstatio, vel solutio, ejus speciei, vel qvantitatis pro qva fideiussit. Hoc enim casu S. C. Velleianum cesset. 27

Rom. sing. 323. in c. tu scis. text. l. si pro aliquo ff. ad Velle. & l. si mulieri. Castr. ff. eodem tit. l. de die. §.1. ff. qui satisd. cog.

Qvod si pignus duntaxat datum sit, mulier exceptione Velleiani uti poterit. 28

text. l. quidam. ff. ad Velle. Bl. l.1. n.2. C. eod. Alex. in addit. ad Brun. d. l. si mulieri. ff. eod. tit.

V. Hæc

29 V. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat: si fœmina dotem pollicita fuerit intercedendo. Hoc enim casu, dotis favore. Velleiani beneficio, tuta non est.

l. fin. & ibi Dd. C. ad S. C. Vellei. lib. 1. n. 99. ff. sol. mat. Lup. rubr. §. 49. num. 2. extra donat. int. vir. & ux. Tiraq. V. R. part. 1. gl. 14. num. 100.

30 Qvod verum est, sive de dote danda, sive de restituenda ea, fidejubeatur.

Bl. Novell. tr. dote. p. 6. privil. 12. n. 2. Ceph. cons. 408. n. 10. vol. 3. arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.

31 VI. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, favore libertatis. Namqve si mulier, qvò servus libertatem conseqvatur, sese obnoxiam fecerit, S. C. Velleianum tacere, sancitum est.

l. pen. ibi Dd. C. ad Vell. Ang. Aret. d. §. item si in judicio. n. 19. vers. secundus casus Instit. except.

32 VII. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si mulieri, sese interponenti, aliqvid ut intercederet, datum sit. Tunc enim ei, ad S. C. Velleiani auxilium, non patebit regressus. *l. antiqua in pr. ibi Castr. C. ad S. C. Vellei. Menoch. tr. arbit. judic. QQ. lib. 2. cent. 3. casu 234. n. 3.*

33 Verum, cum qvantitas, qva mulier privilegii sui expers sit, certò in jure non sit definita, boni viri, erunt partes, qvanta ea esse debeat, moderare.

Bl. d. l. antiqua in pr. n. 3. C. ad Vell. Matth. de Affl. cap. 1. n. 21. vers. item habet arbitr. declarandi, &c. ex quib. caus. feud. amitt. arg. l. si ita quis. §. Seja. ff. V. O.

34 VIII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si primæ interpositioni, secunda, post biennale tempus accesserit. Hoc enim casu, cum effectu obnonxia est.

l. si mulier. ibi Bl. & Salyc. C. ad S.C. Vell. §. 1. post medium. auth. ut immob. ante nupt. donat. Jas. auth. sacramenta. num. 56. C. si adv. vendit. Alc. lib. 1. de verb. sign. n. 89. Masc. tr. prob. concl. 1080. n. 10. vol. 2.

Qvæ tamen geminata renunciato, si pro marito fieret, nullius esset momenti. *auth. si qua mulier. C. ad S. C. Vell.*

35 IX. Hæc conclusio limitatur, ut non procedat, si mulier ei, pro qvo se interposuerat successisset. Hoc enim casu rectè convenitur *l. quamvis. §. planè. ff. ad Vell. Cujac. obs. lib. 15. c. 11.*

36 Qvod ita declarandum censeo, ut si mulier, totius assis fuerit hæres, in totum teneatur sin in qvota fuerit instituta, pro rata tantum, pro qva hæres est, cum effectu, contra eam agatur.

l. cum à matre. C. rei vendic.

37 Repræsentat siqvidem hæres defunctum, pro ea, qva hæres est portione, pro reliqva verò extranei instar censetur.

Tir. V.R. p. 1. §. 32. gl. un. n. 50. Gomez. var. res. lib. 1. c. 12. n. 33. Pinel. l. 1. p. 3. n. 79. C. bon. mat.

38 X. Limitatur: Ut non procedat, si mulieri eam summam, pro qva se secundariò obligaverat, solverim. Nam si hoc casu, creditor, eam pecuniam à muliere peteret, exceptio Velleiani, mulieri non est profutura. *l. si mulier contra Senatuscons. in pr. la. 2. ff. ad Vell.*

39 XI. Limitatur: Ut non procedat, si causa studiorum vel alimentorum mulier fidem suam interposuisset. Hiscè enim casibus, auxilium Velleiani frustra implorabit. *arg. d. l. fin. ff. ad Vellei. jun. gl. l. si quis. C. furt.*

40 Cum studiorum, dotisqve causam, paribus passibus ambulare, certum sit.

Br. l. 1. n. 31. ibi Jas. n. 51. ff. sol. mat. Alex. in add. ad Br. l. si annuum. add. 1. ff. ann. leg. Castr. l. sed Julianus. §. quanquam. num. 3. ff. ad Macedon. Fel. c. pastoralis. n. 6. in f. extra resc. Simoncell. tr decret. tit. 8. n. 110.

Nec minor alimentorum, qvàm dotium sit favor, ut patet ex *Pet. Gerhard. de Peiras sing. 1. jun. Br. tr. alim. n. 11.*

41 XII. Hæc conclusio limitatur: Ut non procedat, si uxor, se pro viro obligaret, ut liberaret eum ex captivitate, ad hunc enim casum, prohibitio S. C. Velleiani, non porrigitur.

Baldus. quem refert Simoncell. tr. decret. tit. 8. n. 75. argum. §. si unum. auth. ut cum de appellat. cognosc.

ARTICULUS XVI.

SUMMARIUM.

1. *Fœminæ restitutione in integrum, facilius qvàm masculi gaudent.*
2. *Fœminæ, si qvod negocium inutiliter gerunt, præsumuntur machinatione, secum contrahentis, deceptæ.*
3. *Fœmina præsumitur, machinatione secum contrahentis decepta, etiamsi maritus esset.*
4. *Fœmina ex læsione enormissima restituitur, etiamsi contractus, ex qvo læditur, sub juramento esset factus.*

5. *Remedium L. 2. C. resc. vendit. facilius tribuitur fœminis, qvàm masculis.*
6. *Fœmina potest compelli, ut vel petat restitutionem in integrum, vel stet contractibus, ne secum contrahens, diutius suspensus hæreat.*
7. *Fœmina restituitur ob juris ignorantiam. Fœminæ ignorare jura non nocet ibid.*
8. *Mulier, rusticus, & idiota sunt æqviparata.*
9. *Fœmina ex juris ignorantia non restituitur, si peritiores consulere potuit.*
10. *Fœminæ ut vadunt ad ecclesiam pro indulgentiis, ita qvoq; advocatos adire debent, pro consiliis.*
11. *Probatio peritiores consuli neqvivisse, fœminis incumbit.*
12. *Fœmina non restituitur, nisi in casibus à jure expressis.*
13. *Fœmina non restituitur, actum aliqvem clanculò celebrans.*
14. *Fœmina non restituitur, ob omissam formam.*
15. *Fœmina non restituitur, adversus omissam inventarii confectionem.*
16. *Fœmina non restituitur in his, qvæ ad conservandam juris rigorem pertinent.*
17. *Mulier non restituitur ad producendum testes, post didicita testificata.*
18. *Fœmina non restituitur, qvæ intra annum & diem non petiit investituram. Intellige si sciebat, rem esse feudalem. n. 19.*
20. *Fœmina, qvæ fori declinatoriam proponere omisit, non restituitur.*
21. *Fœmina non restituitur adversus sententiam.*
22. *Fœmina non restituitur, qvando, instrumenta contraria produxit, vel contraria deposuit.*
23. *Fœmina non restituitur, in his, qvæ qvidem juris sunt positivi, verum ex naturali jure participantia.*
24. *Fœmina qvæ parentem sine venia in jus vocavit, non restituitur.*

1 DEcimosextò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia restitutione in integrum, facilius qvàm masculi gaudent.

Tir. ll. connub. l. 1. n. 77. ubi Pet. de Anchar. idem voluisse refert.

2 Mulieres enim, si qvod inutile sibi negocium gerunt, svasu, atqve machinatione secum contrahentis, non sponte, atqve libera voluntate, idipsum fecisse, creduntur. *Luc. de Penna l. ult. col.* 3. C. *privil. Scolar. lib.* 12. *Grammat. decis.* 103. *n.* 51. *per l.* 3. §. *si quis volentem. ff. lib. hom. exhib. l. unicam in fin.* C. *rapt. virg.* §. *his consequens auth. æqual. dot. c. Adam.* 33. *qu.* 5.

3 Qvod procedit, etiamsi maritus esset, qvi mulierem, ad ejusmodi contractum perficiendum invitasset. Nam nihilominus mariti se ductionibus deceptam, stat juris præsumtio. §. *in f. auth. ut immob. ante nupt. donat. Luc. de Penna l. quemadmodum. vers.* 97. C. *agr. & cens. lib.* 11. *Alc. tract. præsumt. reg.* 1. *præsumt.* 42. *num.* 2. *Mascard. tr. probat. concl.* 1080. *n.* 3.

4 Hæc conclusio ampliatur I. ut locum habeat, etiamsi contractus istiusmodi juramento esset vallatus. Nam si mulier, enormissimam læsionem, conseqventerqve apertam perniciem incurrisset, jusjurandum non præstat impedimentum, qvin se restitui, & flagitare, & impetrare possit,

Gail. obs. lib. 2. *obs.* 97. *n.* 11. *Mascard. d. concl.* 1080. *n.* 6. *arg. c. quanto extra jurejur.*

5 II. Hæc conclusio ampliatur: ut beneficium l. 2. C. resc. vend. qvo deceptis, ultra dimidium justi precii, provisum est, facilius etiam mulieribus, qvàm masculis indulgeatur.

Bl. l. 2. n. 21. C. *resc. vend. Tir. ll. connub. l.* 1. *n.* 77. *dictis rationibus.*

III. Hæc conclusio ampliatur: 6
Ut mulier, etiam invita compelli possit, ad in integrum restitutione petendam, ne pars adversa diutius suspensa teneatur.

Capyc. decis. 110. *n.* 1. *Pinel. lib.* 1. *part.* 3. *n.* 34. C. *bon. mat. per l. Julianus.* §. *si quis colludente. ff. act. emti.*

IV. Ampliatur: Ut mulier etiam 7
ex juris ignorantia, possit restitui. Tùm qvia mulieri, jura ignorare non nocet.

l. regula. ff. jur. & fact. ignor. Mascard. tract. prob. concl. 1080. *n.* 23.

Tùm qvia mulier, rusticus, & idiota, sunt 8
æqviparata. *Joseph. Ludov. decis.* 81. *num.* 4. *Ceph. cons.* 760. *n.* 13. *vol.* 5.

Qvæ ampliatio restringuntur I. Ut non 9
procedat, si peritiores consulere potuerit. *gloss. & Dd. communiter. l. juris ignorantia.* C. *qui adm. Masc. d. concl.* 1080. *n.* 25.

Mulieres enim ut vadunt ad ecclesias, 10
pro indulgentiis, ita qvoqve advocatos adire debent pro consiliis.

Joseph. Ludov. decis. 109. *n.* 22. *Ceph. d. cons.* 760. *n.* 15.

Qvod usqve adeò verum est, ut peritio- 11
res consuli neqvivisse, probatio, fœminis incubatio, fœminis incubat.

Fr. Hercul. tr. quis ten. prob. negat. num. 26. *vers.* 4. *infertur Alex. cons.* 14. *in fin. lib.* 1.

II. Restringitur: Ut procedat, dun- 12
taxat in casibus, à jure expressis.

Nicol.

Nicol. de Mil. in suo repert. verb. ignorantia. la. ult. Cagn. l. qui cum alio. n. 17. ff. reg. jur. Tir. V. R. p. 2. §. 4. gl. 7. n. 13. Tir. rep. l. si unquam in præfat. num. 100. C. revoc. donat. Jas. l. si quis major. n. 6. C. transact. Cacherr. decis. 87. n. 4. Asin. in sua praxi. §. 32. c. 16. n. 2. Menoch. tr. remed. poss. rec. rem. 9. n. 13. Mascard. d. concl. 1080. n. 24. Cephal. cons. 143. n. 15. vol. 1. cons. 760. n. 4. vol. 5. l. regula. ff. jur. & fact. ign. & l. fin. C. eod. tit.

13 III. Restringitur. Ut non procedat, si fœmina actum aliqvem clanculò celebraverit. Hinc enim malæ fidei præsumtio existit, & juris ignorantiæ allegatio exploditur.

Bl. l. 1. lect. 1. n. 3. C. interd. mat. Roman. sing. 714. ibi Castell. in addit. Tir. V. R. part. 2. in præf. n. 14. Plot. tract. de in lit. jur. §. 4. n. 9. arg. l. ult. ff. rit. nupt. c. ult. §. si quis verò extra clandest. despons. c. cum ex injuncto. extra hæret.

14 IV. Restringitur: Ut non procedat: in his, qvæ formam tangunt. Ea enim, si à fœmina omissa fuerit, actum sine ulla restitutionis spe, nullum efficiunt.

Ever. in top. in Loc. à def. for. num. 8. Borg. Cavalc. tr. tut. & curat. n. 132. ubi plures, idem tenentes allegat.

15 Undè muliere hæreditatem adeunte, confectionemqve inventarii negligente, auxilio omni, ex inventarii conscriptione prodeunti, haud immeritò destituitur.

Maur. tract. rest. in int. cap. 82. n. 4. argum. §. penult. auth. hær. & Falcid.

16 V. Restringitur: Ut non procedat, in his, qvæ ad rigorem juris conservandum sunt introducta, in his enim fœminæ nihil opitulatur, prætensa ignorantia, nec restitutioni locus est.

Br. l. 1. §. nunciatio. num. 35. ff. op. no. nunc. Fel. c. fraternitatis. n. 6. vers. item secundò extra testib. Cacherr. decis. 58. n. 38. Peck. tr. testam. conjug. lib. 1. c. 34. num. 2. Asin. d. cap. 16. n. 2. Masc. d. conclus. 1080. n. 24. arg. l. 3. C. jur. & fact. ignor.

Undè mulier post didicitâ testificata, ut testes producere possit, non restituitur. 17

Br. d. l. 1. §. nunciatio. num. 35. ff. op. no. nun. Cacherr. d. decis. 87. n. 9. Masc. d. conclus. 1080. n. 17.

Et hanc esse communem opinionem attestatur *Cacherr. d. decis. 87. n. 9.*

Item non restituitur mulier, qvæ intra annum & diem, casu, qvo feudi capax est, investituram non petiit. 18

Bl. cap. 1. §. præterea. el. 1. n. 2. de proh. feud. al. per Feder. Peck. d. tr. testam. conjug. lib. 1. c. 34. n. 2. in fine.

Qvod verum est, si sciebat rem esse feudalem, qvod si nescierit, restituenda est. 19

Maurit. tr. rest. in int. c. 64. n. 1. arg. d. l. regula ff. jur. & fact. ignor. jun. l. altius. C. rei vend.

Eodem qvoq; modo, fœmina, qvæ declinatoriam fori, proponere omiserit, restitutionem frustra qværit. 20

Capyc. decis. 13. num. 10. ubi hoc Johan. And. voluisse attestatur.

Deniqve, si adversus sententiam, in integrum restitutio, petita fuerit, mulieri concedenda non est. *Specul. tit. rest. in int. §. 1. n. 36. Ceph. cons. 160. n. 22. vol. 5.* 21

VI. Restringitur: Ut non procedat in casu, qvo mulier, vel contraria instrumenta produxerit, vel contrarium deposuerit. Indignam enim se, sua effecit contrarietate, legum benignitate. 22

Bl. l. scripturæ. n. 14. ibi Barb. in addit. C. fid. instrum. Jas. l. fin. in f. C. jur. & fact. ignor.

VII. Restringitur: Ut non procedat in his, qvæ qvidem juris positivi sunt, de jure tamen naturali participant. 23

l. 2. C. in jus voc. Plot. tract. de in lit. jur. §. 5. num. 42.

Undè si fœmina parentes in jus vocarit, venia non petita, & impetrata, ignorantia juris, id factum, qvo pœna edicti non plectatur velare non potest. 24

l. 2. ibi Dd. C. in jus voc. Menoch. de rustica loquens. tract. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 2. casu 194. n. 6. Ascan. Clem. itidem in rustica loquens. tr. pat. pot. eff. 3. n. 2.

ARTICULUS XVII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina ob minorem metum, qvàm masculus excusatur.*
2. *Justus in fœmina metus est denudatio.*

DEcimoseptimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod minor metus, eas excuset, isqve metus, qvi in constantem virum cadat, in eis non desideretur.

 gl.

gl. v. tum locum ibi Panorm. extra sponf. Abb. causam. n. 2. extra off. deleg. Abb. c. cum dilectus. n. 8. extra quod met. cauf. Abb. c. confultationi. n. 4. extra fponf. Jaf. l. fin. in fin. C. jur. & fact. ignor. Jaf. l. interpofitas. num. 4. C. transact. Rom. fing. 226. Dec. l. 2. n. 80. ff. reg. jur. Dec. l. in omnibus la. 1. n 3. ff. reg. iur. Grammat. decif. 103. num. 52 Nicol. de Milis in fuo repert. verb. metus minor. Tiraq. ll. connub. l. 9. n. 160. Abb. confil. 4. num. 4. vol. 1. Card. Parif. confil. 26. n. 64. vol. 3. argum. c. indignantur 32. qu. 6. & c. ficut dignum. el. 1. extra homicid.

Hæc conclufio ampliatur: ut denudatio (puta fi qvis fœminam, vefte exuat, eamqve nudam, domo fe in publicum extracturum minetur) fœminæ ad refcindendum actum, vel contractum fubfecutum, fit fufficiens metus. 2

Bl. l. interpofitas. num. 7. C. transact. Tiraq. ll. connub. gl. 4. n. 11.

ARTICULUS XVIII.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina facilius veniam ætatis impetrat.*
2. *Fœmina citius perficitur, & citius, qvàm mas deficit.*
3. *Fœmina potior eft, in veniæ ætatis impetratione, non folum qvoad annorum numerum, verumetiam in aliis reqvifitis.*

1 DEcimooctavò concludo: Fœminarum conditionem meliorem effe, qvod citius, qvàm mafculi, veniam ætatis impetrare poffunt.

l. 2. ibi Br. & Dd. C. his qui ven. æt. imp. Dec. d. l. fœminæ. n. 71. ff. reg. jur. Tir. ll. connub. lib. 9. num. 15. Gomez. var. ref. lib. 2. cap. 14. n. 12.

2 Nam cum fœmina citius deficiat, rationi qvoqve & naturæ confentaneum fuit, ideoqve & à legislatore approbatum, ut citius perfici videatur. *gl. 1. d. l. 2. C. his qui ven. æt. imp. Cag. d. l. fœminæ. n. 10. ff. reg. jur. Boër. in confuet. Bit. tt. ftat. perfon. §. 4. gl. 1. col. 2. & §. 10. gl. 1. Tir. ll. connub. lib. 9. n. 176.*

Hæc conclufio ampliatur: ut procedat non tantum in numero annorum: verumetiam in aliis, ad veniæ ætatis impetrationem, reqvifitis. Nam mafculus ultra id, qvod de ætate viginti annorum, edocuit, etiam de morum integritate, & probitate, probet, oportet. Cum tamen fœminæ, folum fe octo & decem annorum natam, fidem feciffe, fufficiat. 3

d. l. 2. C. his qui ven. æt. impet.

ARTICULUS XIX.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina 12. annorum, mafculus verò 14. matrimonium contrahit.*
2. *Fœmina, an apta fit, ad matrimonii contractum, nec ne, non femper ad annorum numerum præcisè eft refpiciendum,*
3. *Puer qvidam, novem annorum, nutricem fuam gravidam reddidit.*
4. *Ætas ad fponfalia contrahenda, legitima, in mafculis & fœminis eft feptennium.*

1 DEcimononò concludo: Fœminarum conditionem meliorem effe, qvod ad contrahendum matrimonium, brevius ipfis tempus, duodecim nempè annorum, mafculi verò, qvatuordecim, fit conftitutum. *Abb. c. 2. n. 5. extra defponf. impub. Gomez. var. ref. lib. 3. cap 1. n. 55. Plot. tr. de in lit. jur. § 8. n. 3. in fin. Mozzius tr. contract. Rubr. de matrim. tit. qui poff. cont. mat. n. 1. Simoncell. tr. decr. lib. 1. tit. 2. n. 23. ad f. arg. Inft. tutelis in pr. jun. ibi gl. & trad. Dd. arg. Inft. quib. mod. tut. fin. in pr. continebatur extra defponf. impub.*

2 Hæc conclufio limitatur: I. ut tamen non ubiqve tam exacta habenda fit, numeri annorum confideratio, fed in hac potius materia, ad coëundi potentiam, & num malitia ætatem fuppleat, fit refpiciendum.

argum. c. 3. extra eodem tit.

Sic de puero qvopiam novem annorum, qvi nutricem fuam, gravidam reddiderat, paffim apud noftrates fit mentio. Qvamvis id, jam marcefcente, & exhaufto mundi feculo, rariffimè, vel nunqvam contingere, crediderim. Et forfitan pueri nomine, nutrix, cujus modo meminimus abufa eft. Hujus autem meminerunt. 3

gloff. in fumma 20. qu. 1. Panorm. cap. 3 n. 3. extra defponf. impub. Panorm. cap. 1. n. 5. extra

extra del. puer. Jas. lib. 2. n. 18. ff. vulg. & pup. Jas. l. in pupillari. n. 11. ff. eod. Boër. in consuet. Bitur. tit. stat. pers. §. 10. gl. 1. Coras. miscell. jur. lib. 6. cap. 23. num. 4. Tir. ll. connub. l. 6. n. 37. Gomez. var. res. lib. 3. cap. 1. num. 59. Menoch. tr. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 1. casu 57. n. 33. Mozz. tr. contract. Rubr. de nupt. tt. qui poss. contr. sponsal. n. 4. ad finem.

4 II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat in sponsalibus. Qvoad sponsalia enim, ætas utriqve legitima, tàm Jure Civili, qvàm Canonico, est septennium.

l. in sponsalibus. la. 2. ff. spons. c. literas. c. accessit. c. ad dissolvendum. extr. desp. impub. Abb. d. c. 2. n. 5. extra eod. tit. Covarr. in epit. 4. lib. decretal. p. 1. c. 2. n. 1. Beza tr. de divor. mihi fol. 93. Mozzius tr. contract. Rubr. nupt. tit. qui poss. contrah. sponsal. num. 2.

ARTICULUS XX.

SUMMARIUM.

1. *Rector provinciæ, non potest hominis provincialis filiam, filio suo desponsare.*
2. *Rector provinciæ, filiam suam homini provinciali desponsare potest.*

1 VIgesimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi rector provinciæ, provincialis cujuspiam filiam, filio suo desponsare non possit.

l. qui in provincia. ff. tit. nupt.

2 Filiam tamen rectè, homini ex provincia nuptui collocat. *l. si quis officium in fine. ibi Bl. ff. eod. tit. Jas. l. principalibus. n. 5. ff. si cer. pet. Alc. lib. 1. de verb. signif. n. 106. Tiraq. ll. connub. l. 1. num. 45. ubi Gasp. de Valasc. idem voluisse refert.*

Eam autem ob causam id tam diversimodè videtur constitutum, qvòd timor est, ne dilatis nuptiis, aliqvod interim, muliebri facilitate, dedecus subeatur.

Alc. & Tir. in locis modo cit.

ARTICULUS XXI.

SUMMARIUM.

1. *Qvi contrahit cum alio, non debet ignorare ejus conditonem.*
2. *Fœmina non tenetur ejus, cum qvo contrahit, conditionem investigare.*
3. *Fœmina filiofamilias mutuo dans pecuniam, non tenetur Macedoniano.*

1 VIgesimoprimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi, qvi cum alio contrahit, non debet ignarus esse conditionis ejus.

l. qui cum alio. ibi Dec. & Cagn. ff. R. I. gloss. l. penult. ff. ad Maced. Præpos. c. 1. §. & quia n. 49. his qui feud. da. poss. Ronch. l. eandem in pr. num. 200. ff. duob. reis. Caball. tr. ædil. act. cap. 1. n. 23. Menoch. tr. remed. poss. recup. rem. 14. n. 22. & rem. 16. n. 29. Plot. tr. de in lit. jur. §. 8. n. 18. Stracch. tr. mercat. p. 2. n. 23.

2 Fœminam tamen ejus, qvo cum contrahit, conditionem perscrutari non oportet. *Menoch. tr. arb. jud. QQ. lib. 2. cent. 2. casu 182. n. 72. arg. l. ult. in f. ff. qui pet. tut.*

Et licet hanc limitationem ad L. qvi cum alio ff. R. I. valdè periculosam esse, & contra eam communiter teneri, velit. *Cagn. d. l. qui cum alio. n. 17. ff. R. I.*

Mihi tamen videtur, hanc & rationi, & juri optimo esse consentaneam. Negari enim non potest, qvin si fœmina, de conditione alicujus, cum qvo contrahere vellet, diligentius percontaretur, etiam apud optimum qvemqve hoc sine causa & persæpius turpi qvoq; non fieri, suspicaretur, atq; hoc pacto, matronalem honorem læderet. Igitur omninò excusanda erit fœmina, si id non fecerit, per qvod in famæ suæ detrimentum incederet, nec legem id velle dicendum erit.

arg. c. erit autem lex distinct. 4. & l. 1. in pr. ibi pessimo exemplo. ff. ad Macedon.

Ex qvo infero: Si fœmina filiofamiliàs pecuniam mutuo dederit, eam S. C. Macedoniano non teneri. 3

arg. l. si quis. ff. ad Macedon.

ARTICULUS XXII.

SUMMARIUM.

1. *Pactum de retrovendendo, inter cætera efficit, ut contractus, cui hoc pactum appositum est, conseqvatur usurarius.*
2. *Pactum de retrovendendo, per fœminam contractui adjectum, illum usurarium præsumi non facit.*
3. *Dolus in muliere non præsumitur, sed simplicitas.*

1 Vigesimosecundò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi pactum retrovenditionis, ab aliqvo, contractui appositum, inter cætera faciat, ut contractus ille, præsumatur usurarius. Ut latè perplures recensens, tradit. *Tir. V. R. p. 2. præfat.*

2 Attamen ejuscemodi pactum, à muliere, eiqve æqvipatatis personis, contractui additum, qvò magis usurarius dicatur, nihil officit. *Bl. l. cum allegas. n.* 16. C. *usur. Jas. l. si quis id quod. n.* 32. *ff. jurisd. om. jud. Jas. l. juris ignorantia. C. qui adm. Pet. Gerb. à Petras sing.* 18. *col.* 3. *Ferrat. caut.* 17. *n.* 9.

Neqve enim dolus in muliere, sed simplex mœraqve simplicitas præsumitur. 3
Bl. rubr. n. 8. *C. rer. perm. Masc. tract. probat. concl.* 1080. *n.* 17. *arg. l.* 1. *in fine. ff. edendo.*

ARTICULUS XXIII.

SUMMARIUM.

Fœmina habet electionem in divisione.

Vigesimotertiò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia indivisione, earum est electio. *text. l. un. ibi Brun. num.* 2. *Bl. num.* 4. C. *his qui se defer. lib.* 10.

Licet casum ibidem esse specialem censeat, & rectè qvidem, me judice. *Dec. d. l.* 2. *n.* 26. *ff. reg. jur.*

ARTICULUS XXIV.

SUMMARIUM.

Monachi, coguntur cedere monialibus, sibiqve novum habitandi locum eligere, si alicubi Monachi, & moniales, in eodem monasterio commorantur.

Vigesimoqvartò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse qvia si monachi, monachæqve idem monasterium inhabitare reperiuntur, per episcopum loci, monachi cedere compelluntur, moniales verò locum illum solæ retinent. *c. in nullo* 18. *quæst.* 2.

ARTICULUS XXV.

SUMMARIUM.

Filia & neptis patroni, exactionem operarum libertæ retinent., etiamsi in ejus matrimonium consenserint, qvod in filio, nepoteq; patroni secus est.

Vigesimoqvintò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia si patroni filius, vel nepos, nuptiis libertæ consenserint, exactionem operarum amittunt: sin verò filia, vel neptis ejusdem nuptiis consensum præstiterit, operarum exactionem retinent. Cum iis non minus à nupta, qvàm ab innupta præstari proterint. *l. sicut patronus. ff. op. libert.*

ARTICULUS XXVI.

SUMMARIUM.

1. *Donatio à patre, in liberos qvi in potestate sunt, collata non valet.*
2. *Donatio à matre liberis facta valet.*
3. *Donatio à matre liberis facta, nulla est, si mater per statutum sine consensu mariti, vel propinqvorum prohibetur, sese obligare.*
4. *Donatio à matre facta, non valet, si extat statutũ, ut mater liberos in potestate habeat, disponens.*

1 Vigesimosextò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi pater liberis in potestate sua constitutis, donationem facere neqveat. *l. donationes quas parentes.* C. *dona. int. vir. & uxor. Br. l. frater à fratre. n.* 57. *ibi Jas. n.* 44. *ff. condict. indeb. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. pro don. verb. ad dimittendum. n.* 2. *ibi apostill. Tiraq. ll. connub. gl.* 5. *n.* 41. *Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff.* 2. *n.* 2. *& eff.* 17. *n.* 49. *Jul. Clar.* §. *donatio. qu.* 8. *n.* 1. *Card. Paris. cons.* 16. *n.* 19. *vol.* 2.

Et hanc esse communem opinionem attestantur *Ascan. Clar. & Paris. modo cit.*

Mater tamen qvibuscunqve filiis rectè donat *Gomez. var. res. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 25. *Crav. cons.* 19. *n.* 2. *per d. l. donat. quas parentes.* 2

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, stante statuto vel consvetudine, qva fœmina sine consensu mariti, vel propinqvorum obligari prohibetur. Namqve tunc mater qvoqve donare non poterit, ut hoc in specie decidit. 3

Boer.

Boër. in consuet. Bitur. tt. consil. matrim. §. 1. gl. 1. col. 7. & 8. arg. l. si donationis. C. quod met. caus.

4 II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si statutum patem matri, qvam patri tribuerat, potestatem concederet. arg. d. l. donat. quas parentes. C. donat. int. vir. & ux.

ARTICULUS XXVII.

SUMMARIUM.

Actio de peculio duntaxat, contra filiamfamilias, commodato res data est, competit, contra filiumfamilias autem, & directa, & de peculio experitur.

VIgesimoseptimò concludo: Foeminarum conditionē meliorem esse. Namqve si filiofamilias qvicqvam fuerit commodato datum, cum eo & directa, & de peculio actio est: si filiæfamilias commodatum fuerit, de peculio tantum agitur.

l. 3. §. si filiofamilias. ff. commod.

ARTICULUS XXVIII.

SUMMARIUM.

1. *Mater non tenetur dotare filiam.*
2. *Mater dotem dans, non donare, sed repetere à patre, si dives est velle præsumitur.*
3. *Dos à matre data, filiæ in legitimam imputatur.*
4. *Mater hæretica, filiam dotare tenetur orthodoxam.*
5. *Mater non tantum dotat filiam, si hæresi infecta est, sed etiam donationem propter nuptias, pro filio dat.*
6. *Dos à matre hæretica filiæ constituitur secundum vires patrimonii sui, non verò secundum patrimonii patris, qvalitatem.*
7. *Mater dives, dotem dat in subsidium, patre inope.*
8. *Mater, ut dotet filiam, res fideicommisso subjectas distrahere potest.*
9. *Mater bona fideicommisso subjecta, ex totis titulo non alienat, si alias habet facultates.*
10. *Mater fideicommissum, minuere non potest, ob dotem dandam, si testator, expressim, nec dotis qvidem nomine, aliqvid fideicommisso detrimendi inferri vetuerit.*
11. *Contrarium.*
12. *Conciliatio contrariarum opinionum.*

1 VIgesimo octàvò concludo: Foeminarum conditionem meliorem esse, qvod mater filiam suam dotare non teneatur.

l. neq. mater ibi Sal. & Dd. C. jur. dot. Brun. auth. res quæ. n. 3. ibi Bl num. 9. & Dd. C. com. de leg. Boër. decis. 129. num. 3. Cacherr. decis. 107. n. 5. Campeg. tr. dote. qu. 22. n. 1. Bl. Novell. tr. de dote. part. 6. privil. 16. n. 3. Tir. tr. primig. qu. 61. n. 6. & qu. 69. n. 5. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 11. n. 4 Ceph. cons. 5. n. 24. vol. 1. cons. 574. n. 6. vol. 4.

2 Hæc conclusio ampliatur I. Nam etsi mater dotem daret, non tamen donare, sed repetere velle, præsumeretur, si pater dives est.

Bl. Novell. l. 1. n. 82. ff. sol. matr. Menoch. tr. arbit. jud. QQ. lib. 2. cent. 1. casu 88. n. 45. arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. pig. act.

3 II. Ampliatur: Nam si mater dotet filiam, qvam de jure dotare non tenebatur, dos in legitimam imputabitur.

Rol. à Valle consil. 44. n. 31. vol. 4. & cons. 70. num. 14. eod. vol. ubi Dec. in Ruin. idem voluisse refert. arg. l. 1. in fin. ff. donat.

4 Hæc conclusio limitatur: I. ut non procedat, si filia orthodoxa fide esset imbuta, mater verò hæresi aliqva contaminata, vel Judæa. Tunc enim ad dotandam filiam omnino tenetur.

gloss. l. neq. mater. C. ju. dot. Cacher. d. decis. 107. n. 5. Bl. Novell. d. privil. 16. n. 4. Ripa l. 1. n. 77. sol. mat. Ang. Aret. §. jus naturale. Inst. jur. nat. gen. & civ. Jas. §. fuerat. n. 115. Instit. act. Lup. rubr. §. 21. n. 5. extra donat. inter vir. & uxor. Ludov. Carer. tr. probat. concl. 727. n. 8. per text. l. cognovimus. C. hæret.

Qvod usqve adeò verum est, ut non solùm, dotem pro filia: verumetiam donationem propter nuptias, pro filio constituere mater hæretica teneatur. 5

Lup. d. §. 21. n. 5. arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Qvo tamen casu, dos & donatio propter nuptias, non secundum vires, patris patrimonii, sed secundum qvalitatem patrimonii matris destinabitur.

d. l. cognovimus. C. hæret.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si mater est dives, pater verò inops. Nam tunc dotem dare in subsidium, maternæ pietatis erit officium. 6

Br. auth. res quæ. n. 3. ibi Bl. n. 9. C. com. de leg. Alex. l. 1. n. 21. ibi Jas. n. 28. Ripa n. 78. ff. sol. mat. Alex. l. filia. n. 8. ff. ad Trebell. Sal. l. neq; mater. num. 2. C. jure dot. Jas. §. fuerat. n. 115. Instit. act. Ever. in top. in loc. ab alim. ad dot. n. 5. Lup. rubr. §. 49. n. 3. & c. per vestras notab. 3. §. 22. num. 1. extra donat. inter vir. & uxor. Campeg. tract. dot. qu. 22. n. 1. Cacherr. d. decis. 107. n. 9. Boër. d. decis. 129. n. 4. Plot. tr. de in lit. jur. §. 7. n. 25. Tiraq. tr. primig. qu. 62. n. 8. Ascan. Clem. d. eff. 11. num. 4. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 211. ubi hanc communem esse opinionem attestatur. Ceph. cons. 5. n. 63. vol. 1. cons. 191. n. 4. vol. 2. consil. 574. n. 23. vol. 4. arg. l. si quis à liberis. §. mater. ff. lib. agnosc.

8 Qvod eatenus, qvidem verum est, ut ex causa dotandæ filiæ, res fideicommisso subjecta, rectè alienetur.

Br. auth. res quæ. n. 4. ibi Jas. n. 24. C. com. de leg. Boër. d. decis. 129. n. 3. Tir. tract. primig. qu. 61. num. 4. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 211. ubi hanc communem esse opinionem attestatur arg. d. auth. res quæ.

9 Hoc autem intelligas procedere, si nullæ aliæ, matri, filiam dotanti, facultates suppetant. Nam si alia ei bona sunt, ad alienationem rerum, fideicommisso subjectarum, non pervenitur.

Alex. l. filia. n. 10. ff. ad Trebell. Jas. l. filiusfam. §. divi lect. 1. n. 59. ff. leg. 1. Lup. rubr. §. 14. n. 1. extra donat. int. vir. & ux. Boër. d. decis. 129. n. 3. Tir. d. q. 62. n. 10. per text. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.

III. Hæc conclusio limitatur: Non procedere eo casu, cum fideicommittens, expressim qvoqve ne dotis causa fideicommissum distrahatur, vetuerit. Tunc enim huic testatoris voluntati obsecundandum est. 10

Lup. d. rubr. §. 16. n. 11. Jas. l. filiusfam. §. divi. n. 59. ff. leg. 1. ubi hanc communem opinionem esse attestatur. Boër. d. dec. 129. n. 4. Vivius d. opin. 211. Alex. cons. 56. n. 3. vol. 1. arg. §. sanctissimas. auth. alien. & emphyt.

Licet contrarium, nihil hanc prohibitionem testatoris posse, volens, teneat. 11

Jas. auth. res quæ. num. 24. & 32. vers. 10. & limit. 13. C. com. de leg.

Eam ob causam: qvia testator ad id est obligatus. Et certum est: qvod in alicujus potestate, situm esse non debeat, obligationem, qva tenetur, tollere.

l. sicut. C. act. & obl.

Verum si apprimè has contrarietates appensaveris, reperies, distinctione, facilè sopiri posse controversiam. Intelligendo enim communem opinionem, in prohibitione extranei, qvi ad dotandum non erat obligatus, locum habere, alteram verò, in prohibitione patris veram esse, nulla reliqva erit discordantia, & Jasonis demolietur fundamentum. 12

ARTICULUS XXIX.

SUMMARIUM.

1. *Mater non nisi ad triennium usqve liberos alere tenetur.*
2. *Mater nobilis, cui dedecus esset infantem, proprio sangvine lactare, etiam intra triennium esset excusata.*
3. *Contrarium.*
4. *Fœminæ, natura, ut partus ederent, sunt progenitæ, Ergo etiam ut lactarent.*
5. *Fœminæ, non solum concipere, verumetiam qvod conceptum est tueri debent, idq; non, nisi lactando, perficitur.*
6. *Mater etiam intra triennium, ab alendo puerum, est excusata, si adeò est paupercula, ut alienos liberos lactando, victum qværere, necessè habeat, pater vero infantis, dives sit.*
7. *Infans cum matre, si triennio sit minor, invito etiam patre, commoratur, & alimenta nihilominus à patre peti possunt.*
8. *Mater liberis vulgo qvæsitis omni tempore, alimenta suppeditare cogitur.*
9. *Mater liberos alere tenetur, si ejus culpa divortium contigerit.*
10. *Matris erit, liberorum educationem, alimenta qvod attinet, suscipere, si opulenta sit, pater verò & liberi, unde se alant, alias non habeant.*

1 Vigesimononò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvod mater usqve ad triennium duntaxat, liberos alere teneatur.

gl. l. alimenta. ibi Br. n. 1. Bl. num. 2. Paul. de Castr. n. 3. Salic. num. 4. & Dd. C. neg. gest. gloss. l. 1. verb. ex tempore. ff. ubi pup. educ. deb. gl. l. 3. C. alend. lib. gl. fin. c. cum haberet extra eo qui duxit in matrim. quam poll. per adul. Br. tr. alim. num. 13. Br. l. si quis. §. si mater. num. 1. ff. lib. agn. Br. l. 2. & ibi Alexand. in addit. C. pat. pot. Abb. cap. 2. num. 4. extra convers. in fidel. Bald. de Bartolinis lib. 1. num. 142. ff. sol. matrim.

Ang.

Ang. Aret. §. jus naturale. n.6. Instit. jur. nat. gent. & civil. Amanell. de Clar. aq. sing. Pract. Pap. for. lib. quo ag. pro leg. rei sing. verb. coram vobis. n.129. Lup. c. per vestras notab. 2. §. 23. n.8. extra donat. int. vir. & uxor. Cacherran. decis. 46. num. 10. Burs. consil. 83. n. 12. vol. 1. arg. l. nec filium. C. pat. pot.

2 Hæc conclusio ampliatur I. Nam si mater sit nobilis, cui secudum consvetudinem regionum, infantem lactare vitio daretur omni tempore esset excusata.

Azo in summa in fine. C. pat. pot. Br. tr. alim. n.13. Alex. in add. ad Br. d. l. 2. C. pat. pot. Castr. d. l. alimenta. n.3. C. neg. gest. Fel. c. illud n. 11. extra præsumt. Aret. d. §. jus naturale. n.6. Lup. d. notab. 2. §. 23. num. 8. Rol. à Valle consil. 54. n. 80. vol. 2. & cons. 14. num. 52. vol. 3. argum. l. Nepos Proculo. ff. verb. sign.

3 Qvam tamen ampliationem, ego minimè admittendam censuerim. Tum qvia natura mulieres progenuit, ut partus ederent. *l. 2. §. cum enim C. ind. vid. toll. Tir. ll. connub. l. 6. n. 21.*

4 Ergo etiam ut, qvod editum est lactarent. *arg. l. 3. §. qui habet. ff. ser. rust. præd.*

5 Tum qvia natura voluit, qvinimò, tanqvam præcipuum fœminis munus assignavit, eas non solùm concipere, verumetiam qvod conceptum est tueri & conservare, qvod tamen sine lactis instillatione, natura fieri haud voluit.

l. quæritur. §. 1. ff. ædil. ed.

Atqve hanc ampliationem, latissimè, atqve optimis rationibus, & fundamentis improbat. *Tir. tr. nobil. cap. 20. n. 80. cum omnibus seqq. usq; ad n. 94. exclusivè.*

Uti qvoqve displicet.

Baldo de Barthol. d. l. 1. n. 142. ff. sol. mat. ubi hanc consuetudinem corruptelam, & contra naturalem rationem esse dicit.

6 II. Ampliatur. Nam si mater adeò sit paupercula, ut alienos infantes lactando, victum qværere, rei familiaris angustia, pressa, cogatur, pater verò è diverso opulentus (ut in pedisseqvis, devirginatis, toto die evenit) ut eo casu, tota educandi pueri cura, etiamsi anniculus, vel bimulus esset, ad patrem spectabit.

Br. l. si quid. §. si mater. n. 1. ff. lib. agn. Castr. d. l. alimenta. n. 3. C. neg. gest. arg. l. 1. §. 1. & l. si quis. §. si vel parens. ff. lib. agnosc.

III. Ampliatur: Potest enim mater invito patre, infantem triennio minorem, secum retinere, & alimenta nihilominus à patre petere. 7

Alex. l. alimenta. n. 5. C. neg. gest. Ant. Gab. Rom. tr. regul. (loquens de Spurio) lib. 6. tit. de alim. conclus. 1. n. 20. ubi Grammat. ante se, idipsum voluisse refert. arg. l. 1 jun. gl. verb. ex justissima. ff. lib. exhib.

Hæc conclusio limitatur I. in infante vulgo qvæsito. Huic enim mater alimenta, etiamsi se repetituram protestaretur, suppeditare tenetur. 8

Masc. tr. probat. conclus. 727. n. 7. vol. 2. arg. l. si quis à liberis. ff. lib agnosc.

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si divortium culpa uxoris contigerit. Tunc enim liberis qvoq; suis, de alimentis prospiciet. 9

Castr. d. l. alimenta. n. 3. ibi Alex. n. 6. C. neg. gest. text. auth. si pater. C. divort. fact.

III. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat, si nec pater, nec liberi unde se alerent haberent, mater verò ad id muneris obeundum, sat esset dives. Tunc enim etiam post triennium emensum, infantem alere matris erit. 10

Coras. l. qui liberos. n. 153. ff. rit. nupt. Everar. in top. in loc. ab alim. ad dot. n. 5. Amanell. de clar. aq. sing. 1. Mascard. tract. probat. d. conclus. 727. num. 9. arg. l. pen. ff. lib. agnosc. & §. illud auth. ut lic. mat. & au. & tradidêre alii, quos in præcedenti articulo adduximus.

ARTICULUS XXX.

SUMMARIUM.

1. *Lex hac consultiss. §. ex imperfecto, non habet locum in patre, inter liberos naturales testante.*
2. *Mater, liberos naturales tantum, coram duobus testibus, hæredes rectè facit.*
3. *Differentia nulla constituenda est, inter naturales & legitimos simul, & naturales tantum respectu matris.*
4. *Mater, cum naturales tantum instituit, etiam fœminas duas, téstes adhibere potest.*
5. *Mater illustris filios naturales tantum non habet successores.*

Trige-

1 TRigesimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi dispositio L. hac consultiss. §. ex imperfecto C. testam. respectu patris inter liberos naturales tantum, testantis locum non habeat.

Bl. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 7. ibi Jas. n. 4. vers. secundò limita. C. testam. Bl. l. si qua illustris. n. 7. C. ad S. C. Orfic. Bl. l. fin. n. 2. 3. & 4. C. fam. erc. Ascan. Clem. tr. pat. pot. cap. 5. n. 41. ubi Dec. & Rubeum in id citat. Clar. recept. sentent. §. testamentum. qu. 12. n. 1. ubi communem opinionem attestatur.

Licet contrarium teneat.

Spec. tit. instr. edit. §. compendiosè. n. 32.

2 Mater tamen filios suos naturales, coram duobus testibus, rectè hæredes & scribit, & dicit.

Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. n. 45. ff. ad Trebell. Jas. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 4. ibi Marc. Ant. Natta n. 74. ubi hanc communem attestatur, licet ipse contrarium teneat. C. testam. Boër. decis. 240. n. 12. Clar. d. qu. 12. n. 2. ubi Guil. Bened. & Pic. id tenentes allegat. Ascan. Clem. tr. pat. pot. cap. 5. n. 41.

Et hanc esse communem opinionem atteſtantur

Alex. Boër. Natta, Clar. Ascan. modo citati.

Ratio est, qvia in naturalibus tantum, 3
& legitimos naturalesq; simul, nulla, qvoad matrem constituenda est differentia.

arg. l. hos accusare. §. omnibus. ff. accusat.

Hæc conclusio ampliatur: ut hoc 4
casu, duas fœminas testes adhibuisse sufficiat, exemplo ejus. qvod superius de patre inter liberos imperfectum testamentum, conscribente affirmavimus. Et satis patet ex traditis.

Bl. d. l. si qua illustris. n. 7. vers. quæstio fuit de facto. C. ad S. C. Orfic.

Limitatur autem: Ut non procedat 5
in matre illustri. Hujus enim liberi naturales, non sunt successores. *Clar. d. qu. 12. n. 2. arg. l. si qua illustris. C. ad Orfic.*

ARTICULUS XXXI.

SUMMARIUM.

1. *Fœmina citius qvàm mas, nimirum duodecimo ætatis anno, cum mas demum qvarto decimo anno, testetur, testamentum conficit.*

1 TRigesimoprimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia citius fœmina, nimirum duodecimo, masculus verò qvarto demum decimo completo, testari poterit.

l. qua ætate. ibi Bl. n. 1. Raph. Cum. n. 1. Joh. de Imola. n. 1. & Dd. ff. testam. Dec. d. lib. 2. n. 7. ff. Reg. jur. Alc. tract. præsumt. reg. 1. præsumt. 47. num. 3. Gomez. var. res. lib. 3. c. 1. n. 55. Ceph. cons. 256. n. 49. vol. 2.

Rationem esse volunt, qvod mulier celetiori, præ masculo sagacitate sit prædita.

gl. d. l. qua ætate quàm ibi sequuntur. Br. Bl. & Dd. ff. testam. Alc. d. præsumt. 47. n. 3.

Hæc conclusio ampliatur: ut 2
idem qvoqve juris sit, qvoad codicillos.

Gomez. d. cap. 1. num. 55. argum. c. cui licet de R. I. lib. 6.

ARTICULUS XXXII.

SUMMARIUM.

1. *Pater liberos suos sub conditione casuali, vel mixta instituens, jure non testatur.*
2. *Mater liberos suos, sub conditione casuali, vel mixta instituere potest.*
3. *Mater etiam hodiè sub casuali, vel mixta conditione liberos, hæredes facere potest.*

1 TRigesimo-secundò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse. Nam etsi pater, filium, qvem in potestate habet, sub conditione casuali vel mixta instituens, jure non testetur.

l. si pater. C. instit. & subst. Grass. recept. sent. §. suitas. qu. 7. n. 3.

2 Mater tamen liberos suos, qvandoqvidem eos in potestate non habet, sub iisdem conditionum speciebus, rectè instituit.

l. si mater. ibi Br. n. 1. Bl. Jas. n. 4. & Dd. ff. vulg. Br. Bl. Alex. Jas. & Dd. d. l. si pater. C. instit. & subst.

Hæc conclusio ampliatur: ut 3
etiamnum vera sit, & leges idipsum volentes, qvoad matrem hodiè non sint correctæ. *Alex. l. si pater. n. 15. ibi Jas. n. 13. & n. 20. C. inst. & subst. Jas. l. si mater. n. 4. ff. vulg. & pupill.*

Licet contrarium tenere videatur.*

Joh. de Imola d. l. si mater. n. 2. in fin. ff. vulg.

ARTI-

ARTICULUS XXXIII.

SUMMARIUM.

1. *Mater non habet necesse, expressim instituere vel exhæredare.*
2. *Matris præteritio, pro exhæredatione est.*
3. *Uterq; parens hodiè, necesse habet, vel instituere vel exhæredare.*

1 Trigesimotertiò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse: qvod fœmina expressim, instituere, vel exhæredere, non habet necesse, sed liberos silentio præteriisse sufficiat.

l. filiam. C. inoff. testam. Gomez. var. resol. lib.1. cap.11. n.35.

2 Matris enim silentium, qvoad liberos, pro exhæredatione est. §. *mater inst. exhæred. lib. Br. l.3. n.1.* C. *inoff. testam. Joh. de Imola. l. si mater. n.2. ff. vulg. Jas. l. si mater. n.4. ff. vulg. Gomez. d. c.11. n.31. & 35. Vasq. d. l. filiam. n.1.* C. *inoff. testam.*

3 Hæc conclusio ampliatur: ut non procedat, de jure novissimo. Hodiè enim omni, utriusqve sexus parenti, incumbit liberos, vel expressim instituere, vel exhæredare, & qvidem causa, ex qvatuordecim, vel hisce similibus adjecta, nisi viam, qva testamentum suum reddatur nullum, eligere maluerit.

§. *illud quoq; auth. ut cum de appell. cogn. Dd. communiter. d. l. filiam. ibi Vasq. n. 2.* C. *inoff. testam. Br. auth. ex causa num.12. ibi Jas. n.18.* C. *lib. præter. Alex. l. in suis. n.12. ibi Jas. n.65. ff. lib. & posth. Jas. l. posthumo nato. num.18.* C. *bon. poss. cont. tab. Jas. l. si mater. n. 5. ff. vulg. & pupill. Vivius com. opin. lib. 1. opin. 127. Vasq. de success. progr. §. 18. num. 9. Grassus recep. sentent. §. testamentum. qu.35. n.2.*

Et hanc esse receptissimam, & communem opinionem attestantur.

Vasq. & Grass. modo cit.

ARTICULUS XXXIV.

SUMMARIUM.

1. *Testamentum matris sustinetur, qvæ duos habens filios, eos hæredes scribit, & post testamentum confectum, tertium suscipiens, in puerperio, anteqvam testamentum mutare potuit, decedit.*
2. *Patris testamentum, qvi posthumum, post conditum testamentum natum, præteriit, nullum est.*
3. *Matris testamentum, qvæ talem posthumum præteriit, valet etiamsi toto, dum fœtum gestaret tempore, illud immutare potuisset.*
4. *Filius, qvem testatrix habere se ignorabat, favore ultimarum voluntatum institutus censetur, ut testamentum in suo robore persistat.*
5. *Qvod verum est, si præteritus sit impubes: aliud erit, si pubes, vel pubertati proximus.*
6. *Hæres, ut tacitæ institutionis qvam lex inducit, petitionem hæreditatis, & condictionem ex L. fin. C. & D. Had. toll. habet.*
7. *Posthumus ex tacita institutione veniens, semper suam habebit portionem, sive liberi, ex æqvalibus, sive ex inæqvalibus partibus sint instituti.*
8. *Testamentum matris nullum est, si mater, dum testamentum conscriberet, gravidam se esse compertum haberet.*
9. *Testamentum matris, ex tacita institutione non subsistit, si extranei, & non liberi sunt instituti.*
10. *Testamentum matris, ob tacitam institutionem nihilomagis sustinetur, sed in totum corruit, qvando in eo, cum liberis, extranei sunt instituti.*
11. *Fundamento destructo, qvicqvid superius ædificatum est, corruet.*
12. *Testamentum ex capite tacitæ institutionis non convalidatur, si mater post natum posthumum, diu fuit superstes.*
13. *Testamentum matris ex tac. inst. nullum nanciscitur fulcimentum, si testatricem illud constare noluisse, liqvidò doceretur.*

1 Trigesimoqvartò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia si mater, duos habens filios, testamentum condiderit, eosqve testamento hæredes fecerit, postea verò testamento legitimè confecto, tertium susceperit, inq; puerperio, vita excesserit, casus repentini iniqvitas per maternæ pietatis conjecturam, emendabitur, testamentumqve taliter conscriptum sustinebitur.

l.3. ibi Br. Bl. Sal. Paul. Jas. Vasq. & Dd. C. *inoff. testam. Mant. tr. conject. ult. volunt. lib.4. tit.2. n.5.*

Cum tamen patris testamentum, posthumo tali præterito, etiamsi mutandi illud, spacium non suppetiisset, minimè suas vires retineret. 2

gl. l. uxorem. ff. manum. test. Paul. de Castr. d. l.3. n.3. ibi Jas. n.6. Vasq. n.11. C. *inoff. testam. Gomez. var. res. lib.6. cap.5. n.24. vers.*

verſ. 4. arg. l. militis codicillis. §. miles in ſupremis. ff. milit. teſt.

3 Hæc concluſio ampliatur: I. ut procedat, etiamſi toto tempore dum uterum gereret teſtamentum illud mutare potuiſſet. Probabiliter enim ignorabat, qvòd in puerperio, ſupremum clauſura eſſet diem, qvosqve editura eſſet, fœmellamne an maſculum, an ſimul utrumqve.

Dd. d. l. 3. per ill. text. C. inoff. teſtam. Gomez. d. cap. 5. n. 24. arg. l. de precio. ff. publ. in rem act.

4 II. Hæc concluſio ampliatur: ut procedat non tantum in filio, adhuc non nato, verùm etiam in eo qvi natus eſt, ſed teſtatrix, ſe habere ignorabat, puta, qvòd falſo rumore ſuboito, obiiſſe eum crediderat. Nam & talis, favore teſtamenti, inſtitutus videtur.

gl. 1. l. cum mater. ff. inoff. teſt. Paul. de Caſtr. d. lib. 3. num. 4. ibi Jaſ. n. 6. C. eodem tit. Paul. de Caſtr. l. ſicut certi. n. 7. C. teſtam. milit. Paul. de Caſtr. l. commodiſſimè. n. 6. ff. lib. & poſth. Alex. l. Titius in fine principii, ibi Jaſ. num. 19. ff. eodem tit. Gomez. d. cap. 5. n. 24. verſ. & in expreſſo ubi Fulg. idem voluiſſe atteſtatur Mant. tr. conject. ult. vol. lib. 4. tit. 2. per totum. arg. d. l. cum mater. ff. off. teſtam.

5 Qvod intellige, ſi præteritus ſit impubes, ſecus verò, ſi pubes, vel pubertati proximus. Nam cum hoc caſu, ingratitudinis cauſam committere potuiſſet, illo verò nō ſi reperitur præteritus, pro eo erit, ſecundum iſta jura, ac ſi expreſſim, eſſet exhæredatus. Atqve hac ratione opiniones contrarias conciliare, ſatis tamen trepidè nititur. *Vaſq. d. l. 3. n. 10. C. inoff. teſt.*

6 III. Hæc concluſio ampliatur: ut poſthumus ex tacita inſtitutione veniens, non minus, ac ſi expreſſim ſcriptus eſſet hæres, petitione hæreditatis, & condictione ex L. fin. C. ed. D. Hadr. toll. experiri poſſit.

Bl. d. lib. 3. n. 6. & 7. ibi Vaſq. n. 22. C. inoff. teſt. Alex. l. fin. n. 11. ibi Jaſ. n. 23. C. ed. D. Hadr. toll. Tir. tract. le mort. p. 2. declarat. 7. n. 14. Gomez. d. cap. 5. n. 24. verſ. tertiò intellige Menoch. tract. rem. poſſ. ad remed. 4. n. 88.

7 IV. Ampliatur: Ut procedat, ſive liberi inſtituti, æqvaliter ſint inſtituti, ſive ex inæqvalibus partibus, ſemper enim hic poſthumus, ex tacita inſtitutione veniens, virilem ſuam habebit partem.

gloſſ. & communis opinio. l. 3. C. inoff. teſtam. Gomez. d. c. 5. num. 24. verſ. ſecundò intellige.

Hæc concluſio limitatur I. ut non procedat, ſi tempore conditi teſtamenti, gravidam ſe eſſe, mater cognitum haberet. Tunc enim non valet, qvod conditum eſt teſtamentum. 8

Gomez. d. cap. 5. n. 24. verſ. ex quo deducitur per d. l. 3. C. inoff. teſtam.

II. Hæc concluſio limitatur: ut non procedat, ſi in tali teſtamento, in qvo poſthumum præteritum inſtitutum, lex fingit, extranei, non verò liberi eſſent inſtituti. 9

d. l. 3. ibi Jaſ. num. 5. Vaſq. num. 15. C. inoff. teſtam.

III. Hæc concluſio limitatur: ut non procedat, ſiqvidem liberi, à matre fuerint inſtituti, non tamen ſoli, ſed unà cum eis extranei. Tunc enim per nativitatem poſthumi, in totum teſtamentum rumpitur. *Sal. Fulg. Caſtr. Jaſ. Ripa & Vaſq. d. l. 3. per ill. text. C. inoff. teſtam.* 10

Fundatur enim iſta lex, ſuper materna pietate. Qvam ceſſare, matre, filios, portione hæreditatis ſuæ deprædante, atqve hac extraneos afficiente, omninò dicendum eſt. Undè eo fundamento deſtructo, qvicqvid ſuperius ædificatum eſt, corruet, conſeqventerqve legis noſtræ præſumtio, locum non habebit.

arg. l. adigere. §. quamvis. ff. ju. patr.

IV. Hæc concluſio limitatur: ut non procedat, ſi mater diu, poſt poſthumum editum, fuiſſet ſuperſtes, ut, ſi voluiſſet, teſtamentum formæ decenti, donare potuiſſet. 11

Bl. d. lib. 3. n. 1. C. inoff. teſtam.

V. Hæc concluſio limitatur: Si contra hanc juris præſumtionem liqvida afferretur, in contrarium probatio, matrem nempè, hunc poſthummum inſtitutum noluiſſe. Tunc enim non ſuſtinetur, qvod factum eſt teſtamentum. 12

Br. d. lib. 3. n. 5. ibi Bl. num. 4. C. inoff. teſtam. Menoch. tract. remed. poſſ. adip. remed. 4. n. 88. arg. l. continuus. §. cum ita. ff. verb. obligat.

ARTI-

ARTICULUS XXXV.

SUMMARIUM.

1. *Naturales tantum, non succedunt patribus, imò nec legitimam ab eis sperare debent.*
2. *Naturales tantum, matrum suorum legitimi sunt successores.*
3. *Vulgo qvæsiti etiam matribus, hæredes sunt.*
4. *Naturales tantum succedunt, unà cum legitimis & naturalibus simul.*
5. *Mater succedit liberis naturalibus tantum etiam vulgo qvæsitis.*
6. *Differentia non est constituenda, inter legitimos & illegitimos, matris intuitu.*
7. *Naturales tantum, non succedunt matri illustri.*
8. *Nati ex damnato, & nefario coitu, matribus non succedunt.*
9. *Alimenta liberis, ex nefario coitu procreatis, Jure Canonico relinqvi possunt.*

1 TRigesimoqvintò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse: Nam etsi liberi naturales, patribus non succedant, imò nec legitimam qvidem, etsi velint, patres eis relinqvere possint.
*juxta distinct. auth. licet C. natural. lib. Vasq. ill. controv. c.*102. *n.*8.

2 Matribus tamen naturalibus tantum, eos hæredes fore, indubitati juris est.
§. *novissimè. ibi Ang. n.*7. *Inst. de S. C. Orfic. Asc. Clem. tr pat. pot. c.*5. *n.*40.

3 Hæc conclusio ampliatur I. ut procedat, non tantum in iis, qvi nati sunt ex muliere soluta, in schemate concubina retenta: verumetiam in iis, qvos vulgò qvæsitos dicimus. *d.* §. *novissimè. ibi Ang. n.*1. *& Dd. Inst. de Orfic.*

4 II. Ampliatur: Ut procedat non tantum deficientibus liberis legitimis, verumetiam extantibus. Hoc qvidem, si ex concubina nati sint.
l. penult. C. eod. tit. gl. Ang. & Dd. d. §. *novissimè. Vivius com. opin. lib.*1. *opin.*137. *ad fin. ubi hanc communem fatetur. Vasq. ill. contr. c.*102. *n.*18. *ubi hanc itidem communem opin. esse attestatur.*

5 III. Ampliatur: Qvemadmodum enim filii naturales tantum matribus succedunt: ita è diverso matres naturales tantum hæreditatem capiunt, id generis filiorum. *Guilh. de Ludo sing.*148. *per l. si spurius ff. un. cogn.* §. *fin. Inst. ad Tertull.*

IV. Ampliatur: Ut inter legitimos & illegitimos matrum respectu, nulla sit inducenda differentia. 6
Syl. Ald. d. §. *novissimè. Inst. de Orfic. Ascan. Clem. tr. pat. pot. c.*5. *n.*41.

Hæc conclusio limitatur I. ut non procedat, si mater illustri sit stemmate oriunda. Huic enim tales liberi non erunt hæredes. *l. si qua illustris. C. eod. tit. gl.* §. *fin. Inst. de S. C. Tertull. gloss.* §. *novissimè. ibi Ang. n.*13. *Inst. de S. C. Orfic. Tir. V. R p.*1. §.11. *gloss.* 1. *n.*13. *Ascan. Clem. tr. pat. pot. cap.*5. *n.*43. 7

II. Hæc conclusio limitatur: ut non procedat in natis, nefario & incesto coitu. Hi enim tàm patris, qvàm matris, & reliqvorum respectu, sunt insuccessibiles. Nec distingvendum, an generis splendore, mater fulgeat, nec ne. 8
Didac. Covarr. in epit. 4. *lib. decret. p.* 2. *c.* 8. §.5. *n.*15. *Ceph. consil.*277. *n.*9. *vol.* 2. *text. in auth. ex complexu. C. incest. nupt. & est communis opinio.*

Intellige sanè dummodò alimentis non priventur, qvod benignitate canonum est introductum. 9
text. c. cum haberet in fin. extra eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Pirrh. in consuet. Aurel. tt. de success. cap. 6. *Lup. c. per vestras notab.* 3. §. 10. *num.* 14. *extra donat. int. vir. & ux. Covar. d. part.* 2. *c.*8. §.6. *n.*1.

ARTICULUS XXXVI.

SUMMARIUM.

1. *Legatum in dubio, potius monasterio monialium, qvàm monachorum, censetur relictum.*
2. *Legatum monasterio, in dubio cum hæremus, potius monachis censetur relictum, qvàm monialibus, si testator, inter Monachos habet propinqvum, dignitatem inter eos habentem.*

1 TRigesimo-sextò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia si legatur monasterio, & cui legatum sit ignoretur, potius monialibus, qvàm Monachis, legatum censeri deberi, juris est.
*Bl. hic n.*5. *Bl. l. cum multa lect.*1. *n.*9. *C. donat. ante nupt. Dec. d. l.*2. *n.*77. *ff. reg. jur. Neviz. Syl. nupt. lib.*6. *num.*47. *ad finem. vers. item quia potius. Menoch. tr. remed. poss. adip. remed.*4. *n.*788. *arg.* §. *si quis in nomine auth. Eccles. tit.*

Qvam conclusionem ego limitarem, ut non procedat, qvoties in monasterio monachorũ, degeret consangvineus qvispiam testatoris, tantoq; magis, si ille ipse consangvineus, vel Abbas esset, vel prioratu, illius monasterii fungeretur. Tunc enim consangvinitatis intuitu, legatum factum, esset verisimile. *arg. l. Aurelius §. Titius el. 2. ff. lib. leg.*

ARTICULUS XXXVII.

SUMMARIUM.

1. *Bonorum possessio contra tabulas, contra testamentum matris non datur.*
2. *Bonorum possessio contra tabulas non datur exhæredatis.*
3. *Hodiè bonorum possessio contra tabulas, contra testamentum matris indulgetur.*
4. *Contrarium.*

1 TRigesimo-septimò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse, qvia contra illarum testamentum, contra tabulas bonorum possessio (qvæ antiqvitus contra lignum appellabatur. *Cujac. obs. lib. 11. cap. 14.*

Non competit *l. illud. §. ad testamenta. ibi Brun. ff. bon. poss. cont. tab. Ang. Aret. §. eadem. n. 7. Inst. hæred. qua ab int. defer. Gom. var. res. lib. 1. c. 11. n. 35. Vasq. de success. resolut. lib. 1 §. 10. n. 40. Grass. recept. sent. §. bonorum possessio. qu. 26. n. 1.*

2 Ratio est: qvia exhæredatis bonorum possessio, contra tabulas non datur. *l. 1. ff. eodem tit.*

Matris autem præteritio, pro exhæredatione est. *ut superius diximus.*

3 Hæc conclusio limitatur: Ut jure hodierno, aliud sit, liberisq; contra matris testamentum, jus contratabulandi sit tributum.

Jasp. l. posthumo nato. n. 18. C. bon. poss. cont. tab. ibi Ang. Flor. & Rom. idipsum tenuisse refert. Alex cons. 89. n. 6. vol. 2.

Et esse communem opinionem attestatur *Vasq. l. filiam n. 3. C. inoff. testam.*

Licet contrarium teneat 4

Alex. d. l. posthumo. n. 10. C. bon. poss. cont. tab. Alex. Rubr. n. 1. C. un. lib. Alex. l. in suis. n. 13 ff. lib. & posth. Vasq. d. l. filiam. n. 2. C. inoff. testam. Vasq. de success. resol. § 15. n. 14. Grassus d. qu. 26. n. 1. qui Cagnolum, hujus opinionis sectatorem laudat.

Et hanc opinionem veriorem & receptiorem dicunt *Vasq. & Grass. modo citati.*

Egoq; huic posteriori opinioni, & consulendo & judicando, omninò inhærendum censeo. *per text. l. præcipimus. C. appellat.*

ARTICULUS XXXVIII.

SUMMARIUM.

1. *Bonorum possessio unde liberi, non datur, contra ultimum matris eulogium, Qvod etiamnum verum est ex receptiori. n. 2.*
3. *Bonorum possessio Carboniana contra matris testamentum non habet.*

1 TRigesimooctavò concludo: Fœminarum conditionem meliorem esse: qvia earum testamentis, bonorum possessione unde liberi, nil negocii facessitur. *gl. rubr. ibi Alex. n 1. C. un. lib. Vasq. d. l. filiam n. 4. C. inoff. testam. per l. f. C. suis & legit.*

Et licet hanc similiter hodiè competere contendat *Jas. d. l. posth. nato. n. 21. C. bon. poss. cont. tab.*

2 Tamen ejus opinio, crebriori calculo reprobatur, nec ullo satis firmo fundamento nititur, ut est videri per *Vasq. d. l. filiam. n. 4. C. inoff. test. & d. §. 15. n. 15.*

3 Hæc conclusio ampliatur: ut idem qvoq; juris sit, qvoad bonorum possessionem ex Carboniano edicto. Nam & illa, etiam hodie, ineptè, adversus matrum, reliqvorumq; per lineam maternam ascendentium, testamenta proponitur. *Vasq. d. l. filiam. n. 5. C. inoff. testam.*

Atqve his Lector benevole, supremam, huic legis nostræ repetitioni, manum imponemus. Sed te prius admonitum volumus, huc omnia dotium privilegia referri potuisse. At cum videremus, istam materiam à multis qvidẽ tractatam, peculiarem tamen adhuc examinationem reqvirere, adhæc animadverteremus, hanc repetitionem mole sua, amplius, qvàm in initio credebamus excrevisse, dotium, his inserere privilegia, supersedimus. Tu interim hac nostra utitor fruitor opella. Qvod si candorem tuum perspexerimus, plura, & qvidem propediem nos daturos pollicemur.

(o)

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMUS, IN QVO, M. MEMBRUM, A. ARTICULUM, N. NUMERUM MARGINALEM, P. SECUNDAM PARTEM PRINCIPALEM DENOTAT.

Docto-

E.

F.

Fœmi-

 Foemi-

Foemi-

Foemi-

Jus

Mari-

N.

P.

Q. Qva-

Q.

R.

S.

T.

Tutor

FINIS.



PARAGRAPHI SOLUTA POTESTAS, TRACTATUS DE REGALIBUS,

PARS PRIOR,

In qua, quid Princeps ratione legum, contractuum, & ultimarum voluntatum, præ aliis jure possit, accuratissimè tractatur.

AUTORE

FRIDERICO PRUCKMAN, V. J. D.

Fortuna novo, & invicto, redivivæ virtutis conatu redimenda.



LIPSIÆ,
Apud GROSSIANOS.

Martisburgi Typis CASPARI FORBERGERI, Typogr. Ducal.
ANNO M DC LXXII.



AD VIRUM MAGNIFICUM ET AMPLISSIMUM.

DOMINUM NICOLAUM CRELLIUM,

U. J. D. & Electoratus Saxoniæ &c. Cancellarium meritissimum & dignissimum, &c. Dominum & Mecœnatem perpetua observantia colendum, &c.

FRIDERICI BRUCKMANNI, J. U. D.

clientis addictiss:

PRÆFATIO,



SI ipsa Salus, alicui divinitùs opitulari cupit Reipub. Electoratus Saxoniæ, Cancellarie Magnifice, Mecœnas exoptatissime, huic virgula quasi divina, Cancellarium omnibus numeris optimum, suppeditare, sapientissimus Hebræus Siracides, haud abs re, mihi dixisse videtur.

Etenim ecquis non videt, à viro omnibus ómnium artium, atque disciplinarum præceptis instructissimo, atque munitissimo, virtutum concursu exornatissimo, reliquisque naturæ, & fortunæ bonis, minimè indigo, (hæc enim omnia, ad optimum Cancellarium constituendum desiderantur) maximam Reipub. felicitatem, sperandam, expectandamque esse?

Nam si in Religione exortum fuerit dissidium, præstò est Cancellarius, adhibitoque Lydio lapide, ut pura puta instituatur, aut instauretur potiùs Religio, nec in utrumque latus (ut cum Elia Propheta loquamur) claudicet populus, salubri suo consilio efficit. Si belli sese ostenderint tempestates, adest Cancellarius, & ne pax florentissima detrimentum capiat, prudentissimo suo consilio omnia moderatur. Sin verò aureæ pacis tempore, quicquam Reipub. utile, constituendum, sanciendumque fuerit, humanitate, lenitateque sua, qua non solùm procerum, sed & inferiorum ordinum pectora, devincta, obstrictaque tenet, ut facilè annuant, quas suadet, legibus (has enim sæpiusculè jam, publicè utiles esse experti fuerant) præstat. Oppressos, & calamitate conflictos, serenâ fronte excipit, causam dicentes benignè audit, consolando, opemque suam pollicendo, in spem melioris fortunæ erigit. Viduæ, orphanique ad eum, ceu juris asylum, confugiunt, aque potentiorum libidine asseruntur. Et, ut multa paucis complectamur, nunquam non tempestiva sunt ejuscemodi viri consilia, & actiones.

Ceu summum itaque Reipub. bonum, amplectendus est tantus vir, qui non solùm eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed antiquitatis etiam memoriam, virtute superat. Qua-

Quapropter congratulandum meritò est Illustrissimo, potentissimoque Heroi, ac Domino, Domino CHRISTIANO, Electori Saxoniæ, &c. Domino meo Clementissimo, vero Germanorum Principum flori, qui cùm sine ministris, suum sese non regere posse Imperium videret (nullus enim unquam fuit Princeps, nec esse quidem potest, qui omnibus Imperii sui muneribus obeundis, solus sufficeret) te, secundum à se constituerit.

Congratulandum est Misniæ, totique Saxoniæ Electoratui, qui quicquid hodie boni habet, (habet verò religionem, pacem, reliquaque, quæ illas ceu pedissequæ, sequi solent bona) cum primis DEO optimo, Maximo, Principique suo CHRISTIANO &c. tuis deinde consiliis, maxima ex parte, & jure optimo referat acceptum.

Nam quod aliàs in plurimis præstantissimum; id in te unum, tanquam in arborem plura pomorum genera, insitum, collocatumque conspicamur. Perfectæ enim præclaræque eruditionis tuæ, vel illud firmissimum erit argumentum, quòd Musis consecratos, mancipatosque curæ tibi esse ostendis, atque foves. Hinc mehercle solida te præditum eruditione cernitur. Nemo enim nisi solidè doctus, doctos amavit, nemo nisi semidoctus, aut barbara nobilitate ferox, eos aut neglexit, aut plus etiam, quàm vatiniano odio persecutus est.

Quantò verò religionis amore flagres, tot, tantaque quæ ejus causa subiisti pericula, ipsa loquuntur.

Macte animo ingenti, Cancellarie Magnifice, cujus vel in DEUM pietas sola, nomen gloriosum, ad posteros, in omne ævum transmittet.

Dicam de justitia? Ipsam Nemesin è Cœlo delapsam, te non fore justiorem, crediderim, mecumque testatur Misnia tota, omnesque ad eam pertinentes provinciæ, testimonium de te tale perhibent.

Dicámne de publicæ salutis, quæ te sollicitum anxiumque tenet, cura? Nunquam te, tuas rationes publicæ saluti anteposuisse, omnes totius tuæ administrationis actiones, testatum faciunt, atque convincunt.

Quid singula prosequar? quæ culpa ingenii mei, deteriora potiùs facturus, quàm exornaturus mihi videor.

Ut verò verbis assequar divinam tuam, incredibilemque humanitatem; qua ceu optimo condimento, reliquas omnes virtutes condis? Equidem de humanitate sic sentio, neminem nisi humanum, justum, fortem, prudentem, temperantem, aut aliqua alia virtute exornatum dici posse. Etenim qui humanitate potitus non est, animoque elato luxuriat, ob auram fortunæ, per se flaccidam, & instabilem, nec visu facilis, nec dictu affabilis, (ut Poëtæ verbis utar) ulli est, eum, quæ sint humanæ vires, nescium esse, necesse est. Nam si penitiùs has cognovisset, suam imbecillitatem potiùs, defectionemque deploraret, frontisque nubeculam deponeret. Itaque qui suas non novit vires, ut is justus, ut temperans, ut prudens, ut denique alia ulla virtutum condecoratus, dici merebitur?

Hoc equidem, Cancellarie Magnifice, te latere non potuit. Quamobrem ut non solùm fulgentissimum humanitatis tuæ jubar, in Electoratus Saxoniæ terris: verùm-etiam in aliis distantibus oris, ut flamma inter nubes coruscaret, summâ ope enixus es.

 Cujus

Cujus ut alia argumenta maxima, eademque certiſſima, ſcientes, prudenteſque taceamus, illud ſolùm, quo me abſentem ignotumque complexus es, commemorabo.

Etenim ſalutem tuam mihi nunciari voluiſti, conſilio juviſti, ad benè ſperandum ſignum ſuſtuliſti.

Hæc quid apud alios poſſit, neſcio, poſſe autem plurimùm apud omnes bonos, planè confido: in me mehercle maximum excitavit deſiderium, quo ſummam erga te animi mei propenſionem, ſummamque obſervantiam facere teſtatiſſimam, & illuſtrem deſideravi.

Quicquid autem in hanc rem excogitare potui, mihi exile ſemper, & tùm nomine tuo magno, tùm tanta voluntate mea, longè inferius viſum eſt. Sic etenim res ſeſe nobis dant, ut in quæ ſtudio vehimur ſingulari, in his nunquam ſatis nobiſmet ipſis facere queamus.

Quapropter haud unquam diuturni deſiderii mei expectationem, explere potuiſſem, niſi rurſus humanitas tua, ad vadimonium veniſſet, & nos, & ea, quæ nomini tuo laudatiſſimo, ſacra faceremus, à te benignè ſuſceptum iri, ſpopondiſſet.

Etenim tractavi, ſuæque antiquæ puritati donare annixus ſum, de Principis ſoluta poteſtate quæſtionem, quam hactenus abblandientium ſuſurri, ſupra modum monſtroſam effecerant.

Hanc ſolùm tractationem, qua diuturniorem animi ſitim reſtingueremus, etſi craſſa, pinguique, quod ajunt, Minervâ, conſutam, aptam judicabamus.

Quamobrem ejus priorem partem, Tibi, nominique tuo fulgentiſſimo, perpetuum obſervantiæ in te meæ trophæum, offerimus, damus, dicamus, atque dedicamus, & tùm meipſius, tùm libelli noſtri nomine, ut nos tuos eſſe ſinas, etiam atque etiam à te petimus. Etenim ſi tu ita eum exceperis, etiamſi prorſus dignus non ſit, tanquam nomini tuo magno nuncupatum, atque elaboratum, non dubito, quin apud alios quoque aliquem locum obtinere poſſit.

Id autem à te impetrari poſſe, pollicetur humanitas tua, quàm ſæpiùs jam experti ſumus, ſumma: exploratumque habere jubet, ſuaviſſimum, amabileque ingenium tuum. Vale. Datæ Berlini, Calendis Januariis, Annô inſtauratæ ſalutis, 1591.

IN PARTEM PRIOREM.

DE SOLUTA PRINCIPUM potestate, Clarissimi & excellentissimi Viri, Dn. FRIDERICI PRUCKMANNI, J. U. D.

EPIGRAMMA.

Magna equidem res est, dictare æquumq; piumq;
Principibus, ditio queîs populosa, viris.
Majus at est longè dictare æquumq; piumq;
Quàm latè Oceani circinat unda solum.
Hoc tu cùm præstes, PRUCKMANNE, potenter utrumq;
Promis ut ingenii divitioris opes:
Brandnburgi Ducis haud modò, Consiliarius orbis
Sed triplicis, merito jure, vocandus eras.

Jani Gruteri J. U. D. Antiquitatis & Historiarum Professoris in Acad. Witebergensi.

ALIUD.

QUI priùs egregio docuit Regalia sensu,
Nunc aliud nobis protulit, autor, opus.
Quo breviter tradit, quæ sit concessa potestas
Principibus, legis conditione, viris.
O labor eximius, multùm nunc utilis, omnis
Dum licuisse sibi, quod facit, omne putat.
Discite, Magnates, vestras submittere mentes
Legibus, & juris subdere colla jugo:
Sic vobis cultu florebit divite Regnum,
Incolet & vestras paxq; fidesq; domos.
Hinc reliquos igitur nobis, vir clare, labores
Perficies, tecum quos latuisse scio.
Tunc tibi Pegasides imponent serta Sorores,
Nec dubites, studiis præmia digna feres.

Thoma Fabricio, J. U. D. & Academiæ Francof. Syndico, Autore.

IN EANDEM.

DUm quidvis Ducibusq; Regibusque,
Queîs nec Relligióve Sanctitásve,
Nec Fides, Pietásve casta cordi est,
Districtus quibus imminet supernè,
Et multum capiti minatur ensis,
Crudisq; undique dum ferè Tyrannis
Licet quod libet in suas cohortes:
Dumq; in prædia & arva subjacentûm
Sævitur Briareî manu, rapaceis
Quâ velut Polypi tenent prehensa;
Quâ radicitus arbores, maligni,
Indigniq; olitoris instar, ima
Auruncant viduantq; matre cæsas;
Quâ ad vivum usque boves, ovesq; glubunt;
Quâ vel à statua exigunt farinas;
Dum porrò Tamiæ isti, hirudines sunt
Plerumq; nec Lamiæ, strigesq; diræ,
Quas ceu spongiolas malè Aula tractat:
Dum splenem quoque Census æmulatur,
Quo crescente, solet macere corpus
Relliquum, & malè cuncta membra habere:
Dum donatur Equo alter; alter Æquum
Licet protulerit: rapiq; Fiscus
Quæ non consequitur, capitq; Christus.

Et verò populus vicissim & urbeîs
Maligne ducibus tributa pendunt,
Sublestaq; fide omnia administrant;
Frugi ut principibus malè obloquantur,
Adversusq; bonos parent duella,
Ceu membrorum acies gerebat olim
Contra ipsum stomachum misella bellum;
Ubi inquam Iliacos ita extra & intra
Rex & Grex agitant nefanda muros:
Ecce! ASTRÆA polo intuens scelestos
Invicem populi Ducúmque mores,
Contemtúsque miserta Legum & Æqui,
Cœli continuò domum relinquit,
Jus in pristina reddidisse tendens:
Sed diu meditata, ubi ergò sistat,
Jovis progeniem rogabat ARCTON,
Ut sedem placidam sibi & quietam
Monstraret gemino sub axe cœli;
Quæ canam metuens subire Tethyn,
Spectansq; omnigenos virûm labores,
Quærentem ad Ducis optimi, Senisque,
Divi BRENNIADÆ remittit Aulam.

Heîc virum egregium, pium atque doctum
BRUCKMANNUM bifido occupans verendæ
Offendit Themidos sinu foveri,
Huic partes scelus impium expiandi
Detulit DEA, copiámque fecit,
Fines ritè modúmque limitésque
Ponendi Ducibúsque subditísque;
Illi quâ sua postulent viâ: quâ
Fide hi debita cuique jura solvant.
Huic (inquam) DEA dictitat volenti

 Bonum

Bonum (Dii boni!) & aureum huncce librum,
Quem JVS cernimus exhibere REGIS.,
Excusum in VIRIDANTE MONTIS antro,
MONTIS CANDIDVLI, sitiq; ad Albim.

Macte hoc ingenii recente partu,
PRVCKMANNE, ac genio Deûm benigno!
Et perge alite Perficæ sinistro
Cultores Themidos juvare: Remq;
Publicam ulterius beare perge
Istis aureolis tuis libellis,
Vnctis Cedro & Amaraco perenni.

Gratum præstiteris DEO, Bonisq;,
CRELLIOq;, viro usque, & usque magno
Qui te ipse inq; oculis sinuque gestat,
Et tuos simul arduos labores
Laudat Saxoniæ DEO potenti:
Amicumque probat, fovet, tuetur,
Ne sævi metuat minas Theonis.

Albertus Voitus Borussus,
Profess. Poët: Witenbergæ.

IN EANDEM.

M. JOHANNES LANGIVS, Havelbergensis.

PRo patria vitam suam profundere,
Si res sit illa commodo;
Non ultimum est ex inclutis virtutibus:
Hinc ille Quintus Curtius,
Hinc Decius gaudent perenni nomine,
Hîc inferis, superis Deis
Magnæ litans sese hostiam victoriæ:
Virtute confisus sua,
Ut liberator ille lætus patriæ
Prorupit ingentem in specum.
Sed nec minore digna vita gloria.
Devota publico bono.
Quæ, dum feroce dexterâ fines tegunt
Laudanda Martis fulmina,
Domesticâ rem provehit prudentiâ
Et pro virili sospitat.
Sic nec Solon Themistocli, nec Lælius
Vel Scipioni cesserit.
Non casibus cæcis geruntur ardua,
Sed arte, sed sapientiâ,
Quæ si domi non polleat, foris nihil
Magni valent exercitus.
Resistit altera exteris modò hostibus,
At altera internos fugat.
Qui, bella seu civilia armis omnibus,
Crudeliora esse assolent,
Ferociores sunt duellatoribus,
In pectoris recessibus.
Quos qui subegerit modo, certâ viâ
Cœlo sibi sternit viam.
Hic ille monstrorum domitor est Hercules,
In cordibus latentium;
Hic ille cujus melle dulcior sonus,
Et saxa & arbores trahit,
Hic ille cujus vox sonat hominem, probant
Sed facta præsentem Deum.
Dum patriæ ergo jura reddis Marchiæ,
Recti bilancem dum tenes;
Responsa dum perennibus tua litteris,
PRUCKMANNE mandas sedulus;
Soluta, dum, quæ sit potestas, addoces
Et quo regendum sit modo:
Hæc ergo dum tuis facis pro viribus,
Suo fovebit te sinu
Et Marchia omnis, & bonus te quilibet
Amore amabit maxumo.
Et CHRISTIANI Nestor ille CRELLIUS,
Ad publicum natus bonum.
Cui probatus optumo probatus est,
Cui displicens, malis placet.
At te valentem, te vigentem, patriæ
Et litteris servet bonis.
Qui Nestorem illum, quiq; Veihium optumum,
Felicitat diespiter.

Aliud ejusdem Autoris.

COnsultoribus ille sic beato
Respondit Themidos professor ore,
Cui non crimina cædis approbanti,
Fraternæ ferus attulit cruentas
Manus induperator: atque ita ille
Respondit sapiens, cui benignam
Militis furiis periclitanti
Imperator opem togâ ferebat:
Ut PRUCKMANNUS in hoc suo libello
Docto, Jupiter! & laborioso
Differit, referens, soluta quæ vis
Illa Principis, unde fas & æquum
Vigebit magè quàm dolique fraudes
Punicæ valuere tot, magistro
Velleris maculosioris, illo
Quem Florentia Galliæ misellis
Protulit Cacodæmonemque magni
Rebus orbis in orbe non ferendum.

Rixas

Rixas ergò alii ferant nocentes
Reges regibus, urbibusque magno
Urbes sanguine turpiter beatas
Committant, aquilæ velut cadaver.
Inquirunt oculis, petunt odori:
At PRUCKMANNE decus soli paterni,
Marchiæ columenque, fluctuantis
Navis anchora non polo sereno,
ὀρθὰν pergito ναῦν, tuumque nomen
Futuro ad patriam recondere ævo.
Sic te Barthius ille, sic parentis
Viva imago sui disertus illê
CHRISTIANUS amet, GEORGIUSq;
Ille Sceptrifer augeat fidelem,
Sceptro teque tegat suo benigno.

Idem brevius.

JUris amatorem fraternæ crimina cædis
Non excusantem pestis acerba necat.
Militis at contrà pressum furialibus armis
Obtexit Cæsar maximus ille togâ.
Sic PRUCKMANNE tibi benè Sceptrifer ille merenti
Arridens sceptrum porrigat opto suum.

AD CLARISSIMUM VIRUM,
DOMINUM
FRIDERICUM BRUCKMANNUM, J.U.D.
Dominum & Compatrem suum Plurimùm colendum.

UT formica solet lætæ per tempora messis
Innumero vacuam farre replere domum;
Frugibus ut felix lectis æstate, fruatur,
Bruma suo stringit compita quando gelu:
Taurus at indomitus crebrò, vitulúsve petulcus
Calcibus evertit grana reposta suis:
Spes abit in fumos omnis, misereq; labores
Ingeminat saltu sveta nocere pecus:
Haud secus à primis PRUCKMANNUS sedulus annis
Præclarum Themidos nomen ab arte tulit;
Et jam Justitiæ sacer ordo jubebat, ut idem
Munia perciperet digna labore suo.
Ecce, sed huic quidam, justi simulator & æqui
Debita multiplici munera fraude rapit.
Sed tu propositæ rationi insistere perge,
Quamvis sera, tamen præmia largà feres.
Ipse virum doctum, Arctoa regione jacentem,
Vidi Antarctoa ferre sub astra caput.

M. Laurentius Creidius.

AD EUNDEM.

REgale sceptrum de Jove Principis,
Uno minoris sed Jove Principis,
Potente majestatis œstro,
Per domitum dominatur orbem:
Immune, totumque arbitrii sui,
Et Jura, leges, publica, privaque
Submissa dispensat LICENTER,
Ut RATIO jubet atque VIRTUS.
" Quid regis hoc, qui se regere haud sciat?
" Qui blandum Honesti projiciens jugum,
Legumque claustra impunè rumpens,
Ceu capitis fera fertur expers?
Regum verendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis:
Minor quod abs his extimescit,
Major eis dominus minatur:
Et rege justo florida regna sunt,
Honesta rex vult, cuncti eadem volent:
Honesta temnit, quis sequetur?
Facta regentum imitantur omnes.
Vox ergo nulla est principe dignior,
Quàm se fateri lege ligarier,
Legumque parentem & parentem,
Quod jubet ipse, sequi, patique.
Commerciorum sive negotium est,
Seu velle supremum emorientium,
Seu justa non injustiori
Judicio dica scriptitetur.
Sed priva juris, jure vel optimo,
Indulta Princeps plurima possidet,
In præmium tanti laboris,
Ad decus imperii tuendum.
In quîs habenda est cautio cautiòr,
Hæc ne potestas fortè maligniùs
Salvum imperii conquasset orbem,
Stricta nimis, nimiúmve laxa.
Hic nodus anceps; hîc salebræ, hîc tricæ:
Hîc multiformis turbat OPINIO,
Ceu dissidentûm olim duorum
Alter equum tulit, alter æquum.
Hoc si quis insanum pelagus cupit
Lustrare, tuto ut sit tamen in vado,
Ne naufragus vastæ Charybdi,
Ludibriumve sit Amphitritæ:
PONTEM hunc novellum gnavus inambulet,
Peritiori quem statuit manu
PRUCKMANNUS Astrææ & Camœnis
Grande decus, columemq; rarum.

Isaac Memmius.

ALIUD.

ALIUD.

AD EUNDEM.

MUlti marmore de nitente signa,
Illustri statuas vel ære ponunt,
Suspendunt alii domi tabellas,
Quæ vultus referant sui figuram:
Sic se vivere perpetim putantes.
Verùm marmora conficit vetustas,
Rubigoque notata turpat æra,
Et tandem fragiles ruunt tabellæ.
Ergò rectiùs ille providebit
Famæ, nominis & perennitati,
Qui post fata nepotibus relinquit
Præclaræ monumenta docta mentis.
Divinæ facit hoc Apollo Juris
PRUCKMANNUS mihi carior medullis.
Qui pellucidius micante gestat
Crystallo, nive puriusque pectus.
Cujus luminibus sacrata lucet
Virtus ceu rutilo Pyropus auro.
Cui prudens sapientiam Minerva,
Pitho nectareos dedit liquores.
Quem Clio puerum sinu fovebat,
Lustrans Pegaseo labella fonte,
A quo nunc refovetur ipsa Clio.
Is docentibus, hîc, & hîc, & illic
Magnis ingenio viris & arte
Longo tempore commodavit aures,
Hinc mentis cumulans, & inde Gazas:
Nocturnaque manu, manu diurna
Versavit studiosus ipse leges,
Astrææque sagaciter medullam
Extraxit pelago patente Juris.
Hæc multum poterit juvare doctam,
Quæ legum studiis vacat, juventam.
Ergo donec erunt in orbe lites,
Latrabunt rabulæque dum forenses,
Donec actor erit, reusque tristis,
Et judex dirimit severus illos,
Justo præmia dans, maloque pœnas,
Ejus nulla tacebit aut vetustas,
Aut ætas celebrem sub orbe famam.
Salve justitiæ serene vindex,
Nostræ præsidium, decusque Musæ,
Pergas ingenii tui labore
Immortale tibi parare nomen,
Nec convitia Zoili morare,
Qui dum cuncta ruit, rapit, soloque
Sternit vaniloquo scelestus ore,
Haud ullos tamen ipse dat libellos,
Virtutis comes est subinde livor.

M. Daniel Saxo, Scholæ Halberstadiens. Rector.

AD EUNDEM.

EST ipsa virtus optimum sibi præmium
Vitaque longè dulcior,
Quod si tamen suis fruatur honoribus
Est decuplo beatior.
Quid ergò mirum, si te laudibus vehant
Vatum celebria carmina.
Industria ut meretur & pietas tua,
Vel teste tota Marchia,
Vitam, cui si consecraveris, tuam,
Cui si lucerna luxeris.
Macte esto honoribus, bonis & omnibus
Voto tuo majoribus.
Tùm te GEORGIUS ille Sceptrifer suo
Sceptro merentem protegat,
Tùm te fruentem luce, tùm te mortuum
Grato beabunt carmine
Musæ, quibus mortales est superis Deis
Miscere jucundus labor.
Sed opto, quod facis & habes, vir optime,
Et patriæ nostræ vale.

Andreas Ursinus.

SUMMA-

SUMMARIUM.

1. *Plenitudo potestatis, & plenitudo potentiæ idem sunt.*
2. *Plenitudo potestatis, rectius & Latinius Soluta potestas dicitur.*

Ad expeditionem ejus promissionis, qua nos in publicum daturos, elimatam plenitudinis quam vocant potestatis materiam, promiseramus, nunc accingimur.

Cogitanti autem, qua ratione viaque, ejus tractatio aggredienda esset, in mentem venit, rectius facturum me, si universam ejus doctrinam, quadripartitò secarem.

I. Dicendo nempe primò, de varia nominis potestatis significatione.

II. Deinde, an tribuenda sit Principi, potestatis plenitudo seu potentia: (idem enim est, ut Bl. in c. 1. n. 31. ext. de constitut. placet) quam rectius & Latinius dici putarim, solutam potestatem: eò quòd legibus soluta sit.

III. Tertiò: Concesso, aliquam potestatis prærogativam, atque præeminentiam, Principi jus nostrum largiri, qualis illa ipsa constituenda erit, videbimus.

IV. Quartò & ultimò de plurimis plenitudinis potestatis effectis, quæ antiquitùs huic indulserunt, eorundemque veritate, res nobis erit. Quo peracto, finem huic §. imponemus. Porrò illuminet nos, qui veritas solus est, ter optimus maximusq; DEUS.

CAPUT PRIMUM.

DE VARIA VOCABULI POtestatis significatione.

SUMMARIUM.

1. *Majorum actio, nostra est instructio.*
2. *Nominis definitionem, rei definitioni J. C. antiqui præmiserunt.*
3. *Ere est, in L. 1. ff. si cer. per. legit Donellus.*
4. *Mere est, in d. L. 1. ff. si cer. per. legit Cotta.*
5. *Communis lectio d. L. 1. quæ habet: bene est, &c. retinenda.*
   Cicero bene est, pro valde commodum est, dixit. Ibid.
6. *Priùs tractandum quid verbum significet, quàm rei ipsius tractatio suscipiatur.*
7. *Priùs determinare, quàm terminos quæstionis intelligere, reprehensione dignum est.*
8. *Jureconsulti nomen quis mereatur ex Berengarii Fernandi sententia.*
9. *Berengarii Fernandi sententia reprobatur.*
10. *Privilegium creandi Doctores, decennio amittitur.*
11. *Omnia à Principe facta censentur, quibus autoritatem impertitur.*
12. *Communis opinio Doctorum facit jus.*
13. *Jureconsultus quis ex Costalio.*
14. *Jureconsultus quis ex Cicerone.*
15. *Jureconsultus quis ex Connano.*
16. *Vocabuli potestatis, quinque in jure significationes primariæ.*
17. *Paria sunt esse in sacris paternis: & esse in patria potestate.*
18. *Sacra paterna ex lege 12. tab. prodière.*
19. *Sacrorum paternorum, in toto Digestorum opere, non fit mentio.*
20. *Imperatores Christiani pluries sacrorum paternorum mentionem faciunt, quàm principes gentiles.*
21. *Imperatores Christum colentes, sacra, & sacrificia gentilium, diro odio prosecuti sunt.*
22. *Sacra paterna quid Connano.*
23. *Patria potestas, res inæstimabilis.*
24. *Sacra paterna quid ex Cicerone.*
25. *Connani laus.*
26. *Phrasis, qua sacra paterna, pro patria potestate accipiuntur, Rhetoribus, quàm J. C. usitatior.*
27. *Usu communi loquendi, stant, cadunt, & reviviscunt locutionem formulæ.*
28. *Patria potestas duobus constituitur modis.*
29. *Patria potestas non nisi civibus Romanis competit.*
30. *Romanus Latinam, aut Latinus Romanam ducens, in potestate liberos non habuère.*
31. *Id postea in matre Romana jure constitutionum immutatum.*
32. *Quod deinde Justinianâ constitutione ad omnes statu latinos, translatum est.*
33. *Patria potestas, quomodo civium Romanorum sit propria.*
34. *Adoptio duplex.*
35. *Qui possint adoptari.*
36. *Emancipare in adoptionem.*
37. *Adoptati remanent in patris naturalis potestate.*

38. Qui

1. *Servi tabelliones esse non possunt.*
2. *Potestas dominorum aut nativitate, aut juris gentium, aut civilis constitutione conciliatur.*
3. *Dominus in servum vitæ, necisq; potestatem habet.*
4. *Potestas dominorum qua in re potestate patria sit severior.*
5. *Germanicum illud:* Er ist mein / ich mag ihn sieden oder braten / *unde.*
6. *Brutus filios perniciem patriæ molientes sustulit.*
7. *Titus Manlius Torquatus filium, qui contra interdictum ejus cum Gallo provocante congressus fuerat, securi percussit.*
8. *Virginius filiam, cujus pudicitiam Appius attentabat, lanionis cultro interficit.*
9. *Vindicias abdicare, vel abdicere quid.*
c. *Patria potestas lenior, dominorum durior à Cujacio dicitur.*
1. *Dominicum imperium tyrannidi, parentum regis imperio assimilavit Connanus.*
2. *Servi ad statuam confugiendo, primùm domini sævitiam effugiebant.*
3. *Rectè dici, ad sacram statuam confugere, contra Cujacium.*
14. *Imperator se sacratissimum appellat.*
15. *Leges, & aliæ quàmplures res sacræ dicuntur.*
16. *Proverbium: ad sacram ancoram confugere, sacram ancoram solvere.*
17. *Ædem sacram pro templo rectè dici.*
18. *Ædem in singulari numero quandoq; pro domo privati; & è diverso ædes in plurali numero, pro Phano sive Delubro, à probatis autoribus usurpari.*
19. *Confugiendo ad Ecclesiam, servi sævitiæ heri eripiuntur.*
120. *Servus armatus ad Ecclesiam confugiens, immunitate Ecclesiarum non gaudet.*
121. *L. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug. immeritò à Menochio duram dici.*
122. *Emendationi servorum certus præscriptus modus.*
123. *Glossæ veritas in L. unic. C. de emend. servor. contra Gomezium asseritur.*
124. *Dominus proprium mancipium occidens, non minùs, quàm si alienum occidisset, plectitur.*
125. *Umbricia à Divo Hadriano, quòd ancillas severiùs tractasset, relegata.*
126. *Jure naturali una omnium hominum conditio.*
127. *Dominatio juris gentium inventum.*
128. *Jus naturale cognationem quandam inter homines constituit.*
129. *Jura naturalia sunt immutabilia.*
130. *Ratio jurium, quæ dominorum sævitiam moderarunt.*
131. *Dominorum potestas, quibus modis dissolvatur.*
132. *Manumissio unde dicta.*
133. *Emissa est manu, pro manumissa est, Terentius dixit.*
134. *Manumissionis Etymon à Cujacio traditum reprobatur.*
135. *Denominatio à principaliori facienda.*
136. *Manumissionum formæ variæ.*
137. *Manumissio in templo.*
138. *Manumissionis in templo formula antiqua.*
139. *Vindicta unde dicta.*
140. *Vindictæ Etymon ab Aldobrandino traditum refutatur.*
141. *Vindicta quid.*
142. *Manumissionis per vindictam formula.*
143. *Mos papicolarum unctos sacro chrismate vapulantium, unde.*
144. *Mos Nobilium Germaniæ, qui alapis cædunt servos, cùm primùm gladio cinguntur, unde.*
145. *Circumductio in manumissione quid.*
146. *Extelari servos dici, pro manumitti.*
147. *Circunductio cur adhiberetur.*
148. *Libertas solida, justa, plenissima quæ.*
149. *Manumissos vindicta in servitutem retrahi potuisse.*
150. *Manumissi per epistolam aut inter amicos, civitatem non assequebantur.*
151. *Plenissima libertas cur dicatur ea, quæ vindictâ tribuebatur.*
152. *Quocunq; modo manumissi Justiniana constitutione, cives Romani fiunt.*
153. *Manumissionis per epistolam formula.*
154. *Contractus ex conventione legem accipiunt.*
155. *Pacto effici poterat, ut epistola vel alio modo manumissus civitatem assequeretur; & è diverso, vindicta manumissus civis Romanus non fieret.*
156. *Galli priùs per Epistolam manumissione usi sunt, quàm Romano jure regerentur.*
157. *Chartularii homines qui apud Gallos.*
158. *Manumissio per testamentum.*
159. *Manumissio per testamentum relinquitur, aliæ imponuntur.*
160. *Manumissio per testamentum, & inter vivos, in quibus differant.*
161. *Libertas duplici via per testamentum relinqui potest.*

162. Di-

162. *Directa & fidei commissaria libertas in quibus differant.*
163. *Directa libertas, servo alieno relicta, in fideicommissariam non flectitur.*
164. *Libertus testatoris est, qui directò ex testamento libertatem assequitur.*
165. *Orcinus libertus.*
166. *Quictalis libertus.*
167. *Ortinum libertum rectè non dici, contra Alcyatum.*
168. *Libertus fideicommissarius hæredis libertus est.*
169. *Manumissio per censum.*
170. *Manumissio per censum ex quo die competere inciperet.*
171. *Dominus ante lustrum conditum, servum censum esse pœnitere poterat.*
172. *Libertas quibus jure civili competat. Servus quem Dominus pro derelicto habet, ipso jure liber fit. ibid.*
173. *Ancilla, quæ pacto addito, ne prostitueretur, venundata est, si prostituta fuerit, ipso jure libera est.*
174. *Servus, qui intra certum diem manumitti debebat, absq; manumissione ad libertatem aspirat, post diem cedentem.*
175. *Servus, qui necem heri detegit, pro præmio libertatem consequitur absq; manumissione.*
176. *Servus raptum virginis attentatum aperiens, eodem quoq; modo liber fit.*
177. *Item is, qui militiæ desertorem prodiderit.*
178. *Item is, qui falsam monetam fabricantes accusaverit reosq; peregerit.*
179. *Dominus servum in actione noxali, in potestate habere dicitur, si ejus exhibendi habet facultatem.*
180. *Noxa & noxia quid differant.*
181. *Noxa pro omni eo, quod nocet accipi potest.*
182. *Proverbium: Sponde, noxa præstò est.*
183. *Actio noxalis, quâ forma proponenda. Actio noxalis non est per se actio, sed adjectio tantùm reliquarum actionum, ibid.*
184. *Noxæ debere quid.*
185. *In actione noxali, Dominus electionem habet, vel litis æstimationem solvere, vel mancipium abducere sinere.*
186. *Libellus ut in actione noxali concipiatur.*
187. *In actione noxali, litis æstimatio in petitione est: sed in solutione noxæ deditio, vel damni resarcio.*
188. *Dominus, qui servi exhibendi facultatem non habet, vel quo minus haberet, dolo malo non fecerit, in actione noxali, non condemnatur.*
189. *Dominus, cujus servus ad statuam confugerat, actione noxali, cum effectu non convenitur.*
190. *Idem est, si servus aufugerit, vel peregrè profectus est.*
191. *Noxa caput sequitur.*
192. *Actio noxalis, pro arbitrio agentis, vel adversus eum, cujus servus, cùm noxam faceret, fuerat: vel adversus eum, penes quem nunc est, institui potest, si servus dolo malo fuerit abalienatus.*
193. *Actio noxalis, contra hominem liberum bona fide possessum ineptè proponebatur.*
194. *Servi, quibus hodiè utimur, à serviendo dicti sunt, nec contra eos actione noxali experimur.*
195. *Dominus non nisi ratione mercedis, quam servo debet, ob delictum vel factum ejus tenetur, jure Saxonico.*
196. *Attinia lex, non Attilia legendum, in §. furtivæ, institution: de Vsucap.*
197. *Attiniæ legis verba ex Gellio.*
198. *Res furtivæ perpetuò vindicari possunt ex lege Attinia.*
199. *Verba quæ Gellius recenset, non fuisse legis Attiniæ, sed Legum 12. tabul. verba.*
200. *Res furtiva, quando dicatur in potestatem domini reversa, ut usucapi possit.*
201. *Regula: qui actionem habet, ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, ad L. Attiniam pertinet.*
202. *Item aliæ regulæ, de quibus ibid.*
203. *Res furtiva spacio 30. annorum usucapitur, distinctione L. Attiniæ posthabita.*
204. *Potestatis verbum, denotat in persona magistratuum imperium.*
205. *Merum imperium quid.*
206. *Pilati verba, quæ extant Johan. 19. c. 10. n. declarantur.*
207. *Verba secundum subjectam materiam intelligenda.*
208. *Potestatis verbo, an mistum quoq; imperium contineatur.*
209. *Verba definitionum debent esse propria.*
210. *Missio in possessionem bonorum est misti imperii.*
211. *Verba definitionum nonnunquam sunt impropria.*
212. *Exempla non restringunt regulam.*
213. *Consul, prætor & similes, non solùm merum, sed & mistum imperium habebant.*
214. *Potestatis plenitudo quale monstrum. Potestatis plenitudo veteribus J. C. incognita.*
215. *Vis & potestas quomodo differant.*

216. Scire

216. *Scire leges non est scire verba earum: sed vim & potestatem verborum.*
217. *Tutela quid.*
218. *Vis & potestas in definitione tutelæ simul juncta, quid sibi velint.*
219. *Tutelæ definitio ex Cujacio.*
220. *Uti quisque rei suæ legassit: ita jus potestasq; esto.*
221. *Pandectæ Florentinæ semper & ubiq; à nævis non emendatæ.*
222. *Copula ET, inter duo idem significantia posita, copulæ naturam amittit, & alternativæ aut expositivæ naturam induit.*

Neminem nisi apprimè juris nescium, ignorare putarim, morem fuisse Jureconsultis, quorum scriptis Pandectæ nostræ constant, quorumque actio nostra debet esse instructio. *c.exemplum 12.q.*1.*c. significasti ext. de election. Specul.tit.de teste l.*1.*n.*55.*Neviz.Syl.nupt.lib.*3.*n.*5.*Ferrat.caut.*26.*n.*1.*Cacheran. decis.*30.*n.* 11. *in fine. Cotta in memor. V. beneficia. Chassan. in catal. glor. mund.p.*1.*consid.* 59. *versic. quartò, Menoch.tr.de remed.poss.adip.remed.*6.*n.*3.

2. Ubique ferè nominis definitionem, rei definitioni præmittere. Ut ex multis (quæ colligere, laboris & tædii plenum, artis nullius esset) unum indicasse adduxisseq; sufficiat Ulpiani locum, qui scriptum reliquit: Benè est, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de ipsius Tituli significatione referre. *in L.* 1. *ff. si cer. pet.*

3. Ubi quod obiter monuisse juvat: loco verborum: benè est: è re est, ex Pandectis Florentinis legit *Donellus d.L.*1.*n.*1.*in fine ff. si cer. pet.*

4. Cotta verò nec benè est, nec è re est: sed merè, id est, solum est, legendum, contendit, *In memor.V.merè.*

5. Ego verò Alcyatum secutus, nihil immutandum, sed antiquam lectionem, quam & receptiorem ipse Alciatus in d. L. 1. ante. n. 1. attestatur, retinendam censuerim: Quippe non ignarus, à Classicis lingvæ Latinæ autoribus, benè est, pro valde commodum est, usurpatum. Quam in rem, unum Ciceronis locum Epistol. ad Attic. lib. 13. Epist. 6. designasse sufficiet, ubi Cicero: quod reliquos cohæredes convenisti, planè benè, id est, valde commodè, scribit. Quo in significatu, rectè verbum benè est, in dicto Ulpiani loco stare poterit.

6. Porrò ad propositum revertamur. Priscorum Jureconsultorum inhærentes vestigiis recentiores, idem sæpiusculè nobis inculcant: sic enim quid verbum significet, priùs tractandum, quàm rei ipsius tractatio suscipiatur, admonuere.

Bertach.tr.de gabell.in prælud. ante. n. 1. *Neviz.Syl.nupt.lib.*1.*n.*170. *Cagnol. L.*1. *n.*3. *in L. omnis definitio, n.*10.*ff.de regul. jur. Benincas. in tr.de privil.paupert.q.*1.*n.*15. *Piag.tr. tut. & curat.q.*1.*n.*1. *&* 2.

7. Reprehensione item non carere, priùs determinare, quàm terminos quæstionis intelligere, tradidere: ut dicit. *Aug. Perus.consil.*110.*n.*1.*per L.Domitius ff.de testament.*

Ut Philosophorum testimoniis supersedeamus.

8. Cæterùm ut rursus, priusquam propositum nostrum contexamus, digrediamur, petita à lectore venia, verbum Jureconsultis, cujus modò mentionem faciebamus, in causa est. Revocat enim in memoriam, quendam Berengarii Fernandi Hispani locum, volentis: Nec Bartolum, nec Baldum, Castrensem, Alexandrum, Socinum, Josanem, nec reliquos quotquot sunt, retrò temporibus interpretum Principes, Jureconsultorum nomine dignandos esse. Eam ob causam: quòd priscis illis Jureconsultis, à principe, de jure respondendi potestas concessa, responsis eorum, legum vim ac potestatem, largita est: quod in Bartoli reliquorumque dictis, secus putat. *Berengar. Fern. L.pacta conventa. n.* 32. *&* 33. *ff. de contrah. emt.*

9. Minimè enim Fernando nostro assentiri possum: sed contrarium potiùs sentio. Si enim verum est, ut ipse fatetur Fernandus, Jureconsultum dici, cui de jure respondendi potestas facta est: inficias iri nequit, Bartolum, Baldum, reliquorumque interpretum scolam, Jureconsulti nomine, tituloque, decorandos esse. Quis enim rerum omnium usque adeò ignarus est, qui nesciat, in publica, cuicunque infimæ etiam notæ Doctori, renunciatione, de jure respondendi facultatem tribui? Jureconsultus itaque rectè nominari poterit.

10. Quod si rem exactiùs pensitaverimus, eveniet, Doctoris nomen, fastidiosius longè insolentiusque esse. Cogita enim, quòd is, qui Doctor dici cupit, ipso nomine, exactissimam

mam juris scientiam profiteatur: (quod enim parum novit, nemo docere potest) consequens itaque erit, hunc magis illo, qui Jureconsultus vocari contentus est, lascivire. Quid enim facto præstari faciliùs potest, an de jure respondere: an verò jura docere? An non de multis respondere, quæ docere nequimus, possumus? Et mehercle posse dicendum est.

11. Ut taceam, vix quenquam qui docendo, bis aut ter nos aberraverit, inque expressos textus impegerit, reperiri: Vix igitur quispiam Doctor dicendus erit.

12. Nec cujusquam Fernandi argumentationes momenti sunt. Quod enim dicit, jureconsultorum antiquitùs denominationem fuisse inde ortam, quòd illis principis indulgentia, de jure respondere liceret: idem & in nostri temporis Jureconsultis affirmo. Quippe cùm princeps privilegii, & gratiæ loco, certis hominum collegiis, tribuerit, homines, qui de jure responderent, creare. Nisi enim à principe doctorandi privilegium originem traheret, quorsum decennio istud amitti pertineret.

Br. L. 1. n. 1. per ill. text. ff. de nundin. Jas. L. falso. n. 1. C. de divers. rescr. Jas. L. rem non novam inf. C. de judic. Igneus L. necessarios. §. non alias, p. 1. n. 188. ff. de S. C. Syllan. Vallasc. L. imperium, n. 145. ff. de jurisd. om. jud. Capyc. decis. 134. n. 2.

13 Quapropter etsi per interpositam personam, vel quasi personam, princeps hodie agit: nihilominus ipse princeps, autoritatem, de jure respondendi dedisse, dicendum est. Cùm omnia à principe fieri, quibus autoritatem suam impertitur, rectè affirmamus.

L. 1. §. sed si quid C. de vet. jur. enucl. Neguz. tr. de pignor. 1. memb. 6. p. p. n. 10. Affl. decis. 155. n. 5. decis. 305. n. 14. decis. 366. n. 5. Claud. de Seyss. in spec. feud. tit. de orig. feud. vers. & licet. Aldobr. §. cumq; hoc. n. 23. In proœm. Instit. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 9. n. 20. vers. secundo. Sylvan. tr. feud. q. 1. n. 5. Muscorn. tr. de juris. n. 122. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 240.

14. Pariter non obstat secunda Fernandi argumentatio: Dicta nempè hodiernorum Jurisperitorum, legis vim non obtinere: Veram enim eam esse negarim. Cùm communem DD. opinionem, quæ ex dictis eorundem conflatur, in judicando respondendóq;, observandam, sequendamq;, adeoq; legem esse, vel decies millies Doctores tradiderunt, quos in summa copia videre licet, apud *Anton. Mar: Corat. tr. com. opin. lib. 2. tit. 8. n. 16.*

15. Quod si autoritatibus concertandum erit, Hispano isti, acutissimi Galli Costalii autoritatem opposuerim. Qui Jureconsultum rectè nominari dicit, omnem eum, qui veterum practicorum doctrinis, recentiorum quoque scripta adhibuerit. *Costal. in parerg. n. 2.*

Sin verò Costalii autoritate contentus non es, audi Ciceronem loquentem: Jureconsultus is (inquit) est, qui Legum & consuetudinis, qua privati in civitate utuntur, & ad respondendum, & ad agendum, & cavendum peritus est. *Cicero lib. 1. de Orat. n. 103.*

16. Et ut habeas, in quo acquiescere tutiùs possis, Connani quoque adjiciam descriptionem: is virum bonum, dicit Jureconsultum esse, juris, æquitatisque constituendæ idoneum. *Connan. comment. jur. lib. 1. c. 15. n. 4.*

Stat itaque firma, obq; rationes Fernandi minimè fracta opinio: nostræ, majorumque ætatis Jurisperitos, non minùs, ac veteres Jureconsultos dici posse: nec fastum aliquem majorem præ se ferre, Jureconsultum se, quàm Juris Doctorem dicere.

Hæc altius paulò repetii, quod rabulas quosdam, non quòd locum Fernandi vidissent, sed quòd carpendi studio, impurissimi pariter stolidissimique homines, qui vernacula garrulitate, castissimam sanctissimamq; Jurisprudentiam, conspurcatissimo ore contaminare non verentur, tenerentur, probis viris vitio dedisse, quòd se Jureconsultos scripsissent, sciam.

Ast linquamus canes hos curiales (bonis nihil dictum sit) pedemque ut absque ulterioribus ambagibus, iter institutum prosequamur, retrahamus.

17. Potestatis itaque verbi, quinque recenset Paulus significata: in persona enim magistratus imperium: in liberorum, Patriam potestatem: in servorum dominium: in eo, adversus quem de noxa agitur, exhibendi facultatem: Vindicandi rei furtivæ, etiamsi vindicata non fuerit, oblatam occasionem, ex lege Attinia, ad hoc, ut res furtiva usucapi possit, denotat. *L. potestatis verbo ff. de verb. signif. Barnab. Brisson. in lexico. V. potestatis.*

De singulis parumper, quantum præsentis tractationis argumentum fert, dispiciamus. Et primò de patria potestàte.

18. In patria itaque potestate, & in sacris paternis esse, patria sunt.

L. fin.

L. fin. C. de inoff. testam. L. in conjunctione C. d. nupt. L. ult. C. de curat. fur. L. filiæ licet C. de collation. L. si viva §. 1. C. de bon. matern. L. quidam C. de fideicomm. L. 3. C. de suis & legit. L. cum oportet, §. si quis itaque, C. de bon. quæ lib. L. 1. §. fin. C. com. de manumiss. Arrius Penel. in Rubr. p. 2. n. 4. C. de bon. matern. Quæ Ovidius, jura sacrata dixit:

Dii precor, & pietas sacrataq; jura parentum,
Hoc prohibete nefas, Ovid. metamorph. lib. 10. fab. 9.

18. Quam loquendi formulam ex lege 12. tabul. fluxisse autumant, qua cautum erat: sacra privata perpetua manento: id est, ut Cicero interpretatur, pater, filiusq; eadem sacra colunto, omnesq; ad quos patrisfamilias pecunia, id est, hæreditas pervenerit, ejus sacra ritè rectèq; peragunto. Non licebat enim filio, quamdiu patri subditus esset, alia, quàm pater, sacra colere, nec suus hæres, à cultu sacrorum eorum, quæ paterfamilias pro sacris observarat, eximere sese poterat. A quibus tamen divino cultu prosequendis, hæres extraneus iṁunis erat.

Alc. lib. 2. prætermiss. V. sacra, & lib. 5. parerg. c. 25. Aldobr. §. jus autem n. 33. Inst. de pat. potest. Barnab. Brisson. in lexic. V. sacra. Ascan. tr. patr. potest. eff. 7. n. 1. Rosin. antiquit. Romanar. lib. 8. c. 6. post princip. Et meminit hujus Michaël Hospitalius, Galliæ olim Cancellarius, in Oratione, quam ad status Galliæ, Aureliis congregatos habuit, quæ extat in commentar. De statu relig. & reipub. in regn. Galliæ, incerti autoris tom. 1. pag. 69. fac. 2.

19. Ego ut his non assentirem, fecit: tum quòd apud Jureconsultos, per omnes Pandectarum libros, hanc locutionem non reperiebam. Qui utpote legibus duodecim tabularum magis affines, magis quoque ex iis promanantes loquendi formas callebant, & verisimiliter usurpabant.

Tùm quòd Imperatoribus Christicolis, magis fuisse hunc loquendi modum familiarem, quàm paganis & sacris privatis utentibus animadvertebam. Etenim L. fin. C. de inoff. testam. Justiniani est: L. in conjunctione C. de nupt. Theodosii L. ult. C. de curat. fur. & L. quidam C. de fideicom. rursus Justiniani: L. si viva. C. de bon. mat. Theodosii: L. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. itidem Justiniani: quem & autorem L. 1. C. com. de manumiss. agnoscit. Ut facilè appareat, neminem ex paganis, crucisque Christi persecutoribus, nisi Impp. Diocletianum, & Maximinum, quorum residuæ sunt leges, in sernibus usos esse.

21. Taceam nunc Christianos Imperatores, sacra, & sacrificia paganorum, summè semper, & ubique fuisse execratos. *Ut patet ex toto tit. C. de pagan.*

Quapropter verisimile mihi non videbatur, à ritibus Ethnicis, patriam potestatem Imperatores denominasse, cùm aptiori, nec religioni opprobrio futuro, patriæ potestatis vocabulo, uti potuerint.

22. Hisce rationibus movebar, ut potiùs Connano accedendum esse putarem: qui sacra paterna, non à sacris privatis seu gentilitiis dicta, sed quòd persona patris filio deberet esse sancta, volebat: Adducens in id L. liberto ff. de obseq. à lib. pat. præst. præcipientem: liberto, filioq; sanctam semper debere esse, patroni, patrisque personam.

Connan. comment. jur. lib. 2. c. 13. ad fin. cum quo & Forcatul. in Necyom. dial. 15. n. 1. facit.

23. In qua sententia confirmabar: quòd patria potestas res inæstimabilis dicitur in *L. filius familias. § secundum vulgarem. ff. de leg. 1.* Quod eò accipiebam: quasi cum persona patris: & per consequens patria potestas sancta esset: censeretur quasi extra commercium humanum posita, nec precio nummario æstimanda.

24. Ac in hac equidem posteriori opinione perstitissem, nisi in Ciceronis locum incidissem, qui ita habet: Quid sacra Clodiæ gentis, cur intereunt, quòd in te est? quia omnis notio (ita mihi legendùm videtur) pontificum, cùm adoptaret, esse debuit. Nisi fortè ex te ita quæsitum est: num perturbari Rempub. seditionibus velles? & ob eam causam adoptari, non ut filius esses: sed tribunus plebis fieres, & funditus everteres civitatem? Respondisti credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt: non ætas ejus, qui adoptabat, quæsita est: Ut Cn. Aufidio, M. Puppio, quorum uterq; nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit. Quas adoptiones sicut aliàs innumerabiles, hæreditates nominis, pecuniæ sacrorum secutæ sunt.

Tu neq; Fontejus es, qui esse debebas: neq; patris hæres: neq; amissis sacris paternis, in hæc adoptiva venisti, & reliqua.

Cicero in Oratione pro domo sua.

25. Qui mihi locus, tam apertus pro Alciato, & asseclis, ut cavillari non posset, visus est, effecitque quo minus ulterius cum Connano facerem.

Is autem meritò, vir gravissimi judicii, & qui cognitionem Latinæ lingvæ exactissimam habuerit, prædicatur à *Pinel.L.1.p.2.n.74.C.de bon.matern.*

26. Nec obstat consideratio, quam pro opinione Connani faciebam: arbitror enim in sacris paternis esse Rhetoribus, quàm Jureconsultis, licet idem quod patria potestas significaret, fuisse usitatius.

27. Aut quod mediis temporibus non fuerit frequentatum, usui loquendi communi accepto ferendum esse, quo, quod modo usitatissimum erat, obsolescere: & rursus, quod obsoletum planè nuper fuerat, à nonnullis affectari videmus. Proindeque cum Horatio respondemus:

Multa renascuntur, quæ jam cecidère cadentq;,
Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

28. Quod ex nostratibus refert *Lancil. polit.tr.vulg.subst.n.18.*

Porrò potestas patria duobus conciliatur modis: Uno nempe naturali: altero civili seu adoptione. *L. 1.ff. de adoptionib.*

29. Nativitas ita demum patriæ potestatis effectum producebat, si uterque parens civis Romanus fuerat. Quippe hoc jus civium Romanorum proprium est.

L. item in potestate ff. de his qui sunt sui vel al.jur. §.jus autem, inst. de patr.potest.jun. §. si adversus, Inst. de nupt.

30. Et usque adeò quidem proprium & peculiare illis erat, ut si Romanus statulatinam uxorem duxisset: vel è diverso, Romana statulatino nupsisset, justæ nihilò magis essent nuptiæ, natique ex tali coitu non minùs peregrinorum numero haberentur, nec nisi causa probata, civitatem, patriamque potestatem consequerentur. *Vt ex Fragmentis Vlpiani titulo de Latinis videre est.*

31. Quod tamen parumper in matre Romana primùm Divi Hadriani Oratione immutatum, ostendit idem Ulpiani Locus. Quippe ex patre, qui Libertus Latinus erat, matre verò Romana procreatus, civis Romanus nascebatur. *Vlpianus d.tit.3.de Latinis.*

32. Donec in genere, ex Latinis procreatos, cives Romanos nasci Justinianus sanxerit. *L.unic.§.cùm igitur C.de Lat. libert. toll.*

33. Verùm quod diximus, patriam potestatem propriam Romanorum esse, sobriè accipiendum est, ut procedat scilicet, non ratione ipsius potestatis: illa enim Jurisgentium est: sed ratione juris patriæ potestatis, seu ratione effectum ex patria potestate, jure nostro prodeuntium. Hi enim effectus proprii sunt, illius patriæ potestatis, quam Romana jura constituerunt. *Vt bellissimè interpretatur Vacon.à Vacun.declarat.8.*

34. Adoptio dein nomen generale est: in duas autem species dividitur: quarum altera adoptio similiter dicitur: altera arrogatio. *L.1.ff.de adoption.Vacon.d.Vacun. decl.15.in pr.*

35. Adoptione in specie sic dicta, in eos patria potestas, acquirebatur, qui sub potestate parentum naturalium hactenus fuerant: ex ea verò adoptione exibant. *§. imperio. Inst. de adopt.*

36. Hinc Cicero dixit, in adoptionem emancipare. Adoptio enim respectu patris naturalis emancipatio quasi erat, non tamen respectu adoptivi parentis, sub cujus potestatem de novo transibant. *Cic. 1. de finib. fol. 53.fac.2.*

37. Sed hoc posterioribus constitutionibus immutatum est. Iis namque cautum: ut quos adoptamus, in eos patris naturalis jura, sarta tectaque remaneant.

§. Sed hodiè Inst. de adopt. Bellon. supputat. lib.1.c.3.n.5.

38. Arrogatione autem sub nostram potestatem redigimus eos, qui sui juris, inque nullius potestate fuerant. *§.1.Inst.eod. tit.*

39. Quæ species adoptionis, ab interrogatione sive rogatione dicta est. Rogabatur namque is, qui adoptabat, num hunc, quem adoptaturus esset, justum sibi vellet filium.

Teste Cajo in L. Generalis, ff.de adoption.Connan. commentar.jur.lib.2. c.15. n.3.

40. Rogabatur item, qui adoptandus erat, num autor esset, ut arrogans in se vitæ, necisque potestatem haberet, ut in filio, ut satis liquet, ex *Ciceron. Orat. pro dom. sua ad pontif. fol. 228. fac. 2. Vbi de P.Fonteio Clodium arrogante, verba facit.*

Sed de adoptionibus hactenus.

41. Cæterum primaria vocabuli potestatis in parente significatio est, quòd vitæ necisque arbitrium, in liberos habet ex L. Romulea, ut ex modò adducto Ciceronis loco abundè patet. Nec non ex *L.fin.C.de pat.potest. L.in suis ff.de lib. & postum.*

Et tradidere. *Sonsb.tr.feud.p.12.n.77.Tiraq. de* LL.*connub.*L.*1.n.6. Ascan.tr.de pat.pot. c.4. n.11.Franc.à Chald.*L.*si curatorem, V.sine curatore.n.38.C.de restit.in int.Garf.tr.expens. c.11.n. 2. & n.9. Aldobr.§.jus autem. n.32. Inst. de pat. potest.*

potest. Pinel. Rubr. p. 2. n. 17. C. de bon. matern. Coras. L. filium quem habentem, n. 80. C. *fam. ercisc. Wesenb.* §. *fin. n. 1. Inst. de noxal. act. Alc. L. verbis legis, n. 2. ff. de verb. signif.* Conn. *comment. jur. lib. 2. c. 13. n. 4. Joh. Bapt. Asin. in sua praxi in pr. c. 2. n. 16. Vacon à Vacun. declar. 18. n. 1. Rosin. antiquit. Romanar. lib. 8. c. 6. Rubr. de patr. potest.*

Unde haud immeritò patria potestas, majestas patria, à T. Manlio Torquato, nominata est, apud *Livium 8. lib. decad. 1.*

42. Sed hæc olim obtinuere: hodiè maxima ex parte antiquata sunt. Neque enim patri hodiè, filium sive auditum, sive inauditum occidere, fas est, *L. 2. ff. ad L. Corn. de sicar.*

43. Neq; enim accedere possum Cujacio, qui argumento à contrario sensu, quasi patri filium, cujus defensiones audierat, interficiendi adhuc potestas sit, ex d. L. 2. colligere voluit. C*ujac. obs. lib. 6. c. 17. & ante eum voluisse videtur optimus Coras. in d. L. filium, d. n. 80. C. fam. ercisc.*

44. Quis enim non videt, hoc pacto *L. 2. ff. ad L. Corn. de sicar. verbis*, non rebus, impositam esse, *contr. l. 2.* C. *comm. de leg. & fideic.*

45. Quis item nescit, eum, qui jurisdictioni præest, neque sibi, neque in causa liberorum jus dicere posse, *L. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. om. jud.*

46. Quod si in causa pecuniaria, filius, qui debitam patri pietatem non exhibet, præsidi oblatus, à præside, non à patre condemnari debet, *L. si filius*, C. *de pat. potest.*

47. Quî fieret? Ubi de vita, sanguineq; filii ageretur, accusatorem, pariter quoque judicis officio fungi, *contra l. sancimus* C. *de sacros. Eccles.*

48. Quid? quòd Imperator Constantinus, *cujus l. fin.* C. *de pat. pot. est*: olim fuisse permissum patri, filium necare dicit? Qui tamen vix centum circiter annis, post Ulpianum autorem *L. 2. ff. ad L.* C*orn. de sicar.* rerum potitus est: Ut de tantillo temporis, dictionem olim, rectè vix accipi posse crediderim.

49. Accedat, Brutum in Epistola quadam ad Atticum, quæ penult. est inter Epistolas Ciceronis ad Brutum, ad finem Epistolæ scripsisse: sed dominum ne parentem quidem majores nostri voluerunt. Unde satis constare arbitror, parentem, qua vitæ necisque habuerunt potestatem, multis ante Constantinum seculis jam decrevisse.

50. Quapropter Pineli, Caldæque sententiæ potiùs subscribo, qui non sufficere filium apud præsidem reum fecisse: sed prætereà legitimis documentis convictum, à que præside capitali sententia damnatum esse, requirunt. *Pinel. Rub. d. p. 2. n. 18. C. de bon. mat. Cald. l. si curatorem, d. V. sine curatore, n. 38. vers. quinimo, C. de rest. in int.* Præsertim cùm videam, Cujacium alibi expressim idipsum voluisse, nimirum, *Observat. lib. 4. c. 12.*

51. Haud inferior potestatis, in patre significatio est, qua licebat ei, filiam nuptui collocatam invitam, à marito invito ex causa tamen abducere: Cujus ex iis, qui de patria potestate scripsere, solus mentionem facit *Cujac. novell. 22. fol. 377. C.* Adducens id Ennii:

Injuria abs te afficior indigna, pater.
Nam si improbū esse Cresphontem existimaveras,
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem invitum, invitam cogis linquere.

Item Plautinum illud.

Aut olim nisi tibi placebant, non datas oportuit,
Aut nunc non æquum est, abduci, pater.

Ulterius in patriæ potestatis effectibus progredi, argumentum nostræ propositionis non patitur, cùm præsertim aliorum, hac de re, doctissima extent scripta. Quare ad ea, quę patriæ potestati contraria sunt, transibimus.

52. Itaque quemadmodum paria sunt, in patria potestate, vel in sacris paternis esse: ita è diverso paria quoque sunt, emancipatum, vel à sacris remissum esse, *L. quidam, C. de fideicom.*

53. Qui textus itidem fortiter opinioni gravissimi Connani, sententis: emancipatum sacris paternis non exolvi, sed ea retinere, obsistit. Quod suprà tetigimus.

54. Et quemadmodum duobus modis patria potestas contrahitur: ita è diverso duobus quoque modis dissolvitur, casu nimirum, ut deportatione, & hisce similibus: actuque solenni, *L. non nudo, C. de emancipat.*

55. Casu quidem ut morte: Nam quemadmodum omnia solvit, & super expectat mors: §. *deinceps, auth. de nupt. Neguz. tr. de pignorib. 2. p. p. n. 4. inf. Pyrrh. in consuet. Aurelian. tit. quib. mod. jus pat. pot. sol. c. ult. Neviz. Syl. nupt. lib. 5. n. 39. Vallasc. l. imperium, n. 28. ff. de jurisd. om. judic. Tiraq. tr. le mort p. 5. declar. 5. n. 1. Bard. tr. temp. ut. & contin. c. 13. n. 2. in fin. Rimin. l. emancipata, n. 47. C. qui adm. Gail. obs. 129. n. 4. obs. 152. n. 9. lib. 2. & lib. 1. de pac. pub. c. 20. n. 2. Muscorn. tr. de jurisd. n. 56. Medic. tr. de LL. p. 4. q. 30. n. 5. Medic. tr. mors om. sol. p. 1. n. 1.*

56. Itaque quo patriam potestatem perimit, sive moriatur pater, §. *hi verò Inst. quib. mod. jus pat. potest. solvit.*

(In qua Rubrica, ut id obiter attingamus, patriæ vocabulum abesse debere Cujacius monet; ut omisso eo legatur: quibus modis jus potestatis solvitur. Eam ob causam: quòd domini quoque potestatis, in initio illius Tituli mentio fiat, *Cujac. in not. prior. Institut. illius tituli*: Qua in re parùm rectè sensisse Cujacium virum præclarissimum arbitror. Non enim ibi ex professo Imperator, de liberatione è manu domini agit: sed ad titulos superiores remittit, retento principali, de patriæ potestatis solutione tractatu. Quod si ob unum, alterumque verbum, titulo alicui incidenter insertum, inscriptio semper titulorum mutanda esset, mirum hinc exoritur chaos. Quare nihil expungendum putarim.)

58. Sive in fata concesserit filius, Destructo enim correlativorum uno, alterum quoque destruitur. *L. fin. C. de acceptilat. l. 1. C. de Cupress. lib. 11. & l. fin. C. de ind. vid. toll. fac. §. par. Inst. quib. mod. jus pat. pot sol.*

59. Ut deportatione: qui enim ob maleficium, quod perpetrarat, in insulam deportatur, omnia civium Romanorum jura, consequenterque patriam potestatem amittit. *Fortun. Garc. L. Gallus. §. & quid si tantum, n. 10 ff. de lib. & postum. §. cùm autem, Inst. quib. mod. jus. pat. pot. solvit.* Sed de hoc solvendæ patriæ potestatis modo fusiùs loqui, hujus loci non est.

60. Ut dignitate: Etsi enim is qui militaverit, senator, consulve factus fuerit, à patriæ potestatis nexu, non liberetur. §. *filius familias, Inst. eod. tit.*

61. Summa tamen patriciatus dignitas, à sacrorum paternorum vinculo, filium familias eximit, *L. final. C. de Consul. lib. 12. §. sed ex constitutione, Inst. quib. mod. jus pat. potest. solvit. Rimin. l. qui se patris, n. 13. C. un. lib.*

62. Quæ autem fuerit patriciatus dignitas, nostratibus vix constat, plerisque ulterioris temporis Jureconsultis opinantibus: Principem sive Imperatorem viros excelsos sibi delegisse, quorum consilio auscultaret, hinc dictos patricios volunt, quasi principis patres, ob autoritatem, qua apud principem pollebant. *gl. d. §. filius familias, ibi Angel. Aret. n. 2. Inst. quib. mod. jus pat. pot. sol. Jas. l. 1. n. 5. ibi Paul. de Oriano n. 12. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. Vallasc. l. imperium, n. 79. inf. ff. de jurisd. om. judic. Cagnol. l. 2. n. 97. ff. de orig. jur.*

63. Et sanè veram esse derivationem, quòd patricius principis quasi pater dicatur, confirmat etiam Cujacius *d. l. ult. C. de consul. lib. 12.* in id Claudiani Poëtæ illius seculi autoritatem adducens. Cui & alia ejusdem Claudiani autoritas astipulatur lib. 2. in Eutropium patric.

---- præsidium legum, genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem.

64. Ego his subscribendum judico, qui Latinis hanc dignitatem incognitam, proprium fuisse Græcorum inventum: quorum stante imperio viguerit, quarumque conciso imperio conciderit, ita ut nulla planè, nostris moribus ejus extent vestigia, scriptis suis prodidere. uti facit *Alc. in Rubr. C. de consul. lib. 12. cui subscribit Aldobrand. d. §. filius famil. n. 5.*

Quod enim Wesenbecius scriptum reliquit, in locum dignitatis patriciatus, hodie regias confraternitates, aurei velleris, S. Michaël &c. successisse. *Wesenbec. c. d. §. filius familias, n. 4.* apud me fidem nullam habet.

65. Porrò posterioribus temporibus, alias deinde dignitates, quæ filium sui juris assererent, Imperator Justinianus adjecit: consulàtus nempe, consularitatis, præfecturæ prætorianæ, præfecturæ urbicariæ, & magisterii militum. *Novella 81. vel ut aliàs habetur: Constit. quæ de dignit. collat. 6.*

66. Quibus tandem episcopatus quoque dignitas adjicitur. §. *palam. d. Auth. constit quæ de dignit. Jason l. patre furioso. n. 48. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. Ascan. tr. de pat. pot. c. ult. n. 49. Rimin. l. qui se patris, n. 13. C. un. lib. Menoch. tr. de remed. poss. recup. rem. 10. n. 66. Cald. l. si curatorem, V. læsis, n. 130. vers. quæ conclusio Simoncell. tr. decret. tit. 8. n. 45.*

67. Illud denique circa hanc, quæ dignitate contingit, è manu patria liberationem, ignorandum non est: non ut emancipatione, ita quoque dignitate liberati, capite minui, sed absque ulla capitis minutione sui juris fieri: sicuti olim virgo Vestalis: Flamenque Dialis. Unde agnati esse non desinunt, nec quicquàm quod præeminentiæ loco agnatis olim concessum erat, amittunt. *Ut scriptum reliquit Cujac. ad d. Novell. 81.*

68. Ut captivitate alterutrius vel patris, vel filii: si nimirum apud hostes captivus decessisset. §. *si ab hostibus, Inst. quib. mod. jus pat. potest. solvit.*

69. Si enim hostium potestatem evasisset, jure postliminii cuncta, ac si nunquam captus

captus fuiſſet, recuperabat. *d.* §. *ſi ab hoſtibus.*

70. Quod jus poſtliminii à limine & poſt deductum, quaſi jus reverſionis, ad idem, quod amiſſum erat limen, dici poteſt. *d.* §. *ſi ab hoſtibus, verſic. dictum eſt autem.* Cui aſtipulatur Cicero dicens: cùm ipſius poſtliminii vis quæritur, & verbum ipſum notatur, Servius noſter nihil putat eſſe notandum, niſi poſt, & liminium. Illud productionem eſſe verbi vult, ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plùs ineſſe timum, quàm in meditullio tullium. Scævola autem P. Filius, junctum putat eſſe verbum, ut ſit in eo, & poſt, & limen. Ut quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cùm redierint poſt ad idem limen poſtliminio videantur rediiſſe. *Cicero in topic. n. 223. in f.*

71. Cæterum limen à limo dictum, quod antiquis tranſverſum, & obliquum erat, ex Hygino refert *Roſin. antiquit. Roman. lib. 8. cap. 11. ad finem.*

72. Illi præſidebat Limentinus Deus, quemadmodum foribus Forculus, cardiniq; Cardea, quam poſtea Carnam nuncuparunt. *Roſin. d. tr. antiquit. Roman. lib. 2. c. 21. in fine.*

73. Actu ſolenni conficitur è manu patria liberatio, veluti emancipatione, Emancipatione enim liberi, in poteſtate parentum eſſe deſinunt. §. *Præterea, Inſtit. quib. mod. jus pat. poteſt. ſolvit. d. l. fin. C. de conſulib. lib. 12. l. emancipari, ff. de adeption.*

74. Emancipatio autem, quæ & mancipatio in eodem ſenſu rectè dicitur, niſi quod mancipati nomen, in malam quoque partem interpretari poſſit. *Cujac. ad Ulp. tit. 22. V. mancipatos. Petrus Faber L. nemo alieno in fine principii. ff. de regul. jur.* Ideo ſolennis dicebatur actus, ſicut & legitimus. *Petrus Faber l. actus legitimi, ff. eod. tit.*

75. Quod imaginaria quadam venditione, *d. §. præterea, & l. fin. C. de emancipat.*

76. Et in ſtatum ſervilem deductione: Nemo enim, niſi in cauſam ſervilem deduceretur, emancipari poterat, unde & in emancipatis capitis minutio promanabat. *L. liberos, ff. de capit. diminut.* Inextricabilibuſque circumductionibus, & injurioſis rapiſmatis celebraretur, *d. l. fin. C. de emancipationib.*

77. Quare ſciendum eſt, hiſce ritibus olim, emancipationem perfectam fuiſſe: Primò adeſſe oportebat, patrem naturalem, & alium, qui item loco patris eſſet, unde & fiduciarius pater, item libripens, & anteſtatus appellabatur, in jure, cùm quinque teſtibus, civibus Romanis, puberibus, & in ſumma, hoc in actu, connumeratis emancipandi judiciſque perſonis, novem omninò perſonarum præſentia requirebatur.

II. His præſentibus hæc libripens, qui æneam libram in manu tenebat, proferebat verba: hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſt, hoc ære æneaque libra.

III. Libram ære percutiebat.

IV. Aliquot nummulos imaginariæ venditionis, imaginarium precium patri naturali dabat.

V. Cui pater naturalis reſpondebat, hunc filium meum tibi mancipo.

VI. Quo dicto liberum emancipandum, fiduciario in jure cedebat.

VII. Qui mancipatum, vindicta manumittebat.

VIII. Cùm autem tacito jure, iterum in patriam poteſtatem recideret, rurſus datis à libripende nummulis, à patre naturali emebatur.

IX. Denuoque manumittebatur.

X. Sed cùm nec ita quidem à jugo patriæ poteſtatis liberaretur, ſed nihilominus patriæ poteſtati, obnoxius fieret, ut ſuum jus plenè aſſequeretur, tertia quoq; vice, à libripende nummo æreo uno, aut pluribus, à patre naturali emendus erat.

XI. Quo facto, non ut antea bis contigerat, à fiduciario patre manumittendus: Sed patri naturali, dummodo ita conventum eſſet, remancipandus erat. A quo tunc manumittebatur: ne ſi à fiduciario patre manumitteretur, pater naturalis ejus ſucceſſione privaretur. Ut ſatis indicat §. *fin. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Utebatur enim his verbis in tertia mancipatione pater naturalis: Ego hunc filium meum tibi mancipo, ea conditione, ut mihi remancipes, ut inter bonos benè agier oportet, ne propter te, tuamque fidem frauder. Quod antiquis contracta fiducia emancipare fuit. Atque tunc tertiò accepto pretio: tertiò quoque filium, fiduciario promittenti cedebat.

XII. Quibus trinis præambulis emancipationibus ritè peractis, ut ſatisfieret Romuli legi, tertiò filium diſtrahi permittenti, abſoluta demum erat emancipatio. In cujus ſignum,

signum, quodque sui jam juris esset emancipatus, frons ejus à patre naturali percutiebatur. *Ut annotat. Cujac. novell. 81.* Cui potiùs accedo: licet authentica constitutio, quæ de dignitatibus &c. de alapis mentionem faciat. Videtur enim ex inscitia transferentis Novellas, hic prodiisse error. Transferens enim cùm sciret, servos manumissos alapis fuisse cæsos, ad ingenuorum quoque emancipationem idipsum, falsò tamen transtulit.

78. Cæterum hæc sobriè accipienda sunt. Neque enim in filiarum emancipationibus, hi ritus peræquè requirebantur: sed semel tantùm fiduciario patri venundatam esse filiam sufficiebat. *Connan. Comment. jur. lib. 2. c. 14. n. 5.*

At de his emancipationum ritibus videndus est *Cajus in Institut. tit. 6. Aldobr.* §. *præterea, n. 1. Inst. quib. mod. jus pat. pot. sol. Lancil. polit. in l. filium quem habentem n. 12. C. famil. Ercisc. Alc. l. utrum turpem, n. 5. ff. de verb. obligat. Coras. miscell. lib. 6. c. 9. n. 6. cum seqq. Borch. tr. de pact. c. 5. sub. n. 69. ad fin. numer. Pet. Fab. l. imaginaria, ff. de Reg. jur. Gars. tr. de expens. c. 1. n. 6. Joh. Bapt. Asin. in sua praxi, in pr. c. 2. n. 19. Vacon. à Vacuna declarat. 16. n. 10.*

79. Cæterum hæ emancipationum Formulæ. Impp. deinde constitutionibus, penitus sunt antiquatæ, effectumque, ut quilibet, hisce, similibúsve ineptiis insuper habitis, recta via in judicio, liberos suos manumittere posset, *d. l. fin. C. de emancipat.*

80. In qua lege verbum rapismata habetur, quod de frontis percussione, ut supra meminimus accipiendum est.

81. Hodiè verò in hisce terris, judicis aditio necessaria non est: sed fit emancipatio ipso facto, per matrimonium, aut à mensa domicilioque paterno separationem. Quod jure Saxonico introductum puto. *Autor. different. jur. civil. & Saxon. lib. 2. different. 31.*

Quod etsi lippis, tonsoribusque notum sit, recordor tamen, quendam juris Doctorem, Rhinocerotis alias nasum habentem, turpiter in hac re levissima cæcutiisse, clientemque suum, persuasum, usumfructum bonorum adventitiorum post matrimoniũ etiam per liberos contractum, patris esse, miserè perdidisse.

Idipsum quoque lege Regia apud Hispanos sancitum est. *Covarr. in epit. 4. lib. decretal. p. 2. c. 7. §. 1. n. 13.*

Licet diversum secundum jura communia respondendum esse, non sim nescius, uti in specie decidit *Crott. L. frater à fratre, n. 96. ff. de condict. indeb.*

82. Alius deinde actus solennis est, abdicationis, qua non solùm è patriæ potestatis nexu liberi exibant: sed tanquam planè incogniti, & nullo sanguinis jure ad eos attinentes, à parentibus abjiciebantur, quæ à Græcis orta est. *L. abdicatio, C. de pat. potest.*

Pater enim, qui filium habebat immorigerum, nec dictis audientem, commessorem, foras pernoctantem, lenones pulsantem, libidinibus mancipatum, aut aliis vitiis deditum, (Neque enim statæ abdicationis causæ erant) ad judicem ducere eum, probataque abdicationis causa, non velle eum ulteriùs suum dici, profiteri poterat. Quo facto, alere ulteriùs filium abdicatum pater non tenebatur, nec quicquam filio, nec in bonis patris reliquum erat consortii, ut scriptis prodidit *Alc. dispunct. lib. 2. c. 28.*

83. Hinc non immeritò, extremum patriæ potestatis fulmen à quodam nominatam commemorat *Brisson. in lex. V. abdicatio.*

84. Nec minor exhæredatione, sed ei per omnia par. *Tiraq. de ut. retr. p. 1. §. 1. gl. 8. n. 46. Cujac. in l. multi, ff. de lib. & postum.*

Vel major etiam erat. Exhæredatus enim etsi nihil de bonis paternis caperet: nomen tamen familiamq; parentis retinebat, quod in abdicato secus erat.

85. Præterea abdicatio nunquam nisi notæ causa fieri poterat: cùm tamen exhæres, bona quandoque mente quis scriberetur, *L. multi, ff. de lib. & postum.*

86. In eo tamen nonnihil discriminis inter abdicationem & exhæredationem constituendum videtur: quòd abdicatio actus viventium: exhæredatio verò morientium sit: hæc lege fiat: illa verò sine lege usurpata fuerit. *Cujac. d. l. multi, ff. de lib. & postum.* De abdicatione quoque accipiendum putarim, Terentianum illud in Heautont. act. 1. scen. 1.

Erras si id credis & me ignoras Clinia,
Ego te meum esse, dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est, facies: sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum invenero.

87. Porrò abdicationis exemplum in Manlio Torquato habemus, qui filium D. Sylla-

Syllanum repetundarum à Macedonibus reum factum, causa cognita condemnavit: cùm Decium Syllanum filium meum, pecunias à sociis accepisse mihi probatum sit, & Repub. & domo mea indignum judico: protinusque è conspectu meo abire jubeo. Quam patris abdicationem minimè sprevit filius, sed ea tantoperè fuit commotus, ut vitam ipsam laqueo protinùs finiret. Parens verò, cùm efferretur funus, adesse noluit: quasi non in filii, sed extranei funus procedendum esset. Ut refert *Valer. Maxim. lib.5.c.8.& ex nostratibus Connan.comment.lib. 2.c.13.n.3.in fine,& c.14. ad finem.*

Sed & hæc abdicatio constitutionibus Impp. comprobata non est.

88. Postremò in calce hujus primæ significationis, nominis potestatis, silentio prætereundum non est, Pinelum perperàm Accursii errorem, opinantis jus liberorum, & jus patriæ potestatis idem esse, defendisse, ut multis prosequitur *Pinel.in Rubr.p.2. ex n.13. C. de bon. mat.*

89. Nihil enim jus liberorum, & patria potestas commune habent, Est enim jus liberorum, conjugum sine liberis invicem pro loco pignorum hæreditatis alterna conscriptio: *Ut ex Isidoro refert approbatq; Cujac. ad Ulpian. tit. 16.*

90. Quare ignorandum non est, antiquitùs virum ab uxore, vel è diverso uxorem à viro, solidum capere non potuisse, nisi unum liberum habuissent, vel puberem jam factum, aut impuberem cujuscunque ætatis, intra annum matrimonii, & sex menses amisissent. *Ulpian.d.tit. 16.*

In quo tamen casu posteriori, ulteriùs desiderabatur, ut anni utriusque conjugis, simul conducti centum annorum summam, ob L. Papiam Poppæam, masculum sexagenarium, fœmellam autem quinquagenariam nubere vetantem, non excederent. Ut ex Augustino *idem Cujac.d.tit.16. differit.*

Quòd si nec haberent, nec amisissent liberos oblatis precibus, impetrare idipsum liberorum jus à principe, ad solidum capiendum poterant, *Cujac.in parat.C.de jur.liber.*

91. Id nunc absque impetratione ulla, omnibus in universum ab Impp. Honorio & Theodosio indultum est, *d.*L.*1.C.de jur.liber.*

92. Erat enim ea hujus juris ratio, ut homines ad studendum liberorum procreationi invitarentur. Cùm reipub. intersit repleri liberis hominibus civitatem. L.*1.in f.ff.sol. matr.Neviz.syl.nupt.lib.1.n.75. lib.3.n.15.*Lup. *in Rubr.*§.*17.n.18.ext.de donat. int. vir. & ux. Tiraq.tr.cess.caus.limit.*1.*n.59.Romul. l. ut vim. n.167.ff.de just.& jur.Seraph. tr. de juram.privil.22.n.29.privil.76.n.6.*

93. Quapropter meritò posterioribus temporibus abrogatum est, cùm summè auctus esset populi Romani numerus, nec liberorum procreationi studere, tantoperè, ut ab initio Reipub. referret: cùm cessante ratione dispositionis, ipsam quoque haut injuria dispositionem cessare debere, explorati juris sit. *Vulg. l. adigere.* §. *quamvis.ff. de jur. patr.*

94. Longissimè itaque jus liberorum à patria potestate separatum esse, conspicuum est, nec quenquam uspiam, vel legisse, vel audivisse, patriam potestatem libellis supplicibus porrectis, à principe obtentam fuisse, putarim. Quare Pinelus hac in re sequendus non est. Licet aliàs, summo jure, meritus sit, vir benè doctus, *à Stracch.tr. de adject.p.penult.n.75.*

Eruditus, *à Vasquio illustr. contr.c.80. n.* 1.

Subtilis. *à Cavalc.tr.tut.& curat.n.170.*

Doctissimus & diligentissimus juris enucleator, *ab Eman.Soarez.in add.ad Gomez.V.R. lib.*1.*c.*1.*addit.2.*

Vir insignis ingenii ac summæ doctrinæ *ab eodem Soarez. in add. ad Gomez. d. lib.*1.*c.9. addit.3.*

Et novissimorum omnium acutissimus, nominari *à Simon.tr.de decret.tit.2.n.28.*

95. Aggredimur nunc secundam nominis potestatis significationem, eam scilicet, qua dominus in servos potestatem habere dicitur. Circa quam illud primùm animadvertendum, idem esse servum, seu in potestate domini, ac mancipium esse. §.*servi autem, Inst.de jur.person.l. libertas,* §. *mancipia, ff. de stat.homin.*

96. Quemadmodum enim servi à servando, eò quòd in bello capti, cùm jure occidi possent, servarentur, dicuntur. *d.* §. *servi, d.l.libertas,*§.*servi, Cald.l.si curatorem, V. cùm non absimilis sub.n.5.vers.cùm itaque, C.de rest. in integ.Scipio Gentil.lib.orig.V.servus. Garc.l. manumissiones, n.9. ff. de just. & jur. Connan. commentar.jur.lib.2.c.1.n.4.*

97. Ita quoque mancipia, quasi ab hostibus manu capta, nomen invenerunt. *d.*§.*servi,& d.*§.*mancipia, Gentil.d.lib.orig.V.servus.*

98. Quapropter glossæ accedendum non est, quæ alios facit servos, quos quia Reipub. servi-

servirent, à serviendo dictos & liberos esse, minimeque ab hostibus captos voluit. *gl. d. §. servi, & in l. non enim per ill. text. ff. de adopt. in l. 2. per ill. text. ff. rem. pup. sal. for.* Quale genus servorum, tabelliones, sive notarios fuisse putat. Quam glossam sequitur *Cravett. in Rubr. n. 153. ff. de leg. 1.* Glossa enim illa errat, nec alios jus nostrum agnoscit servos, nisi qui servando, nomen reperiere suum, unico excepto casu, cùm liber homo, ob precium participandum, venundari se patitur, de quo in §. *servi autem Inst. de jur person.* Etenim huic glossæ opinioni l. non enim, ff. de adopt. & l. 2. ff. rem pup. sal. fore, minimè suffragatur.

99. Quantumvis enim de servis publicis mentionem faciant: inde tamen nullum discrimen, inter servos publicos, aliaque singulorum mancipia inferendum erit. Cùm non minùs Reipub. sive publicos servos, quàm privatorum hominum manumitti explorati juris sit, *toto tit. C. de ser. Reipub. manumitt.*

100. Similiter huic nostræ opinioni non refragatur, quòd hi servi publici tabulariam administrarint, cui servos præesse non posse, manifestum est, *L. generali, C. de tabular. lib. 10.*

101. Nam servos tabelliones esse non posse, post promulgatam illam legem, Generali, verum est, quod satis indicat verbum deinceps, in illa lege positum: quibus antea servitutem, ad id officii obeundum non fuisse obstaculo, perspicuè videre est ex *l. fin. C. de ser. Reipub. manumit.* Ubi servus publicus manumissus, post manumissionem tabulariam administrarat, ob quod ne libertatem amisisset verebatur: huic supplicanti Imperator respondet: libertatem minimè amissam esse. Colligitur itaque, patetque ex isto textu, servos tabelliones olim fuisse, & quod majus est, tabellionatum usque adeò servorum fuisse proprium, ut libertus, de quo in d. L. fin. dubitaret, ne per tabellionatus gestionem, in tacitam quasi servitutem retraheretur. Atque ita d. l. non aliter, & d. l. 2. quibus gl. innititur, de servis publicis, qui tabulariam quidem administrabant, pro aliis stipulabantur, nec non cum Imperatoribus in bellum proficiscebantur, ut pro dispunctore Imperator iis uteretur, in eum finem, ne quid Imperator publicæ pecuniæ interverteret. Quem quæstio, quæ de servis publicis haberi poterat, à prava cogitatione omni deterrere, verisimile erat: non autem, ut glossa autumat, de notariis intelligendas, autores sunt gravissimi, *Cujac. in parat. C. de ser. Reip. manum. & in l. generali, C. de tabul. lib. 10. Barnab. Brisson in lexic. V. servi publici. Petrus Faber in l. fin. ff. de Reg. jur. Anton. Govean. var. lect. lib. 2. c. 10. n. 1. Connan. commentar. jur. lib. 2. c. 2. n. 2.* Et prius his *Tiraq. tr. de jur. const. limit. 3. c. n. 32. & 33. Riminal. d. l. 1. n. 180. C. qui adm.*

102. Constituitur autem itidem, domini in mancipium potestas, partim nativitate: partim Jurisgentium aut civilis constitutione. Nativitate quidem, veluti si qui ex ancillis nostris nascuntur: Juregentium, utputa captivitate: jure civili, veluti si homo liber, viginti quinque annis major, ut præcii partem consequatur, in sui venditionem consentit. *d. §. servi autem Inst. de jur. person. Medic. tr. de LL. p. 3. q. 3. n. 2.*

103. Porrò hac potestate domino de mancipii vita morteque pro arbitrio statuere, non minùs ac parenti hisdem temporibus de liberorum, integrum, permissumque erat olim. *L. 1. ff. de his qui sui vel al. jur. sunt. Aldebrand. §. in potestate, n. 2. Inst. eod. tit. Johan. Bapt. Asin. in sua praxi in pr. c. 2. n. 14. Vacon. declar. 78. n. 1.*

104. Quinimò huic præ patria potestate, hoc præcipuum inest, quòd quo jurè, qua injuria occideretur, à domino servus, insons nihilominus esset dominus, quòd satis colligi puto, ex Davi Terentiani verbis, conquerentis:

Quo jure quàve injuria me præcipitem in pistrinum dabit.

Et præterea ex L. 1. in pr. ff. de his, qui sui vel al. jur. sunt, ponderando verbũ, sine casu.

105. Unde initium sumsit Germanicum illud: **Er ist mein / ich mag ihn sieden oder braten.** *Cujus mentionem facit gl. German. artic. 32.* **Landrecht** / *lib. 2.*

Cùm parenti non nisi ex causa legitima, morteque condigna, potestatem vitæ necisque erga sobolem exercere, fas fuisse crediderim. Unum enim aut ad summum alterum, eorum parentum, qui hoc potestatis suæ fulmine adversus liberos, usi sunt, quod extat exemplum, satis declarat, ex causa legitima, legumque præceptis comprobata, parentes in liberos hoc statuisse.

106. Sic Brutus pater, qui in perniciem patriæ conjurarant, sustulit filios. *De quo Liv. lib. 2. decad. 1. Valer. Max. lib. 5. c. 8.*

107. Sic Titus Manlius Torquatus, quòd contra interdictum patris, ejusdemque Imperato-

peratoris, cum hoste provocante congressus fuisset, disciplinamque militarem suo exemplo solvisset, filium securi feriri jussit. *De quo Livius lib.8.ejusdem Decad. & ex nostratibus Coras.miscell.libr.1.c.24.n.7.* Et ex Poëtis Claudianus:

Turpe rigor nimius, Torquati despice mores,

Vt refert Vasq. ill. cont. c. 5. n. 8. Ut taceam utrumque, non patrem solum, sed & patrem, & Imperatorem fuisse.

108. Nec his quicquam refrangatur, Virginii filiam immeritam interficientis, historia, quæ item *apud Livium lib.3.decad.1.extat.* Et ex nostratibus, meminere. *Pomponius in l. 2.§.initium, ff.de orig.jur.Borch. tr.feud.c.7.p. 1.n.43. Cotta in memor.post. tractat. de Jurisperit.versic.de Tarquinio.*

109. Nam quis non videt, id ex patria non processisset potestate? cùm Lucio Virginio, vindicias abdixisset Appius Claudius: id est, pro mancipio donec plenius de statu Virginiæ causa cognitum fuisset, apud assertorem servitutis asservari jussisset, & quod consequens est, pro patre Virginium non agnovisset: *Vti ista verba interpretantur Alex. ab Alex.genial.dier.lib.6.c.10.ante med. Alc. parerg.lib.8.c.24. Cotta d.vers.de Tarquinio.* Sed ex justissimo stuprum virginis filiæ, antevertere cupientis, dolore promanasse.

110. Atque hac ratione justissimè patriam potestatem leniorem: dominorum verò duriorem vocat. *Cujac.obs.lib. 10.c.16.*

111. Et dominicum Imperium tyrannidi: patrium verò regis imperio assimulavit. *Connan. Comment.jur.lib.2.c.13.n.2.*

112. Contra immensam autem dominorum sævitiam servis primò ad statuam principis, vel ædem confugiendo, fuit provisum. *§.sed & major, Inst.de his qui sui vel.al.jur.sunt. l.2.ff.eod.tit. Covar. var. resol. lib.2. c.20. n.2. vers. tert.*

113. In quo §. abesse debere dictionem sacram, ut scilicet legatur ad ædem, ad statuam, non autem ad ædem, vel statuam sacram confugere, annotat *Cujac. in not.priorib.d.§.sed & major.* Ea ductus ratione, quòd ita veteres Jurisconsulti locuti non sint. Apud Ulpianum enim in d. L. 2.ff. de his qui sui vel al.jur.sunt, & in l.1. §.1. ff. de off. præf. urb.nec non apud Callistratum in l.capitalium.§.ad statuas, ff.de pœn. In Rubro item & l.unic. C. de his qui ad statuam confug. simpliciter ad statuas: non autem ad sacras statuas confugere: ut & apud Senecam lib.1.de clement.cujus ex nostratibus Coras.miscell. lib.5.c.23.n.9. mentionem facit, legitur. Sic ædem in singulari numero absque epitheto sacram, pro templo, frequentiùs usurpatum invenies, ut apud Ulpianum l. ceteræ.§. sed & tabulas, ff.fam.her.& l.1.§.si pecunia, la. 2. & §.seq. ff. depos. Et in specie notat Valla elegant.lib.3.c.7. Ego equidem scrupulosum nimis hac in parte Cujacium fuisse, nec quicquam vetare, quin rectè quoque ad sacram statuam confugere dicamus, censuerim.

114. Si enim se sacratissimum appellat Imperator, *L.fin.§.sancimus, C.de quadr. præscr.*

115. Si item leges vocat sacratissimas, *L. leges sacratissimæ, C.de LL.* Nec non fiscum, comitatum, constitutiones, epistolas, jussiones, & si quæ sunt alia. *Vt passim inter legendum offendes.* Eccur statuam, sive imaginem suam, sacram non vocaret?

116. Sic ancoræ, quæ non minùs ac statua ultimum erat præsidium, sacræ epitheton copulatur: Ut, ad sacram ancoram confugere, sacram ancoram solvere, in proverbio est: *De quo Erasmus adagior. chil.1. cent. 1. adag.24.*

117. Minùs verò abundare, adjectionem sacram, ad nomen ædis dixerim. Sic enim in ædem sacram deponere apud *Cajum l. si quæ sunt, ff.fam. her. expressim legitur.* Et eadem loquendi formula usus est Justinianus *in l. unic. §. sin autem socius. C. de com. ser. manum. & l.2.C.com. de manum.*

118. Ut taceam, secus ac Valla æstimarat, cum quo Cujacius hac in re facere videtur, ædem in singulari numero pro domo privata, & econtra in plurali, pro delubro seu fano, positum, sæpiusculè apud receptissimos autorum reperiri, ut ex Curtio, Cicerone, Livio, & Suetonio contra Vallam annotat *Alex.ab Alex.genial.dier.lib.6.c.9.in f.* Nunc ad rem revertamur.

119. Itaque cùm extirpatus esset idolorum cultus, deque Christo, ejusque merito dogma receptum, id privilegium templis, veri Dei cultui consecratis, dein tributum est, ut servi domini furorem metuentes, adque templa sacra festinantes, veniam impetrarent. Nec enim ad dominum, nisi interposito sanctissimo juramento, de non exercenda crudelitate, erga fugitivos, suique furtum facientes ulla, illis esset cautum, satisdatumque. *L.fi.§.sane.C.de his qui ad eccles. confug.Cujac.novell.17.post.pr.*

120. Hoc ita, nisi armatus in Ecclesiam irru-

irrupisset servus, ut magis inferendæ, quàm propulsandæ injuriæ causa, Ecclesiam intrasse videri posset: tunc enim protinus extrahi, àque ecclesia, vel altari divelli eum fas erat. *L.3.C.eod.tit.*

121. Non autem video, cur ista lex dura, & rigoris plena vocetur *à Menoch.tr. remed. poss. recup. remed. 8.n.46.* Nec probare possum, quæ de ea scriptum reliquit *Alc. parerg. lib.2. c.45.* Cùm mancipiis armatis tantùm: non autem in genere omnibus asyliam, sive immunitatem Ecclesiarum deneget.

122. Certus quoque emendandi servos, sequentibus temporibus, constitutus præscriptusque fuit modus, *L.unic.C.de emendat. servor.* Cujus dispositione cautum est: tum demum à metu criminis liberatum iri dominum, si loris virgisque mancipium afflixerit, absque ulla dierum distinctione: non autem si fuste, lapide, telo, veneno, præcipitio, bestiarumque dilaniatione, vel ignis exustione, vitam relinquere servum coëgerit.

123. Illa autem verba (ut id obiter attingamus) sine distinctione, vel interpretatione dierum &c. in textu posita, glossa ad jus Mosaicum refert, quo distinguebatur: an servus à domino castigatus, biduum vel triduum supervixisset: quo casu dominus nulli pœnæ subjacebat: an verò statim à castigatione expirasset, tunc enim insons dominus non erat. *Exodi c.21.n.21.* Quam glossam, ut veram amplectitur *Cujac. in parat. C. de emend. servor.* Et licet eandem falsum judicet *Gomez. var. resol. lib.3. c.3. n.29.* Gomezium tamen oscitanter eandem legisse, satis constat. Non enim in terminis, in quibus Gomezius, glossa loquitur: cùm is de ingenuo, ex vulnere intra triduum vel biduum mortuo, loquatur: glossa verò de servo, ab hero ultrà quàm par erat afflicto, quem ob potestatem dominicam, faciliùs veniam mereri verisimile est, differat. Quare glossam injuria à Gomezio reprehendi existimo.

124. Et in summa legibus jubetur: non minùs dominum servum suum sine causa occidentem, puniendum, quàm si servum alienum occidisset. *L.1.ff. de his qui sui vel.al.jur. sunt. Novel.tr.ad defens.Rubr. quib.ex caus. homic.à pœn.mort.excus.n.79. Alex.ab Alex.genial. dier.lib.3.c.20. circa med.*

125. Sic punitam fuisse Umbriciam quandam, vel uti alii legunt Umbram. *Licinius Ruffinus in libell.de collat. LL. Judaic. & Romanar.1.de jur. & sævit. domin.* Vel ut rursus alii Umbricam. *Alex.ab Alex.d.loco.*

126. A divo Hadriano, inque quinquennium relegatam, quòd ex levissimis causis, ancillas atrocissimè tractasset, refert *Vlpianus in l.2.in fine ff. eod.tit.*

Quarum legum summa est æquitas, reducunt enim nos ad juris naturalis sanctiones. Nam etsi Jusgentium discrimen inter homines, quorum eadem de jure naturali fuerat conditio, invexerit, § *& cum uno, Instit. de libert. Maranta l.is potest, n.275. ff. acquir. hæred. Cald.l.si curatorem, V.sine curatore, n.51. versic. sed his, C. de rest. in integr. Capiferr. tr. de num. test.p.3.c.2.n.6. Garcia in l. 1. § jus naturale, n. 44.ff.de just.& jur.*

127. Dominationemque introduxerit: § *servitus autem, Inst. de jure pers. l. libertas. § servitus, ff. de statu hom. L. ex hoc jure, & l. manumissiones, ff. de just. & jur. l. si id quod ff. de condict.indeb. Cap.tr.scr.Rust.præd.c.1. n.1. Seraph. tr. de juram.priv.33.n.149.in fine.*

128. Cognationem tamen, quam inter nos natura constituit, *L. Vt vim ff. de just. & jur. Gentil.lib.originū V.cognati in fine. Schenck. c.1.ad fin.de for.fidelit. Cicero lib.3. officior. fol. 65.& lib.3.de finib.*

129. Perimere jus gentium non potuit: cùm jura naturalia sint immutabilia. § *sed naturalia, Inst. de jur. natur. Roch. de Curt. c. fin. sect.2.n.1. ext. de consuetud. Pecc. tr. de testam. conjug.lib.3.c.25.n.13. Zoanett. l. ut vim.p. 1. n. 35.ff.de just & jur. Garc. tr. de ultim. fin. jur. n. 103 & n.112. Capiferr.tr.de numer.test.p.1.c.1.n. 12. Vasq.ill.controv.c.51.n.50. Medic. tr. de LL. p.2.q.2.n.2.*

130. Hujus itaque cognationis, dominos memores esse debere, hæc jura, quæ de moderanda dominorum sævitia disponunt, præcipiunt. Ut rectè comminiscitur *Vasq. ill. contr.c.17.n.3. vers. tertia, quem sequitur Cald. in l.si curatorem, V. cum non absimilis sub n. 5. vers.cùm itaq., C. de rest. in integ.*

131. Dominorum potestas dissolvitur rursus duobus modis, Jure gentium nimirum, ut manumissione: *d.l.manumissiones, ff. de just. & jur. § manumissio, Inst. de libertin.* Et jure civili: ut in iis casibus, in quibus sine manumissione servi ad libertatem perveniunt. *de quibus toto tit. ff. qui sin. manum. ad libert. perven.*

132. Manumissio dicta est, quasi è manu missio: eô, quòd per eam, è manu seu potestate domini mancipia emitterentur, sive colla eorum à jugo herili relaxarentur. *Inst. de libertin. in pr. d. l. manumissiones, ff. de just. & jur.*

133. Hinc

133. Hinc Terentius, emissa est manu, pro manumissa est, dixit. *In Phormione actu. 5. scena 5.*

134. Quapropter laudare non possum etymon manumissionis à Cujacio traditum, qui manumissionem, quasi manus immissionem dictam putat. *Cujac. obs. lib. 5. c. 13.*

135. Nam cùm certum sit alaparum inflictionem, symbolum tantùm esse actus perfecti, ob quod minimè manumissionis actus instituitur: Consequens erit, hinc derivandam non esse manumissionem, sed ab eo potiùs quod principaliter agitur, nimirum: ut mancipium ab herili manu sese extricet. A principaliori enim denominationem faciendam esse, aperti juris est. *L. 1. in pr. ibi gl. & DD. communiter, ff. de Verb. obligat.*

136. Cæterum manumissio multis modis fit, veluti ex sacris constitutionibus, in sacrosanctis Ecclesiis: item vindicta: nec non inter amicos: aut per Epistolam: aut per testamentum, aut aliam quamlibet ultimam voluntatem. *§ multis autem modis. Inst. de lib. tr.*

137. Manumissionem in templis quod attinet, novum ea est, Christicolarum Imperatorum adinuentum, gentilibus Imperatoribus autem incognitus manumittendi modus. Quo brevi compendio servi in libertatem perduci poterant. Si enim dominus servi in aspectu populi, præsente episcopo, servum se manumittere dixisset, ritè rectéque celebrata erat manumissio, nec quicquam ulterius, quàm ut qualiscunque scriptura in rei gestæ memoriam interveniret, desiderabatur. *L. 1. C. de his qui in Eccles. manumit. l. 1. § fin. & l. 2. C. commun. de manum.*

138. Hujus formulam suppeditat Cujacius talem, Aureliis incisam lapidi, pro valvis Ecclesiæ mojoris extantem: Ex beneficio S. per Joannem Episcopum, & per Albertum S. Casatum, factus est liber Lembertus, teste hac sancta Ecclesia. *Cujac. in not. priorib. Instit. tit. de libert. V. in sacrosanctis.*

139. Vindicta autem à vindice; ita enim nominat *Pompon. in l. 2. § initium secessionis ibi Cujac. de orig. jur. & Claudianus in illis versibus, quæ apud Cujac. obs. lib. 5. c. 13. & Pet. Fabr. in commentar. ad titul. de orig. jur. fol. 760. extant.* Vel à vindicio: *Livius lib. 2. ab urbe condita. Zasius l. 2. n. 38. ibi Cagnol. n. 63. ff. de orig. jur. Connan. commentar. jur. lib. 2. c. 4. n. 3.* Vitelliorum: *Livius d. lib. 2. Pompon. d. § initium secessionis.* Vel Aquiliorum servo: *Plutarchus in vita Poplicolæ.* Dicta est, cui primùm quoniam conjurationem adversus Rempub. susceptam detexisset, suoque indicio, ne quid Respub. detrimenti caperet, effecisset, libertatem, civitatemque simul adipisci contigit. *Alex. ab Alex. gemal. dier. lib. 4. c. 10. post princip. Cujac. in parat. C. de vind. & apud consil. manum. Barnab. Brisson. in lexic. in V. vindicta. Petrus Faber in d. commentar. ad tit. de orig. jur. fol. 761.*

140. Haud enim quod Aldobrandinus, vindictæ notationem à verbo vindicandi deducere vult, *Aldobrand d. § multis, n. 4. Inst. de libertin.* Cui sibiipsi contrarius hac in re astipulatur *Cujac. ad Vlpian. tit. 19. V. tutela.* Consonum aptumq; videtur. Etsi enim in manumissione quæ vindicta fit, Dominus cedat libertatem: (unde & cessicia libertas nominatur) servus vindicet: prætor addicat: Ut rectè annotat *Cujac. d. V. tutela.* Tamen hinc minimè evincitur, vindictam à vindicandi verbo derivari: Si enim eo respectu manumissio vindicta dicitur, quòd servus libertatem sibi vindicet, nihil obstabit, quò minùs reliquas omnes manumissionum species, manumissiones vindicta dicere possis, cùm non minùs ac hac, servus libertatem sibi vindicet, asseratque.

141. Erat autem vindicta ferula sive festuca, qua lictor manumittendi tangebat caput. *Zasius in d. l. 2. n. 41. de orig. jur. Brisson. in lexico in d. Vindicta. Cujac. in parat. ff. manum. vind. Aldobrand. d. § multis, n. 3. Instit. de libertin. Coras. miscel. lib. 2. c. 10. n. 10.*

142. Quòd ut rectiùs percipiatur, sciendum est: mancipia vindicta manumittenda, ad tribunal capite raso, olim adducta fuisse à domino. *Alex. ab Alex. gemal. dier. lib. 4. c. 10. post princip.* Mox, coram tribunali sisti, necesse non fuit, sed & in transitu, veluti si lavandi, ludorumq; gratia, prætor, præses, proconsul, legatúsve Cæsaris prodiissent, manumissio fieri poterat. *§ servi verò, instit. de libertin. l. non est omnino, ff. de manum. vind.* Adducti autem mancipii caput, aliúdve membrum dominus tenebat, & ubi dixisset: hunc hominem liberum esse volo, è manu emittebat.

Cui prætor aliive magistratus, quibus legis actio erat, vindicta capiti manumittendi imposita: Dico eum liberum esse, more Quiritiū respondebant. Deinde ad lictorem

conversus, addebat: secundum tuam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta. Quo dicto lictor vindictam accipiebat, eaque caput servi percutiebat: genas verò palma verberabat, solennibus riteque conceptis effatis verbis. Quibus sequentibus temporibus opus non erat. *L. manumissio, ff. de manum. vind. Petr. Fab. l. actus legitimi post princip. ff. de Reg. jur.* Cùm & absque lictoris præsentia, vindicta manumissio expediri posset. *L. ego, ff. eod. tit. Cujac. observat. lib. 6. c. 20.*

143. Ex hac autem lictoris percussione originem traxisse videtur mos Papicolarum, quo eos, quos sacro, si Diis placet, chrismate inungunt, alapis cædunt, ut admoneantur, quoniam ratam habent factam in baptismo promissionem (ut nugantur Papicolæ) manumitti nunc eos, & exire è manu regnoque Diaboli: *Vt notat. Aldebrand. § præterea, n. 3. Instit. quib. mod. jus pat. pot. solvit.*

144. Ego verò hisce ritibus, magis affinem esse, illum nobilium nostratium morem, quo administri eorum, cùm primùm gladio cinguntur, vapulant. Ad ostendendam nimirum servitutem, quam imposterum servituri sint, tam asperam non fore, quàm ea, quam priusquam gladio cingerentur, perpessi sunt, & hanc gladii gestandi potestatem, illis imaginariam quandam manumissionem futuram.

145. Lictore ritè recteque officio suo functo, dominus servum apprehensum, in gyrum vertebat. Quod Justinianus circumductionem, alii verò vertiginem vocabant: *Vt notat Cujac. obs. 5. d. c. 13.*

146. Unde & extelari servi dicebantur, quòd uti ab arcu telum: Sic servi brevissima quadam circumactione à potestate, dominationeque herili excuterentur, ejicerenturque quasi, *Vt notat Scipio Gentilis parerg. lib. 1. c. 36.*

147. Hanc ideo adhibitam fuisse opinantur, ut ea significaretur, habere quocunque vellet, eundi manumissum potestatem. *Aldobrand. d. § multis, n. 4. Inst. de libert. Cujac. obs. lib. 4. c. 27. Connanus d. c. 4. n. 3.*

Postremò servum circumactum, prætor liberum pronunciabat, nomenque ejus actis inseri, per scribam jubebat. Atque ita rectè peracta erat per vindictam manumissio: *qui manumissionis ritus, facilè ex Doctoribus, quos paulò antè citavimus, colligi poterunt.*

148. Porrò hanc quæ vindicta manumissione contingebat, libertatem solidam vocat *Plutarch. in vita Poplicolæ.* Justam dicit Seneca, *Vt refert Pet. Fab. in d. commentar. ad tit. de origin. jur. fol. 761. & Justinianus § libertinorum. Instit. de libertin.* Plenissimam nominat idem Justinianus *L. 1. § sin autem socius, C. de com. ser. manumiss.*

149. Quod ea factum ratione opinantur: quòd manumissi vindicta ingrati, in servitutem revocari retrahique non poterant. *Aldobrand. d. § multis, n. 4. & d. § libertinorum, n. 21. Inst. de libertin. Alc. dispunctio, lib. 3. c. 14. Cujac. obs. lib. 10. c. 33. qui id autoritate Taciti lib. historiar. 13. persuasi tradidere.*

Verùm hoc falsum esse satis constat: tùm ex autoritate Suetonii, qui Claudio imperante, ingratos, & de quibus patroni quererentur, generatim, & absque ullo, quo manumissionis modo, dominationem exuissent, distinctione, in servitutem revocatos scribit. *Sueton. in vita Claudii c. 25.* Tum ex l. si mulier, ff. de eo, quod met. caus. quæ itidem indistinctè (quicquid dicat Cujac. d. c. 33.) libertam ingratam, de statu periclitari potuisse aperit. Tùm expressim & in specie ex l. si manumissus, C. de libert. & eorum lib. quæ non solum ipsos libertinos vindicta manumissos, sed & ex eis procreatos, si ingratos sese patronis exhibuerint, servitutis jugo rursus onerari posse, disponit. Quapropter Alciatus haud abs re Tacitum falsum esse dicit, *In addit. ad Tacitum lib. 13. quod sequi quoque videtur Coras. in prælud. l. frater à fratre, n. 31. ff. de condict. indeb.* Alia igitur, ob quam libertas, quæ vindicta contigit, dicenda sit plenissima, investiganda est ratio, quam inferiùs statim subjungemus.

150. Per Epistolam aut inter amicos (nam & hos manumittendi modos, suprà memoravimus) manumissi, Latini tantùm fiebant, non verò civitatem assequebantur. *Cajus Inst. lib. tit. 1. Zasius in l. 2. n. 39. ff. de orig. jur. Aldobrand. d. § multis autem, n. 5. Inst. de libertin. Alc. l. liberti. ff. de Verb. significat. Cujac. obs. lib. 18. c. 20.*

Cùm tamen vindicta manumissi, & libertatem & civitatem simul adipiscerentur. *Vt tradunt DD. modo citati.*

151. Hinc itaque plenissimam libertatem vindicta dari Imperator dixit: non autem superiori, quam tetigimus ratione. Inter amicos enim aut per epistolam manumissos, ut plenè libertatem consequerentur,

iterum coram consule, aut alio, qui legis habebat actionem, magistratu, vindicta manumitti oportebat, *Ut ex Plinio deducit Aldobr. d. § multis, n. 4. & 5. Inst. de libertin. & in § libertinorum, n. 5. Inst. eod. tit.*

152. Donec his inconvenientiis competenter per Justinianum fuisset provisum, qui omnes sub unum redegit manumissiones ordinem, omnibusque non ut antea Latinos, dummodò ab eo tradita forma fuisset observata: Sed cives omninò Romanos fieri sanciunt, *L. § sancimus & § sed et si quis, C. de Latin. libert. toll. § fin. Instit. de libert. Zas. d. l. 2. n. 46. ff. de orig. jur.*

153. Porrò perantiquam per epistolam manumittendi formulam tradit *Cujac. obs. lib. 14. c. 27.* Quæ ita habet: Ille civis Romanus esto, ita ut ab hodierna die ingenuus, atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus. Eam denique pergat partem, quamcunque elegerit, ut deinceps nec nobis, nec successoribus nostris, ullum debeat noxiæ conditionis servitium, sed omnibus diebus vitæ suæ sub certa, plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hunc manumissionis, atque ingenuitatis titulum, semper ingenuus & securus existat.

154. Nec te moveat, quod vides hac quoque manumissione plenissimam libertatem, & civitatem tribui. Cùm tamen superiùs, hac tantùm Latinos manumissione fieri asseruerimus: aut enim pòst concepta est hæc formula, quàm Justinianus rerum potitus, Latinam libertatem sustulisset: aut pacto, ut simul civis Romanus fieret, adjectum est. Quemadmodum enim ex conventione, aliàs contractus legem accipiunt. *L. 2. § si conveniat, ff. depos.*

155. Ita hanc quoque legem manumissio per epistolam accipere potuit, ut ea manumissus civitate simul donaretur, & econtrà pacisci tum temporis prohibitum non fuit, ut vindicta manumissus, civis Romanus non efficeretur. Ut scriptum reliquit *Zasius, d. l. 2. n. 42. & 43. ff. de orig. jur. per l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. ut manumit. & l. 1. § illo procul dubio C. de lat. libert. toll.*

156. Sed & hac per Epistolam sive chartam manumissione, Franci priùs usi sunt quam legibus Romanis viverent, semper adjicientes, ut taliter manumissi ingenui statim fierent, perinde ac si ingenuis parentibus essent oriundi. *Cujac. obs. lib. 4. c. 5.*

157. Unde eos chartularios homines nominatos *idem Cujac. ibid. refert.* Sicuti illos, quos lege Salica, jactu denarii manumitterent, Denariales vocatos, rursus *Cujac. ibid. autor est.*

158. Ultima, quam inter manumissiones recenset Justinianus species, est ea, quæ testamento, aut alia ultima voluntate, relinquitur. *De qua toto tit. ff. & C. de manum. testam. & de testamentar. manumiss.*

159. Rectè aut relinqui dicimus. Hæc enim relinquitur, cùm aliæ inter vivos imponantur. *L. 1. § sin autem, C. de com. ser. man.*

160. Quæ à manumissione inter vivos vel eo differt, quòd in hac tacitè concessum peculium, si non sit ademtum, videatur. *L. penult. ff. de manum. vind.* In illa verò nunquam sequatur manumissum, nisi nominatim relictum fuerit. *§ peculium Inst. de leg. l. fin. ff. de manum. quæ serv. ad univers. pertinent. imp.*

161. Testamento autem dupliciter contingit libertas: directò nimirum, ut si testator: Sejus liber esto, dixerit: & per fideicommissum, ut si fidei hæredis manumissionem commiserit: *toto tit. ff. de manum. testam. & de fideicommiss. libertat.*

162. Hæ inter se plurifariam differunt. Directa enim servo alieno dari nequit: cùm rectè fideicommisso alienum mancipium libertatem assequatur. *L. si servus, § si servus, el. 1. ibi. Bl. ff. de leg. 1. L. debert. C. de fideicom. libert. § libertas ibi, Wesenb. n. 1. Inst. de singul. reb. per fideicom. rel. Tiraq. l. boves, § hoc serm. limit. 3. n. 7. ff. de verb. sign. Cujac. tr. ad African. 5. f. 77.*

163. Quod usque adeò verum est, ut nec in fideicommissariam quidem, directa servo alieno data, flectatur, *Br. d. l. si servus, § si servus, n. 1. per ill. text. ibi. Castr. n. 3. & DD. ff. de leg. 1. Alc. l. 1. § si quis ita, n. 24. ff. de verb. obs. Lancil. Galiaul. l. centurio, n. 278. ff. de vulg. & pup. Caccialup. l. precibus, n. 41. C. de impub. & al. subst.*

164. Item cui directo reliquitur in testamento, libertas hæredis libertus non est: *L. directis C. de testam. manum.*

165. Unde Orcinus, *§ qui autem, Inst. de singul. reb. per fideicom. relict.* Vel cum aspiratione Horcinus, *Cujac. ad Ulp. tit. 2. Rosin. antiquit. Roman. lib. 2. c. 15. in pr.* Nec non Charonta, *Molin. l. 1. § si quis ita n. 58. & n. 67. ff. de verb. obl.* Et Plutonius dicitur, *Cujac. d. tit. 2. ad Ulp.*

166. Quasi ipsius Orci (qui & Quietalis ab antiquis dicebatur, Rosin. antiquit

Roman.lib.2 c.18. Rubr. de Quiete) Plutonis sive Charonis inferorum portitoris, ad quos defunctos, ejus temporis Ethnici, descendere putabant, libertus esset. *Cujac.obs. lib.3.c.23. Cujac.tr.ad Afric.9.fol.223.lit.C. Wesenb.d. § qui autem, n.1. Inst. de singul. reb.per. fideic. rel.Molin.d.l.1.§ si quis ita, d.n.58.& 67. Barnab.Brisson. in lexico, in V. Orcini, Connan. comment.lib.2.c.4.n.5.*

167. Communiter enim Alciati sententia, Ortinus ab ὀρθὸς, id est, rectus, non Orcinus legentis, explosa est. *Alc.prætermiss.lib. 1.V.Orcinus. Alc.l.1.n.6.ff. de leg.1.*

168. Ab hærede verò per fideicommissum manumissus, ipsius hæredis libertus est. *L.ergo, § hi qui, ff.de fideicom.libert.d.§ qui autem, Inst.de sing.reb.per fideicom.relict.l. his quibus, C.deicom. libert.*

Alias inter directam & fidei commissariam libertatem differentias, quia propriè præsentis indagationis non sunt, consultò omittimus.

169. Vltra eas, quas Imperator in d. § multis autem, manumissionum formas recensuit, & de quibus hactenus egimus, una adhuc, verùm planè Jureconsultorum etiam temporibus, obsoleta, est reliqua, quæ per censum fiebat. *Cujus meminit Cicero in Topic. in loco à part. enumerat. Cujac. in parat. ff. de manum. testam. Contius lection. subsecin. lib. 2.c.9.* Si enim servus triginta annos natus, domino consentiente, nomen suum in censum detulisset, liber, civisque Romanus efficiebatur. Cùm in censum, non nisi cives Romani referrentur. *Aldobrand. d. § multis, n.3. ibi Wesenb. n. 2. Instit, de libertin.*

170. Circa hanc antiquitùs ventilabatur inter prudentes, an à die, quo inter cives censitus fuisset servus: an verò à die lustri per censores conditi, factus esset liber, civisque Romanus? Cujus dubii Cicero noster haud ignarus fuit. Inquit enim: quid de libertate? quò judicium gravius esse nullum potest, nonne ex jure civili potest esse contentio, cùm quæritur, is qui domini voluntate census sit, continuòne an ubi lustrum conditum, liber sit. *Cicero lib. 1. de Orat.sub.n.100.*

Et ea sectanda videtur pars, quæ diem lustri conditi, ad diem census scripti retrotrahi rata est. *Quam cum Cujac. obs. lib. 17. c.20. amplectimur.*

171. Ita tamen si intra diem census scripti, & lustri conditi, herum servum censum esse, non pœnituisset: Eò usque enim domino pœnitere integrum erat. *Connan.commentar. jur.lib.2.c.4.n.2.*

172. Jure civili liberi fiunt, qui absque manumissione ulla, ipso jure, ex lege vel constitutione aliqua, libertati restituuntur: ut si dominus ob infirmitatem gravem, servum pro derelicto habuerit. Is enim ex edicto Divi Claudii liber, & civis Romanus confestim erit. *L. 2. ff. qui sine manum. ad libert.perven. l. unica, § sed scimus, C. de latin. libert. toll. Cujac. in l. fin. ff. pro derel. Connan. commentar.jur.lib.2.c.6.n 7.*

173. Vel si ancilla, addita ne prostituatur, pactione venierit. Tunc enim si prostituta fuerit, libera, absque ullo solenni manumissionis actu erit. *L. Imperator, ff. qui sin. manum.ad lib.per. & l.1. & toto tit. C. si mancip. ita ven. ne prost.*

174. Si item mancipium, ut post certum tempus manumittatur, alienetur: Tunc etenim die manumissionis dicta, cedente, venienteque, absque mora libertas competit, *l.1.ff.qui absq. manum. & toto tit. C. si mancip. fuer.alien.ut manum.*

175. Sed & his connumerari oportet illum casum, cùm necem domini, servus detegit. Pro præmio enim absque manumissione libertatem consequitur. *L. qui ob necem. ff.qui absq. manum.l.1.C. pro quib. caus. ser. pro præm. libert. accip. l.3.§ si ex stipulatu, ff. ad S.C. Syllan. Molin. l. 1. § si quis ita, n. 70. ff. de verb. obl.*

176. Uti non minùs, pro præmio libertate donatur ille, qui virginis raptum aperuerit, *L.penult.C.pro quib.caus.ser.*

177. Aut desertorem militiæ prodiderit. *L.fin.C.eod tit.*

178. Aut denique falsam monetam fabricantes, reos fecerit. *L.2.C.dicto tit.*

179. Tertia sese nunc offert vocabuli potestatis significatio, qua nimirum, cùm de noxæ deditione agitur, dominus servum in potestate habere dicitur, si ejus exhibendi facultatem habuerit, *d. l.potestatis, ff.de verb. significat.*

180. Noxa corpus est quod deliquit, maleficium ipsum noxia (ut Justiniano placuit) dicitur: *Inst.de noxal.act.in pr. l.1. § noxa, ff. si quadr.paup.fec.dic.gl.l.1.C.si adv. delict. Alc. l. plebs, § noxæ, n.18.& 19.ff.de verb.signif.& lib. 4.de verb.sign.n.20.*

181. Sed & largiùs noxæ vocabulum pro

pro omni eo, quod nocet, accipitur. *Alc. d.§ noxæ, n. 17.* Unde & pro pœna quandoque usurpatur, ut ex Frontone ostendit *Wesenb. Inst. de noxal. act. in pr.*

182. Sic sponde, noxa, id est, pœna præstò est, proverbium habet: *cujus ex nostratibus meminit Franc. à Cald. l. si curatorem, V. sua facilitate, n. 2. & V. vel adversarii dolo, n. 1. ad fin. de rest. in int.*

183. A noxa, noxalis actio orditur, quæ per se actio non est: sed adjectio tantùm, & qualitas reliquarum actionum. Si enim ingenuus injuriam intulerit, simpliciter actione injuriarum agendum: Sin servus, actio noxalis injuriarum est: si ingenuus furtum fecerit, actio furti simpliciter oritur: si servus, actio noxalis furti locum habet: Sic in Aquilia, doli, de eo, quod metus causa, arborum furtim cæsarum, & similibus. *Brissen. in lexic. V. noxa versic. inde & noxales.* Ea adversus dominum, ut servum, qui domino vetante, vel prohibente, noxam contraxerat, adversus dominum ut servum dedat noxæ, experimur, *toto tit. ff. Inst. & Cod. de noxal. act.* Noxæ dedere, pro peccato hominem dare, significat, ut annotat *Cujac. in not. priorib. Inst. tit. de noxal. act.*

184. Etsi autem Dominus electionem habeat, vel litis æstimationem solvere, vel mancipium abducere sinere: *Inst. de noxal. act. in pr. Pet. Fab. L. invitus post princip. lit: C. ff. de Reg. jur.*

185. Libellus tamen alternativè non concipitur, sed simpliciter, ut damnum, quod facto servi perpessi sumus, emendetur. *L. 3. C. de noxal. act. l. 1. ff. eod. tit. Speculat. tit. de off. om. jud. § deservit. n. 16.*

186. Unde in petitione litis æstimatio est: sed in solutione noxæ deditio, vel damni resarcio. *Inst. de off. judic. in pr. ibi Wesenb. n. 6. Bl. l. 1. in pr. n. 4. versic. secundò, ff. si ex noxal. caus. agat. Cujac. obs. lib. 13. c. 9.*

187. Porrò ad condemnationem domini, ob servi noxiam ita demum pervenitur, si mancipium dominus in potestate, hoc est, ejus exhibendi facultatem habuerit, vel quò minùs haberet, dolo malo fecerit. *L. quoties, in pr. ff. de noxal. action.*

188. Unde si ad aram servus, vel statuam, vel denique ædem confugerit, ejus exhibendi facultatem, dominus habere non creditur, nec actioni noxali locus est. *Ut ex superiùs adductis Juribus liquet.*

189. Item si aufugerit, vel peregrè profectus est, similiter ratione noxalis actionis, in domini potestate non est. *Barnab. Brisson. in lexic. V. potestatis verbo.*

190. Quo jure etiam utimur, cùm postquam noxius servus factus est, ante tamen, quàm actio ob id institueretur, bona fide à domino distractus abalienatusque fuerit. Tunc enim is, penes quem in præsentia est, non verò antiquior dominus, cujus tempore delicti fuerat, conveniendus est. Noxa enim caput sequitur. *§ omnis. Inst. de noxal. action. l. noxalis. & l. fin. ff. eod. tit. Petr. Fab. L. cum servo, ff. de reg. jur. Bl. l. 1. § 1. n. 1. ff. si ex noxal. caus. agat.*

191. Quod si dolo malo fuerit alteri divenditus, in ea causa est dominus, ut facultatem exhibendi habere credatur. Quapropter in agentis arbitrio positum erit, vel contra ipsum alienatorem noxali judicio experiri, vel contra possessorem actionem instituere, *l. de illo, ff. de noxal. action.*

192. Hujus actionis nullus hodiè propemodum usus est. Cùm enim olim nec ad hominem liberum, bona fide possessum porrigeretur: *l. confessionib. § eum, qui ff. de interrog. act.*

193. Multò minùs hodiè in delicto famuli vel ministrantis, qui liber homo est, & à serviendo, non à servando dictus, locum habebit. *§ final. 2. Inst. de noxal. action. l. apud antiquos inf. C. de furt. Bl. l. 1. in pr. ibi Jas. n. 3. ff. ne quis eum qui in jus voc. est vi exiam. Bl. l. 2. n. 1. ff. de eo per quem fact. erit. Jas. l. 1. in pr. n. 1. ff. si ex noxal. caus. agat.*

194. Quod etiam juris Saxonici dispositio sequitur: dominum non nisi pro mercede, quam servo suo homini libero, & ingenuo debet, teneri præcipiens, *Artic. 32. Landr. lib. 2. autor diff. jur. Cuj. & Saxon. different. 31. in novis.*

195. Quarta vocabuli potestatis significatio, ad restrictionem Legis Atiniæ pertinet. Non enim Attilia, ut in §. furtivæ, Inst. de usucap. vulgò habetur, legendum: sed Atinia. Ita enim in Pandectis Florentinis lege, autor est *Cujac. in not. priorib. Inst. d. tit. de usucap.* Et satis patet, tùm ex l. sequitur, § quod autem, l. non solùm in pr. ff. de usucap. l. potestatis, ff. de verb. signif. ubi semper, & ubique Atinia, non Attilia legitur.

196. Tùm ex Cicerone qui Attiniæ legis meminit, *Verrina 3. fol. 98. fac. 2.*

197. Hujus legis verba hæc fuisse Gellius refert lib. 17. c. 7. quod surreptum erit, ejus rei æterna autoritas erit, seu ut Wesenbecius in d. §. furtivæ, n. 3. Rei furtivæ, ævum autoritas esto, *quem sequuntur Alc. l. mulierem, § desinere, n. 8. ff. de verb. signif. Coras. misc. lib. 6. c. 20. n. 4.*

198. Id est: Res furtivæ perpetuò vindicari poterunt atque debebunt, ut interpretatur *Rosin. antiquit. Roman. lib. 8. c. 6. p. 3. leg. 40.*

199. Rectiùs alii censuerunt, verba quæ jam recensuimus non l. Atiniæ: sed legis 12. tabul. esse verba, quibus deinde Atinius, cùm rursus ea de re ad populum ferret, adjecit: furtiva res, priùs non usucapiatur, quàm in potestatem ejus, cui furto ablata est, revertatur. Ita namque censuere *Cujac. d. l. sequitur, V. lex Atinia. ff. de usucap. Wesenb. d. § furtivæ n. 3. Inst. de usucap. Barnab. Brisson. in lexic. V. lex Atinia, Rosin. d. lege 40. & c. 19.*

200. Cùm itaque lege Atinia promulgata, quid sibi vellent ejus verba, in potestatem domini rem rediisse, inter Jureconsultos ventilaretur, ea iis placuit interpretatio, qua ita etiam ad dominum rem furtivam reversam esse diceretur, vel cujus possessionem ita nactus esset, ut avelli ab eo, justè nequiret. *d. l. sequitur, § in potestate, ff. de usucap. d. l. mulieris, § desinere, ff. de verb. signif.*

Vel cujus cùm vindicandi occasionem habuisset, vindicare tamen vel condicere neglexisset, *d. l. potestatis, ibi Alc. ff. de verb. signif.*

201. Quò referendæ sunt quoque aliæ juris Regulæ: ea nimirùm, quam idem Paulus tradit: qui actionem habet, ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *in l. qui actionem, ff. de Reg. jur.*

202. Alia item Ulpiani: id apud se habere quis videtur, de quo habet actionem: *L. id apud, ff. de verb. sign.* Nec non tertia Modestini: Rem in bonis nostris intelligimus habere, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus. *L. rem in bonis, ff. de acquir. rer. domin.* Omnes namque L. Atiniæ adaptari posse videntur.

203. Hodiè lex Atinia non attenditur, sed sive res furtiva abesse desierit, sive non, emenso triginta annorum spacio, quantum jus civile attinet, usucapi potest. *gl. d. § furtivæ, Inst. de usucap. gl. magna. l. 1. in f. C. de serv. fugit. gl. final. l. sicut. C. de præscr. 30. annor. Br. l. sequitur, § si fundum. ibi Joh. de Imola, n. 30. ff. de Usucap. Alex. l. Pomponius, § cùm quis, n. 17. ff. de acquir. poss. Balb. tr. præscript. 2. p. 3. p. p. n. 5. vers. ita tenet, & 1. p. 6. p. p. n. 12. Panor. c. nihil. n. 7. ext. de præscript. Cujac. obs. lib. 10. c. 12. per text. l. 1. § ad hæc, C. de ann. except.*

204. Quinta jam expedienda est vocabuli potestatis significatio, qua in persona magistratuum Imperium denotat. *d. l. potestatis, ff. de verb. signif. l. 1. ff. de off. proconsul. auth. ut omn. obed. jud. provinc. in pr. Socin. l. 1. n. 40. ff. quis & à quo appellet. Coras. misc. lib. 3. c. 17. num. 3.*

205. Sic merum Imperium definitur potestas in facinorosos homines animadvertendi. *L. imperium. ibi Longovall n. 70. ff. de jurisd. om. judic. Coras. d. c. 17. n. 1. Cujac. obs. 21. c. 30. Alc. paradoxor. lib. 2. c. 7.*

206. Quo sensu, Pilati quoque verba accipi possunt, dicentis: an nescis quòd potestatem habeam in crucem tollendi, potestatemque dimittendi te? id est: nescis, merum mihi esse imperium, gladiique in facinorosos homines animadvertendi potestatem? *Johann. c. 19. n. 10.*

207. Nec obstat c. 1. ext. de reb. Eccles. alien. vel. non: ubi verbum potestas, nec merum, nec mistum Imperium in persona magistratus, significare potest. Nam id subjecta materia suadet, quæ principem semper locum in vocabulorum interpretationibus obtinet. *L. si uno, in pr. ff. locati. Neguz. tr. de pign. 2. memb. 3. p. p. n. 9. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 1. gl. 10. n. 34. Affl. decis. 3. n. 4. Ronchegall. l. 3. § 1. n. 167. ff. de duob. reis. Aldobrand. in proœm. Instit. in pr. n. 26. Coras. in prælud. l. qui liberos, n. 29. ff. de ritu nup. Tiraq. tr. cess. caus. limit. 20. n. 34. Riminald. l. 1. n. 47. C. qui adm. Everard. in top. in loc. à subject. mater. n. 1. Cald. l. si curatorem, V. sine curatore, sub n. 19. C. de rest. in int. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 47. Seraphin. tr. de juram. privil. 33. n. 179. Hartm. Pist. q. 3. n. 15. lib. 2.*

Quæ Alciati ibidem n. 12. est resolutio, & cuivis facile patet.

208. Porrò hoc in loco inter DD. controvertitur, an significatio potestatis ad merum tantùm, an verò ad mistum quoque imperium pertineat? Alii equidem ad merum tantùm imperium referendam existimant, uti sunt: *Castr. l. eum qui, n. 2. ff. de jurisd. om. jud. Decius in l. imperium, n. 10. ff. eod. tit. Alc. d. l. potestatis, n. 7. ff. de verb. signif.*

209. Confirmant hi opinionem, quam fovent,

vent, primò per d.l. imperium, ff. de jurisd. omn. jud. in qua merum imperium per verbum potestatis definitur. Consequitur itaque, cùm verba in definitionibus debent esse propria: *Br.l.omnes populi,n.59.ff.de just.& jur.Rimin.l.posthumo,n.6.C.de bon.poss.contr. tab. Capiferr.tr.de num. test.p.1. c.16. n.214. Cald.l.si curatorem, V.sine curatore, n.49. C. de rest.in integr.Crau.in Rubr.n.114.ff.de leg.* 1.

Verbum potestatis de mero Imperio propriè,non autem de misto dici.

Secundò, per text.d.L. eum qui, ff. de jurisd.ubi dantur exempla eorum,qui in potestate sunt Magistratuum,& recensentur tantùm proconsul, prætor, & præses, quos merum Imperium habere constat. Inferunt itaque prælibati DD. verbum potestatis merum tantùm Imperium comprehendere.

Tertiò, per text. L.3. in f. ff. de recept. arb.ubi rursus consul & prætor, in potestate dicuntur, quos merum imperium habere, explorati juris est.

Quartò, per text. l. sed etsi, § ait prætor, ff. ex quib. caus. major. sed ibi de potestate verbum nullum.

Quintò,per l.nec magistratibus, in fin. ff. de injur. ubi inter verbum imperium & potestatem ponitur disjunctiva aut.

Sextò, per l.1. ff.ad l. Jul. Majest.

In contrarium alii eunt, existimantes verbo potestatis, utrumque merum mistumque imperium comprehendi, uti facit *Fulg.d.l. imperium,n.9.ibi Alc.n.161.ff.de jurisd.om.jud. Alex.d.l.eum qui,n.3.ff.eod.tit.Muscorn.tr.de jurisd.n.32.*

Quam itidem sequentibus textibus fulciunt: primò nimirum per text. d.l. potestatis, ff.de verb.signif. ubi simpliciter dicitur: verbum potestatis in persona magistratuum imperium significare. Ponitur itaque ibidem verbum Imperium ut genus: Ergo sub se utranque speciem,merum nimirum & mistum continebit.

Secundò per d.l. imperium, ff. de jurisd. ubi merum imperium per verbum potestatis definitur. Apparet itaque inde, verbum potestatis communius esse, & latius, quàm merum imperium. Quapropter alia, quàm merum tantùm imperium complectetur. In hanc itaque partem concedendum & ego censeo: pro qua ultra alia per DD. adducta, allego primò: text. l.3. ff. ne vis fiat ei, qui in poss.miss.est, Ubi potestate,quis in possessionem missus dicitur.

210. Jam verò missio,in possessionem bonorum misti imperii est. *L.jubere cavere, ibi Br.n.1.Bl.n.1.Castr.n.1.Cyn.n.2.Alex.n.1.Fulg. n.4.Jas.n.2.Dec.n.3.Caccialup.n.4. Sapia n.3. & DD.ff.de jurisd.om.jud. Vallasc.l. imperium, n.13.ff. eod. tit.* Ergo verbum potestatis mistum imperium significat.

II. Textum adduco in l. nec magistratibus, ad fin.ff. de injur. & l.1. ff. ad l. Jul.majest. ubi imperium & potestas ponuntur, ut diversa. Quæ jura ut aliis concilientur intelligi oportet, ut verbum imperium ibi accipiatur pro mero imperio: potestas verò pro imperio misto, cùm nihil aliud potestas ibi significare possit.

III. Allego l.1.ff. de constit. princip. & § sed & quod principi, Inst. de jur. natur. ubi dicitur: populum principi omne suum imperium, & potestatem concessisse. Ponderandum itaque est, omne ibi imperium: & potestatem absque signo universali,pro uno & eodem poni. Quare consequens est, potestatem, mistum merumque imperium simul comprehendere, cùm aliàs omni imperio non æquivaleret.

IV. Adduco l.1. § si quis, ff. quod quisq; jur. ponderando verba: qui magistratum, potestatémve habebit: ubi rursus eandem vim habent,verba potestatem habere: quam habent verba magistratum habere. Consequens itaque est, quemadmodum is, qui in magistratu est, merum mistumque imperium habet: ita quoque eum qui potestatem habet, non solùm mero, sed & misto imperio fruiturum.

Clarè itaque ex istis textibus, potestatem non merum solùm imperium: sed & mistum significare, colligitur.

Nec in contrarium adducta alicujus momenti sunt. Primò enim respondetur: etsi per verbum potestatis merum imperium dfieniatur,non minùs tamen propriè,de misto quoque prædicari posse. Quid enim vetat? si bovem per animal definieris, propriè quoque animal de homine dicere, & sic in similibus.

211. Deinde quoque responderi posset, verba difinitionum propria esse, non semper obtinere, cùm impropriè etiam posita, quandoque reperiantur, ut in specie decidit *Roch.de Curt.c.fin.in præfat. n. 10. ext.consuet.*

Secundum & tertium pro parte contraria adductum argumentum, nihil quoque nostræ opinioni officiunt. Quòd enim ibi de con-

consule, proconsule, prætore, præsideque habetur, exempli gratia positum est, per quod minimè, quin & alii, qui merum imperium non habent, in potestate esse dicantur, inferri potest.

212. Cùm exempla regulam non restringere palàm sit: *L.regula, § & licet municipum, ff.de jur.& fact.ignor. Neviz.syl. nupt. lib. 1. n. 88. Roncheg. l.3. § ubi duo, n.3. ff. de duob.reis. Menoch. tr. de remed.poss.ret. remed.3.n.120. Stracch.tr.de mercat.p.1.n.46. Contard. l. diffamari, c.2.n.5. C.de ing.manum. Exea tr.de pact. n.108. Pistor.q.8.n.5.q.24.n.86. q.26. n.6. vol.1. q.39. n.22. lib.2. Alc.paradox.lib.2. c.5.n.1. Garf. tr.expens.c.1.n.25.ad fin. Toming. decis.22.n.4. Molin.l.2.in pr.n.64. ff. de verb. obl. Borch. tr. feud.c.8.n.23.*

213. Deinde & responderi potest, concesso, in potestate consules, proconsules, prætores, præsidesque tantùm esse, nihilò magis ob id evincetur, verbum potestatis merum tantùm, non verò mistum imperium inclusum habens, cùm enumeratos paulò ante magistratus non minùs mistum, quàm merum imperium habere constet. *Br. d.l. imperium, n.16. ibi: Vallasc. n.225. Longovall. n.141. & DD. ff. de jurisd. per text. § jusjurandum ibi: quæ jurisdictione egent. auth. de defensorib. civitatum.*

214. Sexta vocabuli potestatis significatio, de qua principalior nostra tractatio erit, illa est, qua DD. nostri principibus, & potentioribus tyrannidis frena laxarunt, illis leges figere, atque refigere, summis infima, atque imis summa miscere: proque ratione, voluntatis impotentissimam libidinem allegare permiserunt, quam plenitudinis potestatem dixerunt. Ut facilè ex nomine dijudicare possis, Jureconsultis hanc fuisse incognitam. Nam si universum jus civile sedulò elucubratus fueris: barbarum tamen illud, aut si mavis monstrosum, portentosumque vocabulum, non invenies. Nec verisimile est, Jureconsultum præcipuas nominis potestatis significationes recensere, in animo habentem, quæ longè potentissima erat, si tùm temporis in rerum naturam prodiisset, omissurum.

Num itaque rectè, jureque astipulante, plenitudinis potestatem effinxerint Canonistæ, inferiùs per totum tractatum videbimus. Atque de potestatis significationibus hactenus. Namque etsi plura ejus significata sint, nobis tamen post quinque Pauli, sextum attigisse, satis erit.

215. Nunc quid vis & potestas differant, quoniam sæpiuscule in jure conjunctæ reperiuntur, hisce παρέργοις finem deinde imposituri, principalemque tractatum aggressuri, paucis explanabimus.

216. Et primò quidem Ulpianus hæc duo conjunxit: Scire leges non hoc esse, verba eorum tenere: sed vim ac potestatem habere, inquiens in *L.scire leges, ff.de LL.*

Deinde Imperator in l. si idem, C. de codicill. Rursus Imperator in § sed interdicto, Inst. de Interd. *Et Syrus Terentianus.*

---- hîc me magnifice effero.
Qui vim tantam & potestatem habeam, tantæ astutiæ. In Heautont. act.4. Scen.3.

Hoc quoque loquendi genere Cicero usus est, dum ita fatur: Improborum igitur prosperitates, secundæque res, redarguunt (ut Diogenes dicebat) vim omnem Deorum, ac potestatem.

217. Rursus tutelam diffinivit Servius, vim esse ac potestatem in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ipse se defendere nequit. *Quem sequuntur Imperator Instit. de tut. in pr. & Paulus L.1. ff. de tutel. Piagg. tr.tut.& cur.q.1.n.5. Barnab.Brisson. in lexico in V.tutela. Coras. l.qui liberos, in prælud. n.29. ff. de rit.nupt.* Equidem quod priora exempla attinet, vim potestatemque pro eodem accipi putarim: sicuti in nostra lingva, ista verba: Krafft und Würckung / sæpe promiscuè ad majorem tantùm emphasin denotandam ponuntur.

218. In diffinitione verò tutelæ, verbum vis, & verbum potestas, minimè simul stare posse crediderim: cùm utrumque generis loco ponatur. Quemadmodum enim homo bifrons monstrum est: ita quoque diffinitio, duo habens genera, monstrosa omninò erit, ut taceam nullam aptam ex iis elici explicationem. Sive enim explicueris vis & potestas, id est, violenta potestas. *Ut facit. gl. inst. de tutel. in pr.* Sive dixeris vis, & potestas idem esse, quod viridis potestas, ut explicat *Br. d.l.1. n. 4. ff. de tutel.* Sive denique vis & potestas, hoc est, talem potestatem, quæ vi magis, efficientia, atque autoritate, quàm jure vel natura patria est, interpretatus fueris, ut facit *Wesenb. inst. de tutel. in pr. n. 2.* Congruum verborum sensum habebis. Nec ita nodum hunc dissolves, si uti Caldas facit, idem esse, sive jus, sive vis reponatur, cùm de mente Jureconsulti constet, responderis: *Cald. l.si Curatorem, V.sine curatore, n.3. C.de rest. in int.* Rustica enim resolutio est.

Nec

Nec iis accedere possum, qui loco verbi vis, verbum jus reponendum censuerunt, uti faciunt *Theophilus & Harmonopulus referentibus Cald. & Wesenbec. in locis modò citatis.* Et post eos: *Alc. parerg. lib. 1. c. 28. & lib. 9. c. 21. Cotta in memor. V. tutela Rosin. antiqit. Romanar. lib. 9. c. 3. in fine. Nizol. in observat. Ciceron. V. tutela.* Idem enim manet scrupulus.

219. Quapropter alterutrum horum verborum omittendum, & ut ingenuè profitear, potestatis verbum simpliciter retinendum existimo. Sic enim tutelam potestatem (omisso verbo vis, vel jus) ad defendendum pupillum temporis causa permissa aut data diffinivit *Cujac. in paratit. ff. de tutel.*

220. Neque id exemplo novum planè inauditum est. Videmus namque quod alibi lex Falcidia: jus, potestasque esto dixerat *in L. 1. in pr. ff. ad l. Falcid.* Id ab lege 12. tabul. verbo potestatis omisso, simpliciter, jus esto, in eodem tamen sensu dictum fuisse. *L. verbis legis, ff. de verb. signif. Inst. de l. Falcid. in pr. § disponat. auth. de nupt. Rosin. antiquit. Romanar. lib. 8. c. 6. p. 3. leg. 2.*

221. Nec te moveat Caldæ autoritas, qui Pandectas Florentinas, illam quoque lecturam, qua vis & potestas legitur, agnoscere attestatur. *Cald. d. V. fine curatore, n. 2.* Nam haudquaquam ubique, prælibatæ Pisarum Pandectæ, nævis carent, *ut ex diligenti commentariorum Cujacii perlustratione facilè observare poteris.*

222. Aut si utramque voculam retinere malueris, copula, &, quæ inter eas ponitur, vel expositivè, per id est, vel per alternativam, vel, expones. Ut sensus sit: tutela est vis, id est, potestas: aut tutela est vis vel potestas. Hæc enim copulæ, &, natura est, ut inter duo idem significantia posita, naturalem suam vim non retineat: sed eam amittat, inque alternativam, aut expositivam mutet. *Br. l. 1. in pr. n. 2. ibi Jas. n. 2. ff. de just. & jur. Br. l. si is qui ducenta, § utrum, n. 5. ff. de reb. dub. Jas. l. 1. n. 24. ff. de transact. Alc. l. Sæpe, n. 5. ff. de verb. signif. Tiraq. V. R. p. 1. § 1. gl. 20. n. 3.* Quo casu verbum potestatis, idem quod jus seu facultas denotabit: eoque pacto ad genus rerum incorporalium generalissimum revertemur, quod jus est. § *incorporalia inst. de reb. corp. & incorp.* Quam sententiam placuisse quoque video *Forcatul. in Necyomant. dialog. 66.*

CAPUT SECUNDUM.

AN PRINCEPS HABEAT plenam, seu solutam potestatem.

SUMMARIUM.

1. *Doctores Juris grues imitantur, qua enim unus volat, alii sequuntur.*
2. *Princeps habet plenitudinem potestatis.*
3. *Princeps vi solutæ potestatis, supra jus, extra jus, & contra jus omnia potest.*
   Clausula ex certa scientia: & clausula vi solutæ potestatis pares sunt, ibid.
4. *Principi soluta potestate aliquid facienti, cur ita facis? dici nequit.*
5. *Principi opponi nil potest, cùm ex soluta potestate agit.*
6. *Plenitudini potestatis nihil resistit.*
7. *Principi sese opponens, cùm quid vigore potestatis sibi soli competentis facit, audiendus non est.*
8. *De principis potestate disputare non licet, Princeps est causa causarum, ibid.*
9. *Pro factis habentur, quæ princeps vult.*
10. *Princeps est lex animata in terris.*
11. *Princeps plùs potest, quàm lex, vel statutum.*
12. *Princeps est omnia, & super omnia, & quæcunq; facit, facit ut Deus.*
13. *Principum potestatem includere limitibus temerarium est.*
14. *Princeps est Deus in terris.*
15. *Princeps potest sine causa tollere ea, quæ jure naturali vel gentium introducta sunt, vi clausulæ non obstante, vel ex certa scientia, etiamsi de terris præjudicio gravi ageretur.*
16. *Princeps soluta potestate potest quadrata mutare rotundis.*
17. *Et candida nigris.*
18. *Princeps eatenus, quatenus vult, legibus astringitur.*
19. *Disputans de potestate principis, superiorem se facit ipso principe, ponitq; sedem suam ab aquilone, ut similis sit altissimo.*
20. *Diffinitio solutæ potestatis ex Baldo.*
21. *Potestatem principis cur dixerint plenam.*
    Plenum id dicitur, cui nihil addi potest, ibi.
22. *Nemo sibiipsi legem imponere potest, à qua recedere non possit.*
23. *Nemo voluntatem suam, servam sibi facere potest.*

24. Prin-

24. *Princeps legibus solutus est.*
25. *Juliæ, Antonini Caracallæ novercæ dictum.*
26. *Caligulæ dictum.*
27. *Principi quæ placent, legis vigorem habent.*
28. *Lex etsi dura sit, servanda nihilominus est.*
29. *Populus Principi omne suum imperium & potestatem concessit.*
30. *Princeps mundi dominus.*
31. *Omnia sunt principis.*
32. *Disputare de principis potestate, sacrilegium est.*
33. *Papa vi solutæ potestatis, contra jura gratiam facit.*
34. *Imperator, ut inter avunculum & ex sorore neptem contractum matrimonium valeat, gratiam facit.*
35. *Frater fratris filiam jure digestorum ducere poterat: avunculus sororis filiam non item.*
36. *Patruus fratris filiam, jure Codicis, non ducit.*
37. *Princeps à nemine judicatur.*
38. *Princeps perpetui silentii impositionem comminatur iis, qui facto ejus non acquiescunt.*
39. *Princeps lex animata in terris est.*
40. *Princeps DEVS in terris est.*
41. *Persona loquentis non includitur in generali dispositione.*
42. *Nemo sibiipsi imperare, aut se prohibere potest.*
43. *Imperativus caret prima persona.*
44. *Par in parem non habet imperium.*
45. *Scrutator majestatis opprimetur à gloria.*
46. *Jus regium ex sacris.*
47. *Consistorium principis soluta potestate non fruitur.*
48. *Vicarius principis, clausula non obstante uti non potest.*
49. *Princeps in dubio, nunquam plenitudine potestatis utitur.*
50. *Princeps censetur potestate soluta uti, quando actui clausulam ex certa scientia apponit.*
51. *Princeps potestate uti soluta creditur, si actus quem facit, ordinaria potestate non subsisteret.*
52. *Hoc ita si sciverit actum potestate ordinaria invalidum: Si enim persuasus esset, sustineri actum ordinaria potestate, neutro modo valeret, quod agitur.*
53. *Actus vi solutæ potestatis geri præsumitur, quando illi clausula non obstante, adjicitur.*

SI ulla in parte juris verum est: nostrates graves imitari solere, quæ, cùm una mare volatu suo transmittit, triangulari forma omnes sequi solent, uti scriptum reliquere *Molin. l. 1. § si quis simpliciter, n. 67. ff. de verb. obl. Toming. decis. 48. n. 20. Hartm. Pist. q. 5. n. 14. q. 15. n. 50. q. 36. n. 29. lib. 2. Henric. Fernand. in præfat. commentar. Pineli in tit. C. de bon. matern. Piag. tr. tut. & curat. q. 13. n. 4.*

2. In hoc præsertim articulo, in quo de principis soluta potestate res est, verum erit. Ita namque omnes (paucissimis exceptis, de quibus suo loco) uno ore, consensuque uno, idolum illud plenitudinis potestatis stabiliverunt, principique illam ipsam attribuerunt. *Bl. l. rescripta, n. 8. C. de prec. Imp. off. Br. l. Æmilius, n. 5. ff. de minor. Angel. l. item si verberatum, § 1. ff. de rei vendic. Hipp. de Mars. l. de unoquoque, n. 16. ff. de re judic. Bl. l. 2. n. 43. & seq. C. de servit. & aq. Capyc. decis. 166. n. 10. Affl. c. 1. § similiter, n. 14. de capit. qui cur. vend. Affl. c. 1. n. 78. quæ sint regal. Alex. cons. 216. n. 24. lib. 2. Dec. cons. 269. n. 5. cons. 498. n. 24. Gozad. cons. 5. n. 25. Acad. Witeb. int. cons. divers. cons. 1. n. 42. volum. 2. & infiniti alii, quos suo loco, cùm effectus, quos ex absoluta potestate astruunt, singulos enucleabimus, videbimus.*

3. Hinc diræ illæ, jurique nec gratæ, nec acceptæ prodiere voces: principem ex certa scientia, sive potestatis plenitudine (Paris enim virtutis ambæ hæ clausulæ sunt. *Anton. Gabr. Rom. tr. regul. lib. 6. tit. de clausul. conclus. 1. n. 8. ubi plures in id allegat.*) Supra jus, extra jus, & contra jus omnia posse. *Bl. c. cum super, n. 1. ext. de caus. poss. & propriet. Jas. l. rescripta, n. 2. C. de prec. imper. off. Vacon. à Vacun. declarat. 48. n. 9. Peregrin. tr. de iu. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 4. Roland. à Valle cons. 3. n. 130. vol. 1. Acad. Witeb. d. cons. 1. n. 43. vol. 2. Rucker inter cons. divers. cons. 27. n. 22. volum. 4. per l. qui in provincia. § Divus ff. de rit. nupt.*

4. Item principi aliquid ex plenitudinis potestate facienti, cur ita facis, dici non posse. *Bl. in prælud. feud. n. 34. Hipp. de Mars. l. de unoquoque, n. 16. ff. de re jud. Gail. obs. 56. n. 15. lib. 2. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 44. vers. primò pro parte Jacob. de S. Georg. tr. feud. V. princeps. Pedemontium n. 3. Affl. d. c. 1. in pr. n. 99. quæ sint regal. Peregrinus d. n. 4. Jas. cons. 8. n. 8. int. consil. Bruni Gerard. Mazoll. cons. 36. n. 129. lib. 1. Simon Pistor. cons. 10. n. 7. Nicol. Ruck. d. cons. 27. n. 21. arg. c. nemo judicabit. & c. cuncta per mundum. 9. q. 3.*

5. Principi rursus ex plenitudine potestatis,

statis, aliquid facienti nihil opponi posse *Br. l. conficiuntur, § codicilli, n. 3. ff. de jur codicill. Bl. in proœm. decretal. n. 34. Hipp. de Mars. d. l. de unoquoque, n. 16. ff. de re jud. Jacob. de S. Georg. d. n. 3. Joh. Jac. de Leon. int. cons. Bruni cons. 117. n. 233. Gerard. Mazoll. cons. 36. n. 28. vol. 1. Rol. à Valle cons. 71. n. 49. volum. 2. Tiber. Decian. cons. 47. n. 20. volum. 1.*

6. Nihilque ejusœmodi potestatis fulmini resistere *Bl. c. 1. n. 30. ext. de constit. Jas. l. fin. n. 3. vers. sexto, C. si cont. jus. vel. util. pub. Dec. cons. 390. n. 13. Jas. d. cons. 8. n. 12.*

7. Ex eodem fonte illud quoque promanat, contra principem aliquid ex plenitudine potestatis facientem, tueri se cupientem, audiendum non esse, sed repelli, perpetuumque illi silentium injungi debere *Bl. in tit. de pace. Constant. V. Imperialis clementiæ, n. 28. per. ill. text. Dec. d. cons. 390. n. 13. Simon Pistor. d. cons. 10. n. 8.*

8. Nec non Machiavellicum illud præceptum: Principis potestatem, in quæstionem vocandam non esse, cùm princeps causa causarum sit, cujus nulla causa esse potest, cùm id quod primum sit, aliud ante se habere nequeat. *Bl. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 7. ext. ut lit. pend. Jas. d. l. rescripta, n. 2. C. de prec. Imp. offer. Gail. d. obs. 56. n. 15. lib. 2. Peregr. d. tit. 3. n. 5. Alb. Brunus cons. 1. n. 36. Rucker d. n. 22. Menoch. cons. 156. n. 12.*

9. Rursus quæ princeps vult, pro facto haberi *Chassan. d. conclus. 44. vers. primò pro parte. Brunus d. cons. 1. n. 46. per l. apud eum, ff. de manumiss.* Ejusque voluntatem pro ratione esse. *Zoanett. l. 2. n. 180. C. de pact. int. emt. & vendit. Affl. d. n. 99. Brunus d. cons. 1. n. 35. Chassan. d. vers. primò, Jac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 117. n. 41. Natta cons. 367. n. 8. per l. 1. ff. de const. princip.*

10. Iterum principem esse legem animatam in terris, *auth. de consulib. § fin. Igneus l. donationes, n. 3. C. de donat. int. vir. & uxor. Alb. Brunus cons. 1. n. 64. Jas. int. consil. Bruni, cons. 8. n. 15. Johan. de S. Julia int. cons. Bruni, cons. 3. n. 13. Joh. Jac. de Leonard. int. cons. Bruni. cons. 114. n. 482. Guilh. de Perno tr. de princip. in pr. n. 5. Sigism. de Neap. cons. 8. n. 20. Roizius decis. Lituan. 3. n. 258. Riminald. l. postumo, n. 280. C. de bonor. poss. cont. tab.*

11. Quæ plus potest, quàm alia lex, vel statutum. *Natta cons. 640. n. 20.*

12. Et esse omnia, & super omnia, & quæcunque facit, ut Deum facere. *Bl. in prima constit. Codic. in pr. n. 13. Bl. c. 1. § investitura, n. 3. ad fin. de no. for. fidel. Boss. tr. de principe n. 70. Cotta in memor. V. papa. el. 1. Natta cons. 625. n. 2. Brunus cons. 1. n. 41. Rol. à Valle, cons. 45. n. 11. volum. 3. per auth. de hæred. & Falcit. in pr.*

13. Temerarium item esse, majestatem principis, limitibus includere. *Rebuff. l. unic. n. 121. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. per. text. proverb. 25. cap. in fine.*

14. Et principem Deum esse in terris *gl. l. jubemus nullam, V. cœleste per ill. text. C. de sacros. ecclesf. Bl. l. fin. n. 2. C. sent. resc. non posse, Guilh. de Perno tr. de princip. in pr. n. 1. Matth. de Affl. c. 1. in pr. n. 69. quæ sint regal. Menoch. tr. de præsumt. 10. n. 4.*

15. Iterum principem sine causa posse tollere ea, quæ sunt inducta de jure divino, naturali vel gentium, cum clausula non obstante, vel ex certa scientia, etiamsi agatur, de gravi alterius præjudicio, ita in specie dicit. *Alb. Brunus d. cons. 1. n. 39.*

16. Vi quoque hujus plenitudinis potestatis posse principem quadrata mutare rotundis: *Abb. c. cùm venissent, n. 8. ext. de judic. Cotta in memor. V. imperator el. 1. Brunus d. cons. 1. n. 41. Rol. à Valle. d. cons. 3. n. 130. volum. 1.*

17. Et candida nigris. *Vant. tr. de nullit. Rubr. an quæ libet sent. poss. dic. null. n. 10.*

18. Sed & eatenus principem legibus astringi, quatenus ipse vult. *Rol. à Valle tr. de luc. dot. q. 84. n. 9. Sigism. de Neap. cons. 40. n. 35. Rol. à. Valle cons. 86. n. 68. vol. 1.*

19. Denique eò quoque referendum est, quod alibi traditum reperitur: disputantem de principis potestate, superiorem se ipso principe facere, sedemque suam ab Aquilone ponere, ut similis sit altissimo. *Bl. cons. 359. col. 1. lib. 1. quem. refert, sed non approbat Cravett. cons. 241. n. 3.*

20. Porrò plenitudinis potestatem Baldus diffinivit, esse arbitrii plenitudinem, nulli necessitati subjectam, nullisque publici juris regulis limitatam. *Bl. l. 2. n. 45. C. de servit. & aq.* Quem sequuntur. *Peregrin. tr. de ju. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 63. Barbar. cons. 55. vol. 4. Socin. cons. 27. in pr. vol. 3. Jas. cons. 8. n. 13. int. cons. Bruni Joh. Jac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 117. n. 52. Tiber. Decian. cons. 41. n. 20. volum. 2. Rol. à Valle cons. 61. n. 32. volum. 3. cons. 100. n. 58. volum. 4.*

21. Plenitudinem arbitrii, ideo diffinivere, quòd principis arbitrium in subditos, maximum esse voluerunt, eatenus quidem, ut quicquam ei addi nequeat. Cùm id plenum,

num, cui nihil addi potest, dicatur. *Imola Clement. causam, n. 80. de elect. Bl. c. licet de vitanda, n. 1. ext. de elect. Castr. cons. 348. n. 3. lib. 1. Rol. à Valle cons. 85. n. 53. Volum. 4. per. c. si omnia 6. q. 1.*

22. Utuntur pro confirmanda opinione sua, primò: textu l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. quæ habet: Neminem sibi posse legem dicere, à qua recedere non liceat. Et tradunt *Ias. l. si mihi & tibi, § in legatis lect. 2. n. 10. ff. de leg. Euerard. in top. in loc. à plenitud. potest. n. 1. Cujac. obs. 14. c. 7. Menoch. resp. 3. in caus. Finar. n. 19. Cephal. cons. 155. n. 14. Campeg. int. cons. Bruni cons. 2. n. 46. & ibi Socin. cons. 10. n. 35.*

23. Neque enim voluntatem suam, servam sibiipsi quis facere posset. Cùm id libero arbitrio, quod natura humano generi largita est, contrarium esset, adversumque, ut eleganter dicit *Vasq. ill. contr. c. 47. n. 6.* Ergò nec princeps talem rogare potest legem à qua resilire nequiret, aut contrarium sancire: sed à lege priùs lata recedere, & quas fixit leges, refigere poterit.

24. Secundò, l. princeps, ff. de legibus, cujus hæc est sententia: principem legibus solutum esse. Et tradunt *Matth. de Affl. c. 1. in pr. n. 69. quæ sint regal. Vant. tr. de nullit. Rubr. an qual. sent. poss. dic. null. n. 7. Tiraq. de LL. connub. gl. 8. n. 175. Muscorn. tr. de jurisd. n. 6. Govean. var. lect. lib. 1. c. 6. n. 3. Costal. l. 1. n. 7. ff. de constit. princip. Menoch. tr. de præsumt. præsumt. 28. n. 100. Drosæus in paratit. ff. de legib. versic. princeps, & in 10. lib. Codic. ad finem ferè. Asin. in sua praxi in pr. c. 2. n. 24. Capis. tr. de numer. test. p. 1. c. 24. n. 4. Joh. de S. Julia int. cons. Bruni, cons. 3. n. 15. Guilh. à Perno cons. 4. n. 3. Jas. l. 1. lect. 2. n. 25. C. de sacros. eccles. Burs. cons. 189. n. 19. volum. 2.*

Si ergo legibus solutus est princeps, solutam quoque habebit potestatem.

25. Cujus nec Julia, Antonini Caracallæ noverca erat nescia. Cùm enim privignum appeteret, corpus, quasi per imprudentiam factum esset, majori ex parte denudavit, ut privignum ad illicitum, nefariumq; amorem, inescaret. Quo viso, Caracalla, vellem, si liceret, dixit. At illa: nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere, respondit: Imperatorem legibus solutum esse indicans. Ut ex Ælio Spartiano refert *Lycosthen. in apophtheg. titulo de principe malo.* Et ex nostratibus, *Bl. c. 1. n. 30. ext. de constit. Coras. miscell. lib. 2. c. 25. n. 1. Vasq. ill. cont. c. 8. n. 39.*

26. Sic aviæ, se admonenti, ut nonnulla sua facta in melius reformaret, Caligula respondit: an nescis avia, mihi omnia, in omnes licere, de quo *Vasq. d. c. 8. n. 40.*

27. Tertiò l. 1. ff. de const. princip. & § sed & quod principi, Inst. de jur. natur. gent. & civil. qui textus volunt: quæcunque principi placuerint, legis habere vigorem. Et tradidere *Acad. Witeb. int. cons. divers. cons. 1. n. 41. vol. 2. Joh de S. Julia int. cons. Bruni cons. 5. n. 21. Guilh. à Perno cons. 12. n. 45. Simon de Prætis cons. 145. n. 12. Alc. cons. 5. n. 29. lib. 4. Bl. l. rescripta, n. 7. C. de prec. Imp. offer. Bl. de pac. Constant. V. libellariæ, n. 3. Everard. in top. in loc. à plenit. potest. n. 2. Coras. miscell. lib. 6. c. 8. in pr.*

28. Si igitur quæcunque arriserint principi, legis instar obtineant: Consequens est, eum pro arbitrio de personis, rebusque subditorum disponere posse. Consequenterque, potentiæ plenitudinem habebit. Quod etsi durum videatur, principi tamen ita placuisse sufficiet, quemadmodum legem etsi perquam dura sit, ita tamen scriptam esse, satis est. *l. prospexit, ff. qui & à quib. manum. Cæpol. caut. 227. n. 1. Cacheran decis. 71. n. 63. Capis. tr. num. test. p. 1. c. 3. n. 24. & n. 28. Pistor. q. 19. n. 80. lib. 2. Seraph. tr. de juram. privil. 20. n. 14.*

29. Quartò, rursus ex iisdem textibus argumentantur, dum habent: Lege Regia lata, populum principi omne suum Imperium & potestatem concessisse, & in principem transtulisse. Et scriptum reliquere *Zasius l. 2. in pr. n. 85. ff. de orig. jur. Covarr. pract. qq. c. 1. n. 3. Coras. miscell. lib. 5. c. 12. n. 1. & lib. 6. d. c. 8. n. 1. Chassan. in catal. glor. mun. p. 1. consid. 38. conclus. 44. versic. ultimo, Borch. c. 1. n. 89. quæ sint reg.*

Consequitur itaque rursus ex hisce textibus probari, principi potestatis plenitudinem competere: Si enim de mero, mistoq; tantùm Imperio Jureconsultus, aut Imperator intelligi voluissent, signum universale non adjecissent. Nam absque ejus adjectione Imperii verbum tanquam genus, quamlibet suam speciem secum ferret. Ne igitur sine ullo operandi effectu, signum universale positum videatur, de plenitudine potestatis, tanquam quid imperio mero, mistoque majus, istos textus intelligi oportet.

30. Quintò, textu l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jactu, quæ principem mundi dominum appellat. Cui & Cicero astipulatur, dum ad Atticum epist. 1. lib. 4. scribit: legem consules conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ, toto orbe terrarum daretur. Et

Et principem mundi dominum esse, affirmarunt *Bl.l.1.n.8.ibi Jas.n.6. C.de sum.Trinit. & fid. cathol. Bertach. tr. de gabell. p. 1. n. 1. Schenck.c.1.n.2.de f.March. Cotta in memor. V. imperator el.1.Aldobrand.in proœm.Instit.in pr. n.1.Gail.lib.1.de pac.pub. c. 11. n. 4. Capif.tr. de num.test.p.1.c.22.n.9.Montic.tr.de invent.her. c.5.n.10.Borch.tr.feud. c.4. n. 12. Medic. tr. de* LL.*p.1.q.18.n.7. Mart. Anton. Peregr.tr.de iu. fisc. lib.* 1.*tit. 2. n. 40.* Quod usque adeò verum est, ut Imperatorem mundi dominum negans, hæreticus censendus sit, ut dicit *Br. l. hostes, n. 7. ff. de capt. & postl. revers.*

31. Sextò, plenitudinem potestatis rursus fulcit, textus l. benè à Zenone, C. de quadr.præscript.in quo omnia esse principis expressim habetur. Si igitur orbis terrarum dominus est princeps, omniaque ejus sunt, ut modò allegati duo textus probant: Consequens erit, principem de iis pro libitu arbitrii & voluntatis, disponere posse, plenitudinemque potestatis habere. Cùm rei suæ quilibet moderator sit & arbiter. *L. in re mandata, C.mandat.Schenck.c.1.in pr. n.12. de feud.guard.Sonsbeck.tr.feud.p.7.n.3.Turz.com. opin.161.Pecc.tr. de testam. conjug. lib. 1. c.6.n. 1.lib.5.c.20.n.2.Toming. decis.13. n.25. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid.38. conclus. 44. versic. secundò, de eo jure. Marzar. tr. de fideicom.p.2.n.5. Cacheran.decis.100.ante,n.1.*

Septimò, idipsum probatur per text. l. item si verberatum, § 1. ff. de rei vend. quæ probat: agrum alicui à principe auferri, militibus assignari, dato possessori modico honoris gratia. *De quo textu plura in effectibus solutæ potestatis.*

Colligi itaque ex isto textu benè potest, plenitudinis, sive solutam potestatem principi congruere. Cùm ex potestate solita, atque consueta, nemo rei suæ dominio privari, spoliarique queat.

32. Octavò, confirmatur idipsum per text. l. 2. C. de crim. sacrileg. in qua sacrilegium esse dicitur, de principis potestate disputare. Et tradidere: *Chassan. in catal.glor. mund.p. 1. consid. 38. conclus. 27. Euerard.in d. loc. à plenit. potest. n.* 11. *versic. quinto. Zoanett. l.2.n. 171. C. de pactis int. emt. & vendit. Gail. obs.14.n.6.lib.1.obs.58.n.7. lib.2. Pecc. tr. de testam. conjug. lib.3.c.25. in pr. Conrad. Lancilot. tr.de off.prætor. Rubr. de sacrileg. n. 8. Pistor.q. 40. n. 40. ad finem lib. 2. Peregrinus tr. de jure fisc.lib.1.tit.3.n.5.*

Apparet itaque principem sibiipsi potestatem solutam asciscere, cùm disputationem de potestate sua inhibent.

33. Nonò, idipsum demonstratur per text.c.proposui, & § licet extr. de concess. præb. qui habet ad literam, Papam secundum plenitudinis potestatem, supra jus dispensare posse.

34. Decimò, hoc rursus confirmat text. l.qui in provincia, § Divus, ff.de rit.nupt.ubi Imperator ratum esse matrimonium disponit, inter avunculum & ex sorore neptem contractum, liberosque ex tali matrimonio procreatos, legitimos esse sancit.

Cùm igitur ratum tale matrimonium esse jubet, quod contra jura initum est:

35. (Jure enim Digestorum fratris quidem filia, patruo nubere; sororis autem filiam avunculus nec eo quidem jure ducere poterat. *Vlp.tit.5.Cujac.obs.lib.13.c.16.* Licin. *Ruffin. in libell. de collat. ll. Judaicar. & Romanar.Rubr.de incœst. nupt. in pr.*

36. Quod deinde ad fratris quoque filiam constitutionibus perrectum est. § *fratris, Inst.de nupt.*)

Dubitandum non est, supra jura principis potestatem sese exerere, & quod consequens est, principi plenitudinis potestatem competere.

37. Undecimò, iterum idipsum confirmat c.nemo judicabit, &c. cuncta per mundum 9.q.3.volentia: principem ob facta sua à nemine judicari nec posse, nec debere. Cùm itaq; omnis judicii impatiens sit princeps, quî fieret, ut ei potestatis plenitudo denegaretur?

38. Duodecimò, ad corroborandam principis autoritatem, adducitur quoque textus § si quis autem, de pace Constant. Ubi Imperator eos, qui de facto, & dispositione sua conqueruntur, audire recusat, iisdemque perpetui silentii impositionem comminatur. Mussitanda itaq; erit injuria principum, & solutæ eorum potestati connivendum.

39. Decimo tertiò, idipsum rursus stabilitur textu auth. de consulib.§. fin. ubi sese, legem in terris animatam, princeps dicit. Quemadmodum itaque lex plenam habet potestatem: ita princeps quoq; ejuscemodi potestatem habebit. Et quemadmodum lex, quantumvis rigoris, stricti, & acerbi juris plena sit, observanda nihilominus est: *d.l.prospexit, ff.qui & à quib.* Ita quoq; principis præ-

ceptis, & jussionibus, etsi perquam duræ sint, resistendum non erit.

40. Decimoquartò, huc quoque modis omnibus spectat Novellæ de hæred. & Falcid. princip. Ubi Imperator se Deum nominat. Ut igitur Deus agens est liberrimum: Ita quoque princeps, qui Deus in terris est, liberrimè in terris aget, & quod consequens est, solutam potestatem habebit.

41. Decimoquintò, in generali sermone, nunquam includitur persona loquentis. *L. qui insulam, § fin. ff. locat. l. si mercedem, § fin. ff. de act. emti. l. inquisitio, C. de solutionib. Neguz. tr. de pignor. 2. membr. 2. p. p. n. 32. Cravet. cons. 373. n. 48. cons. 958. n. 28. cons. 961. num. 2. Rol. à Valle cons. 86. n. 42. vol. 1. Cephal. cons. 235. n. 6. Simon de Prœt. cons. 124. n. 11.*

Quare etsi omnibus princeps leges servare suas præcipiat, mandet, jubeatque, in tali tamen jussu, mandato, præcepto, suam personam non includet, quodque consequens est, solutam potestatem habebit.

42. Decimosextò, nemo imperare sibi, neque prohibere se potest. *L. penult. ff. de arbit.*

43. Imperativus enim, ut in proverbio est, prima persona caret, *cujus meminit gl. d. l. penult. V. imperare.*

Non igitur princeps, ad suas observandas leges, obstrictus est.

44. Decimoseptimò, par in parem non habet imperium. *L. nam & magistratus, ff. de arbit. l. ille à quo, § tempestivum, ff. ad Trebell. gl. l. digna vox, V. indicamus, C. de LL. Cotta in memor. V. par. Ronchegall. l. si reus, n. 2. ff. de duob. reis. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 1. n. 87. Hercul. tr. de attent. c. 30. n. 29. Coras. miscell. lib. 2. c. 25. n. 4. Mont. tr. de invent. her. c. 5. n. 10. Catheran. decis. 139. n. 6. Gail. obs. 41. n. 9. lib. 1. Menoch. tr. de remed. poss. recup. remed. 8. n. 30. Oldrad. cons. 128. n. 9.*

Sed princeps hodiernus, retrò principibus par est. Ergò retrò principes in hodiernum non habent imperium, & quod consequens est, illorum constitutionibus recens princeps non ligatur.

45. Decimooctavò, ut prophanis sacra addant ex textu Proverb. 25. c. n. 27. solutam potestatem enucleare moliuntur, dum ibi: qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, legitur.

Quo dicto putant vetitum esse, solutam principis potestatem scrutari, aut de ea, quod & l. 2. C. de crimin. sacri l. suprà adducta prohibuit disputare.

46. Decimo nono & ultimò, rectiùs ex sacris adducitur textus Samuel. 1. c. 8. n. 11. & seqq. ubi dicitur: Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum; & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum.

Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas.

Agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit servis suis.

Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis.

Servos etiam vestros, & ancillas, & juvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.

Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

Qui textus, etsi à nemine, quem viderim, in id propositum allegetur: optimum tamen, cui imponi possit soluta potestas, fundamentum esse videtur. Quod tamen ut destruamus suo loco videbimus. Atque de fundamentis solutæ potestatis hactenus.

Vides itaque mirandam DD. nostrorum cæcitatem, qui ex textibus, quos superius recensuimus, illud evincere, quod nec juri, nec æquitati unquam in mentem venit, conati sunt.

47. Quare nihil laude dignum huic opinioni inest, nisi id, quod solutam potestatem, nulli nisi principi tribuerunt soli. Sic enim consistorium principis, plenitudine potestatis non uti, rectè decidit *Capyc. decis. 47. n. 7.*

48. Sic vicarium principis, clausula non obstante, rescriptis suis non inserere tradidit. *Bl. l. rescripta, n. 7. ibi Jas. n. 3. C. de prec. Im. offer. Matth. de Affl. c. 1. in pr. n. 125. quæ sint regal. Felin. c. nonnulli, n. 27. ext. de rescr. Guil. de Perno tr. de princip. n. 35. Alex. cons. 101. n. 5. volum. 1.*

49. Sed & id laudem suam commeruerat, quòd principem nisi expressim usurum se, soluta potestate enunciaverit, nunquã ea uti

uti velle præsumendum esse asseruerant. Ita namque placuit *Innoc. c. innotuit. n. 5. ext. de elect. Panorm. c. adhæc, n. 7. ext. de rescr. Felin. c. 1. n. 27. ext. de constit. Bl. l. si testamentum, n. 1. ibi Castr. n. 2. C. de testam. Jas. l. quanquam, n. 2. C. de testam. milit. Ripa. l. centurio, n. 23. ff. de vulg. & pup. Matth. de Affl. c. 1. vers. in gl. 4. n. 19. de pac. ten. Vant. tr. de nullit. Rubr. an quæl. sent. poss. dic. null. n. 20. Pecc. tr. de test. Conjug. lib. 3. c. 25. n. 9. Hartm. Pist. q. 29. n. 22. & q. 40. n. 26. lib. 2. Seraph. tr. de juram. priv. 146. n. 4. Menoch. tr. de præsumt. præs. 12. n. 1. & præsumt. 28. n. 99. Modest. Pistor. cons. 51. n. 8. volum. 1.*

50. Nisi quod una manu ædificassent, altera destruxissent. Etenim, si clausula ex certa scientia, actui alicui apponatur, principem plenitudine potestatis uti, credendum esse affirmarunt. Ita namque tradunt *Bl. Castr. Abb. Felin. Jas. & Menoch. in locis modò citatis.* Et præter eos, idem quoque docuit *Gail. obs. 56. n. 14. lib. 2. Nicol. de Agaciis int. cons. Bruni cons. 9. n. 8. Lancil. Galiaul. l. centurio, n. 141. ff. de vulg. & pupill.*

51. Sic semper quoque plenitudinis potestatem actui inesse, si ordinaria potestate actus à principe gestus non valeret, docuerunt. *Castr. l. ex imperfecto, n. 2. C. de testam. Alex. d. l. quanquam, n. 5. C. de testam. milit. Galiaula d. l. centurio, n. 143. Rimin. Rubr. n. 133. C. qui adm. Alc. tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 34. n. 2. Medic. tr. de LL. p. 1. q. 18. n. 13. Euer. in. top. in loc. à plenit. pot. n. 12. Hipp. de Mars. L. de unoquoque n. 20. ff. de re. jud. Roiz. decis. Lituan. 2. n. 39. Vant. de Rub. an quæl. sent. poss. dici nulla, n. 26. Gail. d. obs. 56. n. 16. Menoch. d. præsumt. 28. n. 99. Castr. cons. 415. n. 5. vol. 1. Cravet. cons. 75. n. 3. Cephal. cons. 235. n. 5. Menoch. in caus. Finar. resp. 2. artic. 3. n. 38. & resp. 3. n. 12.*

52. Quod tamen indistinctè verum esse nolunt: sed ita demum obtinere, si princeps certus sit, actum quem facit, ex potestate ordinaria perfici non posse. Nam si in jure erraret, persuasus nimirum ordinaria potestate, quæ facit, fieri posse, nec ex infinita quidem potestate, actus subsisteret, ut declarat *Cravett. tr. de antiquit. temp. p. 1. § non omitto. n. 42. & cons. 126. n. 3. ubi plures in id allegat.*

53. Aliam rursus plenitudinis potestatis mentionem in actu aliquo necessariam non esse, cùm clausula non obstante adest, voluit *Lancil. Galiaula d. l. centurio, ibi Card. Paris. n. 18. ff. de vulg. Menoch. d. præsumt. 12. num. 3.*

Sed de erronea hac opinione, satis jam dictum esto. Pergamus itaque ad contrariam, & utra earum justiùs induat arma, consideremus.

Caput Tertium.

Summarium.

1. *Principi soluta potestas, quæ contra, extra, & supra jus omnia possit, non competit.*
2. *Deus non dedit principibus jurisdictionem peccandi, aut auferendi alienum.*
3. *Plenitudo potestatis, qua princeps contra, extra, supra jus, omnia potest, potiùs plenitudo tempestatis est.*
4. *Principis potentia, quantò est immensior, tantò justitiæ, & æquitati debet esse conformior.*
5. *Lex principi præesse debet, non econtrà. Ex Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Solonis, Agathonis, Architæ Pythagorici, Salustii, Terentii, Ausonii, Dominici à soto, Antigoni, Pausaniæ, Themistoclis, Alphonsi, Zaleuci, Lycurgi, Gregorii, Lutheri, Euripidis, Ovidii, Claudiani, Virgilii & Hesiodi sententia, & n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.*
30. *Diffinitio solutæ potestatis verior.*
31. *Principem legibus se alligatum confitentem, digna majestate regnantis vox est.*
32. *Potestas principis, in locum potestatis, qua priùs fruebatur populus, surrogata.*
33. *Surrogatum naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, sequi debet.*
34. *Populus Romanus, nunquam usus est potestatis plenitudine.*
35. *Quod quisque juris in alterum statuit, eo jure ipse utatur.*
36. *Quæ lex Rhadamanti est.*
37. *Dominus à Vasallo calumniæ juramentum non exigit, & econtrà.*
38. *Magistratus Romani, si quicquam dum rerum potirentur, iniqui juris statuissent: privati facti, jus, quod statuerant, servare ipsi cogebantur.*
39. *Dominus & subditus judicantur à pari.*
40. *Fidelis dominus, fidelis servus.*
41. *Subditus ad quæ teneatur domino.*
42. *Princeps idem esse debet, erga civem & rusticum, qualem sese gerit, erga nobilem. Dominus eadem fide tenetur subdito, qua subditus tenetur domino.*

 43. *Si*

43. *Si tibi non sum senator, nec tu mihi princeps eris.*

44. *Princeps tenetur ad custodienda ea, quæ ratio naturalis dictat.*

45. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

46. *Princeps qua mensura Deum sibi metiri vult, eadem subditis quoque metiri debet.*

47. *In omni dispositione pro expresso habetur, quod disponentes interrogati & admoniti verisimiliter statuissent.*

48. *Rationem quærere, ubi natura sentimus nil aliud, quàm intellectus infirmitas est.*

49. *Regna justitia sublata nil aliud sunt, quàm magna latrocinia.*

50. *Tyrannus rectè incubator, & subsessor dicitur.*

51. *Tyrannus propositum habet, quod volupe est: Princeps solam utilitatem pub. spectat.*

52. *Principatus omnes, ad eorum qui reguntur utilitatem, non eorum qui regunt, adinventi.*

53. *Salus populi suprema lex esto.*

54. *Id dicimur posse, quod salva existimatione nostra possumus.*

55. *Facere injusta, non est aliquid posse, sed potiùs infirmitas quædam à malo non abstinentis.*

56. *Præcepta juris tria: honestè vivere, alterum non lædere: suum cuique tribuere.*

57. *Homines omnes legibus obedire debent.*

58. *Lex, Rex omnium est.*

59. *Princeps homo est.*

60. *Patere legem, quam ipse tulisti.*

61. *Legem nemo debet imponere, quam ipse servare negligit.*

62. *Justum est, Principem legibus obtemperare suis.*

63. *Lex est communis Reip. sponsio.*

64. *Quid sit Reipub. sponsio.*

65. *Leges constringunt hominum vitas.*

66. *Injuriarum occasio nasci non debet, unde jura nascuntur.*

67. *Leges civiles divinitùs per ora principum promulgatæ.*

68. *Falcidia in legatis principi relictis, locum habet.*

69. *Querela inofficiosi locum habet, contra testamentum, quo Imperator hæres institutus, filius autem non jure exhæredatus est.*

70. *Soluta potestas jure divino inhibita est.*

71. *Regula: neminem sibiipsi legem imponere posse, quando locum habeat.*

72. *Nihil magis debetur morientibus, quàm ut supremæ voluntatis eorum liber sit stylus.*

73. *Voluntas ad mortem usque ambulatoria.*

74. *In contractibus, quæ ab initio fuere voluntatis, si semel convenerit, fiunt necessitatis.*

75. *In contractibus, quæ semel placuerunt, displicere ampliùs non possunt.*

76. *Lex est contractus.*

77. *Lex est Reipub. sponsio.*

78. *Principem legibus solutum esse, scelerata, & detestabilis vox.*

79. *Principem legibus solutum asseruisse, primam Reipub. intulit calamitatem, qua potissimum pessumdata est.*

80. *Princeps ita legibus solutus est, ut quæ alii coacti faciunt, ipse suapte sponte faciat.*

81. *Princeps legibus solutus est, ratione leviusculárum solennitatum, aliàs vel in contractibus, vel in ultimis voluntatibus, ut in judiciis requisitarum.*

82. *Principis servus, absque vindicta manumissione liber fit, sola principis declaratione.*

83. *Principis donatio, insinuatione non indiget.*

84. *Testamentum actis insinuatum, absque alia solennitate ulla valet.*

85. *Adoptio non jure facta, à principe confirmatur.*

86. *Cadaver in urbe sepeliri non debet.*

87. *Princeps in urbe sepeliri poterat.*

88. *Lex 12. tab. hominem in urbe sepeliri vetat, non autem Divus Hadrianus primùm contra Accursium.*

89. *Donatio inter principes conjuges non prohibetur.*

90. *Princeps filio in sacris constituto donat.*

91. *In donatis à principe filiis fam. pater usumfructum non habet.*

92. *Princeps legibus solutus est eatenus, quòd possit novas leges (si ita ex usu reipub. fuerit) prioribus contrarias condere; sed quamdiu novas leges non promulgat, legibus subjacet.*

93. *Principem legibus solutum, de legibus Caducariis, Julia, & Papia intelligendum.*

94. *Principis placita, quomodo legis instar obtineant.*

95. *Nisi Princeps animum condendi legem habuerit, actus agentium ultra intentionem eorum operarentur.*

96. *Non omnis vox judicis, est sententia.*

97. *In concessione generali, quæ verisimiliter in specie quis concessurus non fuisset, non veniunt.*

98. *Non abundant, quæ majoris declarationis gratia repetuntur.*

99. Popu-

99. Populus, quomodo omne imperium & potestatem Principi concesserit.
100. Lex Regia aliàs Remnia dicitur.
101. Lex Regia à Romulo condita.
102. Lex Regia simul cum Regibus exulare jussa.
103. Lex Regia ad unum potestate omni redacta, rediviva constituta.
104. Dionis locus declaratur.
105. Lex Regia dicitur quoque lex Imperii.
106. Et lex Augusti.
107. Lex Regia iterum in persona Augusti: non autem Vespasiani cepit, contra Zasium, & Salomonium.
108. Lex Regia omnibus indiscriminatim principibus competiit, contra Salomonium.
109. Legis Regiæ qui effectus.
110. Princeps quomodo sit mundi dominus.
111. Rei vendicatio datur illi, qui jure gentium, aut civili dominus est.
112. Rei vendicatio datur singulis.
113. Duo in solidum unius rei domini esse nequeunt.
114. Imperator dicens se mundi dominum, hyperbolicè locutus secundum Igneum.
115. Mundus unde dictus.
116. Princeps quomodo mundi dominus, secundum Vaconium.
117. Imperator mundi dominus, quo ad protectionem: non quo ad proprietatem.
118. Rex omnia Imperio possidet: singuli dominio.
119. Mundus nunquam uni paruit Monarchæ, sed indomiti semper aliqui remansere populi.
120. Romani leges rerum continentis, à Spartanis, & Atheniensibus mutuati sunt.
121. Romani leges maritimas, à Rhodiis accepere.
122. Lex Rhodia permittebat fisco, res, ob naufragium, ejectas auferre.
123. Augustus primùm legem Rhodiam abrogavit.
124. Inscriptio L.1. C. de naufrag. lib.11. antiqua asseritur, contra Cujacium.
125. Antoninus cum patre legem Rhodiam, secundò abrogarunt.
126. Valentinianus, Theodosius & Arcadius Impp. contra legem Rhodiam tertiò statuerunt.
127. Fridericus Imperator, nova constitutione legem Rhodiam irritam declaravit.
128. Leges Rhodiorum eatenus, quatenus legibus suis non adversarentur, Romani recepêrunt.
129. Legis Rhodiæ, cur in Codice non fiat mentio.
130. Fallacia secundum quid ad dictum simpliciter, non procedit.
131. Intellectus L. benè à Zenone C. de quad. præscript.
132. Intellectus l. 2. C. de crim. sacril.
133. Princeps minus idoneum designans magistratum, ejus personam habilem efficere, putatur.
134. Disputare de principis potestate licet, si in eum finem fiat, ut veritas eruatur, aut tertii damnum anticipetur.
135. Princeps in jure vel in facto errans, admoneri potest.
136. Intellectus c. proposuit ext. de concess. præb.
137. Nemo in causa propria testis idoneus.
138. Papæ assertioni, in causa propria standum non est.
139. Intellectus L. qui in provincia, ff. de rit. nupt.
Optimus contrariorum dissolvendorum modus, qui fit, per in adversariam retorcutionem, ibid.
140. Dictio perindè nota impropríetatis.
141. Intellectus c. nemo judicabit, &c. cuncta per mundum 9.q.3.
142. Contra Papam scandalizantem ecclesiam, primò utendum herbis, deinde verbis: postea lapidibus.
143. Intellectus § si quis autem de pac. Const.
144. A particulari ad universale non valet conquentia.
145. Pax Constantiæ cur & quando fuerit constituta.
146. Intellectus § fin. auth. de consul.
147. Lex non potest, quod in honestum, & injustum est.
148. Lex est sanctio sancta jubens honesta, prohibens turpia.
149. Intellectus L. prospexit, ff. qui & à quib. manum.
150. Reipub. interest, delicta impunita non remanere.
151. Ratio ubi eadem, ibi idem quoque jus.
152. Intellectus auth. de her. & Falcid. in pr.
153. Deus honorem suum alteri non dat.
154. Herodes, quoniam ad divinitatem aspirare non erubuerat, divinitus percussus, periit.
155. Personæ loquentis, quando in generali sermone comprehendatur.
156. Intellectus L. penult. ff. de arbit.
De receptis alii legere maluerunt, quàm de receptis arbitris, ibid.
157. Nemo in causa propria judex competens.
158. Nemo de re sua arbitrium recipere potest.
159. Par in parem quando habeat imperium.
Distingue tempora & conciliabis scripturas ibid.
160. Intellectus ejus, quod de jure regio in sacris habetur.
161. Fundamento destructo, quicquid superius ædificatum est, corruet.

Qualis principi conveniat de jure potestas.

ALii itaque contrarium amplectuntur, principi nimirum jure nostro, liberam & infinitam minimè, qua contra, extra, & supra jus omnia possit, & cui regnorum, & ditionum ordines, cur ita facis, dicere nequeant, potestatem tribui atque concedi posse, volentes, & decidentes. *Paris de Puteo tr. Syndic. Rubr. de excessib. reg. n. 30. Marius Salom. l. princeps per tot. ff. de LL. Fortun. Garc. l. Gallus, § & quid si tantum, n. 290. vers. ego verò n. 301. & 311. ff. de lib. & postum. Alc. l. censere, n. 2. ff. de verb. signif. Coras. miscel. lib. 2. c. 25. Covar. var. resol. lib. 3. c. 6. n. 8. Hotomann. in sua Francogall. Connan. comment. jur. lib. 1. c. 8. n. 3. Arrius Pinel. in Rubr. p. 1. c. 2. n. 25. C. de resc. vendit. Vasq. ill. contr. c. 26. n. 2. Vasq. tr. de success. progr. in præfat. n. 106. Petr. Fabr. in l. non omne quod licet, circa med. ff. de Reg. jur. Neviz. cons. 12. n. 161. int. cons. Bruni. Acad. Lips. cons. 37. n. 26. vol. 1. int. cons. divers. Zas. cons. 10. n. 10. & 14. vol. 2. Joh. Gallic. int. cons. feud. divers. cons. 2. n. 140.*

2. His astipulantur alii dicentes: DEUM non dedisse jurisdictionem peccandi principibus, nec auferendi alienum indebitè. *Br. l. fin. n. 2. ad fin. C. si cont. jus velut. pub. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 39. Pist. q. 40. n. 42. lib. 2. Cardin. paris. cons. 12. n. 200. vol. 2.*

3. Sic plenitudinem potestatis, plenitudinem tempestatis nominavit *Lucas de Penna l. jubemus, col. 2. circa med. C. de prox. sacr. serm. lib. 12. Crau. tr. de antiquit. temp. p. 1. § non omitto, n. 4. Vasq. ill. contr. c. 1. n. 20. Cardin. Mediolan. Soc. in & Curt. in locis relatis ab Aymon. Crau. cons. 241. vers. non obstat, el. 3. Neviz. d. cons. 12. n. 141. Tiber. Decian. cons. 25. n. 27. vol. 1.*

4. Sic Zasius præclarissimè disseruit: principis potentiam, quantò est immensior: tantò magis æquitatem exigere, & Justitiam, quam inprimis colere, & colendam præscribere debet. *Zasius in l. 2. in pr. n. 99. ff. de orig. jur. quem refert Gail. obs. 56. n. 12. lib. 2. licet is videns, prudensq;, regia via relicta, per avios montes, principum gratiam renatus, ire maluerit.*

5. His sese adjungunt, quotquot fuerunt, philosophorum & poëtarum principes. Plato dicebat: videre se interitum ei Reipub. paratum, in qua non lex principi & magistratui: sed legi princeps ac magistratus præesset: salutem verò illi, ubi lex servientibus magistratibus dominatur: *Plato 4. de Repub.* Non itaque Plato, liberam & solutam potestatem principi indulsit: Qua nemo, cui lex dominatur, fruitur.

6. Aristotelis quoque eadem est sententia: dum qui legem præesse jubent, DEUM præesse jubent: qui autem hominem, bestiam adjungunt sævam, inquit. *Aristot. polit. 3. Phil. Melanchth. in Ethic. sub quæst. an judicand. sit ex script. jure lib. 3.* Non relinquendum itaque censuit, infinito imperio locum Aristoteles, nisi quis bestiæ feræ impotenti libidini, subjici, quàm placida hominis mente, regi maluerit.

7. A quibus minimè deficit Cicero, ita enim de judice disserit: meminisse eum debere, non solùm sibi potestatem datam, verùm etiam fidem habitam esse. Et semper non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, cogitare: non se putare esse solum, neque sibi quodcunque concupierit, licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium invidiam, metum, cupiditatesq; omnes amovere, maximiq; æstimare conscientiam mentis suæ, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non potest: quæ si optimorum consiliorum, atq; factorum testis, in omni vita nobis erit, sine ullo metu, & summa cum honestate vivemus, *Cicero pro A Cluentio.* Quod etsi de judice interiori Cicero loquatur, dubitandum tamen non est, meritò ad principem, tanquam supremum, judicumq; judicem adaptari. Nam ei, cui plura commissa sunt, plura quoque incumbunt.

8. Ait idem Cicero: qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit, non modò judiciorum, sed etiam utilitatis vitæq; communis. *Cicero pro Cecinna.* Sed is qui utitur soluta potestate, jus civile, ut de reliquis juris speciebus taceam, cumprimis contemnit. Ergo is qui potestatis plenitudine utitur, repagula, quibus observata est humana societas perfringit.

9. Præclarissima item alia Ciceronis est sententiæ: Magistratus hæc est, inquit, vis, ut præsit, præscribatque recta & utilia, & conjuncta cum legibus: Ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus; vereq; dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum magistratum, *Cicero 3. de legib. in pr.* Non igitur Cicero solutam potestatem agnovit.

10. Huc quoq; Solonis ſententia referenda eſt, dixerat enim, impera, ubi prius didiceris parere: regi enim cùm didiceris, ſcies regere. A quo autem niſi ex legum præſcripto, regi addiſcet princeps? Collum igitur ſuaviſſimis legum vinculis non eximet.

11. Agathon dixit: principem trium non decere eſſe immemorem: primùm, quòd imperet hominibus; deinde, quòd ſecundum leges; tertiò, quòd non ſemper imperet.

12. Architæ Pythagoræi eadem eſt ſententia; ſic enim fatur; ſcientia princeps rectè judicare poterit, poteſtate punire, humanitate beneficia conferre, denique ex legibus iſta omnia ſecundum rationem facere.

13. Rurſus Ariſtotelis aurea eſt ſententia; quò minor poteſtas eorum eſt, qui imperant, eô diuturnius, ſtabiliuſque ſtat imperium. *Ariſtot. polit. lib. 5. c. 11.* Sed maxima eſt poteſtas ſoluta. Nulla itaque Reipub. pernicioſior, Meritò idcirco ab ea princeps omnis abſtinebit, ne ſe ſuaque perdet.

14. Accedat his Cæſaris dictum; in maxima fortuna, minimam debere eſſe licentiam. *Saluſt. in conjur. Catilin.*

15. Huc quoque referri poteſt, Hegionis Terentiani præclariſſima ſententia, ait enim:

Sed Demea hoc tu facito, tecum animo cogites,
Quàm vos facilimè agitis, quàm eſtis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tàm maxime vos æquo animo, æqua noſcere
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.
Terent. in Adelph. act. 3. ſcen. 4.

16. In eadem quoque opinione fuit Auſonius, in Pittaci ſententiis, dum id prodidit acroama: Pareto legi, quisquis legem ſanxeris.

17. Sic Dominicus à Soto Hiſpanus, ſolutam poteſtatem Turcarum tyranni: non Chriſtiani principis eſſe aſſerit, *referente Eman. à Soar. in addit. ad Pinel. Rubr. 1. p. 2. c. n. 25. C. de reſc. vend.*

18. Antigonus Rex Macedonum, nunquam ſat laudatus, infinitum hoc imperium reſpuit. Dicenti enim ei: Omnia Regibus licere: per Jovem, Barbarorum regibus, nobis autem ea tantùm, quæ honeſta ſunt, licent, reſpondit. *Plutarch. in apopht. lib. 4.*

Quæ Ethnici vox, noſtris Chriſtum colentibus principibus, aureis inſculpenda eſſet literis.

19. De Pauſania idem Plutarchus refert, reſpoſum eſſe ab eo, cuidam ſciſcitanti, quam ob rem fas nulli apud Spartanos eſſet, antiquum jus immutare? id eam ob cauſam fieri, quoniam legibus vis, & poteſtas in homines, non autem hominibus in leges congruit. *Plutarch. apophthegmat. lib. 1.*

20. Rurſus egregia Themiſtoclis eſt ſententia. Cùm enim ab eo Simonides peteret, ut pro ſe, quamvis injuſtam, ſententiam ferret: neque tu, inquit, bonus Poëta fueris, ſi præter metrum caneres, neque ego princeps bonus, ſi contra leges pronunciarem. *Lycoſth. in apoph. tit. de legibus.*

21. Alphonſus Arragonum, & Neapolis Rex potentiſſimus, in quo exornando, virtutum quaſi concertatio videre eſt, dixerat: Improbè agere principes, qui aliis honeſtè decoreque vivendi legem præſcriberent, ipſi verò nihili temperantiores ſeſe haberent.

22. Zaleucus Locrenſium princeps, cum Locris legem tuliſſet, ne quis armis indutus, capitis addita pœna, curiam ingrederetur, ſeipſum gladio, admonitus legem à ſe latam, à ſeipſo quoque violatam eſſe, transfixit. Bello enim ſæviente, de lege ſua non recordatus, enſe cinctus ad ſenatum acceſſerat. Ut ex noſtratibus refert. *Coraſ. miſcel. lib. 2. c. 25. n. 2.*

23. Lycurgus nunquam legem rogabat, niſi eam, quam ipſe vel antea ſervarat, vel poſtquam rogata eſſet, fideliter cuſtoditurus erat. *Coraſ. miſcell. lib. 4. c. 4. n. 2.*

24. Pro lege, & pro grege, optimi Regis Alphonſi, erat Symbolum, illud volens: ut leges ſervarentur, non ut ſolverentur, principem Martis aleam vitæq; diſcrimen ſubire oportere.

25. Beatus Gregorius inquit: Summum in regibus bonum eſt, juſtitiam colere & ſua unicuique ſervare, in ſubjectos non ſævire, non ſinere, quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire.

26. Lutherus in explicat. verbor. Pauli 2. ad Timoth. 3. inquit: Zum ſechzehenden / ſind ſie Freveler / dieſe Untugend ſcheinet ſonderlich im Bapſt / der läſt ſie plenitudinem poteſtatis, item motum proprium & certam ſcientiam nennen.

Quin & ipſi Tyranni, conſcientiæ ſtimulis, rectæque rationis judicio exagitati, ſibi non omnia licere, nec ſibi eſſe infinitum Imperium confiteri coacti ſunt. Sic Caracalla, cujus ſuperiùs mentionem fecimus, vellem ſi lice-

liceret, nefario novercæ amore æstuans, nihilominùs exclamare, compellebatur. Quamvis aliàs perfidus, omnibusque flagitiis esset mancipatus, ut tùm alii: *tùm Zonar. annal. tom. 2. & Platin. in vita Calisti* 1. *referunt.*

27. Ad Poëtas jam accedamus. Euripidis in Hecuba sunt versus, qui ita habent:

Nos imbecilles forsan, & captæ sumus?
At Dii valentes, lexq; Diis imperans,
Etenim vel ipsos lege censemus Deos,
Æqua atque iniqua, hac finientes vivimus.

28. Ovidius autem alibi Jovem, sic Deos alloquentem fingit:

Vos etiam quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoque fata regunt.

Vtrumq; refert Alc. dispunct. lib. 4. *c.* 14. Sin itaque ipsi Dii legum nexibus constringuntur, quæ isthæc principum perversitas, qua ullis legibus, colla subdere recusant.

29. Claudianus poëta celebratissimus, sequentes omnium principum palatiis inscribendos, cecinit versus ad 4. consulat. Honor.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemq; domet, respectus honesti.

Et paulò pòst:

Tu civem patremq; geris, tu consule cunctis
Nec tibi, nec tua, te moveant, sed publica vota.

Quem refert Zasius d. n. 99. *Gail. d. obs.* 56. *n.* 12. *Hartm. Pistor. q.* 40. *n.* 42. *lib.* 2. *Joh. Jac. de Leonar. int. cons. Bruni, cons.* 117. *n.* 314.

Ejusdem Claudiani, sequentes quoque versus sunt:

----- *Nec sic inflectere sensus*
Humanos, edicta valent, quàm vita regentis,
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

refert Vasq. in præf. ill. controv. n. 107.

Si igitur principi, summa imis miscere integrum erit, subditi quoque ejuscemodi usurpare potestatem, principem suum secuti, conabuntur. Hinc mira rerum omnium existet conturbatio atq; confusio. Plenitudini itaque potestatis obviandum est.

Virgilius inducit Thesea, reliquos ad justitiam discendam adhortantem, quò Stygios cruciatus effugiant. Causas autem pœnarum infernalium recensens, disertè hanc inter reliquas ponit: Leges figere, atque refigere, id est, plenitudine potestatis uti, *Virg. 6. Æneid.*

Vides itaque Ethnicum hanc ceu tyrannidem abhorruisse potestatem, & iter esse, quod ad stygias ducere undas, utentes ea, sensisse.

Postremò addamus & his, si iubet, Hesiodi autoritatem, cujus versus ex Græco in Latinum doctissimus Connanus transtulit, ita habentes:

Justitia est virgo, Jove nata, verendaq; Divis
Omnibus: hanc si quis læsit de plebe, parentem
Orat, ut autorem sceleris sua pœna sequatur:
Sin Rex peccarit, populi ut plectantur & ipsi
Postulat, injusti tanta est injuria Regis. Connan. commentar. jur. lib. 6. *c. ult. n.* 10.

Si igitur justitia Diis omnibus reverenda est, si eadem pœnas à populo etiam exposcit, ejus, quod delirarunt Reges: Consequens erit, neminem nisi tyrannum plenitudine potestatis uti posse. Qui enim justitiæ habenis suum rexerit populum, nusquam ejus indiget, sed omnia quæ justa sunt, legitima & ordinaria quam vocant potestate, expedire poterit.

30. Quapropter aliam, longeque diversam à Baldi, constituamus plenitudinis, seu solutæ potestatis, diffinitionem, ut nimirum sit jus regale, principibus perpetuis, in præeminentiam suæ dignitatis concessum, quo actum, qui aliàs ad sui perfectionem diversas requirit juris civilis solennitates, his omnibus spretis, insuperque habitis, conficere peragereque potest; nec non actum: jure quidem civili prohibitum, nemini tamen, nisi ipsi forsitan principi damnosum expedire.

Hæc diffinitio ex effectis, quæ inferiùs suo loco considerabimus, clarior, dilucidiorque fiet.

31. Confirmatur autem primò; nam digna majestate regnantis vox est, legibus alligatum se principem profiteri; Adeo ab auctoritate juris, principis pendet autoritas, ut revera majus imperio sit, submittere legibus principatum. *L. digna vox, C. de LL. L. ex imperfecto, C. de testam. Lancil. tr. Vulg. subst. n.* 31. *Pistor. d. q.* 40. *n.* 43. *lib.* 2. *Borcholt. tr. feud. c.* 6. *sub. n.* 20. *Seraph. tr. de juram. privil.* 146. *n.* 4. *Montic. tr. de invent. her. c.* 5. *n.* 10. *Simon. tr. decret. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 17. *in fine. Schenck. c.* 1. § *notandum, n.* 6. *qui feud. dar. poss. & c.* 1. § *naturales, n.* 7. *si de feud. def. fuer. contr. Ign. l. necessarios, p.* 2. *n.* 192. *ff. de S. C. Syllan. Marcus Luscov. int. cons. divers. cons.* 33. *n.* 23. *vol.* 1. *& cons.* 50. *n.* 9. *volum.* 2. Ergò princeps legibus solutus non est. A legibus enim solutum esse, & legibus alligatum esse, duæ sunt contradictoriæ, quarum unam tantùm veram, alteram falsam esse, necesse est. Sed legibus solutum non esse princi-

principem, constat ex hac Theodosiana constitutione. Ergò altera contradictoria propositio falsa erit, & quod consequens est, nulla plenitudo potestatis principi competet.

32. Secundò: principis potestas in locum potestatis, qua ante legem Regiam populus fruebatur, surrogata est, *d. l. 1. ff. de constit. princip. § sed & quod principi, Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

33. Ergò surrogati etiam naturam sequi debet. Vulgatissima enim juris maxima: Surrogatum sequi naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, habet. *L. si eum, § qui injuriarum, ff. si quis caution. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. n. 43. Neviz. syl. nupt. lib. 1. n. 232. Sylvan. tr. feud. q. 17. n. 1. Crau. Rubr. n. 37. ff. de leg. 1. Tiraq. tr. le mort. p. 2. declar. 9. n. 18. Tiraq. tr. de iu. const. ampl. 26. n. 6. Tiraq. l. boves, limit. 14. n. 1. ff. de verb. sign. Tiraq. tr. præscript. gl. 9. vers. at. Bartolus Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. concl. 18. Caball. tr. de eo quod interest. n. 105. Cacheran. decis. 105. n. 3. Rimin. l. si emancipati, n. 343. C. de collation.*

34. Et per consequens, quemadmodum populus Romanus, nunquam plenitudine potestatis usus est. *Bl. de pac. const. V. libellariæ, n. 3. Jas. l. quanquam, n. 3. C. de test. milit. Ripa in Rubr. n. 16. ext. de constit. Cravet. cons. 296. ad fin. versic. quartò ubi.* Ita quoque princeps infinito Imperio uti non debet.

35. Tertiò, quod quisque juris in alterum statuit, eo ipse jure utatur, *ut in Rub. & Nig. ff. quod quisque jur. c. cùm omnes, ext. de const. Br. l. frater à fratre, n. 3. per ill. tex. ff. de cond. indeb. Toming. decis. 26. per tot. Coras. miscell. lib. 2. c. 25. n. 2. & lib. 4. c. 4. per tot. Gentil. tr. de legation. c. 21. Mynsing. obs. 4. cent. 3.*

36. Quæ Rhadamanti lex est, *Vt Arist. testatur 5. Ethic. c. 5.*

37. Et non solùm inter privatos, nullaque in dignitate constitutos: Verùm etiam inter principem & subditum locum sibi vendicat. Sic enim Imperator Fridericus laudatissimus: Quemadmodum Vasallus à domino juramentum calumniæ non exigit: Ita quoque ex parte domini, idipsum non exigendum esse à Vasallo sancivit, ut quod quisque juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur, *c. 1. § in quibus, ibi l. fer. n. 8. Bl. in pr. Aluar. n. 1. præpos. n. 1. Affl. n. & DD. de cons. recti feud. Sonsb. tr. feud. p. 14. n. 35. Wes. tr. feud. c. 17. n. 11. Borch. tr. feud. c. 10. n. 39.* Consequens itaque est, quemadmodum princeps si privatus esset, nollet infinito imperio quem adversus se uti: ita quoque eundem decere, soluta potestate posthabita, ex legum præscripto, non ex arbitrii plenitudine, jus, & justitiam subditis administrare.

38. Quò pertinet, quod ex Cicerone refert Costalius: Consulem, prætorem, aut similem magistratum Romanum, si iniquum, in quem subditorum antè statuisset, quàm se magistratu abdicasset, privatum factum, eodem jure, quod iniquè statuerat, oneratum fuisse. *Costal. l. 1. n. 21. ff. quod quisque jur.*

39. Quartò, ad quæcunque subditus tenetur domino, ad eadem dominus subdito obligatus & obstrictus est. *Vt in Rubr. & Nig. qual. dom. propr. feud. priv. Zasius tr. feud. p. 7. n. 56. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 25. n. 11. Curt. tr. feud. 1. p. 3. p. p. n. 16. Sylvan. tr. feud. q. 30. n. 2. Wesenb. tr. feud. c. 8. n. 25. Sonsb. tr. feud. p. 10. n. 2. p. 13. n. 70. Borch. tr. feud. c. 8. n. 133. cum seqq. Capyc. decis. 69. n. 34. & decis. 162. n. 2. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 2. gl. 4. n. 11. Cujac. in c. 1. post. med. de no. for. fidel.*

40. Unde dicterium est: Fidelis dominus, fidelis servus. *Joh. Ferrar. Mont. lib. 4. de feud. c. 7. in pr.*

41. Ergò quemadmodum subditus, summa in id ope incumbere debet, ut sex sequentia domino præstet: incolume nimirum, tutum, honestum, utile, facile, possibile. *c. 1. de for. fid. Sonsb. tr. feud. p. 9. n. 21. Ign. l. necessarios, p. 4. n. 20. ff. de Syllan.* Ita è diverso, subdito illa ipsa præstare, domini erit.

42. Et quemadmodum sub honesto id continetur, ut subditus præstet, ne quod injustitia exercenda domino, inferatur damnum. *Vti seipsum explicat text. d. c. 1. de for. fid.* Ita quoque dominus, ne injuria subditus gravetur, sedulò cavebit, & cùm plenitudo potestatis, ejus semper, adversus quem exercetur, gravamen conjunctum habet, ab ea abstinebit.

43. Neq; verò admiserim cavillum istud, quæ jam recensuimus de domino, & Vasallo esse disposita, qui Vasalli tanquam generis nobilitate præfulgentes, meritò hac prærogativa donati sunt: minimè verò eandem esse miseræ plebeculæ rationem. Etenim hanc etsi injustè gravet princeps, nihilò magis ad rationem ob id reddendam teneri, ullibi cautum esse: Nam apud justitiam, ullus personarum respectus non est, nec infimæ fecis homini, terræq; filio, suum jure implorranti denegat auxilium.

Ad hæc non minor civis, aut rustici respectu, versatur in præsenti argumento, ratio. Non minùs enim ac nobilis, ad sex superiùs enumerata principi suo exhibenda, obstrictus est, nec impunè ferret, si contra illa ipsa quicquam moliretur.

Quare è diverso adversus cives, adversus rusticos quoque, justo rem geret imperio princeps. Sic non de Vasallo, sed de quolibet subdito glossa juris Canonici loquitur, eadem fide teneri, dominum subdito, qua subditus domino, *gl.c.de forma, 22. q. 5. in V. vicem.*

Quò & illud pertinet acroama Domitii Oratoris, dicentis: Cur ego te haberem ut principem, cùm tu me non habeas, ut Senatorem, *c.esto subjectus, 95. distinct. Ferrar.d.c.7. in pr. Borch.tr.feud.c.9.n.19.*

44. Quintò: Illi etiam, qui contrariam opinionem amplectuntur, principibusque blandiuntur, vel inuiti fateri coguntur, principem tamen ad ea teneri, quæ ratio naturalis dictat. *Jas.l.1.n.3.ff. de pact. Tiraq.de ut.retr.p.1.§ 1. gl.13.n.39. Tiraq. de LL. connub. gl.8.n.176. Joh.Jac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 114. n. 213. Rol. à Valle cons. 1. n. 27. vol.2. cons. 45.n.10.vol.3. Acad.Witeb.int.cons.divers. cons.1.n.76.& 77.volum.2. Joh.Gallic. int. cons. feud.divers.cons.2.n.140.*

45. Jam verò ratio naturalis dictat, quod tibi vis fieri, alteri feceris: & è diverso, quod tibi fieri non vis, alteri non feceris, *c. 1. distinct.1.gl. c. 1. V. ordinatissimam, ext.de sum. trin.& fid. cath. Mar.tr.or.jud.p.3.n.6. Rebuff. tr.de priv.scolar.priv. 10. Vaeon declar. 4. inf. Molin.in consuet.Paris.§ 2.gl.4.n.10. Borcholt. tr.feud.c.10.n.39.*

Consequens itaque est, quemadmodum princeps sibi justitiam fieri vult, & econtra injuriam fieri non vult: ita quoque eum decere, quod justum est, subdito facere, non autem injustè cum eo agere. Ex quo rursus infertur, cùm ad justè agendum ordinaria potestas sufficit, principi soluta potestate supersedendum esse.

46. Quò pertinet elegans Deciani sententia (quamvis in aliis plus æquo principibus indulserit) principem, qua sibi Deum mensura metiri velit, eadem quoque subditis metiri debere. *Tiber.Decian. cons.2.n.112. volum.1.*

47. Sextò, generaliter in omni dispositione, id pro expresso, statutoque habetur, quod disponentes, si de eo interrogati fuissent, disposuissent, *gl.l.tale pactum, § fin.ff. de pact. Neviz.syl.nupt.lib.6.n.15. Affl.decis.44.n. 26.decis.141.n.1.Alc.parerg.lib.2.c.11. Capyc.decis.69.n.20.Tiraq.de ut.retr.p.1.§ 1.gl.9. n. 109. & § 3.gl.1.n.1.Tiraq.de ll. connub.gl.5. n.27. Tiraq.l.boves, § hoc sermone limit. 12. n. 7. ff. de verb.signif. Gomez. var.res.lib.1.c.5.n.32.& lib. 2.c.11.n.34.vers.sed his non obstantibus, Rimin. l.qui se patris, n. 275. C.un. lib. Cacheran. decis. 59.n.5.Zoanett.l.2.n.139.C.de pact. int. emt. & vendit.Romul.l.ut vim, n.188.ff. d.just.& jur. Pecc.tr.de testam.conjug.lib.4.c.5.n.1. Pistor.q. 22.n.11.lib.2. Vasq. ill. contr. c.26.n.1. c.76.n.2. & c. 77.n.22.*

Jam verò dubitandum non est, quin ii, qui primò principem elegerunt (nullus enim de cœlo lapsus est princeps, sed vel electione, vel successione ad principatum aspiravit) interrogati, qua potestate regi vellent, ordinariam & legibus alligatam potestatem, se malle, responsuri fuerint. Hoc enim ratio, & judicium natura datam suadent.

48. Quæ ubi habemus, ulteriùs ratio investiganda non est, ne id ex infirmitate intellectus fieri videatur *Jas.l.dedi, § si liber, ff. de cond. caus.dat. caus. non sec. Neviz. Syl.nupt. lib.5.n.21. Gomez. var. resol. lib.2. c. 10. n. 1. Stracch. tr. de mercat. p. 2. n. 81. Tiraq. tr. cess. caus.limit.1.n.74. Pistor. q.15.n.34. lib. 2. Borcholt.tr.feud.c.2.n.32. Medic.tr.de LL.p.2.q.2. n.9.& 10.Capis. tr. de num.test. p.1. c.16.n.8.& p.3.c.2.n.37.Ang.cons.275.n.8.*

Ergò pro expresso & constituto inter principem & subditos, idipsum habendum est.

Ex quo rursus infertur, cùm ex pacto, conventioneque sua ligetur princeps, *ut inferiùs in effectis demonstrabitur*, Principem contra conventionem suam, Imperium infinitum in subditos exercere minimè posse.

49. Septimò, sublata justitia, regna nihil aliud sunt, quàm magna latrocinia: *Augustin. de civit. Dei lib. 4. c. 4.* Quem referunt ex nostratibus *Hipp.de Mars. in Rubr.n.385.ff. de fidejuss. Alc.l.bona civitatis, n.7.ff.de verb.sign. Arrius Pinel.Rubr.p.1.c.2.n. 25. C. de resc.vendit.* Sed per infinitum Imperium, & principis solutam potestatem tollitur justitia, ad justè enim agendum, ordinaria potestas sufficit. Ergò is qui utitur libera potestate, non regit Imperio subditos, sed latrocinia potiùs exercet. A plenitudine itaque potestatis abstinendum est.

50. Octavò, Tyrannus, qui & incubator, & sub-

& subsessor rectè dicitur. *Cujac. tr. ad Afric. 8. fol. 166. lib. 7.*

51. Propositam habet, in quam actiones suas dirigat, voluptatem, seu privatam utilitatem: Principis autem facta omnia, ad publicam utilitatem, subditorumque incolumitatem, & tranquillitatem tendunt. *Vt ex Aristot. refert gl. Clement. unic. V. Regum post med. de Baptism. Br. tr. de regim. civit. n. 3. Lucas de Penna l. militaribus post med. C. de decur. lib. 10. Paris de Puteo tr. Syndic. Rubr. de excess. reg. versic. rex autem; n. 3. Alc. parerg. lib. 9. c. 2. 1. n. 7. Pinel. d. c. 2. n. 25. Vasq. ill. contr. c. 1. n. 10. inf. Vacon. à Vacun. decl. 9. n. 2. decl. 21. n. 13. decl. 77. n. 5. Rosin. antiquit. Roman. lib. 7. c. 1.*

Sed hoc discrimen, per plenitudinem potestatis confunditur. Ad publicam enim utilitatem, & tranquillitatem leges sufficiunt, & plenitudo potestatis, privatæ tantùm libidini & commodo inservit. Non igitur qui tyrannidem odit soluta utitur potestate.

52. Nonò, regna omnia, omnesque principatus ad illorum, qui reguntur, non qui regunt utilitatem adinventa sunt, atque ordinata: *Vt multis ostendit Vasq. ill. contr. c. 1. n. 10. & passim.*

53. Salus enim populi, suprema lex esto: *Cicero 3. de LL. fol. 185. fac. 2. Pinel. l. 2. p. 1. c. 1. n. 40. C. de resc. vendit. Toming. decis. 26. n. 30. Borch. tr. de usur. c. 1. n. 16. Faber l. 1. fol. 319. inf. ff. de just. & jur. Connan. comment. jur. lib. 1. c. 7. n. 7.* Sed subditorum utilitas minimè solutam potestatem exposcit. Cùm sibi, legibus, earumque vinculis prospexerit, atque caverit. Non itaque plenitudinis potestatis usus ullus est.

54. Decimò, ea tantùm in potestate nostra sita sunt, quæ salva nostra dignitate facere possumus *L. Nepos Proculo, ff. de verb. sign. l. filius qui fuit, ff. de condit. instit. Gail. obs. 56. n. 10. obs. 142. n. 16. lib. 2. c. faciat homo 22. q. 2. gl. Clement. sæpe V. poterit. de verb. sign. Jas. l. si fidejussor, § si necessaria, n. 6. ff. qui satisd. cog. Jas. l. si sic legatum, n. 19. ff. de leg. 1. Marius Salom. l. Gallus, in pr. n. 2. ff. de lib. & postum. Rubeus l. non solùm, § morte, n. 404. ff. de no. op. nunc. Zoanett. l. ut vim, p. 2. n. 17. ff. de just. & jur.* Sed quæ injusta sunt, salva dignitate nostra, non facimus. Ergò injusta nobis sunt impossibilia, & quod consequens est, plenitudo potestatis principi quoque impossibilis est, cùm injusta sit. Ad justè enim agendum (quod jam sæpiùs inculcavimus) ordinaria potestas sufficit.

55. Sic Deus etsi omnipotens sit, illa tamen quæ injusta sunt, non potest. Facere enim quæ injusta sunt, non est aliquid posse, sed potiùs infirmitas quædam, à malo, injusteque agendo non abstinentis: *Vt ex Augustino dicit gl. c. 1. V. omnipotens, ext. de sum. Trinit. & fid. cath. Cravett. tr. de antiquit. temp. p. 1. § non omitto, n. 2. & 3. Vasq. ill. cont. c. 27. n. 2. & c. 51. n. 65. Neviz. int. cons. Bruni cons. 12. n. 133. Joh. Jac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 117. n. 257. Cravett. cons. 241. versic. non obstant illæ clausulæ.*

56. Undecimò, summa juris præcepta tria sunt, honestè vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. *L. justitia, § juris præcepta, ibi Salom. n. 7. ff. de just. & jur. § juris præcepta, Inst. eod. tit. Rebuff. tr. de privil. scolar. priv. 10. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 88. Scipio Gentil. lib. orig. V. affines, in fine, Medic. tr. de LL. p. 2. q. 6. n. 7. p. 4. q. 14. n. 4. & q. 15. n. 2. Petrus Fab. in præfat. tit. ff. de reg. jur. in pr. Vasq. ill. contr. c. 41. n. 19. Vacon. à Vacun. declar. 30. n. 4.*

Sed qui plenitudine potestatis utitur, honestè non vivit: (quod enim injuste fit, honestum esse nequit) alteri nocet: suum cuique non tribuit. Summa itaque juris præcepta simul violat. Quapropter consequens est, ab hac legibus non circumscripta potestate, principem bonum abhorrere debere.

57. Duodecimò: legi omnes homines obedire decet. *L. 2. in pr. ff. de LL. c. 1. ext. de constit. Connan. com. jur. civ. lib. 1. c. 8. n. 2.*

58. Unde & Rex omnium à Pindaro dicitur, ut refert *Pet. Fab. in L. 1. fol. 722. lit. B. ff. de just. & jur.*

59. Sed princeps homo est. Ergò & princeps legi obedientiam debebit. Quare cùm infinita potestas legi adversetur, principi tribuenda non erit.

Tertiodecimo, Papa (quem summum principem esse contendunt: *Covarr. c. alma mater, p. 1. § 1. n. 4. de sent. excom. lib. 6.*)

60. Ipse aliis rescribit: patere legem, quam ipse tulisti, *c. cum omnes, ext. de const.*

Papa itaq; legem, quam promulgat, fert, & quod consequens est, legum præceptis summus quoque princeps subjacet.

61. Decimoquarto, rursus Papa Innocentius III. alibi rescripsit: legem nemo debet imponere, quàm ipse observare negligit, *c. pro illorum, ext. de præb.* Sed si princeps legibus non circumscripta potestate uteretur, leges, quas ipse observare præcipit, conculcaret.

caret. Non itaque infinito imperio utendum est.

62. Decimoquintò: Justum est, principem legibus obtemperare suis, *c. justum, dist.6.* Injustum itaque est, liberam in subditos principem potestatem exercere. Hæc enim legum præcepta oppugnat.

63. Decimosextò, lex est communis Reipub. sponsio. *L. 1. ff. de* LL. *cotta in memor. V. lex, el. 1. Connan. d c 8 n. 2. ad fin.*

64. Hoc est talis sponsio, qua se princeps subditis, & è diverso principi subditi, sese ad leges custodiendas & observandas obligant. *Vt rectè interpretatur Vasq. ill. contr. c. 45. n. 3. & tr. de success. progr. in præfat. n. 7.* Et concludenter, ex verbo: Reipub. sponsio deducitur. Si enim quòd subditi tantùm, non verò superior, ea sponsione obstringerentur, intelligi voluisset, subditorum non Reipub. sponsionem diffinivisset. Sed ex pacto, & conventione sua obligatur princeps. *Vt inferiùs in effectis infiniti Imperii.* Ergò princeps ad observantiam, & custodiam legum tenetur, & per consequens ad transgrediendum leges, potestatem ullam non habet.

65. Decimo septimò: leges sacratissimæ constringunt hominum vitas. L. *leges sacratissimæ, C. de* LL. *Coras. misc. lib. 4. c. 17. n. 5. Vasq. ill. contr. c. 50. n. 3.* Egò etiam principis. Nisi enim principem includere voluisset, non hominum vitæ per leges constringi, sed subditorum vitas dixisset. Quare secundum præscriptum legum, principem vitæ suæ actiones formare debere, concludendum est.

66. Decimo octavò: Injuriarum occasio nasci non debet, unde jura nascuntur. L. *meminerint, C. un. vi. Sonsb. tr. feud. p. 9. n. 40. Coras. miscell. lib. 2. c. 1. in f. Neviz. Syl. nupt. lib. 3. n. 50. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 331. Gail. obs. 55. n. 4. lib. 2. Cald. l. si curatorem, in pr. n 5. C. de rest. in int.* Sed si princeps potestatis plenitudine uteretur, ab eo, à quo jura nasci debent, injuriarum nasceretur occosio. Nunquam enim absque injuria ejus, adversusquem exercetur, infinitæ potestatis usus est. Princeps itaque nil quicquam, vi solutæ potestatis attentabit.

67. Decimo nono: Leges civiles divinitus per ora principum promulgatæ, juris divini pars sunt. L. *fin. § quid enim ibi: & divino quodam motu, C. de præscr. lon. temp. c. fin. 16. q. 3. Bl. in proœm feudor. n. 6. Tiraq. de ut. retr. in præfat. n. 11. Garcia. tr. de ult. fin. jur. n. 14. cum seqq. & rursus n. 181. & 183. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 2. n. 11. p. 3. c. 3. n. 41. Jas. l. nemo potest, lect. 2. n. 105. ff. de leg. 1. Cagn. in proœm. ff. in pr. n. 44.* Sed contra jus divinum, solutæ potestati vis, & efficacia nulla est, *Vt in effectis videbimus.* Ergò etiam adversus civiles leges, virtus potestatis non prævalebit.

68. Vigesimò: Lex Falcidia in legatis principi relictis, locum meritò habet, ut Alexander Imperator rescripsit. L. *& in legatis, C. ad l. Falcid.* Ergò princeps, nec à juris civilis quidem dispositionibus, liber est.

69. Vigesimo primò: si Imperator institutus, filius autem exheres scriptus fuerit, lex Glicia, quæ de inofficioso querelam, filiis non jure exheredatis tribuit, contra Imperatorem locum habet. *L. Papinianus, § si Imperator, ff. de inoff. test.*

Ergò princeps, juris civilis quoque constitutionibus ligatur.

70. Vigesimo secundo & ultimò: Autoritati sacræ scripturæ aliam sacræ scripturæ autoritatem opponamus, quæ ita habet: Et non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua, hereditatem dabit filiis suis: *Ezechielis c. 46. n. 18.* Non itaque autoritate divina, legibus non circumscripta potestas, septa est. Si enim princeps, Deo optimo maximo approbante, ejuscemodi potestatem haberet, rem quoque subditi propriam auferri, ei pro libitu liceret, quod tamen hoc Ezechielis dicto, vetitum est.

71. Nec in contrarium adducta, alicujus momenti sunt. Primùm enim principi indiscriminatim solutam potestatem permissam esse, opinantium, fundamentum, quod habet: neminem sibiipsi à qua recedere non liceat, legem imponere non posse, facilimæ resolutionis est: procedit enim in ultimis voluntatibus tantùm, ut ipse, licet contrariam propugnet opinionem, fateri cogitur. *Euerard. in loc. à plenit. potest. n. 1.*

72. Quod summa ratione receptum est: nihil enim, quod magis hominibus debeatur, est, quàm ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. *L. 1. C. de sacros. eccl. Toming. decis. 13. n. 41. Tiraq. tr. le mort. p. 7. declarat. 5. n. 9. & 10. Borch. tr. de pact. c. 5. n. 67.*

73. Quorsum & illud referendum: voluntatem ad mortis usque momentum, ambulatoriam esse. *L. 4. ff. de adim. leg. Aldobr. § his igitur, n. 23. Inst. de just. & jur. Toming. decis. 8.*

cif.8.n.4.Tiraq.l.boves, § *hoc sermone,limit.32. ff.de verb.signif.Cacheran. decis.100.n.14.Pecc. tr.de test.conjug. lib.4.c.26. n.2. Montic. tr. de invent. her. in pr.n.* 10. *Menoch. tr. de remed. poss.adip.remed.2. n.36. Cald. l.si curatorem, V. sua facilitate, n.85. C. de rest. in integ. Capis. tr. de num.test.p.*1. *c.* 19. *n.* 11. *Seraph. tr. de juram. priv.71.n.30.*

74. Non sic in contractibus, in quibus quæ ab initio voluntatis fuerunt, statim ut approbata sunt semel, necessitatis fiunt. § *mandatum autem, Inst.mand. Turz.com.opin.* 101.*circa med.Toming.decis.8.n.14. Pistor.q.20. n.16.lib.2.l.in commodato,* § *sicut, ff. commod.l. sicut.C.de act.& obl.l.incivile, C. de rei vend.*

75. In quibus quæ semel placuerunt, displicere deinceps non possunt, *c. quod semel, de Reg.jur.lib.6.Crav.in rubr.n.*127.*ff. de leg.* 1. *Seraph.tr.de juram.priv.33.n.209.& privil. 74.n.*124.

76. Non sic in legibus: Lex enim contractus est, ut notat *Jason in l.legem quam,n.3. vers.in gl. C.de pact.*

77. Et vicissitudinaria principis & subditorum sponsio, *L.*1.*ibi communis Reipub. sponsio,ff. de LL.*

78. Non obstat secundum: Principem nempe legibus solutum esse: quam meritò sceleratam, *Coras.miscel. lib.2.c.26.in pr.*

Nec non detestabilem vocem, *autor. histor. Gallic. tom. 4. lib.* 12.*fol.*122.*facie* 2. dixerunt.

79. Quam primam Reipub. calamitatem, qua potissimum labefacta sit, *exclamat Connan.comment.lib.1.c.16.n.2.*

80. Nisi vel principem legibus solutum ita dicamus, ut quæ alii coacti, legumq; præceptis compulsi servant, ea princeps suapte sponte, multò cumulatiùs præstet. Uti interpretatur *Erasmus in colloq. cui fabulosi convivii inscriptio est, circa med.*

81. Vel ad solennitates duntaxat, à jure civili, vel in contractibus, vel in ultimis voluntatibus, vel in aliis deniq; actibus requisitas referatur, pro ut complures de hisce solennitatibus eam accipiendam, arbitrati sunt. *Wesenb.*§ *fin.n.4. Inst. quib.mod. test. infirm. Coras.d.c.25.n.4.Connan.d.c.16.n.8.Borch. tr.feud.c.5.n.23.Vasq.ill.contr.c.1.n.22. c.2.n.1. c.3.n.4.c.26.n.13. Zas.l.princeps, n.3.ff. de LL. Pet.Fab.l.non omne, ff.de Reg.jur. autor. histor. Gallic. d. lib.* 12.*fol.* 125.*fac.2. Acad. Witeb.int. cons.divers.cons.1. n.70. volum.2.*

82. Sic principis servus, absq; ulla vindictæ impositione, dummodo princeps, liberum eum esse, velle se, declaraverit, libertatem consequitur. *L. apud eum, ff.de manumiss. Roncheg.l.4. n.32.ff. de duob.reis.*

83. Sic principis donatio, quingentis solidis major, insinuatione non indiget. *L.sancimus,* § *exceptis, C.de donat. l.illud,* § *fin. C. de sacros.eccles.Capyc.decis.*203.*sub. n.*17. *Connan. comment.jur.lib.5.c.9. n.8. Cujac.consultat.3.*

84. Sic quoque princeps juris civilis solennitates supplet: Testamentum enim à privato conscriptum, principi autem precibus oblatum, ab omni reliquarum solennitatum observantia eximitur. *L. omnium, C. de testam.Vacon.à Vac. declarat.* 16. *n. 5. Coras. miscel.lib.5.c.12.n.1. Pecc.tr. de testam. conjug. lib. 3.c.24.n.2. Covar. in Rubr. p. 2. n.2. ext. de testam.Clarus* § *testamentum, q.56.n.7. Capis. tr. de num.test.p.1. c.23.n.2.*

85. Sic non jure factam adoptionem, principis confirmatio validam efficit. *L.adoptio, la.2.ff. de adoption.*

86. Rursus ea lege, qua mortuum intra urbem condi vetabatur, *L.3.*§ *Divus Hadrianus, ff. de sepul. viol. l. mortuorum, C. de relig. & sumt. fun.*

87. Princeps solutus erat. *Cujac. obs.15. c. 30.Rosin.antiquit.Roman.lib.5.c.39.vers.posteà verò,& lib.8.c.6.p.1.lege 2. Alex.ab Alex.genial. dier.lib.3. c.2. ad fin. ferè.*

88. Quo in loco dum Accursius ad d.l. mortuorum, annotat, quasi Hadriani primùm lege, de qua in d. § Divus, mortuos in urbe sepelire, interdictum esset, falsus est, Lege enim 12.tabul. multis ante Hadrianum seculis, idipsum statutum sancitumq; fuerat. Ita enim loquebatur: In urbe hominem mortuum ne sepelito, nevè urito. *Rosin. d. c. 6.p.1.leg.2.Cicero 2.de LL. Alex. ab Alex.d.c.2. ad fin.Borcholt.tr.de pact.c.4.n.17.Garsia tr. de expens.c.8.n.10.*

89. Sic & illis legibus, quibus inter conjuges donatio prohibita est, princeps non constringitur. Sed donatio, quam vel Augustus Reginæ suæ, vel è diverso Augusta serenissimo marito suo fecit, illicò valet, nec mortem alterutrius (ut aliàs) expectari oportet. *L.donationes quas Divus, C.de donat. int.un.& uxor.Coras.miscell.lib.2.c.25.n.8. Pecc.tr. de testam.conjug.lib.3.c.26.n.4. Menoch. tr. præsumt. præsumt.28.n.*101.*Oldrad.cons.95 n.8.*

90. Pari quoque ratione, leges à parente liberalitatem in filium, in sacris paternis constitutum, exerceri non posse dicentes,

tes, ad principem, filio in potestate donantem, non porriguntur. *Bl.c.1.§ item sacramenta, n.19. de pac. jur. firm. Jas. l. frater à fratre, lect. 1. n. 44. versic. ultra Bartolum, & lect. 2. n. 14. versic. ultra Bartolum, ibi Crott. n. 85. ff. de condict. indeb. Jas. in præludi. feud. n.12. Jas. in auth. ex testamento, n. 11. ibi Dec. n. 7. C. de Collat. Cotta in memor. V. donatio, el. 1. Tiraq. tr. de nobil. c.37. n.51. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. c. 26. sub n. 4. Menoch. d. præsumt. 28. n.97. Oldrad. cons. 231. sub n.1.*

91. Denique & hac fruitur princeps prærogativa, quòd donatio ejus, vel principis suæ, in filiumfamiliâs vel filiamfamiliâs collata, uti aliâs regulariter, patri eorum, in cujus potestate sunt, non acquiratur, sed instar castrensis peculii, & quo ad proprietatem, & quoad usumfr. omnis acquisitionis expersit, *cum multa, C. de bon. quæ lib. Boër. in cons. Bit. tit. de stat. person. § 3. gl. 1. Curt. tr. feud. 2. p. 3. p. p. n. 47. Sonsb. tr. feud. p. 7. n. 11. Crottus l. frater à fratre, n. 2. ibi Coras. in prælud n.105. ff. de cond. ind. Ascan. Clement. tr. de pat. pot eff. 2. n. 41. limit. 4. Cald. l. si Curatorem, V. læsis, n.106. C. de rest. in integ. Vasq. tr. de succeff. creat. § 26. n. 5. Chassan. in catal. glor. mund. p. 5. consid. 24. priv. princip. 154.*

92. Deinde principem legibus solutum esse, ita quoque intelligi potest, ut leges priorum principum, si ita publicè salubre fuerit, abolere: novasque iisdem contrarias, publicæ saluti consulens, promulgare possit: sed quandiu leges abolitæ non sunt, pari cum subditis vinculo ligetur princeps.

93. Postremò & illud silendum non esse videtur, quod Ulpianus autor l. princeps, ff. de LL. principem solutum legibus scripserat, de legibus Caducariis Julia & Papia tantùm, eum intellexisse. Ex commentariis enim, quæ ad legem Juliam, & Papiam de caducis conscripserat, l. princeps, per Tribonianum excerpta est, & postea quasi indiscriminatim loqueretur, perperã per nostrates intellecta, ut scriptum reliquit *Cujac. obs. 15. c. 30.*

94. Tertia, contrariam partem sectantium erat objectio: principi quæ placuissent, pro lege esse: ad quam variæ in promtu resolutiones sunt: Primò enim intelligi potest, si principi quicquam animo condendæ legis placuerit, & publicè utile fuerit, aliâs verò secus sit, quæ est resolutio. *Vasq. ill. contr. c. 2. num. 2. & ante eum Aldobrand. § sed & quod principi, num. 1. Instit. de jur. natur.*

95. Nisi enim principi, animus condendi legem fuerit, actus agentium, contra communia juris axiomata, ultra intentionem eorum operarentur. *L. non omnis, ff. si cer. pet. Pract. pap. in for. product. instrum. V. in illis passib. n. 2. Molin. in Rubr. n. 80. ff. de verb. obl. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 36. gl. 2. n. 23. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 7. num. 4. vers. sexto, Covar. var. resol. lib. 1. c. 2. n. 2. Pistor. q. 37. n. 53. lib. 1. Capiferr. tr. de num. test. p. 3. c. 2. n. 49. Seraph. tr. de juram. priv. 19. n. 7. Coras. miscell. lib. 3. c. 15. n. 6.*

96. Quò & illud referendum est, quod alibi habetur: Non omnem vocem judicis esse sententiam, *L. ex stipulatione. C. de sent. & inter l. om. jud. gl. d. § sed & quod principi, ibi Aldobr. n. 2.* Ita quoque non omnis vox, placitumq; principis, legis vim, potestatemque habebit.

Deinde illa ipsa objectio, ita quoque intelligi potest, ut principi placita, leges sint, si talia fuerint, quæ antea jure decisa non sunt, & de quibus inter Jurisperitos adhuc altercatio est. Exempli gratia: Ante promulgatam in comitiis Spirensibus, anno 1529. constitutionem, quòd fratrum, sororumque liberi, patruo, amitæque in capita, non in stirpes succedere debeant, contentio erat, inter legum Doctores, qualis eorum esset successio, & ân in capita, an in stirpes defuncti hæreditas divideretur, hanc contentionem principis placitum diremit, illudque ipsum placitum, pro lege deinceps observandum est. Atque hic intellectus ex ipso § sed & quod principi, appositè enucleatur, quod enim in illo primùm generaliter disponitur, principis placita leges esse: id postea restringitur ad ea, quæ Imperator aut per epistolam constituit, aut cognoscens decrevit, aut edicto præcepit. Talia itaque erant placita, quæ legitimis ordinationibus, competentem ordinem aliâs non acceperant. Etenim si decisa priùs fuissent, in quem finem denuò princeps ea constituisset, decrevisset, præcepisset:

Postremò, ita quoque principis placita legem esse, dicere possumus, si jam invaluerint, ut interpretatur *Cujac. obs. lib. 15. c. 14. per l. 1. § si cohæredis, ff. ad l. Falcid. ibi enim Paulus J. C. contra Antonini decretum decidit, quod facere, si Antonini decretum lex fuisset, non potuisset. Non itaque principis placitum, nisi receptum, lex est.*

Quartum

Quatum adverſariorum fundamentum ex iiſdem textibus, nimirum ex l. 1. ff. de conſtit. princip. & § ſed & quod principi, Inſt. de jur. nat. depromitur. Legitur enim in iis, lege Regia omne Imperium & poteſtatem populi, in principem translata eſſe. Ne itaque fruſtra poteſtatis verbum ſuperfluoq; legatur, idipſum de plenitudine poteſtatis interpretandum erit, &c.

97. Sed & hoc fundamentum facilimè deſtruitur. Tritum enim, vulgatiſſimumq; eſt: In generali conceſſione non includi ea, quæ quis in ſpecie veroſimiliter conceſſurus non fuiſſet. *c. in generali, de Reg. jur. lib. 6. l. obligatione, ff. de pignor. l. 1. C. quæ res pig. obl. poſſ. l. filius familiâs, ff. de donat. l. ſi pater, ff. quæ in fraud. credit. c. ſi epiſcopus de pœnit. & remiſſ. lib. 6. c. cùm in generali, de off. vicar. eod. lib. c. qui ad agendum, de procur. d. lib. 6. Br. l. ſed etſi quis, § quæſitum, ff. ſi quis caut. Curt. l. cauſas, n. 17. C. de tranſact. Sapia l. 1. n. 17. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. Longovall. l. imperium, n. 192. ibi Vallaſc. n. 45. ff. de juriſd. om. jud. Lancil. Conrad. tr. decur. n. 75. in fine. Seraph. tr. de juram. privil. 154. n. 2.*

Conſequitur itaque verbum poteſtatis in dictis textibus poſitum, ad ſalutam poteſtatem, non referendum. Quid enim veritati magis conſentaneum eſt, quàm ſubditos interrogatos, num principi ſuo, tam immenſam, Reique pub. pernicioſam poteſtatem concedant: non concedere ſe, reſponſuros fuiſſe? Quod itaque expreſſim concedens non eſſet permiſſurus, idipſum ex tacita, & generali conceſſione inferendum non erit. Nec obſtat hoc, dictorum textuum intellectu, verbum poteſtatis ſupervacaneè poſitum eſſe: Cùm abſque ejus adjectione, verba omne imperium, quæ textui inſunt, principi merum, miſtumq; imperium & ſimplicem juriſdictionem, conceſſa eſſe, certiores nos facerent.

98. Primò enim negarim, fruſtra ea alicubi ſita eſſe, quæ majoris declarationis gratiâ, actui, vel diſpoſitioni alicui inſeruntur, § 1. *Inſt. de pat. pot. l. qui mutuam, § 1. ff. mand. l. quæ dubitationis, ff. de Reg. jur. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 21. gl. unic. n. 5. Hartm. Piſt. q. 3. n. 53. & q. 35. n. 26. lib. 2. Hormannoct. Det. l. 4. § Cato, n. 207. ff. de verb. obl. Cephal. conſ.* 104.

99. Deinde & id reſponderi poterit, ideo copulata eſſe, connexaque verba: omne imperium, & poteſtatem, &c. ut ſimul poſita denotarent, populum hanc poteſtatem conceſſiſſe principi ſuo, ſeſe omni imperio abdicando, & exuendo: non, ut antea Dictatorum tempore, factitari conſueverat, principi communicando, ut ante me ſenſit *Muſcorn. tr. de juriſd. n. 35.*

100. Porrò cùm hoc in loco, in legis Regiæ mentionem inciderimus, quæ qualiſque ea fuerit, altiùs paulò conſiderabimus.

Legem Regiam, Rhemmiam alii dicere maluerunt. *Coraſ. miſcell. lib. 6. c. 8. n. 2. Alc. l. bona civitatis, n. 1. ff. de verb. ſign.* Sed quia, quo anteceſſore id fecerint, incertum eſt, nec ullo in loco (quod ego ſciam) legis Rhemmiæ, niſi ejus, quæ de calumniatoribus lata eſt, fiat mentio, vulgatam potiùs lecturam retinendam putarim. Lex Regia enim non ſolùm in l. 1. ff. de conſtit. princip. & § ſed & quod principi, Inſt. de jur. nat. ſed & in l. 1. § cùm enim, C. de vet. jur. enucl. & in l. 2. ff. de mort. infer. legitur.

101. Lex Regia dicta eſt, quòd primùm à Romulo, & eum ſecutis regibus condita ſit, ut ex Dionyſio Halicarnaſſæo prodiderunt *Alc. in libell. de magiſtrat. n. 2. Zaſ. in l. 2. n. 24. ibi Cagn. in pr. n. 19. ff. de orig. jur. Connan. comment. jur. lib. 8. c. 12. n. 2.*

102. Hæc expulſis Regibus, ſimul quoque exturbata eſt, ſqualidaque penitùs, conculcataque, quamdiu Ariſtocratia apud Romanos floruit, jacuit. *Weſenb. d. § ſed & quod principi, n. 1.*

103. Republica autem unius rurſus libidini obnoxia facta, perpetua primò dictatura Cæſari (tunc enim prima rurſus legis Regiæ fundamenta fuiſſe jacta, cenſuerim) permiſſa, laxioribuſque habenis ſucceſſori ejus Auguſto conceſſis, rediviva fuit conſtituta.

104. Nec te moveat Dio, qui, ut Connanus d. c. 16. n. 2. refert, habet: Principes aliud ſibi jus arrogaſſe, quod nulli unquam antea Romanorum fuerat datum, ut ipſis liceat, quod voluerint: Sentire enim prima fronte videtur Dio, quaſi non à regibus inventa ſit lex Regia: ſed in Imperatorum primùm perſona conſtituta, dum dicit: nulli unquam Romanorum antea datum, &c. At ſi intellexeris, poſt expulſos Reges, hic obex facilè ſedabitur.

105. Sed & lex Imperii alibi dicitur. Quod uti olim ea Regibus fuiſſet proviſum: ita in præſentia Imperatoribus provideretur. *L. ex imperfecto, C. de teſtam.*

106. Nec non lex Augusti : *L.apud eum, ff. de manum.* Uti rectè interpretatur *Borch. c.1. n.89. quæ sint regal.*

107. Qui textus satis superque coarguit falsitatis Zasium,& Salomonium, viros præstantissimos, in l. 1. ff. de const. princip. ubi in Vespasiani demum persona, legem Regiam cœpisse opinantur. Ita enim de iis referunt, *Aldobr. d. § sed & quod principi, n. 14. Inst. de jur. natur. Coras. miscel. lib. 6. c. 8. Connan. comment. jur. lib. 1. c. 16. n. 1.* Si enim Vespasiano primùm rerum potito, lex Regia in usum revocata fuisset, lex Augusti, ut in d. l. apud eum, ff. de manum. nominatur, dici non potuisset.. Nec quicquam est, quod replices, Augusti nomen omnibus Impp. commune fuisse; tum enim non lex Augusti, sed lex Augustorum fuisset nuncupanda.

108. In alio rursus labitur Salomonius, quòd ei inhæret opinioni, quasi lex Regia non omnibus principibus indiscriminatim: sed justis tantùm, ac probis à senatu fuisset decreta. Ex Cæsaris aut Augusti enim primùm persona, omnibus post eos Impp. competere cœpit, ita tamen, ut singulis, postquam à commilitonibus consalutati, aque senatu deinde comprobati essent, lex Regia decerneretur. *Covar. pract. qq. c. 1. n. 3.*

109. Hac idem potuerunt principes, quod primis ab urbe condita seculis, Reges. Poterant enim in caput civis Romani animadvertere, nec ab ipsorum sententia, provocatio concessa erat: in senatum legere, quos voluerant, poterant: poterant item ex senatu, quos libuerat, removere: magistratus, provinciarumque regimina illi adimendi, huic dandi, Principi liberum erat arbitrium: ærarii publici pecunias, in res nauci, nihilique consumebant: censum, bellaque ut cordi eis erat, edicebant: & in summa sub nominis Imperatorii velamine, regnum restaurabatur, ut ex *Covarr. pract. qq. c. 1. n. 3 & iis quos refert, facilè colligere est.*

110. Quinto loco objiciebatur nobis, l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. ex qua mundi dominum, principem esse, consequenterque de omnibus mundi rebus, ceu dominus assolet, pro arbitrio disponere posse, affirmant: Sed & hujus resolutio haud magni laboris est.

111. Primùm enim contra idipsum ita argumentamur. Rei vendicatio datur illi, qui jure gentium, aut jure civili dominus est. *L. in rem actio, ff. de rei vendic. gl. final. § omnium, ibi Jas. n. 66. Inst. de action. gl. 1. in l. unic. ibi Br. C. de alienat. jud. mut. caus. fact. Pract. Pap. in far. lib. in act. real. V. jur. dom. vel quas. Affl. decis. 40. n. 3. Mascard. tr. de probat. conclus. 536. n. 1.*

112. Sed rei vendicatio datur singulis. *L. 1. in pr. ff. de rei vend. gl. l. benè à Zenone, V. omnia, C. de quadr. præscr.*

113. Ergo singuli, jure gentium vel civili domini sunt. Et per consequens, cùm duo in solidum unius rei domini esse nequeunt; *L. si ut certo, § si duobus, ff. commod. Curt. tr. feud. 1. p. 2. p. p. q. 12. n. 1. Sonsb. tr. feud. p. 12. n. 91. Tiraq. tr. le mort. p. 2. declar. 6. n. 9. Coras. miscell. lib. 5. c. 14. n. 1. Gail. obs. 61. n. 8. lib. 1. Pistor. q. 45. n. 2. lib. 2. Menoch. tr. de remed. poss. recup. remed. 1. n. 222.* Princeps rerum privatarum dominus non erit. Deinde ad l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. respondeo: verba principem mundi dominum esse denotantia, ibidem non assertivè, sed enunciativè tantùm poni. Nihil itaque ex iis inferri posse.

114. Secundò, resolvit Igneus Imperatorem Antoninum aut per hyperbolen locutum, aut ei tanquam sibiipsi blandienti, fidem adhibendam non esse. *Ign. l. necessarios, p. 3. n. 1. & seqq. ff. de S.C. Syllan.* Quod ante eum senserat *Oldrad. cons. 69. n. 6.* Quibus deinde plurimi sese adjunxerunt, quos refert *Menoch. cons. 2. in caus. Finar. n. 32.* Quorum opinio satis comprobari potest ex l. mercatores, C. de commerc. & mercat. ubi Impp. Theodosius & Honorius expressim fatentur, alios suo Imperio, alios Persarum Regi subjectos: Non igitur mundi Dominus Imperator est, cùm & subditos suos, Persarum Rex habeat.

115. Alio deinde sensu, idipsum interpretatur Vasquius, qui verbo mundi synecdochen inesse sensit. Dicit enim, mundum per metaphoram dici à mundo muliebri. Quòd quemadmodum muliebri mundo sua inest varii generis pulchritudo: ita quoque mundo, in quo vivimus, sua pulcherrima sint ornamenta. Proindeque Imperatorem Antoninum, mundi appellatione non mundum universum designasse, sed eam tantùm mundi partem, cujus ipse gubernacula tenuerat. Eò quòd hæc mundi pars, melioribus moribus, legibusque utens, reliquis mundi plagis comparata, quasi munda sit, illis immundis ob barbariem suam existentibus. *Vasq. ill. contr. c. 20. n. 28.* Sed hic intellectus, etsi per se haud absonus sit: præsenti tamen argumen-

gumento accommodari nequit. Si enim hunc ſequeremur intellectum, conſequens nihilominùs eſſet, principem ejus mundi partis eſſe dominum, quam regit, conſequenterque reſpectu ſubditorum, qui in ea mundi parte degunt, ſolutam exercere poteſtatem poſſe.

116. Aliter itaque explicat Vaconius à Vacuna, dicens: Principem mundi eſſe dominum, reſpectu generis generaliſſimi, non ſic reſpectu generis infimi. Cujus gratia, dominium rerum ſingularum, penes privatos eſt. *Vacon. à Vacun. declar. 48. n. 12.*

117. Ego vix quenquam percipere arbitror, quale ſit dominium in genere generaliſſimo, quale item in genere infimo. Quapropter cum communi potiùs interpretum ſchola, principem mundi eſſe dominum dixerim, quo ad juriſdictionem, protectionem & defenſionem. Quæ eſt reſolutio *Br. in proœm. ff. in pr. n. 3. Marant. diſput. 8. n. 27. Cacher. deciſ. 30. n. 5. Sonſb. tr. feud. p. 13. n. 64. Borch. c. 1. n. 30. quæ ſint reg. Medic. tr. de ll. p. 1. q. 18. n. 8. Marc. Anton. Pereg. tr. de iu. fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 40. Coſtal. l. item ſi verberatum, n. 5. ff. de rei vendic. Alex. conſ. 112. n. 3. vol. 4. Dec. conſ. 528. n. 9. Rol. à Valle conſ. 88. n. 7. volum. 1.*

118. Seu ut paucioribus verbis tradidit Cujacius: omnia Rex imperio poſſidet, ſinguli dominio, *Cujac. obſ. 15. c. 30. in fine.* Mundum tamen contra communiter DD. accipio, non de univerſali terrarum orbe: ſed de ea tantùm parte, cui quiſque princeps, vel ſucceſſione, vel electione præeſt. *Cùm Covarr. in c. peccatum, p. 2. § 9. n. 5. de Reg. jur. lib. 6.*

119. Nunquam enim univerſus orbis terrarum, vel Romano, vel alii cuicunque Monarchæ paruit: ſed indomiti ſemper complurimi permanſere populi, dicta, juſſaque peregrini principis reſpuentes, ut tùm ex textu L. mercatores ſuperiùs adducto, tùm ex aliis textibus à Covarr. in loco modò citato adductis, nec non ex hiſtoriarum monumentis luculenter conſtat. *Quod latiſſimè proſequitur Ign. d. l. neceſſarios, § non alias, p. 3. per tot ff. de S. C. Syllan.*

120. Nunc priùs ipſam legem deprecatio, paucis explanabimus, quàm propoſitum perſequamur. Ut igitur leges, quibus continentis res moderarentur, Romani ab Athenienſibus, Spartaniſq; mutuati ſunt. *L. 2. § exactis, ff. de orig. jur. Vacon. à Vacun. declar. 9. n. 2.*

121. Ita quibus maritimas res adminiſtrarent à Rhodiis receperunt nauticas. Rhodii enim ſumma rei nauticæ ſcientia, longè omnium erant præpollentiſſimi, diſciplinaque navali admirabiles: *c. fin. diſtinct. 2. d. l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. Cujac. ad Paul. ſentent. lib. 2. tit. 7.*

122. Inter has Rhodi leges unum erat caput longè iniquiſſimum, quo integrum permiſſumque erat publicanis, fiſcoque Imperatoris, res, quas naufragium facientes ejeciſſent non ſolùm auferre, verùm etiam colligentes arcere, *d. l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jac.* Unde Poëta: res fiſci eſt, ubicunque natat: *Vt refert Cujac. ad d. l. 1. C. de naufr. lib. 11.*

123. Huic primùm iniquitati, per Divum Auguſtum obviam itum eſt, *d. l. deprecatio, Alc. diſpunct. lib. 2. c. 5.*

124. (Quod me movet, ut inſcriptionem l. 1. C. de naufrag. lib. 11. probem. In vetuſtioribus etenim libris, nec non in Lucæ de Penna commentariis, ejus inſcriptio ſimpliciter legitur: Imperator Auguſtus, licet non ignarus ſim, doctiſſimum Cujacium, in ſuis commentariis habere: Imperator Auguſtus Maximo.)

125. Et ſecutis deinde temporibus, per Antoninum Imperatorem, patremque ejus repetita lege ſancitum: ne fiſco navi naufragio ad littus appulſa, interponere ſeſe, fas eſſet: ſed navis ad priſtinum dominum pertineret, nec fiſcus ex aliena calamitate compendium ſectaretur. *L. fin. de inc. ruin. naufr. d. l. 1. C. de naufr. lib. 1. n. 1. ſi Cujacii inſcriptionem ſequimur.*

126. Sed & tertia hac de re extat conſtitutio Impp. Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, quæ vult: nolle Imperatores ſibi cum poſſeſſoribus eſſe communia, quæ naufragiis pereunt. *L. quæ in naufragiis, C. Theodoſ. de naufrag.*

127. Poſtremò, nova quoque Friderici Imperatoris conſtitutione, huic malo obviam itum eſt, conſtitutumq; ut naves naufragæ, bonaq;, quæ in iis ſunt, integra dominis conſerventur, addita transgreſſoribus pœna publicationis bonorum, *auth. navigia, C. de furt. Gail. obſ. 18. lib. 1.*

Poſt latam itaque de naufragiis, fiſco non vendicandis ab Antonino legem, in Italia mare ſulcans Eudæmon, in ſyrtes incidit, navis frangitur: mercimonia à publicanis

Cyclades insulas habitantibus appetuntur: Eudæmon rei injuriam conqueritur, publicani lege Rhodia sese tuentur: lis tandem ad Imperatorem defertur: publicani sese lege Rhodia: naufragus aut Antonina, aut Augusti constitutione defendunt: pro naufrago Antoninus fert sententiam, medium decidendi apponens: quia dominus mundi, & lex maris (adversativa enim autem, in L. deprecatio, ut multi putarunt, & præ cæteris Vasquius, adversativæ naturam non retinet, cùm nihil habeat, cui adversetur: Sed copulativæ induit) sit. Leges enim nauticæ Rhodiæ à Romanis, sub hoc sunt approbatæ pacto, si nullis eorundem legibus adversarentur. *D. l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. Cujac. ad Paul. sent. lib. 2. tit. 7. Stracch. tr. de navigat. n. 24. qui tamen, quòd l. deprecatio, de consuetudine loqui, cùm de lege scripta loquatur, existimat, errat.*

129. Atque hanc rationem esse puto, ob quam legis Rhodiæ, in toto Codice nulla amplius extent vestigia, quòd nimirum tanquam principales constitutiones oppugnans, in usu postea esse desierit.

130. Sexta argumentatio ex l. bene à Zenone, C. de quadr. præsc. vitiosa est: Committitur enim in ea fallacia secundum quid, ad dictum simpliciter. Quapropter talis argumentatio, ut in aliis semper, sic quoque in jure minimè procedit. *Everard. in præamb. topic. n. 24. ante fin. Toming. decis. 26. n. 33. Coras. miscell. lib. 3. c. 19. n. 8. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 5. c. 25. n. 4. versic. porrò, & c. 30. n. 3. ad fin. Cacheran. decis. 170. n. 1. Pistor. q. 38. n. 38. lib. 2. Seraph. tr. de juram. priv. 170. n. 43. Molin. l. 1. § si quis simpliciter, n. 67. ff. de verb. obl. Molin. l. 2. in pr. n. 13. ff. eod. tit.*

131. Lex enim disertè omnia, patrimonialia scilicet, & fiscalia esse principis, loquitur, & sic secundum quid: ab illis verò quid adversas partes tuentur, indiscriminatim & simpliciter, quasi de omnibus subjectorum bonis disponeret, accipitur: perperàm itaq; fit argumentatio.

Septimum argumentum ex L. item si verberatũ, ff. de rei vind. est quod inferiùs, cùm ad effecta solutæ potestatis accesserimus, abundè satis refutabimus.

132. Aggredimur itaque octavum, quo sacrilegii crimine proscinduntur, qui de legibus non circumscripta, atque demensa potestate principis disputare, ausi fuerunt *ex l. 2. C. de crim. sacril.* Sed & hoc diluere haud opus, haut labor est.

133. Primò enim respondetur l. 2. C. de crimin. sacril. semetipsam restringere ad ea, quæ in tertii præjudicium non tendunt. Utputa, si princeps in consiliarium, vel ad simile officium administrandum, elegisset talem, qui vel per ætatem, vel quòd omnium ignarus est rerum, oneri ferendo esset impar, de eo dubitare, num dignus satis sit, nec ne, sacrilegium erit. Quippe principali judicio electus est: quia princeps minus idoneo, dans magistratum, ejus simul personam approbasse creditur. *L. Quidam consulebant, ibi Br. n. 2. ff. de re judic. Sylvan. tr. feud. q. 1. n. 9. & 10. Ign. l. necessarios, p. 1. n. 388. ff. de Syllan. Muscorn. tr. de jurisd. n. 72.*

Aliter in iis res sese habet, quæ ex plenitudine potestatis, per principem in grave tertii damnum, & detrimentum fiunt: veluti si cui res suas auferret, & in similibus. Qui enim tunc, num jure, num injuria hoc fieret, quærentem & investigantem, sacrilegum vocaret, amens prorsus esset. Atque hunc intellectum d. l. 2. sibiipsi deposcere, satis indicat. *L. sacrilegii C. de divers. rescr.*

Alio deinde modo, præsentis argumenti obstaculum dissecari poterit, si nimirum responderimus: cùm quæritur, an quæ princeps vi solutæ potestatis perpetrat, jure fiant: in controversiam rapi, non potestatem, sed voluntatem principis. Cùm enim quilibet princeps, taliter sese gerere præsumatur, qualiter ex legum præscripto decret, cujus contrarium, effectus solutæ potestatis, præ se ferunt, haud abs re erit, indagare, an principis mens talis sit, qualem verba, aut rescripta ejus ostendunt. Hæc itaque disputatio sacrilegii crimine, non est aspergenda.

134. Vel denique cum Cravetta respondebimus, de principis soluta potestate disputare, sacrilegium minimè esse, si disputatio hunc sibi, ut veritas eruatur, tertiique damno præstetur, non ut quicquam in principis contemtum fiat, propositum habet finem. *Cravett. cons. 296. n. 3. vers. venio nunc ad defectum.*

134. Quò & Abbatis, & aliorum pertinet sententiam, dicentium: si principem vel in jure, vel in facto errare viderimus, illumque errorem, in tertii detrimentum imminere, conspicati fuerimus, ei dicere nos, illibata ejus majestate, posse; siquidem erraverit in jure, vos fallit oblivio: Si in facto: domine, ne in errore persistatis. *Abb. c. cùm à nobis n. 2. ibi Felin. n. 3. in fin. ext. de testic. Joh. Jac. de Leonard. int. cons. Brun. cons. 114. n. 507.*

136. At

136. At princeps ipse, plenitudinem potestatis sibi esse affirmat: id enim ex c. proposuit, ext. de concess. præb. nono loco deducitur.

Sed nec idipsum quidem alicujus momenti est: Primùm enim negamus, Papæ legitimum esse principatum: sed ejus potestatem abusivam, usurpationemque pravam; ipsum verò alienorum regnorum incubatorem, & subsessorem esse, certi sumus. Quid igitur mirandum, si is injustè agendo gloriam quærit; si omnia divina, prophanaque jura conculcare, susque deque habere, illi piaculi loco non sit? Non igitur ex ejus assertionibus soluta potestas adjuvari, fulcirique potest.

Secundò, concesso, legitimi principis titulum ad Papam quoque spectare, non tamen majoris ejus assertio erit ponderis. Papa enim sibiipsi nullius testimonio, nulla ratione innixus, solutam potestatem arripit.

137. Pari itaque facilitate, qua dicitur, Papam solutam potestatem habere: asseverare quoque, solutam potestatem Papæ non competere, possumus. Nemo enim in causa propria testis est legitimus. *L. omnibus, C. de testib. l. nullus, ff. eod. tit. Romul. l. ut vim, n. 8. ff. de just. & jur. Tiraq. tr. de judic. in reb. exig. in pr. Justus Reuber tr. de testib. p. 2. n. 1. Coras. miscell. lib. 3. c. 7. n. 4. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 3. c. 11. n. 1. Seraph. tr. de juram. priv. 1. n. 7. priv. 31. n. 68. priv. 63. n. 14. & privil. 120. n. 1. Fachs. in consili. quod extat post quæst. Pistor. 20. lib. 2. n. 8.*

138. Et in specie, quòd ipsius Papæ in causa propria assertioni, standum non sit, decidit. *Felin. c. ad audientiam, n. 9. ext. de præsc. Ign. l. necessarios, p. 3. n. 5. ff. de Syllan.*

Tertiò, id quoque responderi posset, quod habetur, in c. proposuit, Papam habere infinitam potestatem, coarctandum esse, ut verum tantùm sit, ratione beneficialium, quorum ut creator, & inventor est Papa: ita eorundem quoque dispensator, & dissipator erit. Quapropter etsi ab uno ablatum, alteri deinde conferat beneficium, mussitandum nihilominùs idipsum erit, placetque, sanctissime pater, respondendum. Qualis enim creator est, tales sunt creaturæ: qualis Erinnys, talis stygius Pluto, ejus pronepos.

139. Decima objectio ex l. qui in provincia, § Divus, ff. de rit. nupt. exoritur: ubi Imperator conjugibus, qui matrimonium in gradu prohibito inierant, gratiam facit. Unde consequens videbatur, dicendum esse, supra jus principem esse, & infinitam potestatem habere. Sed hic textus tantum abest, ut nostram oppugnet sententiam, ut eam stabiliat potiùs, planeque adjuvet. Cùm enim optimus, contrariorum dissolvendorum, idemque firmissimus modus sit, qui per retorcutionem fit: *Abb. c. in omni, n. 3. per ill. text. ext. de testib. Euer. in præamb. topic. n. 18. text. c. qui syncera ibi: ex eorum Codicibus 45. distinct.*

Jure optimo illam textum in adversarios retorquemus. Non enim gratiam se princeps, impotentis alicujus potestatis vi, facere dicit, sed quia rei, negotiique circumstantiæ, id quodammodo efflagitare videbantur. Commovebatur enim ad gratiam faciendam princeps, sexus muliebris fragilitate, juris ignorantia, diuturnitate temporis (quippe ultra quadraginta annos matrimonium durarat) item quòd avia mulieris, eam in matrimonium collocarat, & deniq; liberorum numero. Si itaque vi solutæ potestatis, idipsum princeps potuisset, eccur, tam exactè, propositi negotii qualitates, & circumstantias ponderasset?

Accedat ad hæc, principem nullibi in adducta lege, matrimonium ipsum confirmare: Sed tantùm statui liberorum consulere.

Quin etiam si penitùs rem consideraverimus, apparebit ne maculam quidem liberis, ex ejuscemodi matrimonio procreatis inustam abstergi: Non enim eos legitimos esse sancit Imperator: sed perinde ac si legitimi essent haberi præcipit. Impropriè itaque fictèque tantùm, tot suadentibus negotii qualitatibus, eos legitimos, constituit.

140. Quod ex perticula perinde, quæ nota impropriietatis, fictionisque est, dilucidè constat. *Br. l. qui à patre, n. 1. ff. de confirm. tut. Br. l. 1. in pr. ff. de recept. arb. Br. l. sacrilegii, § is autem, ff. ad l. Jul. pecul. Jas. l. si is, qui pro emtore, n. 213. ff. de usucap. Jas. l. Titia, § idem respondit. el. 3. ff. de verb. obl. Jas. l. 1. n. 3. C. de inoff. test. Butigella l. 1. § sed si, mihi n. 4. ibi Coras. n. 16. ff. de verb. obl. Coras. l. filium, quem habentem, n. 149. C. fam. ercisc. Tiraq. de LL. connub. gl. 7. n. 187. Tiraq. de ut. retr. p. 2. § 1. gl. 5. n. 27. Plot. tr. de in lit. jur. § 5. n. 27. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 3. n. 50. Ascan. Clement. tr. de pat. pot. c. 5. n. 9. per l. adoptiones, ff. de adopt. & l. mulierem, C. eod. tit.* Apparet itaque, quàm exigua sit principum adversus legitimas sanctiones, si sese intra metas debitas continuerit, potestas.

141. Undecimò afferunt c. nemo judicabit, &c. cuncta per mundum, 9. q. 3. in quibus habetur: Papam nullius planè judicio, omnes verò omnium ordinum homines, ejus judicio subjici.

Sed hi textus eandem, quam nona adversariorum objectio meretur resolutionem: Papam nimirum, nullo jure, nullâve ratione astipulantibus, hoc de se proferre testimonium. Quare qua facilitate dicitur: eadem quoque contemnitur.

142. Possemus equidem, hinc sumta occasione examinare articulũ longè controversissimum: an concilii potestas Papæ potentiam superet: an è diverso, Papæ autoritas, concilio major sit? (hinc enim veritas istorum duorum Canonum eluceret) Sed cùm hæc peculiarem exigere videntur tractatum, nosque à via, in secessus nimium abditos abducerent, in præsentia illa tractatione supersedebimus, & interim Baldi dicto, contenti erimus, dicentis: Papam non solùm Ecclesiæ judicio subjici; verùm etiam contra Papam, Ecclesiam scandalizantem primò utendum esse verbis, deinde herbis, postea lapidibus. *Bl. c. olim ex literis, n. 22. ext. de rescr. Sebast. Sapia in addit, ad Panormit. c. significasti, n. 3. ext. de elect.*

143. Duodecimum argumentum ex § si quis autem, de pace Constantiæ, est, ubi Imperator, se non auditurum eos, comminatur, qui contra pacis Constantiæ dispositionem, ejus auxilium implorarint.

Igitur contra principis factum, nil quicquam audendum, & quod consequens est, soluta potestate principem frui colligunt.

144. Sed responderim, à particulari ad universale, rectè minimè argumentari. Quòd enim princeps, ejus audire preces recusat, qui in imminutionem pacis Constantiæ, quicquam fuerit deprecatus, id singulari, àque aliis principis factis diversissima innititur ratione. Quare in consequentiam trahendum non est.

145. Etenim pax Constantiæ, singulari, accurataque habita deliberatione, à Friderico Oenobarbo, cum Italiæ civitatibus confœderatis, quæ in perniciem Imperatoris, falsis Papæ suggestionibus, & persuasionibus illiti, conspirarant, obedientiamque, principi suo debitam, detrectarant, multis illatis acceptisque ab utraque parte cladibus, demùm inita est, ut tandem bellorum tumultuumque, illorumque, quæ his semper, & ubique conjuncta esse solent, damnorum esset finis, anno incarnationis Domini, 1183. VII. Kal. Julias, ut habet *Carol. Sigon. lib. 14. de Regn. Ital.*

Accedat ad hæc, amnistiam quasi tacitam, per constantiæ pacem, inter mutuò inter se diffidentes partes fuisse constitutam, sancitamque.

Jam verò amnistiæ perpetua quasi lex est, ut utraque pars, injurias sibi factas condonet, & absque ullo judiciali examine remittat. Si itaque fenestræ, novis tumultibus patere non deberent, si amnistiæ, sua esse debebat firmitas: Summè necessarium fuit, illis, qui suis precibus, atque querelis, novæ pacis firmitatem defatigare conarentur, obviam ire, surdasq; præbere aures. Verùm id ad solutam potestatem transferre, longè est ineptissimum.

146. Decimo tertio oppugnatur nostra opinio, textu § final. auth. de consul. quæ principem, legem in terris animatam esse dicit. Unde inferunt, quemadmodum lex, quantumvis dura sit, servanda nihilominùs est: ita quoque ea laudanda, comprobandaque esse, quæ princeps vi solutæ potestatis, quantumvis dura, acerbaque fuerint, facit.

Rursus retorcutione utendum est. Si enim princeps lex est, & quidem animata, nihil quoque quod lex non potest, princeps facere poterit.

147. Sed lex non potest inhonesta, injusta, impossibilia, tàm respectu naturæ, quàm consuetudinis patriæ: non potest item ea, quæ loco, temporique non conveniunt, nec lex est, nisi fuerit necessaria, & utilis, & non ob privatum commodum, sed ob communem civium salutem, utilitatemque conscripta *c. erit autem lex, distinct. 4. Medic. tr. de LL. p. 3. q. 8. n. 1.*

148. Vel ut alibi habetur: lex non est, nisi sanctio sancta, jubens honesta, prohibens turpia, fuerit. *gl. § lex est, Inst. de jur. natur.*

Ergò quæ inhonesta, inutilia sunt, nec publicam salutem, & utilitatem propositam habent, princeps quoque non poterit, & per consequens, cùm ad justè agendum, ordinaria potestas sufficit nulla in re, soluta potestate opus erit.

149. Quòd ad l. prospexit, ff. qui & à quibus manum. lib. non fiunt, attinet: quæ habet: sufficere legem ita scriptam esse, etsi perquàm dura sit: hanc cõplurimis modis interpretes

pretes restrinxerunt. Primò enim ejus dispositionem coarctarunt, ut procedat tantùm eo casu, si ob æquitatem non scriptam, legem scriptam, rigoris equidem plenam, constringere, limitareque quis conaretur. Hoc enim casu, quod dicitur, legem etsi duram, servandam tamen esse, procedere statuunt. Ita Bartolum aliosque secutus censet *Tiraq.tr.cess. caus.p.1. n.151.*

Deinde legem, ut scripta est, servandam esse, ita demum obtinebit, si legis durities, delinquendi ansam non præbuerit, nec bonos mores servantes eam violare, compulerit, quæ *Capif.de num.test.p.1.c.22.n.54. est resolutio.*

Mihi nullam l. prospexit, inesse duritiem videtur, quod ex ipsius propositione liquidò constabit. Talis enim in ea proponitur species: prospexisse legislatorem, ne per manumissionem mancipia, quæstioni subducerentur: idcirco prohibuisse, ne intra certum diem, ea quæ diverterat, mancipia sua manumitteret: Verba autem legis taliter esse concepta (lex enim verbo omnimodò usa erat) ut non solùm servos, qui in ministerio mulieris, id, cùm diverterat, temporis fuerant: Verùm etiam eos, qui tum temporis illi non administrarant, sed vel in agro, vel in provincia vixissent, complecteretur. Hoc etsi perquàm durum est, inquit, ibi Jureconsultus, attamen ita lex scripta est.

Quæ itaque ejus erit durities? An quòd ad certum usque diem manumissionem fieri vetabat? Sanè quod differtur, non aufertur.

150. An igitur quia ratione caret, duram eam nominabimus? minimè verò. Publicum enim propositum habet commodum. Reipublicæ namque interest, delicta impunita non remanere. *L.ita vulneratus, § quòd si quis, ff. ad l. Aquil. Ferrat. caut. 18. n.3. caut. 26.n.1. Fichard.caut. 41. & 46. Garc. tr. de ult. fin.jur. n. 233. Alc. parad. lib. 5. c.9. n.1. Alber. Gent.tr.de legat.lib.2.c.20. Mynf.obs.79.cent.2. Musc. tr. de jurisd.n. 63. Menoch. tr. de remed. poss.recup.rem.1.n.29. Sonsb.tr.feud.p.12.n.47.* Quæ tamen si servi torturæ subducerentur, forsitan ob probationis defectum, commensurata pœna non coërcerentur.

151. An igitur, quia eos quoque, qui, cùm diverterat mulier, abfuerant, includit, dura erit? haudquaquam verò; eadem enim in iis quoque reperitur ratio. Quid enim vetat, quò minùs illi quicquam vel viderint, vel sciverint, vel audiverint, quod ad faciliorem delicti probationem conducet. Idem itaq; in iis quoque jus constituendum erit. *L.à Titio, ff.de verb.obl. Medic.tr. de compensat.p.1.c. 4.n. 2. Medic. tr. de venat.p.2.q.23. Cacheran. dec.12.n.3. Reub.tr.de test.p.2.n.7. Rimin.Rubr. n.17.C.qui adm.*

Qua igitur in re L. prospexit, consistet tandem durities? Quantum ego conjicio, tota duritiei vis, in eo ponenda erit, quòd Romani tantoperè libertatem sitirent, avidissimeque concuperent, ut quodlibet libertatis obstaculum, quantumvis per se levissimum, gravissimum putarent. Vides itaque tantam L. prospexit, duritiem nullo modo esse, ut inde quicquam ad solutam potestatem stabiliendam faciens, trutina etiam elici possit.

152. Decimoquarto loco textum auth.de hæred.& Falcid. nobis objiciunt, in eo enim scriptum esse ajunt: Principem Deum esse. Quapropter ut Deus optimus maximus, sine cujusquam præfinitione, quæ vult, facit, immensæque est potenti: æ ita legum frenis, non remorantibus, principem quoque, quæ dormitans viderat, expedire posse.

153. Verùm ego mehercle tam perspicacis ingenii non sum, ut videam, quomodo ex dicta novella, Principem Deum esse, probetur: nec mihi persuadere possum, tam extremæ impudicitiæ, impietatisque fuisse Justinianum, ut Deum sese nominaret. Quippe quem haudquaquam ignarum fuisse arbitror: nolle Deum nostrum, ulli suarum creaturarum nomen, aut honorem suum tribui. *Esaiæ c.42.n.8.& c.48.n.11.*

154. Nec quenquam impunè tulisse, si ad divinos aspirare honores contenderit. Exemplo sit Herodes, qui quoniam haud iniquo animo populi acclamationes, ejus vocem, Dei esse vocem acclamantis, tulisset: confestim ab Angelo Domini percussus, concidit. Ut habetur *in actis Apostol. c. 12. num. 22.*

At demus, principem Deum esse, injustè tamen agere, & per consequens soluta potestate uti, nihilò magis agere poterit. Quemadmodum enim Deus, quæ injusta sunt, facere nequit: *ut suprà in 10. fundamento nostræ opinionis asseruimus.*

Ita quoque princeps ea, quæ injusta sunt, & per consequens vi solutè potestatis, infinitique imperii progenerantur, perpetrare non audebit, ne serò numinis vindictam experiatur. Scriptum est enim: Ego dixi; Dii estis,

cœlis, & filii excelsi omnes: Sed sicut homines moriemini, & cùm cæde, & sanguine, ad generum Cereris descendetis; *Psalm. 82. n. 6. & 7.*

155. Decimumquintum quod nobis objiciunt, est tritum illud juris axioma, in generali sermone, personam loquentis non comprehendi. Arguunt itaque in lege jubente, aut vetante aliquid, principem, qui eam rogarat, non contineri, consequensq; esse, principi immensam illam potestatem competere.

Verùm & hujus resolutio est facilima: In generali enim sermone personam loquentis non includi, eatenus verum est, quatenus rei, quæ geritur natura, aut tacita legis dispositio, loquentis personam comprehendere nequeunt. *Alex. de Imola l. frater à fratre. n. 8. ibi Jas. lect. 1. n. 24. & lect. 2. n. 24. Crottus n. 29. ff. de cond. ind. Sapia in l. 1. in pr. n. 5. ff. quod quisque jur. Hipp. Rimin. l. si emancipati, n. 271. C. de collat.*

Jam verò in præsenti negotio, ea rei, de qua agitur, legis nimirum natura est, ut non solùm subditos, verùm etiam principis personam comprehendere possit. Est enim lex communis Reipub. sponsio, hoc est, talis sponsio, qua princeps se subditis, & subditi sese principi, ad legum custodiam, & observantiam, mutuò obligant.

Ergò in præsenti negotio, persona quoq; loquentis, & sic principis comprehendetur, quodq; consequens est, solutam potestatem princeps non habebit.

156. Decimo sextò, nostra impugnatur sententia, sextu L. penult. ff. de recept. arb. seu ut alii rectiùs legi contendunt: de receptis arbitriis. *Coras. miscell. lib. 4. c. 18. n. 10. & lib. 5. c. 11. per tot.*

Vel simpliciter de receptis, verbo arbitris, vel arbitriis omisso. *Cujac. in parat. ff. de recept.* Ibi enim neminem imperare sibi, neque prohibere se posse habetur. Concludunt itaque, nec principem sibi imperare, nec prohibere se posse. Quapropter à suarum legum, constitutionumque præceptis eum immunem, solutumq; esse arguunt.

At rursus in hac argumentatione, fallacia secundum quid ad dictum simpliciter committitur. Antecedens enim prælibati argumenti, secundum quid intelligendum est, neminem scilicet sibiipsi imperare, aut prohibere semetipsum posse, ut judicem, vel ut arbitrum.

157. Ratio in promtu est: nemo enim in causa sua sibi jus dicere potest. *L. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. om. jud. & in Rub. & Nig. C. ne quis in sua caus. jus dic. Mar. tr. de or. judic. 3. p. 6. p. p. act. 2. n. 32. Boër. in consuet. Bitur. lit. de jurisd. § 9. gl. 2. Tiraq. tr. de judic. in reb. exig. in pr. Zoanett. l. ut vim, p. 3. n. 105. ff. de just. & jur. Gail. obs. 39. n. 1. lib. 1. Wesenb. tr. feud. c. 17. n. 5. Menoch. tr. de remd. poss. adip. remed. 2. n. 2. cùm seqq. Montic. l. fin. n. 130. C. de jur. delib. Seraph. tr. de juram. privil. 1. n. 8. priv. 120. n. 3.*

158. Neque de re sua arbitrium recipere potest. *D. l. penult. ff. de recept. Specul. tit. de arbitr. § 2. n. 78. Jas. de l. qui jurisdictioni, n. 2. Ang. Aret. § penult. n. 17. Inst. de except. Blanc. tr. de comp. q. 2. n. 52. Guilh. de Tulalto l. si societatem, § arbitrorum, n. 43. ff. pro socio. Abb. cons. 115. n. 3. volum. 2. Oldrad. cons. 156. n. 1.* Non autem tanquam simpliciter dictum intelligi potest. Quilibet enim ut homo potentiæ locomotivæ gubernacula tenet: cuilibet legislatori dictum est: patere legem, quam ipse tulisti.

159. Refutandum nunc est decimoseptimo loco, illud axioma, quo traditur: pari in parem imperium non esse; non itaque princeps retro principum sanctionibus ligabitur. Illis enim par est. Quapropter ipsorum constitutiones, hodierno principi nil quicquam jubere, imperâre, aut præcipere possunt.

Sed & ad hoc resolutio suppetit. Distingue enim tempora & conciliabis scripturas, antiquis dictum est. *L. apud antiquos, § sin autem, C. de furt. Ne viz. syl. nupt. lib. 4. n. 56. Abb. c. sacris ante, n. 1. ext. de his quæ vi, met. caus. fiunt. Contard. l. diffamari, c. 5. n. 114. C. de ing. manum. Molin. l. 1. § fin. n. 21. ff. de verb. obl. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 108. & c. 16. n. 149. Medic. tr. de LL. p. 3. q. 8. n. 25. Mozz. tr. de contract. Rubr. de subst ant. mut. n. 19.*

Jam verò si tempora distinxerimus, primo obtuitu apparebit, axioma: Par in parem non habere imperium, præsenti negotio haudquaquam adaptari posse. Tempore enim eo, cùm retrò principes leges suas ferrent, hodiernus princeps, nondum erat princeps. Ergo retrò principibus non erat par, & per consequens illi, in eum, qui hodie rerum potitur, imperium exercere poterant, illeq; eorum legibus atque jussionibus auscultare, obstringebatur.

Præterea textus, pro astruendo dicto axiomate citati, de vivo magistratu loquuntur, huncque magistratum in potestate parem, cogi

cogi non posse, asserunt: non verò ullam, de legis aut constitutionis, magistratus jam defuncti dispositione, mentionem faciunt. Quapropter huc minimè pertinent. Ut enim antiquitùs extra omnem controversiam erat positum, hodiernum Consulem, legibus antea promulgatis, quæ tamen consule interrogante fiebant, teneri: ita quoque nullo modo dubitandum est, principem qui nunc clavum tenet, majorum suorum constitutionibus, sanctionibusque ligari.

160. Ad officiendum quoque nostræ opinioni, non major sacrorum dictorum potestas est. Quod enim decimo octavo loco opponebatur: Scrutatorem majestatis, opprimi à gloria ejusdem: non de majestate humana, sed de majestate divina dictum est. Huc itaque minimè trahendum.

Restant ad ultimum ea, quæ de jure potestateque regis ex 1. Samuelis lib. c. 8. adducebantur: Sed nec his accommoda deest responsio. Quæ enim ibi habentur, non eo interpretanda sunt sensu, quasi Deus ter optimus maximus approbet, hanc Regum usurpationem pravam, & violentiam: Sed ita potiùs accipienda, ut Regum iniquitas, impotensque libido, vi solutæ potestatis omnia sibi licere existimantium, populo Regem efflagitanti, patefieret, ostendereturque, utq; populi conatus, Regis cupiditate flagrantis, reprimeretur, refrenaturque, hæc à Deo dicta esse. Ita resolvit primus omnium *Thomas de Aquino, quem secuti sunt And. de Isern. c. 1. n. 31. de capit. qui cur. vend. Paris de Put. tr. Syndic. Rubr. de excess. reg. n. 62.*

Cujus opinio firmissimè comprobari ex sequentibus potest. Ecce enim in d. cap. 8. Samuel. lib. 1. n. 14. scriptum est: Rex agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit servis suis.

Si itaque huic regio juri, immensæq; potestati autor est Deus, quî fit, quòd Achab facinus, Naboth Jezrahelitæ vineam extorquentis, tantopere Deus abominetur, ut ejus posteritatem omnem extirparet: ut ejus sanguinem, canibus lambendum propinaret? *Vt sacer codex habet, lib. 1. Reg. c. 21. n. 19. & c. 22. n. 18. & 4. Reg. c. 9. n. 25. & 26.*

Vides itaque, quæ ex Samuele proposita sunt, ad delineandam tantùm futuram populo tyrannidem recensita esse. Non itaq; ullatenus infinitum, & legum præceptis exemtum principatum, adjuvare possunt.

161. Postremò nullatenus te Doctorum commoveant autoritates. Vides enim textus, in quibus autoritas eorum innititur, destructos esse. Fundamento itaque destructo, quicquid superius ædificatum est, simul quoque corruet. *Toming. decis. 20. n. 46. decis. 24. n. 14. Hartm. Pistor. q. 2. n. 21. in fine q. 3. n. 45. lib. 2. Modest. Pist. in consil. post quæst. Hartm. 20. lib. 2. n. 34. ad fin. Riminald. l. posthumo, n. 538. C. de bon. poss. cont. tab. Seraph. tr. de juram. privil. 74. n. 27. priv. 132. n. 78. arg. c. cùm Paulus 1. q. 1.*

Atque his finem tertio capiti imponemus.

CAPUT QUARTUM.

DE EFFECTIBUS FRUCTIBUSQUE SOLUTÆ POTESTATIS.

SUMMARIUM.

1. *Dato uno inconveniente, sequuntur infinita.*
2. *Subdivisio quadripartita quarti Capitis.*

UT Herculi, cum Lernæo serpente pugnanti, non levabatur labor, quantumvis à cervice serpentis, unum, alterumque amputasset caput: quippe gemino capite, unius loco repullulante: Sic nobis quoque non minus facessunt negotii, rivuli illi effectuum, ex vasto solutæ potestatis mari scaturientes, quàm primorum fundamentorum, quæ jam evertimus, expugnatio, & demolitio. Etenim uno dato inconveniente, infinita sequi, necesse est. Ut ex nostratibus dicit *Neviz. syl. nupt. lib. 4. n. 50. Polit. tr. pupill. subst. n. 23.*

2. Porrò quò facilior, in hoc quoque effectorum labyrintho, pateat exitus, filum Ariadnes sequendum erit. Distribuemus itaque effectus omnes, in quatuor manipulos. Quorum primus erit de effectibus solutæ potestatis, respectu legum: alter de effectibus contractuum: tertius de effectibus ultimarum voluntatum: quartus denique de effectibus judiciorum.

EFFECTUS PRIMUS respectu legum.

AN PRINCEPS DISPENSARE, seu gratiam alicui facere possit, contra legitimas sanctiones?

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Dispensandi verbum tria habet significata.*
2. *Dispensator quis.*
3. *Dispensator principis quis.*
4. *Dispensatio unde dicta.*
5. *Dispensatio & declaratio quid differant.*
6. *Messem facere, die feriato licet.*
7. *Filius patrem bannitum occidere potest.*
8. *Defensio corporis sui, unicuique licita.*
9. *Furtum ob necessitatem permissum.*
10. *Exemplum dispensationis.*
11. *Diffinitio dispensationis.*
12. *Diffinitio dispensationis alia.*
13. *Diffinitio tertia, quarta & quinta dispensationis.*
14. *Diffinitio dispensationis nova.*
15. *Minima non curat prætor.*
16. *Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.*
17. *Papa an contra jus divinum ex causa dispensare possit.*
18. *Modicum dici non potest, quicquid jure divino præceptum est.*
19. *Papæ ad sanguinis usque profusionem jura tueri divina tenetur.*
20. *Inferior superioris legem solvere non potest.*
21. *Deus est superior Papa.*
22. *Animarum salus, cunctis rebus præferenda.*
23. *Qui in uno legem divinam offendit, factus est omnium reus.*
24. *Papa contra jura divina, ut omnes totius mundi opes corradat, dispensat.*
25. *Papa an possit dispensare, ut ex causa matrimonium jam consummatum dirimatur.*
26. *Homo non separet, quos Deus conjunxit.*
27. *Divortium non nisi ob fornicationem alterutrius conjugis permissum.*
28. *Dictiones taxativæ omnes alias personas & casus excludunt.*
29. *Nuptiæ sunt individua vitæ consuetudo.*
30. *Mala duplicia sunt.*
Naturam accusant, qui discrimen inter mares, fœmellasq́, quoad successionem, constituunt.
31. *Dispensatio absq́ causa est dissipatio.*
32. *Dispensans, flagitansq́ absque causa dispensationem summè peccant.*
33. *Dispensatio absque causa, an valeant jure fori.*
34. *Voluntas principis pro ratione est in iis, quæ contra jura humana fiunt.*
35. *Agitur de glossa L. relegati, ff. de pœn.*
36. *Allegare legem nullam, & allegare inutilem paria sunt.*
37. *Glossæ absque textu aliquid affirmanti non credendum.*
38. *Malum minus, inter duo mala eligendum.*
39. *Dispensationum causæ triplices.*
Contrarium n. seq. asseritur.
40. *Vtile absque honesto nil esse potest.*
41. *Vtilitas magna an æquiparetur necessitati.*
42. *Historia Aristidis.*
43. *Benefacienti benefaciendum.*

DIspensandi verbum in triplici significatu, tùm à nostris, tùm ab aliis Latinæ linguæ autoribus usurpatur. Primùm enim pro eo est, quod aliàs disponere, ordinareq; dicimus. *Vt ex Calumella, Manilioq́ ostendit Vasq. ill. contr. c. 25. n. 1.*

Et patet præterea ex Cicerone, qui tùm ad Atticum Epistol. lib. 11. Epist. 1. Acerbissimè afflictor: quòd qui res domesticas nostras dispensavit, neque adest isthic, neque ubi terrarum sit, scio: Tùm de Orat. lib. 1. n. 96. B. inventa non solùm ordine: sed etiam momento quodam, atque judicio dispensare atque disponere, scribit.

2. Deinde quoque expendendi significationem habet. Unde servus dispensator, qui impendia domus curat, victuiq; præsidet: cujus dictis obsonatores piscarii, coqui, & ejus farinæ mancipia alia auscultant. *L. Vrbana familia, ibi Alc. n. 2. ff. de verb. signif. Barnab. Brisson. in lexic. in verbo dispensator. Covar. in epit. 4. lib. decret. p. 2. c. 6. § 9. n. 1. Petr. Faber in L. in toto jure circa med. ff. de reg. jur.*

Hujus quoque fit mentio in L. in lege Censoria, ff. de verb. signif. & in L. dispensatori, & in L. dispensatorem, ff. de solution.

3. Sed & principi talis erat dispensator, qui principis nomine solvebat, cuiq; principis nomine solvebatur, *de quo in l. illata, C. de fid. instrument. & in L. 1. C. si advers. fisc. rest. post.*

Sed hæ priores duæ significationes, nihil in præsens inserviunt.

Tertia itaque absona satis minimeq; Latina significatione, pro eo accipitur, quod Latinius gratiam alicui facere, seu solvere legibus. *Zasius in l. princeps. n. 2. ff. de LL. ex Budæo.*

Aut suffragium principis impetrare dicimus. *Alc. l. creditori, n. 18. C. de pact.*

Ut

Ut facilè ex loquendi formula agnoſcere poſſis, diſpenſationum jura, Canoniſtarum eſſe figmenta, quorum oculos, ſanctiſſimæ ſedis Apoſtolicæ culmen hebetaverat, ut cernere verum non poſſent.

4. Hujus ſignificationis eam reddunt rationem: diſpenſationem dictam eſſe, quaſi in diverſum, ſeu diverſorum penſationem. Eò quòd complura penſitare, inque memoriam revocare, diſpenſare volens, debeat, *gl.c.requiris,§niſi rigor,1.q.7.Zuchard.l.poſthumo,n.26.C.de bon.poſſ.cont.tab.*

5. Diſpenſare deinde ſeu gratiam certi juris facere, à jurium declaratione ita differt: quòd declaratione, ſeu legum interpretatione jus peræquè quo ad omnes conſtituitur; diſpenſatione autem gratiam, ſingulis tantùm, contra legum diſpoſitiones, faciamus. *Covarr. in epit. 4. lib. decret. p.2.c. 6. § 9. n. 2.*

6. Sic quarti præcepti Decalogi, quod habet: Sabbatum divino tantùm cultui deſtinandum, declaratio eſt: licere meſſem in horrea, tempore meſſis, die feriato invehere atq; inferre. *L.omnes judices, C.de fer. Abb.c.licet,n.7.& c.fin.ſub n.14. ext. eod.tit.*

7. Sic quinti præcepti declaratio eſt: poſſe filium patrem bannitum occidere. *Br. l. ſi adulterium cum inceſtu, § liberto, n. 1. ff. ad L. Jul.de adult. Felin. c. quæ in Eccleſiarum, n. 5. ext.de conſtit. Cotta in memor. V. bannitus, el. 3. Mozz.tr.de contract. Rubr. quib. mod. annull. donat.n.48.Aſcan.Clement. tr. de pat.pot. eff.1. n.19.Pet.Gerh.ſing.2. circa med. Ang. Aret. tr. malef. V. & ex intervallo, n. 18. Boſſ.tr. crim. Rubr. de defenſ. reor. n. 52. Hipp. de Marſ. l.1. § præterea,n.64.ff. de quæſt.*

Quam tamen opinionem, etſi communem, vel planè rejiciendam, uti cenſet. *Julius Clarus pract.crim.§ homicidium, n. 59.*

Vel ſaltem accurata diſtinctione adjuvandam putarim, uti facit *Fortun. Garc.l. veluti, n.34.ff.de juſt.& jur.*

8. Sic ſexti præcepti declaratio eſt, quæ quiſque jure feciſſe exiſtimatur, quod ob corporis ſui tutelam fecerit. *L. ut vim ff. de juſt.& jur. Jacob.Novell.tr.ad defenſ.Rubr. homic.quib.ex cauſ. à pœn. homic. excuſ.n.14.*

9. Sic etſi furtum ſeptimo vetitum eſſet præcepto, furtum tamen ob victum neceſſarium facere permiſſum, legeque humana, ſeptimum præceptum declaratum eſt, *gl.fin. c.ſi quis per ill.text.ibi Abb.n.6.ext. de furt. Pet. Gerh.ſing.100. ante med. Lancil.tr. de off.præt. Rub.de furib.n.10. Cagnol. l. quæ propter neceſſitatem, n. 3. ff. de Reg.jur. Benincaſ. tr.de priv. paup.in 6.ſpecial.judic.n.30. Jul. Clar.pract.crimin.§ furtum,n.24.Menoch.tr.de arbit. judic. quæſt.caſu 182.n.27. Medic. tr. de LL.p.4.q.19. n.11. Jacob de Nigris l.1. n. 131.ff. de off. ejus cui mand.eſt juriſd.Fortun.Garc.l.1.§ jus naturale, n.31.ibi Salom. n.3.ff.de juſt. & jur. Roman. l. ſi verò,§ de viro,n.312.ff.ſol.matrim. Joh.Hanib. l.poſt contractum,n.271.ff.de donat. Capoll.auth. ſed novo jure, n.77. C. de ſer. fugit. Chaſſan. in conſ.Burg.Rebr.des juſtices, § 5.V.ſcil.in à grace, n.19.Rainald. Corſ.indagat. lib.1. c.18.n.1.*

10. Exemplum diſpenſationis eſt, veluti ſi princeps nobili, ruſticum interficienti, ob priſcas imagines, ſanguiniſque nobilitatem pepercerit, nec ejus, qui ſanguinem profuderat, ut divina præcepta habent, ſanguinem profuderit. *Geneſ. c. 9. n. 6. Matth.c.26.n.52. Apocalypſ.c.13.n.10.*

Quo jure in ſimilibus quoque exemplis utimur. Verùm ex diffinitione diſpenſationis, veritatem propoſitæ quæſtionis indagabimus.

11. Diſpenſationis pluriſariam traduntur diffinitiones: & primò quidem eam gloſſæ Canonici juris diffiniunt: eſſe, communis juris relaxationem, factam cum cauſæ cognitione ab eo, qui habet jus diſpenſandi. *gl. c. requiris, § niſi rigor, 1. q. 7. Abb.c.de multa, n. 8. ext. de præb. Specul. tit. de diſpenſat. §. 1. in pr. Ripa l.ſi conſtante,n.60.ff.ſolut.matrim. Zuchard. l. poſthumo,n.26. C.de bonor.poſſ.cont.tab. Tiber. Dec.conſ.38.n. 60. volum.3.*

Sed hanc tanquam nimis latam, meritò rejicimus. Neque enim contra omnia jura communia, ut præſens diffinitio velle videtur, principi diſpenſationem aſſerere, veritas ipſamet patitur.

12. Aliam deinde tradit idem Speculator: diſpenſationem nempe eſſe providam juris relaxationem, utilitate vel neceſſitate penſatam. *Specul.d.tit.de diſpenſ.§ 1. in pr.* Sed & hæc eodem vitio laborat, meritò itaque explodenda eſt.

13. Tertia Hoſtienſis eſt, quæ habet: diſpenſationem eſſe quandem rigoris juris relaxationem miſericordem Canonicè factam. *Hoſt. in ſumma Rubr. de diſpenſat. n. 1. Garc.l.Gallus, § idem credendum, n. 282.ff. de lib. & poſthum.*

Sed & hanc itidem, quòd non exprimat, quale illud ſit jus, adverſus quod diſpenſatio permiſſa eſt, improbamus.

Quarta est Thomæ de Aquino, is diffinit: esse subductionem casus, dispositioni legis ex justa causa. *Thomas 2. secundæ q. 8. art. 9. prima secundæ q. 99. artic. 4. uti eum refert Garc. d. n. 282.*

Sed & hæc eodem, aliisq; complurimis vitiis claudicat.

Quintam Dominicus à Soto tradidit, talem nimirum: dispensatio est lege in genere, ejusque vigore & ratione manente, ipsiusmet in particulari casu, certisq; personis relaxatio. *Dominic. à Soto lib. 2. de just. & jur. art. 8. q. 3. Vasq. ill. contr. c. 27. n. 3.*

Sed hæc pessima est omnium reliquarum. Primarium enim dispensationis requisitum, causam nimirum legitimam, absque qua, nulla dispensatio æqua, justeque est, omittit.

14. Sextam itaque ponere attentabimus: dispensationem nempe esse jus regale, quo lege in genere, ejusque vigore, & ratione manente, ipsiusmet in levioribus, aut in iis, quæ non per se, sed ob prohibitionem tantùm mala sunt, in particulari casu, certisque personis, ex justa, legitima, sufficientique causa, fit relaxatio.

Age verò singulas diffinitionis particulas examinabimus. Hinc enim fiet, ut quæstionis quoque propositæ veritas simul eluceat.

Dico itaque: lege in genere &c. ad differentiam declarationis seu interpretationis jurium, quam paulò antè, à dispensatione eò differre, quò declaratio, in casu declarato legem tollat: quòd item non in particulari casu: non certæ personæ: sed omnibus & universis, jus declaratum tribuat, ostendimus.

15. Dico: in levioribus: Quemadmodum enim prætorem leviora, minimaque non curare constituti juris est: *L. scio. ff. de rest. in int. Gail. obs. 151. n. 13. lib. 1. obs. 29. n. 8. obs. 88. n. 10. obs. 102. n. 2. lib. 2. Cæpol. caut. 132. n. 2. Neviz. syl. nupt. lib. 5. n. 98. ad fin. Hipp. de Mars. l. furem, n. 9. cum seqq. ff. ad l. Corn. de sicar. Tiraq. tr. de judic. in reb. exig. per tot. Butigella l. vinum, n. 20. ff. si cer. pet. Montic. l. fin. n. 175. C. de jur. delib. Medic. tr. de LL. p. 3. q. 8. n. 12. Cald. l. si curatorem, V. vel adversar. dol. n. 7. C. de rest. in int.*

Ita quoque tacito quasi jure receptum est, populum leviuscula, quæ à principe suo contra legum præcepta fiunt, non curare, sed in prima principatus constitutione, tacitè hanc illi potestatem concessisse videri, dummodò tamen causa adsit legitima, & ad gratiam faciendam idonea.

16. Et si hìc replicare velles: Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet. *c. nemo potest, de R. J. lib. 6. l. nemo plus, ff. cod. tit. c. nuper ext. de donat. int. vir. & ux. Neguz. tr. de pignor. 1. memb. 5. p. p. n. 56. Bl. tr. de pact. n. 31. Seraph. tr. de juram. priv. 19. n. 11.*

Jam verò abundè superiùs demonstrasti: principem non nisi respectu solennitatum quarundam, earumque rerum, quæ in nullius damnum tendunt, solutam potestatem habere.

Solvere itaque neminem poterit, cùm ipse solutus non sit, nisi in casibus duntaxat exceptis. Responderim enim tibi, de iisdem quoque nobis hoc in loco rem esse. Jus itaq; quod ipse princeps habet, in alium transferre quoque poterit.

Exemplum rursus hujus rei suppeditat nobis L. 2. C. de crim. sacril. ubi si in consiliarium princeps, imbecillum ad id oneris ferendum elegerit, vel magistratui minùs idoneum præfecerit, idipsum, tanquam leviusculum, in dubium vocari non oportet. Nec dici potest, hoc in damnum subditorum vergere: hujus enim imbecilla, minimeque legalis persona, per legitimam aliorum personam sustinetur, errataque obteguntur.

17. Ex verbo: in levioriobus: apparet, num rectè senserint Abbas, & alii Papæ dispensationem contra jus divinum tribuentes, cum causa. *Abb. c. non est, n. 5. & 7. ext. de voto. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. n. 19. ext. de constit. Dec. cons. 112. per tot. Sigism. de Neap. cons. 50. Gozad. cons. 51. n. 34. & seqq. Ludovic. à Schora int. cons. divers. cons. 3. n. 8. vol. 3. Hieron. pravid. int. cons. divers. cons. 1. q. 2. n. 6. eod. volum.*

18. Leviusculum enim dici non potest, quicquid jure divino sancitum est *arg. eor. quæ habentur. Matth. c. 5. n. 19. & in Jacob. Epist. c. 2. n. 10.*

19. Præterea ad sanguinis usque profusionem Papa, legem divinam tutari obstrictus est, *c. sunt quidam, 25. q. 1. Crav. cons. 747. num. 47.*

Non igitur dissipatione sua solvet, ad cujus tuitionem arctissimè obligatus est.

Tertiò, Catholica Ecclesia promta est sequi Evangelica documenta, *c. in nomine, 74. distinct.*

Ergò

Ergò & caput ejus, si Diis placet, Papa Romanus promtus esse debet, ad sectanda Evangelica documenta, & quod consequens est, adversus illa ipsa, nulli gratiam faciet.

20. Quartò, legem superioris, solvere inferior non potest, *c. cùm inferior, ext. de major. & obed.*

21. Sed Deus est superior Papa. *Bl. c. 1. n. 2. ext. de probat. Bl. c. ego N. n. 7. ext. de jurejur. Tiber. Decian. cons. 8. n. 247. Volum. 1. per c. cuncta in mundo 9. q. 3.*

Ergò Dei legem, nec in toto, nec in parte solvet.

22. Nec ullam agnosco in Papa causam tantam, ob quam in præceps dare posset animam alicujus. Cùm animorum salus, cunctis rebus præferenda sit. *L. sancimus, C. de sacros. eccles. Romul. l. ut vim, n. 103. ibi Garc. n. 25. ff. de just. & jur. Cald. l. si curatorem, V. minoribus, n. 9. vers. neque, C. de rest. in integ. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. c. 12. n. 2. Seraph. tr. de juram. priv. 40. n. 13. priv. 64. n. 2. privil. 75. n. 37. priv. 147. n. 17. Tiraq. tr. de privil. piæ caus. in præfat. vers. sed si hoc, priv. 17. priv. 66. priv. 68. & priv. 92. Crottus l. frater à fratre, n. 115. ff. de condict. ind. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 4. c. 8. n. 1. Cacheran. decis. 92. n. 24. Schenck. c. 1. in pr. n. 11. quib. mod. feud. amitt. Myns. obser. 96. n. 3. cent. 6. Medic. tr. de LL. p. 3. q. 18. n. 1. Fortun. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 167. & n. 298.*

23. Jam verò in naufragium, dispensatione Papæ quacunque contra jus divinum, animæ pelluntur. Qui enim in uno offendit, factus est omnium reus. *Jacob. c. 2. n. 10.*

Non ergo ex causa ulla contra jus divinum, Papa dispensare poterit.

24. Quinimò si rationem genuinam, ob quam contra jus divinum Papa dispensat, scire concupieris, sacram auri famem hanc esse experieris, qua famelico Papæ, ejusque curiæ, nihil antiquius, nihil prius est, quàm ut totius mundi opes corradant, atque devorent: ut de eo scriptum reliquêre ex nostratibus *Cynus l. eos, § ne temerè, C. de appellat. Ign. l. necessarios, p. 1. n. 434. & p. 2. n. 118. ff. de S. C. Syllan.*

Rectè itaque Papam contra jus divinum, ne ex causa quidem dispensare ullatenus posse, decidere *Covarr. in epit. 4. lib. decretal. p. 2. c. 6. § 9. n. 4. Cardin. Paris. cons. 68. n. 200. volum. 4. & alii summistæ quàm plures, ibidem in id per Covarr. allegati.*

25. Ex verbo in levioribus quoque apparet, num vera sit Felini & aliorum decisio, volentium, Papam, ut matrimonium consummatum dirimatur, ex causa dispensare posse. *Felin. c. quæ in ecclesiarum, n. 20. ext. de const. Dec. cons. 112. n. 5. Bernard. sanct. int. cons. divers. cons. 2. Rubrica conclus. affirmat. num. 3. & 5.*

26. Minimè enim veram esse ex suprà deductis apparet. Tùm quia primum antiquissimumque Dei ipsius præceptum est: quos Deus conjunxit, homo non separet. *Matth. 19. c. 6. n. Marc. 10. n. 9. c. an quod, 33. q. 2. c. quos Deus, ead. caus. & quæst. c. 2. & c. fin. ext. de translat. episc. Riminald. l. unic. n. 92. C. quand. non petent. part.*

27. Tùm quia expressim lege Evangelica cautum est: non nisi ob fornicationem uxorem maritum, vel è diverso dimittere posse. *Matth. c. 19. n. 9. Marc. 10. n. 11. Luc. 16. n. 8. 1. ad Corinth. 7. n. 10.*

28. Consequens itaque est, ob Papæ dispensationem divortium neutiquam fieri posse. Eò quòd natura dictionum taxativarum est: omnes alias personas, omnesque alios casus, excludere. *L. 2. C. de patrib. qui fil. distr. l. ob æs, C. de præd. minor. Felin. c. contingit, n. 3. ext. de fid. instrum. Euer. in top. in loc. à nat. dict. taxat. n. 2. Rimin. Rubr. n. 20. C. qui adm. Tiraq. tr. V. R. p. 2. § 1. gl. 6. n. 2. Piag. tr. de tut. & curat. q. 2. n. 24. Polit. tr. vulg. subst. n. 119.*

29. Tùm quia nuptiæ, individua vitæ consuetudo esse, diffiniuntur. § 1. *Inst. de pat. potest.*

Quò & illud Tibulli referendum est lib. 3. eleg. 3.

Sed tecum, ut longæ sociarem tempora vitæ,
Inque tuo caderet nostra senecta sinu.
Tunc cùm permensa defunctus tempora lucis
Nudus Lethea cogerer ire rate.

Et Terentianum illud in Heaut. act. 2. scen. 4.

Vobis cum uno simul, ubi ætatem agere decretum est viro,
Cujus mos maxumè est consimilis vostrum, hi se ad vos applicant.
Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini,
Vt nunquam ulla, amori vestro incidere possit calamitas.

Si itaque Imperator, qui laicus est, nuptias seu matrimonium, individuam vitæ consuetudinē diffinivit: si Ethnici luce naturæ perspexerunt, non nisi morte, conjuges dissociandos esse: qui fit? quòd Papa, qui Spiritum sanctum calceis contrivit, furore & dementia excœcatus, contra juris divini, naturalisque

lisq; præcepta matrimonia ritè contracta, dirimere non erubescat?

Verba: quæq; non per se, sed ob prohibitionem tantum mira sunt: ideo adjecimus, quòd duplicia esse mala scimus. Alia nempè mala sunt, natura, & essentia sua, veluti furtum, homicidium, rapina, adulterium, blasphemia, & id generis alia, hæc tanquam juri naturali, gentiumq; obversantia, nulla principis dispensatione, bona fieri possunt, atque licita.

Alia verò mala sunt, quæ per se sunt minimè mala, sed ob prohibitionem tantùm: veluti fœminam in feudo succedere, per se malum non est: Cùm quodammodo naturæ fiant accusatores, qui discrimen, quod inter masculos, fœminasque, quò ad successionem constituunt. *L. maximum vitium, vers. qui enim, C. de lib. præter. Frider. Schenck. c. 1. § hoc autem, n. 2. qui feud. dar. poss. Sonsb. tr. feud. p. 9. n. 143.*

Sed edita feudali constitutione, feudi capaces fœminas esse vetante, malum esse incipit. Huic itaque malo, principis dispensatione, absque tertii tamen præjudicio succurri potest.

31. Verba: Ex justa, legitima, & sufficienti causa: primarium dispensationis requisitum indicant; nisi enim affuerit causa, nec dispensationis quidem nomen ejuscemodi actus meretur: sed dissipatio est. *Abb. c. quia in tantum, n. 3. ext. de præb. Jas. inter. cons. Bruni cons. 8. n. 51. Roch. de Curte c. fin. sect. 2. n. 5. ext. de consuet. Joh. Jac. de Leonard. int. consil. Bruni cons. 117. n. 312. Tiber. Decian. cons. 88. n. 49. cons. 90. n. 25. vol. 2. cons. 38. n. 58. volum. 3. Rol. à Valle cons. 61. n. 26. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 12. n. 210. vol. 2. Dec. cons. 288. n. 8. & cons. 307. n. 10. Goz. ad. cons. 6. n. 25. Cravett. cons. 136. n. 43.*

32. Quod usque adeò verum est, ut concedens, impetransque dispensationem, etiam adversus civile, humanumque jus, absque causa rationabili summè peccent. *Summula Cajetana in V. dispensatio in fine. Innoc. c. cùm ad monasterium, n. 2. ext. de stat. regul. Fortun. Garc. l. 1. in pr. n. 58. ff. de just. & jur. & in l. Gallus, § & quid si tantum, n. 292. & 297. ff. de lib. & postum. Covar. in epit. 4. lib. decret. p. 2. c. 6. § 9. n. 7.*

Is enim qui concedit, peccat in eo, quòd unum idemque jus, subditis suis omnibus non administrat. De qua injustitia, utens dispensatione, absque causa impetrata, participat. In pari itaque condemnatione sunt.

33. Nunc videndum, an dispensatio talis jure fori valeat. Et valere eam decidit. *Covar. d. § 9. n. 10.*

34. Ea motus ratione, quòd in actibus contra jus humanum, voluntas principis pro ratione sit, *per gl. final. l. relegati, ff. de pœn.*

Quam singularem dicit *Hipp. de Marss. l. de unoquoque. n. 10. ff. de re judic.*

Contrarium decidit *Garc. d. l. Gallus, § & quid si tantùm, n. 297. ff. de lib. & postum.*

Cujus opinioni omninò subscribendum censeo. Allego enim pro ea textum d. l. relegati, ff. de pœn. ibi enim expressim habetur: nemo potest commeatum remeatúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. Jam verò commeatum, remeatúmve alicui dare, nihil aliud est, quàm cum aliquo (ut vulgariter loquar) dispensare. Colligitur itaque, patetque ex illo textu, ad dispensandum contra jus positivum, causam esse necessariam. Et quod consequens est, absque causa commeatum, remeatumq; dando, Imperatorem nihil agere. Ponderando in id verba: nemo potest.

35. Nec obstat glossæ autoritas, quam pro se Covarruvias allegavit. Nullam enim adducit legem, ex qua aptè id, quod glossa vult, elici possit. Etsi enim l. 1. in f. ff. de quæst. nominet: ea tamen lex de dispensatione verbum nullum habet.

36. Et cùm nullam allegare legem, vel allegare, ad rem non facientem, paria sint: *Arg. c. 2. § sed neque ext. de translat. episc. ubi nullum habere virum, & habere virum, sed inutilem, paria sunt.*

37. Consequens est, illi glossæ credendum non esse. Glossæ enim textu non stabilitæ, fidem adhibere non oportet. *Bl. l. Respub. n. 2. C. quib. ex caus. major. Jas. l. divortio, sub. n. 19. ff. sol. matrim. Hartm. Pistor. q. 30. n. 23. lib. 1. Rimin. l. si emancipati, n. 129. C. de collat. arg. c. ego solis distinct. 9.*

Similiter nec exemplum à Covarruvia adductum quicquam officit. Dicit enim, si quis absque causa dispensationem à Papa, ut in quarto gradu matrimonium contrahat, impetrarit, nemo negare poterit, matrimonium tale validum esse.

38. Responderim enim, validum quidem esse matrimonium tale de facto, non autem de jure. Et dato quòd etiam matrimonium taliter contractum, de jure valeat, id ex eo profi-

proficisci affirmarim, quòd matrimonium consummatum dirimere, gravius sit, quàm Pontificias constitutiones nonnihil violare. Inter duo itaque mala minus eligendum est. *Abb. c. requisivit, n. 3. ext. de spons. Cacher. decis. 137. n. 19. Coras. miscell. lib. 1. c. 3. n. 6. Capifer. tr. de num. test. p. 1. c. 3. n. 54. Seraph. tr. de juram. priv. 20. n. 16.*

Vides itaque hanc rationem, ad alias contra jus positivum, sine causa facta dispensationes adaptari non posse.

39. Postremò triplicem alii constituerunt dispensationum causam: necessitatis nimirum, utilitatis, & evidentis meritorum prærogativæ. *Abb. c. 1. n. 4. ext. qui cler. vel vou. Bern. sanct. cons. 2. n. 24. int. cons. divers. vel. 3.*

40. Ego unam tantùm statuo, necessitatis nimirum, causam, ex salute, utilitateq; publica metiendam, utile enim absque honesto, nil esse potest. *Cicero offic. 3.*

Sed quod contra leges fit, inhonestum est. Est enim injustum.

41. Ergò utilitas talis nihili æstimanda, nec propter eam leges violandæ sunt. Neque enim unquam adduci potui, ut crederem, verum esse, quod Canonistæ tradunt: utilitatem magnam, eosdem, quos necessitas, effectus gignere. Uti tradunt. *Innoc. c. cùm omnes, n. 3. ext. de constit. Abb. c. venerabilem, n. 24. ext. de elect. Abb. c. tua nos, n. 3. ext. de eccles. ædific. Abb. c. etsi Christus, n. 1. ext. de jurejur. Felin. c. cùm super in pr. ext. de testib. cog. Paul. de Orian. in l. 1. n. 59. vers. idem quoque & n. 128. ff. de off. ejus. cui mand. est jurisd.*

42. Longè rectiùs Aristides censuit, qui post bellum à Græcia tota, cum Persis ad Plateas gestum, Themistocli adjunctus fuerat, ut cum eo consilium, quod in concione, Reipub. se habere dixerat Themistocles, salutare: cæterum silentio opus esse, communicaret. Is enim, cùm à Themistocle didicisset, posse totam classem sociorum, ad Gytheum subductam, facili negotio incendi, quo facto, in tota Græcia, Atheniensis populus rerum potiretur: in concionem prodiit, testatusque est: perutile Themistoclis consilium esse: at minimè honestum. Qui populus omnis: quod honestum non esset, ne expedire quidem posse, acclamavit, atque conatu desistere Themistoclem jussit. *Valer. Maxim. lib. 6. c. 5. Cicer. offic. 3 fol. 61. fac. 2. Plutarch. in vita Aristid. mihi fol. 35. in Parvis.*

Vides itaq; sanctiùs Ethnicos constituisse, quàm Canonistas: compendium maximum, non solùm necessitati non adæquandum: sed nec rationem ejus ullam habendam, nisi justitiam comitem habuerit.

43. Neque verò quod lex habet: Benefacienti benefaciendum esse. *L. sed etsi lege, § consuluit, ff. de petit. hæred. Stracch. tr. de adject. in pr. n. 41. Affl. decis. 307. n. 13. Freder. Schenck. c. 1. in pr. n. 22. qui feud. dar. poss. Coras. in prælud. l. frater à fratre, n. 24. ff. de cond. indeb.*

Ad legum jurium q; violationem trahendum est, ut propter meritorum remunerationem, absque alia causa, alicui contra jus humanum, gratiam faciendam dicamus: cùm mille ad meritorum compensationem, legibus salvis, atque incontaminatis, modi viæq; pateant.

EFFECTVS II. RATIONE legum.

An princeps in gradibus jure prohibitis dispensare possit?

SUMMARIUM.

1. *Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit.*
2. *Verba illa instit. de jure natur. in pr. animalia, quæ in cœlo, quomodo intelligenda.*
3. *Homo utitur jure cum brutis communi, quatenus animal, non quatenus homo est.*
4. *Conjunctio non conjugatio legendum, in d. pr. inst. de jur. natur.*
5. *Conjunctio maris & fœminæ, juris naturalis est.*
6. *Ciceronis locus.*
7. *Adam, Hevam ad se adductam, solo naturæ instinctu carnem suam esse, agnovit, sibiq; copulavit.*
8. *Matrimonia etsi juris naturæ sint, ob id tamen ad matrimonium contrahendum nemo præcisè compelli potest.*
9. *Injuria non cadit in bruta.*
10. *Jure naturali nulla erat graduum prohibitio, contra Vaconium.*
11. *Jus gentium quid.*
12. *Quæ connubia gentiũ jure prohibita fuerint.*
13. *Gentes, quæ in conjunctionibus nullam sanguinis reverentiam habent.*
14. *Historia Cambysis.*
15. *Quicquid non reperitur prohibitum, censetur permissum.*

16. *Incestus jure gentium committitur inter ascendentes & descendentes, non solùm primi, sed ulteriorum etiam graduum.*
17. *Intellectus L. eum qui probabilem, C. de episc. & cleric.*
18. *Limitatur regula: quicquid non reperitur prohibitum, censetur permissum.*
19. *Novercæ connubium, an gentium jure vetitum sit.*
20. *Locus divi Pauli.*
21. *Noverca loco parentis est.*
22. *Nuptiæ inter fratrem & sororem, an gentium jure prohibitæ.*
Cain & Seth sorores uxores habuere, ibid.
23. *Omnes ab Adam progredimur.*
24. *Abraham sororem uxorem habuit.*
25. *Athenienses sorores germanas uxores ducebant.*
26. *Jure civili frater, sororque ritè non coëunt.*
27. *Fratris filiam uxorem ducere, jure civili vetustiori licitum erat, non sic in filia sororis.*
28. *Jure civili noviori, fratris filiam, neptemque ducere inhibitum.*
29. *Duorum fratrum filii jure quo utimur, rectè inter sese nuptias contrahunt.*
30. *Amitam, materteramque fratris, sororisque filius jungere sibi non potest: uti nec materteram, aut amitam magnam, eorundem nepos.*
31. *Computatio graduum juris Canonici longè falsissima.*
32. *Collaterales intra quartum gradum constituti, jure Canonico conjuges licitè non fiunt.*
33. *Cognatio spiritualis, cognatio phantastica est, & ut hominum marsupia emungerentur, excogitata.*
34. *Soceri & nurus matrimonium jure gentium prohibitum.*
35. *Judas, Thamar nurum imprudens cognovit.*
36. *Fratris viduam uxorem ducere an gentium jure prohibitum sit.*
37. *Argumentum à speciali in jure validum.*
38. *Frater apud Judæos, à fratris vidua abstinebat, nisi ejus consortium ambivisset, ut semen fratri, qui absque prole, in fata concesserat, suscitaret.*
39. *Exceptio in casibus non exceptis firmat regulam.*
40. *Lex id dicitur exprimere, quod ex mente verbisque ejusdem colligi potest.*
41. *Principis dispensare non possunt, in gradibus gentium jure prohibitis.*
Principes seculares, in dispositionibus matrimonia concernentibus non minorem ac ipso Papa, imo majorem habent potestatem.
42. *Quilibet princeps in suo territorio Imperator est.*
43. *Covarruviæ laus.*
44. *Princeps non potest dispensare in ullo casuum Levitici 18. cap. prohibitorum, contra Covarruviam.*
45. *Lex antiqua, quomodo Christo incarnato sublata.*
46. *Sublato toto, qualibet tollitur pars.*
47. *Clausula in fine posita, ad præcedentia omnia referenda.*
48. *Julius Papa II. an diplomate suo efficere potuerit, ut valeret matrimonium inter Henricum VIII. Angliæ regem, & fratris viduam Catharinam Arrogoniam.*
49. *Clemens VII. Papa sceleratiùs egit, qui modò dictum matrimonium, quòd copula consummatum, aliquod jam annos durarat, diplomate suo rursus diremit.*
50. *Turpiùs ejicitur, quà non admittitur hospes.*
51. *Princeps gratiam adversus juris civilis prohibitiones, ex causa necessitatis facere potest.*
52. *Facile ad jus pristinum revertimur.*
53. *Canonici juris prohibitiones, absque dispensatione ulla negligi, insuperque habere possunt.*
54. *Quod honestum, justum, possibile, & ob publicam utilitatem inventum non est, lex non est.*
55. *Quod te privatur, nomen non meretur.*
56. *Legum proprium homines ligare.*
57. *Juris Canonici prohibitiones contemnendæ non sunt, si principis cujuspiam accesserit confirmatio.*
Principi ceu ordinationi divinæ non resistendum, ibidem.

JUs naturæ, quod natura animalia omnia docuit. *Inst. de jur. natur. in pr. ibi Aldobr. n.3. l.1. § jus naturale, ibi Garc. n.1. Salom. n. 1. ff. de just. & jur. Herculan. tr. de attent. c.2. n.8. Bocer. l. contractus, c.1. n.5. ff. de Reg. jur. Vacon. à Vacun. declarat. 1. n.2. Medic. tr. de LL. p.1. q. 6. n.1. Connan. comment. jur. lib.1. c.4. n.6. Cicero offic. 1. post princip. Ravard. ambiguit. jur. lib.1. c.1. n.5. Vasq. ill. contr. c.70. n.5.*

2. Quòque omnia animalia, quæ in cœlo (hoc est in aëre, ut aves, ut occurratur objectioni Ferretti, qui nihil in cœlo nasci dixerat,

rat, ut rectè resolvit *Molin. L.2.in pr.n.7.ff.de verb. obl.)*

Quæ in terra, quæ in mari nascuntur, *Inst. de jur. natur. in pr. d. l.1. § jus naturale, ff. de just. & jur.*

3. Et quod consequens est, ipse etiam homo, quatenus animal, non quatenus homo est, utuntur. *Vacon. declar. 2. in pr.*

4. Maris, fœminæque conjunctionem, (ita enim legendum, non conjugationem, ut in vulgaribus Codicibus habetur. *Vacon. declar. 2. n. 4.)*

5. Introduxit. *Inst. de jur. natur. in pr. ibi Aldobrand. n.4. l.1. § jus naturale, ibi Garc. n. 41. & 73. Salomon. n.5. ff. de just. & jur. l. liberorum, § præter hæc, ff. de verb. sign. l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hær. Mozz. tr. de contract. tit. 1. art. 3. n. 7. Coras. miscell. lib. 3. c. 16. n. 2.*

6. Præclarissima Ciceronis est sententia, dicentis: Consentaneum est huic naturæ, ut sapiens velit gerere, & administrare Rempublicam: atque ut è natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare. Ne amores quidem sanctos, à sapiente alienos arbitrantur. *Cicero 3. de finib. bonor.*

7. Huc pertinet Adæ exemplum. Is enim Hevam ad se adductam, solo naturæ, appetitusque instinctu, (nusquam enim gentium jus extabat) pro carne, costaque sua agnovit, sibique junxit. *Vt rectè advertit Garc. d. l. 1. § jus naturale, n. 42. & 73. ff. de just. & jur.*

8. At juris naturalis, maris, fœminæque conjunctionem esse, ita moderandum erit, ut inde nulla nascatur compulsio, nec ad certæ personæ conjunctionem obligatio. Nullo enim modo hæc conjunctio, invitáve extorqueri, efflagitarique juris naturalis prætextu debet. *Vt rectè monet Vasq. ill. contr. c.35. n.15.*

9. Hoc jure nulla omninò graduum erat prohibitio. Animal enim cùm intellectu careat, jure, aut injuria, quicquam fecisse, dici potest. *L.1. § ait prætor, ff. si quad. paup. fec. dic. Cujac. in not. prior. Instit. tit. de jur. nat. in pr. Strach. tr. de navib. p.2. n.15.*

Quod Ovidius quoque testatur, dum habet:

----- Sed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coëuntq; animalia nullo
Cætera delicto: nec habetur turpe juvencæ
Ferre patrem tergo, fit equo sua filia conjunx,
Quasque creavit, init pecudes caper: ipsaq; cujus
Semine concepta est, ex illo concipit ales.
Felices quibus ista licent, humana malignas
Cura dedit leges, & quod natura remittit,
Invida jura negant. Ovid. metam. lib.10. Fab.9.

10. Quapropter minimè credulus sum Vaconio, qui hoc jure, nuptias inter ascendentes, & descendentes fuisse scribit. *Vacon. declar. 5. n. 5.*

11. Aliud deinde est jus, quod quia animalia non sectantur, homines autem omnes rationis ductu, dictamineque sequuntur, jus gentium appellatur. *Cujac. in d. not. priorib. Inst. tit. de jur. natur. in pr.*

12. Quo jure matrum, filiarum, sororumque: & è diverso patrum, filiorum, fratrumque interdicta sunt connubia. *L. eum qui probabilem, C. de episc. & cler. Verba enim fœdus naturale in textu posita, de jure gentium, quod soli hominum naturæ convenit, interpretanda sunt.*

13. Nec obstat complures repertos fuisse populos, qui disruptis hujus juris habenis, abominando scelere, sese contaminarint, matrum, filiarum, sororumq; commercia affectaverint: *Vt latè recensct Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 1. c.24.*

De quibus in præcitato loco Ovidius:

-----gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Jungitur, & pietas geminato crescit amore.

Bestiales enim hi fuere homines, propiusque ad brutorum naturam accesserunt, longiùs verò ab humana aberrarunt. Quapropter ex eorum impiis, flagitiosisque factis, juris gentium dispositio, mentibus hominum innata, naturaq; insculpta labefactari, nec potuit, nec debuit.

14. Præterea nec semper nec ubique ejuscemodi effeminatis etiam populis, licita fuere matrimonia, sed rationi contrario vitio, corruptis seculis irrepserunt. Cambyses enim cùm sororem deperiret, scelerique levamen quæreret, judices ad se regios, legum patriarum interpretes, vocatos, interrogavit: Num qua Persarum, Medorumq; lege, sororem in uxorem ducere liceret? Illi autem responderunt: nullum apud Persas, Medósve extare jus, tale quippiam permittens, præter id, quo Regi, quæcunque vellet, facere liceret. *Vt refert Herodotus in Thalia.* Vides igitur, unde naturæ contraria violaverint matrimonia, ex spurcissimis nempè regum bestialium libidinibus, corruptisque moribus.

15. An autem in gradibus ulterioribus lineæ rectæ jure gentium, matrimoniorum interdi-

terdicta sint commercia, dubitari memini? Et non esse prohibita, dici poterat. Textus enim superiùs citatus, matrum, filiarum, sororumque tantùm mentionem facit, erga quas, quicquam attentare, naturale fœdus permittere negat. *d. l. cum qui prohibilem*, *C. de episc. & cler.*

Ergo avi, neptisque, similiumque personarum matrimonium jus gentium non vetat. Quicquid enim non reperitur prohibitum, censetur permissum, *l. cùm prætor*, *ff. de judic. polit. tr. vulg. subst. n. 105. Romul. l. ut vim, n. 101. ff. de just. & jur. Toming. decis. 16. n. 8. Cald. l. si curatorem*, *V. implorandum*, *n. 29. C. de rest. in int. Borcholt. tr. feud. c. 1. n. 28. in fine.*

16. Sed non est ita, textum enim habemus expressum, incestum committere eum, qui ex gradu ascendentium vel descendentium uxorem duxerit, dicentem, *l. fin. ff. de rit. nupt.* Referunt *Tiraq. de ll. connub. l. 7. n. 40. Cujac. l. auxilium*, *V. utique atrocioribus*, *ff. de minoribus*, *Bl. Novell. tr. dotis, 1. p. 11. p. n. 10. vers. dicitur autem.*

17. Nec obstat de gradibus ulterioribus text. l. eum, qui probabilem, C. de episc. & cler. nihil habere: adeò enim certus erat legislator, tale scelus committi non posse, ut huic occurrere nullo modo opus arbitraretur. Cessare enim ob senectam in avo, vel avia, amoris furorem, ut debacchari in his, ceu in patre, vel matre non posset, crediderat.

18. Ita quoque Regula l. cùm prætor, ff. de judic. nil facessit negotii; procedit enim: ubi in exclusis alia, quàm in inclusis est ratio. *Felin. c. nonne. n. 5. ext. de præsumt. Rimin. l. 1. n. 197. C. qui adm.*

Quapropter in proposito locum non habebit. Quæ enim in filia versatur ratio respectu patris: eadem quoque ratione neptis, respectu avi inest. Deinde præfata quoque regula, ita demum locum sibi vendicabit, nisi omissa, ab aliqua dispositione, per aliam dispositionem includerentur. *Salyc. l. de crimine, n. 2. C. qui accus. Cacheran. decis. 85. n. 12. Rimin. d. l. 1. n. 198. C. qui adm. Dec. cons.* 11. *num. 18. & cons.* 110. *n. 6. vers. secundo quod licet.*

Cùm itaque in præsenti tractatu, neptes & alii descendentes in l. eum qui probabilem omissi, per aliam dispositionem, l. nimirum finalem, ff. de rit. nupt. includantur.

Evincitur, prælibatæ regulæ, in quæstione, de qua nobis rés est, locum non esse.

19. Nunc, an novercæ quoque connubio juregentium interdicatur, investigabimus. Et non vetitum esse respondendum videbatur: incestus enim juregentium, inter ascendentes, & descendentes tantùm committitur. *L. fin ff. de rit. nupt.*

Sed noverca ex ascendentibus: & è diverso privignus ex descendentibus non est.

Ergo ducendo in uxorem novercam, incestum stuprum non perpetratur: & quod consequens est, ejuscemodi matrimonium juregentium inhibitum non est.

20. Sed & hic contrarium determinandum. Primò Divi Pauli autoritate dicentis: omninò auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, quales nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat, *1. ad Corinth. 5. n. 1.* Si igitur talis fornicatio inter gentes non auditur. Ergò juregentium prohibitam esse innuitur.

Nec obstat Cajetani resolutio, contrarium volentis; ibi non solùm incestum: sed adulterium cum incestu, vivente enim patre, privigno novercam nupsisse, commissum fuisse. *Vt refert ex nostratibus Covar. in epit. 4. lib. decret. 2. p. c. 6. § 10. n. 6.*

Digna enim est Cardinale resolutio. Licet ex textu minimè Cajetani assertio, colligi possit. Idipsum probare quoque videntur Ovidii versus:

Nec quia privigno, videar coitura noverca,
Terruerint animos, nomina vana tuos.
Ista vetus pietas, ævo moritura futuro
Rustica, Saturno regna tenente fuit.
Ovid. in Epist. Heroid. Phedr. ad Hippol.

Si itaque vetus pietas est, novercam privigno non coire. Ergo jurisgentium est adinventio.

Et ne per emendicata eamus suffragia: cum noverca matrimonium contrahendo, incestum juregentium committi, textus est ad literam *L. fin. ff. de condict. fin. caus.* Quem Covarruvias in præcitato loco ignorarat.

21. Nec obstat ex L. fin. ff. de rit. nupt. argumentatio. Verbum enim ascendentes latè inibi accipiendum est, ut comprehendat non solùm parentes propriè sic dictos; verùm etiam eos, qui loco parentum sunt, quibus eandem, quam parentibus, reverentiam debemus. In quorum album novercam quoque referemus. § *affinitatis*, *Inst. de nupt.*

Sanè

22. Sanè fratrum sororumque connubias, juregentium ab initio, præsertim si ex uno tantùm parente, sese attingebant, vetita fuisse, vix putarim. Moveor primò eo: quod Cain & Seth, non nisi sorores uxores habere potuerunt.

23. Non enim quas ducere potuissent, aliæ erant, cùm omnes ad Adamum, esse nostrum referamus, *gl. l. ut vim. ibi Zoanett.p.1. n.24. Romul.n.12.ff.de just. & jur.*

24. Secundò, exemplo Abraham, qui cum sorore Sara consanguinea, matrimonium contraxerat. *Genes.c.20.n.12.*

Nec quod Covarruvias, multis confirmare conatur, Saram non fuisse Abrahæ sororem: sed fratris filiam, ea ductus ratione, quòd neptes ex fratribus, sorores appellare consueverant, alicujus momenti est. Procederet enim, nisi textus dicto n. 12. tam clarus, perspicuusque esset, ut absque cavillo, responderi ei non posset. Dicit enim Abraham: verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ. Consanguinea itaque Abrahamo soror, erat Sara.

Tertiò, ex verbis Thamar, ad Amnonem fratrem consanguineum dicentem, cùm ejus pudicitiam attentasset: Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israël: noli facere stultitiam hanc.

Ego enim ferre non potero, opprobrium meum, & tu eris, quasi unus de insipientibus in Israël: quin potiùs loquere ad Regem, & non negabit me tibi. *Samuel. lib. 2. c.13.n. 12. & 13.*

Ex ultimis namque verbis, satis constare arbitror, fas fuisse fratri, sororem consanguineam uxorem ducere.

Quartò: ob dictam L. eum, qui probabilem, C. de episc. & cler. quæ contra germanam, quicquam attentare, naturale fœdus non permittere, ait.

Ergò contra consanguineam tantùm, aut uterinam tantùm naturale fœdus, id est, jus gentium aliquid attentare permittit: & quod consequens, inter fratres consanguineos, aut uterinos tantùm, matrimonium non vetat.

25. Sic apud Athenienses, qui politissimi erant, post Judæos, germanam duxisse uxorem, morte piandum non erat, nec grande nefas credebatur. *Vt scriptis prodidit Alex. ab Alex. genial. dier. lib.1. c.24.*

Jus gentium sequitur jus divinum Mosaicum, quo jure, variæ inter contrahentes matrimonia, introductæ sunt prohibitiones, *quæ Levit.18.cap.per tot.extant.*

26. Postremò, jus civile accessit, quo post jus divinum inter fratrem, sororemque, sive utrinque conjunctos, sive ex uno latere tantùm, nuptiæ contrahi nequeunt. *L. si stipuler. ut id fiat, § item quod leges. ff. de verb. obl. § inter eas, Inst. de nupt.*

27. Verùm hoc jure, fratris filiam uxorem dixisse, crimini ab initio non dabatur: Sororis autem filiam, avunculo nupsisse crimen erat. *L.fin.ff.de condict. sin. caus. Vlp. tit.5. Cujac. obs. lib.3.c.16. & superiùs tetigimus.*

28. Quod tamen subsequentibus temporibus, ad fratris quoque filiam. *L. fin. C. de incest. & inut. nupt. l. fin. C. si nupt. ex rescr. pet.* Neptesque sororis, vel fratris porrectum est. *L. nemini. C. de nupt. § fratris, Inst. eod.*

29. Cæterum hoc jure duorum fratrum filii rectè inter sese coëunt. *L.3.ff.de rit.nupt. l. celebrandis. C. de nupt. l. Lucius, § filiam, ff. ad S.C. Trebell. § duorum, Inst. de nupt.*

30. At rectè non coëunt, cum amita, matertera; fratris, sororisve filius: aut cum amita, matertetisq; magnis, fratris, sororisve nepos. *d. § duorum Inst. de nupt.*

31. Porrò hæc jure Pontificio aliter sese habent. Eo enim constitutum est, ut collaterales, intra quartum gradum, longè à juris civilis diversimodè facta graduum computatione, quam falsissimam ostendit. *Vir nunquam satis laudatus Beza in opusc. de repud. & divort. mihi fol.29. & seqq.*

32. Nuptias jure non contrahant, *c. fin. ext. de consang. & affinit.*

33. Aliam excogitavit cognationem phanaticam, dirus insatiabilisque Papa, quam spiritualem vocat, novam, inauditamque antea, & in id inventam, ut marsupia omnium penitus emungerentur, evacuarenturq;. *De qua tot. tit. ext. de cogn. spirit.*

Verùm hanc tanquam ob avaritiam, & ad implendas deauratas Papæ fauces excogitatam, meritò ad ipsum Papam deportavimus.

34. Affinitatis ratione, juregentium rursus prohibetur matrimonium, inter nurum & socerum. *d.l.fin.ff. de cond. sin. caus.*

35. Et nullibi me legisse, vel audivisse memini, cum nuru socerum, matrimonium contraxisse, nisi quod Judas Thamar nurum, nesciens, imprudensq; cognoverit. *Genes. c. 18.n.38.*

Sed an fratris viduam uxorem ducere, juregentium prohibitum sit, dubitatur. Et prohi-

prohibitum non esse, primò quidem dicendum videbatur: eò : quòd non sit lex tale quippiam vel dicens, vel disponens. Absque lege autem loqui erubescendum est. *Vulgatiss. l. illam, C. de collat.*

Et in specie ita decidere Cochleus, & reliquum diri Papæ assentatorum pecus, in quorum referri album *Covarr. quoque meretur, d. c. 6. § 10. n. 7.*

37. At contrarium omninò dicendum est: Tùm per text. l. licet, C. de inceſt. nupt. ubi habetur: quosdam Ægyptiorum, cum relictis fratrum, post mortem eorum nuptias celebrasse. Jus ergo gentium est in contrarium, & quod consequens est jure communi gentium, ejuscemodi nuptias celebrari non potuisse, colligitur, per argumentum à speciali, quod in jure frequens est, & fortissimum, *l. 1. ff. ad municip. Cacheran. decis. 115. n. 8. Rimm. l. si emancipati, n. 261. C. de collat. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 42.*

38. Tùm per id, quod in sacris habetur, fratrem ita demum, ut semen, absque prole decedenti fratri, suscitaret, viduam fratris præmortui ducere potuisse. *Genes. d. c. 38. n. 8. Deuter. c. 25. n. 5.*

39. Si itaque hic tantùm casus permissus est, reliqui omnes casus prohibiti sunt. Cùm exceptionem in non exceptis casibus, regulam confirmare palam sit, *l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg. Hercul. tr. de attent. c. 30. n. 5. Seraph. tr. de juram. privil. 99. n. 5. Toming. decis. 16. n. 7. Pistor. q. 13. n. 74. lib. 2. q. 19. n. 70. & q. 27. n. 7. eod lib. Cacheran. decis. 26. n. 12. Borch. tr. feud. c. 8. n. 140.*

40. Nec obstat consideratio, quam superiùs faciebamus, nullam esse legem, hanc decidentem quæstionem: planè enim idipsum negarim. Etenim cùm id lex dicere, exprimereque dicatur, quod ex mente, verbisque ejusdem colligi potest. *Coras. miscell. lib. 1. c. 7. n. 3. & superiùs in § venatio, in pr. tradidimus per l. 1. § sin autem, & l. quoties, § 1. ff. de hæred. instit.*

Consequens erit expressim id per d. l. licet, C. de inceſt. nupt. decidi. Quapropter prælibata consideratio, in præsentia locum non inveniet.

Si nunc scire concupiveris, adversus quos horum graduum prohibitorum principis dispensatio obtinere possit, id perquam facilè adhibita dispensationis diffinitio, quàm superiùs posuimus, scies.

41. Non enim poterit ex ulla causa, quæcunque fuerit, princeps matrimonia in gradibus juregentium prohibitis permittere. Principem autem dico, non solùm Papam, sed quemcunque cujuscunq; territorii principem. Huic enim in permittendis, prohibendisque matrimoniis non minor, sed eadem quæ Papæ potestas est, & facultas: imò major etiam, cùm quilibet alius princeps, justo, legitimoq; titulo, principatum ditionesq; suas obtineat: Papa verò regna sua, atque dominatio, non nisi mentiendo, fallendo, veneno, cæde, adulterio, incestu, & hisce similibus artibus adeptus sit. Equidem Constitutiones Codicis de inceſt. nupt. ab Impp. latæ, satis, superque argumento sunt, olim, antequam planè degeneraret, falsò Catholica dicta ecclesia, matrimoniorum permittendorum, prohibendorumq; curam, penes Imperatores fuisse.

42. Jam verò quilibet princeps in suo territorio Imperator est. *Cacher. decis. 88. n. 17. Borch. tr. feud. c. 5. n. 37. ubi communem esse attestatur Borch. c. 1. n. 8. quæ sint regal. & alibi plures, in id adduximus.*

Ergo quilibet princeps in casibus licitis, cùm matrimonia contrahentibus dispensare: in casibus autem illicitis, gratiam facere ulli, minimè poterit. Hæc in eum finem commemoravi, quod sciam Covarruviam, plus æquo Papæ indulsisse, illique soli dispensandi in matrimonialibus potestatem tribuisse, ut se dignum Episcopatu Segobiensi ostenderet. *Covarr. d. c. 6. § 10. n. 11.*

43. Quem aliàs prædicari virum, eruditione, & virtute insignem, & tantæ autoritatis, ut ejus opinio pro communi haberi possit. *à Pinel. in Rub. p. 1. n. 39. C. de bon. mat.* Item virum apprimè discretum, *à Vasq. ill. contr. c. 77. n. 18. vers. infertur etiam.*

Nec non diligentissimum, *à Cavalc. tr. de tut. & cur. n. 36. & 140.* Non ignarus sum.

44. Eodem quoque modo, in ullo ex casibus Levitici 18. prohibitis, ex nulla omninò causa, principem quemcunque gratiam facere posse statuo. *Jurib. & rationib. superiùs in id adductis.*

Qua in re rursus adversarium Covarruviam habeo. Is enim ex casibus ibidem exceptis, aliquos juregentium simul prohibitos facit, quos nullam admittere dispensationem asserit: alios jure divino tantùm antiquo, vetitos affirmat, hosq; gratiam non recusare ait. Eò quòd lex antiqua per Christi adventum sublata sit. *Covar. d. § 10. n. 10.*

Sed

Sed toto cœlo aberrat, contraq; eum stat: Tùm text. c. ex literis, ext. de rest. spoliat. id, quod nos, expressim dicens.

Tùm Abb. ibid. n. 17. Papam in ejusce modi gradibus prohibitis indistinctim dispensare non posse, disertè decidens.

Neque verò ejus argumentum, ullius momenti est, quòd enim dicit, legem antiquam, per Christi adventum enervatam esse: verum est, quòd ad justificationem; damnationemque, qui in Christo Jesu sunt, ut inquit *Paul. Roman. c. 8. n* 1. *& seqq.*

Reliquis in suo vigore exceptis ceremonialibus, & iis, quorum contrarium, jure nostro dispositum est, permanentibus.

Cogita enim si lex antiqua penitùs abolita esset, quod inde consequeretur absurdum: Decalogum nempè, quem tamen æternam, immotamque sapientiæ divinæ regulam esse, omnibus constat, simul quoque abrogatum. Legis enim antiquæ pars est.

46. Et sublato toto, tollitur quælibet ejus pars. *arg. l. fin. § qui indivisam, ff. de leg. 2. & l. si ita, ff. de aur. & arg. leg.*

Quin & illud dicere ausim, illas graduum prohibitiones, propriè ad septimum Decalogi præceptum referri posse. In gradibus enim prohibitis contracta connubia, coram Deo adulterium esse, satis pœnæ, prohibitionibus illis additæ argumento sunt. Quemadmodum igitur illud septimum Decalogi præceptum refigi, antiquarique nequit; ita quoque hæ prohibitiones graduum in desuetudinem abire non possunt. *arg. l. quæ de tota, ff. de rei vindic.*

Nec si pro Covarruvia quispiam pœnas Levitici 18. cap. n. 20. comminatas, ad illas tantùm graduum prohibitiones, quas juris gentium esse, extra controversiam est, referendas, trahendasque esse, replicare vellet; credulus illi essem. Vides enim post omnium graduum indistinctim relationem: clausulam illam comminativam positam esse; ad omnes itaque casus præcedentes adaptanda est.

47. Cùm in fine positam clausulam præcedentibus omnibus communem esse, omnibus in confesso sit. *Br. l. 1. n. 2. per ill. text. ibi Jas. n.* 1. C. *de lib. præter. Jas. l. si idem cum eodem, § si una actio, n. 4. ff. de jurisd. om. judic. Jas. l. prædia, n.* 1. C. *de fideicomm.* Capyc. *decis. 21. n. 3. Hamb. in Rubr. n. 321. ff. sol. matr. Signor. de Homed. l. si ego, n. 4. ff. de injust. rupt. irrit. fact. test. Franc.* Curt. *l. transigere, n. 34.* C. *de transact. Ballionus de Nobil. in auth. ex causa, n. 20.* C. *de lib. præt. Seraphin. tr. de juram. privil. 57. n. 13.*

48. Ex hisce fundamentis infero nunc, Julium II. Bestiam Romanam, minimè diplomate potuisse efficere suo, ut valeret matrimonium, inter Henricum VIII. Angliæ Regem, & Catharinam Fernandi, & Isabellæ Aragonum & Castiliæ Regum, filiam, quam priùs Arcturus, frater Henrici primogenitus, matrimonio sibi junxerat, & paulò pòst, vita decedens, viduam reliquerat. *De qua Guicciard. histor. lib. 18. mihi fol. 825.*

Posito enim, sed non concesso, ejuscemodi matrimonium jure gentium prohibitum non esse; (cujus tamen contrarium superiùs evicimus) jure tamen divino, quod obolitum esse, nemo mihi unquam Cacolicus persuadebit, ab ejus generis nuptiis abstinendum esse, nemo inficias ire poterit.

Adversus cuius dispositiones, iure nil quicquam attentat, abominandus Papa.

49. Sceleratiùs longè, injustiusque egit Clemens VII. qui tale matrimonium, susceptis ex eo iam liberis, rursus impotentis Regis Angliæ libidinis, se administrum, & proxenetam constituens, illecebrisque stipendiorum, in quatuor millia, pro custodia sancti corporis, militum irretitus, clave discretionis, sancti Petri Piscatoris, aperuit, atque dissoluit. *Cujus Guicciard. d. lib. 18. fol. 825. & rursus fol. 858. meminit. & Jovius historiar. lib. 31. fol. 216.*

50. Turpiùs enim, ut ipse fatetur Papa, ejicitur, quàm non admittitur hospes, *c. quemadmodum in pr. ext. de jurejur. Rebuffus in privil. scholar. priv. 8. in pr. Neviz. syl. nupt. lib. 1. n. 4. & lib. 4. n. 73. vers. singulariter tamen Tiraq. de LL. connub. l. 2. n. 18. Tiraq. tr. de iu. const. limit. 7. n. 43. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclus. 29. Rimin. l. precibus, n. 161. & n. 565. C. de impub. & al. subst. Pistor. q. 2. n. 82. lib. 2. Menoch. tr. de remed. poss. adip. remed. 6. n. 52. & tr. de remed. poss. retin. remed. 3. n. 686. Cald. l. si curatorem, V. cùm non absimilis, n. 66. C. de rest. in integr.*

Et satis meherclè fuisset, violare divina præcepta ratione prohibitorum graduum: etiamsi alterum de non separando semel matrimonio junctos fuisset conculcatum, conquassatumque, sed hi sunt fructus, inde perpetuò, continuataque serie prodeuntes, quo auri sacra fames, antistitum cordium penetrali, occuparat.

51. Contra civilis tantùm juris prohibitiones.

tiones, principem quemlibet ex causa necessitatis gratiam facere posse arbitror, *Juribus, fundamentisq; in praecedenti quaestione adductis.*

52. Quinimò leviùs, quàm in aliis aliquantò, eò quòd tali gratia ad jus gentium revertamur. Facilè autem res quælibet pristinam suam naturam recuperare soleat. *L. si unus, § pactus ne peteret, ff. de pact. Neviz. sylu. nupt lib. 6. n. 23. Curt. tr. feud.* 1. *p. 3. p. p. n. 33. Sylvan. tr. feud. q. 22. n. 13. Rochus de Curte c. fin. sect.* 1. *n. 15. ext. de consuet. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. c. 16. in pr. Borch. tr. de pact. c. 7. n. 60. in f. Borch. tr. feud. c. 7. p. 2. n. 43. Rimin. l.* 1. *n. 469. C. qui adm. Molin. l.* 1. *§ si quis simpliciter, n. 87. ff. de verb. obl. Cald. l. si curatorem, V. implorare, n. 17. de rest in int. Consil. Ingolstad. quod est post quaest. Pist. 41. lib. 2. n. 13.*

53. Sanè Canonum quod attinet prohibitiones, absque gratia ulla, in gradibus iisdem prohibitis, salva illæsaq; conscientia, matrimonia iniri posse, omninò dicendum est. Non enim Canones hac in parte legum, vel Canonum nomine digni habendi sunt: cùm in id tantùm, ut conscientias illaquearent, omnesq; mundi opes, execrabili Papæ afferrent, adinventi sint.

54. Quod enim honestum, justum, possibile, necessarium, & ob communem utilitatem conscriptum non est, legis nomine dignum non est, *arg. c. erit autem lex 4. distinct.*

55. Et rursus quod nomen nòn meretur, effectu quoque carebit. *L. si idem, C. de codicill.*

56. Consequitur itaque legum nomine, Canones hac in parte decorandos non esse, neminemq; ad sui observantiam obstringere. Homines enim ligare, legum est proprium. *L. leges sacratissima, C. de LL.*

57. Hoc ita in principes, in suo quisque territorio, constitutione, vel ordinatione aliqua, idipsum quòd Papa, custodiendum, statuissent, & præcepissent. Tunc enim princeps contra ejusmodi constitutionem, nulli gratiam facere, nisi ex causa necessitatis posset: subditique ad sectandum idipsum obligati essent. Principi etenim, ceu ordinationi divinæ resistendum non est. C*acheran. decis. 30. n. 10. Covar. pract. Quaest. c. 1. n. 6. Ign. l. necessarios, p. 2. n. 173. ff. de S.*C. *Syllan. Humbert. de Bonenco in auth. sacramenta puberum, n. 25.* C. *si adv. vendit.*

EFFECTVS III. RATIONE legum.

An Imperator contra constitutionem Carolinam, aut Galliarum Rex, contra legem Salicam quicquam possint?

SUMMARIUM.

1. *Aurea bulla, sive constitutio Carolina pars juris civilis.*
2. *Naturalia jura immutabilia.*
3. *Imperator contra bullam auream nil quicquam attentare potest.*
4. *Princeps non pòtest ea, per quæ dignitas, salusq; principatus sui periclitaretur.*
5. *Papa non potest ea, quibus universalis Ecclesiæ status perturbaretur.*
6. *Ardua sunt, quæ aurea bulla determinantur.*
7. *Princeps ardua, absq; procerum, statuumq; consilio expedire non debet.*
8. *Vnumquodq; eo quo ligatum est modo resolvitur.*
9. *Civilia jura quomodo immutari queant. Plura ubi ad constituendum actum aliquem requiruntur, unum non sufficit, ibid.*
10. *Primogenitus Electoris, ejusq; posteritas in dignitate Electorali succedunt, reliquosq; fratres, & lineam eorundem excludunt.*
11. *Imperator vi solutæ potestatis facere non potest, ut alius quàm primogenitus Electoris, ejusq; prosapia Electoris fiant.*
12. *Lex Salica columen Regni Gallici.*
13. *Lex Salica à Saliis, Franci Orientalis hi erant, dicta.*
14. *Pharamundus lator legis Salicæ, anno Christi 425.*
15. *Pharamundum alii non inventorem: sed confirmatorem Salicæ legis volunt.*
16. *Fœminæ lege Salica, à successione terræ Salicæ removentur.*
17. *Carolus VI. primùm contra legem Salicam filiæ regnum Galliæ, in dotem dare, at frustra molitus est.*
18. *Autor libri contra Machiavellum, contra Albericum Gentilem defenditur.*
19. *Machiavellus à Florentinis, in exilium pulsus.*
20. *Machiavellus atheos, & irrisor omnium.*
21. *Machiavellus historiarum corruptor.*
22. *Machiavelli præcepta, Alcorani locum in aula Caroli IX. Galliarum Regis obtinebant.*
23. *Fœminæ lege Salica, ab administratione rerum Regni arcentur.*
24. *Fœminam Regni administrationi contra legem Salicam præfectam fuisse, Gallis primam, summamq; peperit calamitatem.*

Impe-

Imperatorem contra auream bullam, vel Carolinam constitutionem, vi solutæ potestatis, nonnulla attentare posse, derogando, immutandoq; ex eo dicendum videbatur: quod ad jus civile pertinere, negari nequeat.

2. Cùm itaque naturalia tantùm jura immutabilia: civilia verò mutationi obnoxia esse constat: § *sed naturalia, Inst. de jur. natur. Zoanet. l. ut vim. p. 1. n. 35. ff. de just. & jur. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 3. c. 25. n. 13. Roch. de Curt. c. fin. sect. 2. n. 1. ext. de consuet. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 103. & 112. Medic. tr. de LL. p. 2. q. 2. n. 7. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 1. n. 12. Vasq. ill. contr. c. 5. n. 50.*

Consequens erit, hanc quoque constitutionem immutari, constringiq; posse. Húcque referenda essent fundaměta omnia, quæ superiùs ad adjuvandam solutam potestatem in capite 2. adduximus, & in tertio ad nauseam usque refutavimus. Quapropter hoc in loco denuò inculcare supersedemus.

3. At contrarium verius est: Imperatorem nempè nullum planè aureæ bullæ, inferre posse præjudicium. Salus enim dignitasque Imperii totius ea continentur.

4. Jam verò nullus princeps ea potest, per quæ Imperii sui dignitas labefactaretur, & infringeretur. Cùm illa quæ salva dignitate nostra facere non possumus, impossibilia nobis esse, juris sit. *L. Nepos procul, ff. de verb. signif.* Ut taceam populi, subditorumq; salutem, supremam principibus debere esse legem, *Ut superiùs docuimus.*

5. Sic in simili Papam quicquam facere non posse, per quod universus Ecclesiæ status conquateretur, decidit. *Innoc. c. quantò, ext. de jureiur. per c. sunt quidam, 25. q. 1.*

6. Secundò: quæ ordinationem suam, aurea bulla recipiunt, ardua sunt, *quod demonstratione non eget.*

7. Sed ardua, quorumque labefactione Respub. detrimentum accipere posset, sine procerum, statuumque Imperii consilio, confici non debent. *Abb. c. gestis, n. 3. ext. de cleric. non resid. Felin. c. fin. n. 4. ext. de off. de leg. Bl. l. placet. n. 2. per ill. text. ibi Jas. lect. 1. n. 9. & lect. 2. n. 11. Parpal. n. 114. C. de sacros. eccles Jas. c. 1. n. 5. qui feud. dar. poss. Jas. in prælud. feud. n. 79. Cotta in memoral. V. Papa, el. 4. Claud. de Seysell. in tr. feud. Rubr. qui feud. dar. poss. vers. unde posset, Vallasc. l. imperium, n. 119. ff. de jurisd. om. jud.* Et hanc esse veriorem, & potiorem opinionem, testis est *Ripa in Rubr. n. 20. ext. de const.* Quam & ego longè verissimam putarim ex illa ipsa aurea bulla, quæ habet: Assidentibus nobis omnibus principibus Electoribus, ecclesiasticis, & secularibus, ac aliorum principum, comitum, baronum, procerum, nobilium, & civitatum multitudine numerosa, &c. ex versione *Arn. Bard. post nucem suam feudalem. item Cujac. lib. 5. feudor. in fine.*

Licet contrariam opinionem sectantes non desint. Ergo absque procerum consilio, nil quicquam immutari, derogari, reformarique in constitutione Carolina poterit. Et quod consequens est, sola soluta potestas, eò vires suas non protendit.

8. Tertio, unumquodque eo, quo ligatum, constitutumq; est genere, dissolvitur. *L. nihil tàm naturale, ff. de Reg. jur. c. 1. ext eod. tit. Affl. decis. 232. n. 4. Cæpol. caut. 229. n. 4. Coras. misc. lib. 1. c. 1. n. 7. & lib. 4. c. 5. n. 4. Syl. Aldobr. § sed naturalia. n. 5. Inst. de jur. natur. Tiraq. de LL. connub. gl. 5. n. 19. Pecc. tr. de test. conjug. lib 3. c. 20. n. 1. Stracch. tr. de mercat. p. 2. n. 83. & rursus in Rubr. quom. in caus. merc. proced. sit, p 2. n. 34. Hartm. Pistor. q. 4. n. 27. lib. 2. Simoncell. tr. de decret, in præfat. n 91. Mozz. tr. de contract. Rubr. quom. annull. spons. n. 3. Borch tr. de pact. c 2. pact. divis. 1. n. 25. Medic. tr. de novat. in præfat. n. 1. & 3.* Sed constitutio Carolina, consensu & Imperatoris, & statuum Imperii, constituta ligataque est: Ergo solius Imperatoris facto, & voluntate, imminui ejus autoritas, dissolviq; non potest, nec debet.

9. Nec obstat, in contrarium adductum argumentum: Civilia enim jura mutari posse, verum est: intercedente nimirum consensu eorundem, qui illa introduxerant. In præsenti itaque disceptatione, solius principis, soluta potestas, haudquaquam sufficiet, sed ut quicquam Carolinæ constitutioni contrarium sanciri possit, opus erit, & Principis, & statuum Imperii consensum adhibitum esse. Ubi enim ad esse alicujus rei, duo, plurave requiruntur: alterum adesse non sufficit. *l. unde etiam, § hoc autem vers. itaque, ff. de itin. act. priv. l. Fulcinius § cùm hoc, ff. quib. ex caus. in poss. cat. Ever. in top. in loc. ab eff. eor. quæ simul requir. adesse. n. 1. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 44. & 45. & c. 21. n. 4.*

10. Undè id cumprimis notandum est: cùm disertis verbis in aurea bulla exprimatur: filium Electoris primogenitum, in septemviratꝰ dignitate, eoq; diem functo, primogeniti primogenitum, succedere debere:

ut habet *d. aurea bulla in constit. incip. inter solicitudines, vers. statuimus, el 1.*

11. Imperatorem, ne soluti immensique Imperii vigore quidem facere posse, ut primogenito ejusq; posteritate insuper habitis, secundo genitus ejusq; liberi, ad dignitatem Electoralem aspirent.

12. Eædem rationes, in lege Salica, respectu Galliarum Regis militant. Nam & hæc lex, columen est Gallici regni, quo sarto tecto, inconcussum minimeq; conquassatum stetit florentissimum Galliæ regnum.

13. Saliam legem, à Saliis Francis Orientalibus, Sigonii viri gravissimi testimonio freti, dictam esse, alibi docuimus. Cui deinde alios ex nostratibus astipulari, reperimus, uti sunt: *Connan. comment. jur. lib. 1. c. 8. n. 4. in fine. Alc. dispunct. lib. 2. c. 22. Covar. pract. quæst. c. 1. n. 8. Borch. tr. feud. c. 2. n. 23. Cujac. in c. 1. § & quia vidimus, qui feud. dar. poss.*

14. Quam Pharamundus Francorum Rex convocato in id statuum regni sui conventu, & non minùs acurata, maturaque, quàm Carolus in sua edenda constitutione, de liberatione usus, promulgavit, anno Christi 425. *Vt ex Pyrrh. Engliberm. & aliis refert Covarr. in modò citato c. 1. n. 8. Wesenb. tr. feud. in proœm. n. 1.* Licet aliam insulsam, ineptamque opinionem foveat *Chassan. in consf. Burg. Rub. 3. § 5. in pr. n. 40.*

15. Licet item Pharamundum non primum hujus legislatorem, sed confirmatorem tantùm agnoscat *Molin. de Monarch. Francor. n. 77.*

16. Hujus primarium erat caput: Ne terræ Salicæ successio, ad feminam perveniret. *Bl. l. 1. n. 3. ff. de Senator. Cujac. obs. lib. 8. c. 14. Covar. d. c. 1. d. n. 8. Marc. Anton. Peregrin. tr. de ju. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 49. Tiraq. tr. de jur. primog. q. 10. n. 13.* Et meminit hujus *Guicciard. histor. suar. lib. 15. fol. 475.*

17. Et quamvis hoc caput, primus convellere aggressus sit Carolus sextus, cognomento Demens, Catharinæque filiæ, quam nuptui Angliæ Regi, Henrico *V.* collocarat, in dotem Galliæ Regnum, Delphino, qui deinde Carolus *VII.* dictus est, præterito, dederit: Unde in hunc usque diem, Angliæ Reges, Galliarum regni titulos, sibi ascìscunt: res tamen successu caruit, illaque dotis datione, tanquam contra jus, fasque facta, posthabita, patri Carolo *VI.* filius Carolus *VII.* in Regno successit. *Vt tùm Guicciard. in prælibato loco, tùm autor libri contra Machiavell. commentar. lib. 1. mihi fol. 72. indicant.*

18. Quem autorem, injuria carpi ab Alberico Gentile crdiederim, quasi Machiavellum non intellexerit, nec non in multis calumniatus, talis sit, qualis qui miseratione dignissimus sit. Machiavellum enim Democratiæ laudatorem, & assertorem acerrimũ: natum, educatum, honoratum, in eo Reipub. statu: tyrannidis summè inimicum esse. Itaque tyranno non favere: sui propositi non esse tyrannum instruere, sed arcanis ejus palàm factis, ipsum miseris populis nudum, & conspicuum exhibere, &c. *Alber. Gent. tr. de legat. lib. 3. c. 9.* Mehercle talia agnosco Machiavelli, scribæ Florentini, præcepta, ut ipse Stygius Pluto, abominabiliora, aut execrabiliora dare non possit. Equidem qua mente scripserit, ignarum me esse, fateor. Nam nihil magis arduum, quàm cordis scrutari profunda: sed si verba, quibus utitur, scriptaque ejus, quæ fortissima, ipsissimaque mentis sunt indicia, quibus arcana mentis palàm fiunt, deteguntur que, inspexerimus, pensitaverim usq;, extra controversiam positum erit, talia eum in publicum dedisse scripta, quæ cujuslibet reprehensione, exilio perpetuo, & sempiterna oblivione sunt dignissima.

19. Accedat eum à Florentinis, in exilium pulsum, ut ex ejus scriptis colligere est, pro informatione Laurentii Medicis (cui Sybillina ista folia consecrarat) recens rerum Florentiæ, optimatium statu everso, potito, lepidum suum seriò consuisse libellum, ut si præceptis ejus diris, princeps auscultaret, ipse ex patriæ, populariumq; malo, vindictam reportaret, verosimile esse.

20. Quid quod Jovius, prædulcis eloquentiæ mella, occulto veneno illita, singulis operibus infudisse: & pro irrisore, & atheo, in contemtu Florentiæ, vixisse eum, scripserit? *Jovius in eleg. Doctor. viror. In quorum album sceleratus nebulo, haud merito ullo suo relatus est.*

21. Quem rursus improbè historiarum fidem corrupisse, ut in homines laude dignos, pro libitu inveheretur: *idem Jovius attestatur in vita Galeacii 1. in fine.*

22. Cedò verò Alberice, an non ideo reprehensionẽ justissimã, incurrit Machiavellus, quod ejus opuscula, non qua mente scripta erant, sed ut verba eorundem habebant, reb9 gerendis applicabantur? Hinc diris se devovere, jurisjurandi religionem contemnere, furtis, latrociniis, rapinis, innocentium sanguinis

guinis effusione, veneficio, & aliis nefariis factis, sese coinquinare, dummodò quò princeps vellet (ita enim habent spurcissima Machiavelli dogmata) perveniret, delicti nomen non merebantur: sed tanquam re egregiè gesta, ejuscemodi aliquo facinore perpetrato, cachinnos qui perfecerant, extollebant. Et quod dolendum magis erat, hæc tabifica lues, non infimæ solum sordis hominum, sed primariorum aulicorum, quin ipsius etiam Regis pectore occuparat. Namque Alcorani locum, sacrati hi libelli, aula Galliarum Regis nuper obtinebant. *Vt ex dicto autore commentar. contra Machiavell. nec non autore histor. Gallic. commentar. lib. 10. fol. 25. & 26. ubi Ammirallius, ne Regi Machiavelli disciplina imbuto, crederet, admonetur, & passim per tot. comment. opus, addisces.* Vides igitur Gentilis, quo te insanum, conterranei vindicandi studium præcipitet? Caveto itaque, nec in posterum à scelere, popularem asserere conator, ne te participem ejus sceleris, facias.

23. Alterum legis Salicæ erat caput, qua fœminæ à rerum, ad universi regni statum pertinentium, administratione arcebantur, *cujus item meminit autor. histor. Gallic. lib. 2. fol. 93. fac. 1.*

24. Quod utinam sanctiùs Galli coluissent, nec Regibus suis minorennibus, Regni habenas, perfidæ & natione, & familia mulieri, capita, fortunasq; suas credidissent. Rectiùs etenim rebus suis consuluissent, nec civili eorum maderent sanguine muri. Utriusque capitis nexum, nulla regis potestas labefactare, laxare, aut confringere potest. *Juribus & rationibus, superiùs in id citatis.*

EFFECTVS IV. RATIONE *legum.*

AN PRINCEPS AD LUDOS equestres, minùs idoneum, ob natalium, priscarumq; imaginum defectum, vi solutæ potestatis, natalibus, ut ludis equestribus, idoneus fiat, restituere possit?

SUMMARIUM.

1. *Henricus primus cognomento Auceps, Obotritos debellavit.*
   Item ludos equestres in Germania instituit.
2. *Idem ludis equestribus duodecim præscripsit leges.*
3. *Lex duodecima ludorum equestrium arcet ab illis eos, qui nobilitatis suæ quatuor avorum natales docere non possunt.*
4. *Imperator an possit idoneum facere ad ludos equestres novum hominem?*
5. *Lex generaliter loquens, generatim & indistinctim accipienda.*
6. *Conditio omnis, ad actum requisita, actui formam dat.*
7. *Dictio si, est conditionalis.*
8. *Forma ad unguem servanda.*
9. *Formæ nil addi, nil detrahi potest.*
10. *Forma in minima quaqua parte neglecta, actus, qui geritur, concidit.*
11. *Clausula decreti annullativa, formæ signum est.*
12. *Nobilitas juris civilis inventum.*
13. *Nobilitas in oculi ictu non nascitur.*
14. *Canuleji Tribuni plebis dictum, illos mordens, qui sola sanguinis nobilitate freti, intumescunt.*
15. *Nobilem quem vult, princeps facere potest.*
16. *Nobilitas quid.*
17. *Sigismundi Imperatoris dictum, quo se locupletes homines: non nobiles facere posse, dixerat, quomodo intelligendum.*
18. *Nobiles ubique ferè terrarum reperiuntur: inde tamen nobilitatem jurisgentium esse, astruere non licet.*
19. *Nobilibus præjudicium ullum non infertur, quinimo Reipub. saluti est, si novi homines, cæterùm virtute rara, illis congregantur.*
    Honos alit artem, ibid.
    Ars & fortuna conjuncta esse debent.
20. *Principis autoritati, quocunque actu, nil quicquam censetur derogatum.*
21. *Forma omissa, quando vitietur actus.*

Cùm Henricus primus cognomento Auceps, Obotritos, inquietos sacri Romani Imperii finibus accolas, crebris suis excursionibus, omnia vastantes, & perturbantes, debellasset, ut Imperii proceres, numerosaq; quæ convenerat nobilium multitudo, quo & recrearentur & exercitarentur, haberent, ludos instituit equestres, concinnosque equitum concursus, in Germania primus.

2. His habita, super eo, procerum consultatione, duodecim præscripsit leges, (absque ordine, nil quicquam consistere posse, haud ignarus,) quibus facilis fieri posset dijudicatio, qui ad ludos equestres admittendi, quiq; è diverso ab iis arcendi forent.

3. Ex his duodecima, quæ Secretarii Imperatoris Magistri Philippi est (ut facilè intelligas, nobilitatem in his etiam, quæ sibi soli vindicat, absque literatis, nil quicquam unquam potuisse) illud vult: si quis à parentibus nobilibus satus non fuerit, deque sua nobilitate, quatuor avorum natalibus, docere non poterit, ludos equestres, nullo pacto accedito. *Vt referunt Reinhardus Comes in Somls, & Muntzenberg. in opusculo, quod vernacula lingua, sub Titulo:* Von des Adels Ursprung *edidit, ad fin. ferè, & autor* des Turnier-Buchs *mihi fol. 15. Sebast. Munster. in sua Cosmograph. lib. 3. mihi fol. 743.*

4. In quæstionem itaque vocabatur num adversus talem ludorum equestrium legem, Imperator solutæ potestatis vi, novo homini, ut hisce interesse possit, gratiam facere queat?

5. Et primò quidem Imperatorem hoc non posse, dicendum videbatur. Lex enim præ allegata generaliter (ponderando nimirum verba: nullo pacto) & indistinctim loquitur. Unde generatim indistinctimque accipienda erit, ut scilicet nemo, nisi majorum imaginibus fretus, ludos exercere equestres possit. Cùm legem generaliter loquentem, generaliter accipiendam esse, ita ut omnes omninò casus complectatur, constituti juris sit. *L. de precio, ff. de publ. in rem act. l. 1. ff. de leg. præst. Mozz. tr. de contract. Rubr. de accident. pignot. n. 7. Romul. l. ut vim, n. 59. ff. de just. & jur. Sylvan. tr. feud. q. 7. n. 7. Cald. l. si curatorem, V. sua facilitate, n. 100. C. de rest. in int. Capis. tr. de num. test. p.* 1. *c. 4. n. 40. & c. 10. n. 33. Tiraq. tr. de privil. pra caus. priv. 7. vers. contrarium, Lancil. tr. de off. prætor, Rubr. pers. test. n. 20. Seraph. tr. de juram. privil. 22. n.* 1. *cum seqq. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 236. Toming. decis. 26. n. 20. decis. 30. n. 3. Pistor. q. 19. n. 31. lib.* 2. *Caball. L. si totas, n. 32. C. de inoff. donat. Capyc. decis. 130. n. 33. Cacher. decis. 15. n. 4. Schenck. c. 1. § si quis de manso, n. 6. si de invest. f. fuer. contr. Borch. tr. feud. c.* 1. *n. 28. c. 7. p.* 1. *n. 25.*

6. Deinde ob eam quoque causam, principis gratiam in præsenti tractatu, nullius momenti esse videbatur, quòd nobilitas pro forma, ad ludos equestres, requiratur. Dicitur enim: si quis non fuerit origine nobilis, ad ludos equestres ne accedito. Cùm enim conditio omnis alicui dispositioni apposita, pro forma dispositionis accipienda sit. *Bl. in auth. mat. & au. n. 8. C. quand. mul. tut. off. fung. poss. Felin. c. cum. dilecta, n. 6. vers. secundum signum, ext. de rescr. Cacheran. decis. 165. n. 12. Borch. tr. feud. c. 3. n. 9. Rimin. Rub. n. 290. C. qui adm. Jas. l. 2. § fin. n. 11. ff. de vulg. & pupill. Tiraq. tr. ut. de retr. p. 2. § 2. gl. 1. n. 3. Cravet. cons. 939. n. 7. Tiber. Decian. cons. 73. n. 38. volum. 2. Menoch. cons. 133. n. 9. arg. L. prætor. in pr. ff. de collat. honor.*

7. Dictio verò si, conditionem faciat. *Br. L. 1. n. 2. ff. de condit. & demonstr. Plot. tr. de in lit. jur. § 2. n. 2. Cacheran. decis. 5. n. 9. Blanc. tr. de comprom. q. 1. n. 9. Seraph. tr. de juram. priv. 17. n. 3. Didac. Segur. 1. in tr. de luc. const. matr. acquis. n. 193.* Consequitur, ut nobilis sit is, qui ludis equestribus interesse vult, pro forma requiri.

8. Ex quo rursus infertur, cùm forma præcise & ad unguem servanda sit. *L. cum hi, § si prætor, ff. de transact. L. constitutio, ff. ad municip. l. certa forma, C. de jur. fisc. lib. 10. Anton. de Petrut. L. 1. n. 239. ff. de jurejur. Rol. à Valle cons. 43. n. 16. vol. 2. Crav. cons. 375. n. 17. Menoch. cons. 35. n. 7. Bursat. cons. 73. n. 23. colum.* 1. *Cephal. cons. 219. n. 3.*

9. Ei quoque nil addi, nil detrahi possit. *Petrut. d. L. 1. n. 241. Rol. à Valle d. cons. 43. n. 14. vol. 2. Borch. tr. feud. c. 3. n. 9. Galiaula l. 1. § si stipulanti, n. 3. ff. de verb. obl. Hormannoct. Det. lib. 4. § Cato, n. 41. ff. eod. tit. Menoch. cons. 106. n. 176.*

10. Sed potiùs actus, neglecta in minima quaqua parte, forma concidat, nullusq; sit, *c. cùm dilecta, ibi Felin. d. n. 6. vers. gesta cont. form. ext. de rescr. c. Pisonis ext. de rest. spoliator. Lucas de Penna l. certa forma, col. 2. C. de jure fisc. lib. 10. Jas. l. 1. n. 18. ff. de lib. & posthum. Euer. in loc. à des. form. n. 2. & 3. Tiraq. tr. de ut. retr. p.* 1. *§* 1 *gl.* 21. *n. 9. cum seqq. Tiraq. l. boves, § hoc sermone, limit.* 1. *n.* 1. *ff. de verb. signif. Tiraq. tr. de judic. in reb. exig. vers. hoc tamen intellige, Ludovic. Gemes. in Reg. de annali possessore, q. 76. Caball. tr. de evictionib. § 3. n. 29. Plot. tr. de in lit. jur. § 9. n. 6. Stracch. tr. de mercat. tit. mandati, n. 9. And. Gail. obs.* 124. *n.* 1. *lib.* 1. *Joh. Bapt. Asin. in praxi § 3. c. 36. n.* 1. *Chassan. in consuet. Burg. Rub. 9. § 9. in consilio ibi posito, n. 28. Borgn. Cavalc. tr. de usufr. mul. rel. n.* 127. *Seraph. tr. de juram. priv. 30. n.* 21. *& priv.* 130. *n.* 1. *Borcholt. tr. de pact. c. 5. n. 62. & in tr. feud. c. 3. n. 9. Ludovic. Burgesius in l. si se subjiciant, n. 40. ff. de judic. Coras. l.* 1. *§ fin. n.* 1. *ff. de verb. obl. Hormannoct. Det. in Rubr. n.* 13. *ibi Carol. Ruinus n. 5. ff. de op. no. nunc. Ballionus de nobilib. in aut. ex causa, n.* 22. *C. de lib. præter. Guil. à Pern. cons.* 12. *n.* 17. *Sigism. de Neap. cons. 30. n.* 3. *Card. Paris. cons. 99. n.* 25.

n.25.volum.1.conf.12.n.47. & 48.conf.33.n.24. vol.2.conf.46.n.14.& 16. conf.68.n.17.conf.99. n.11.vol.3.Rol. à Valle conf. 65. n. 22. conf.72. n. 54. vol. 3. Mandell. conf. 70. n. 1. D. Ludolph. Schrad. int. conf. divers. conf. 34. n. 73. vol. 1. Hier. Schurff. int. conf. divers. in conf. incip. Domini nostri, n. 25. vol. 2. Cephal. conf. 219. n. 4. Simon de Prœtis conf. 80. n. 29.

Principis quoq; indulgentiam hac formâ insuper habita, per se & ipso jure nullam esse.

11. Sed & nobilem oportere esse eum, qui in ludis equestribus versari vult, pro formâ requiri, ex eo præterea satis conspicuum est, quòd præfatæ legi duodecimæ ludorũ equestrium, clausula decreti, ut vocant, annullativa, ponderando nempe verba: nullo pacto insit. Quæ clausula, formæ actus indiciũ atq; signũ est. *Bl. l. 1. n. 2. ff. de lib. & post. Felin. d. c. dilecta, d. n. 6. vers. quintũ, ext. de resc. Caball. tr. de evict. §3. n. 64. Seraph. tr. de jur. priv. 30. n. 20. Hormanno&. Det. in Rubr. n. 13. ff. de op. no. nunc.*

At contrarium omnino statuendum est. Superiùs enim tertio capite evicimus, principem vi immensi imperii, contra eà, statuere posse, quæ juris civilis sunt, & nullius detrimentum conjunctum habent.

12. Sed nobilitas juris civilis adinventum est. Quod satis colligi puto, Inst. de jur. pers. in pr. ubi dicitur: Summa divisio personarum est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi. Quam divisionem, ideo summam dici putarim, quòd ea juregentium homines distinguantur. Quapropter nobilitas juregentium incognita est, alioquin summa hominũ divisio ea fuisset, qua homines in nobiles, & ignobiles discriminarentur.

13. Quod ipsum Baldum quoque sensisse, verisimile est, dum nobilitatem in ictu oculi non nasci, sed temporis diuturnitate, familiæq; vetustate, conciliari scribit. *Bl. in proœm. feudor. n. 55.*

Quem sequuntur, *Sonsb. tr. feud. p. 4. n. 10. Borch. tr feud. c. 4. n. 15. Medic. tr. de LL. p 3. q. 13. n. 2. Jacob de S. Georg. tr. feud. V. in feudum, n. 24. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 9. gl. 3. n. 3. Roland. à Valle conf. 41, n. 10. vol. 2. Marin. Frecc. tr. de subfeud. lib 2. Rubr. quis dic. comes, n. 39. circa med.* Erit itaq; nobilitas juris civilis. Ea namq;, quæ gentium jure nobis insunt, simul ac inesse incipiunt, perfecta sunt, nec temporis contractu, ut perficiantur, indigent.

14. Eò quoq; Canuleii tribuni plebis dictum, de Romanis patriciis referendum est: Nobilitatem istam vestram, inquit, plerique oriundi, ex Albanis, & Sabinis, non genere, nec sanguine: sed per cooptationem in patres habetis, aut à Regibus lecti, aut post exactos Reges, jussu populi. *Vt refert Livius lib. 4. ab urb. cond.* Indicio itaque satis est, Canuleii sententia, nobilitatem civilibus constitui modis.

15. At ne per emendicata eamus suffragia, nostrates adducamus, nobilitatem ab principatu obtinente procedere, principemq; quem vult, nobilitate condecorare posse, expressim volentes, uti facit *Bl. L. sacrilegii, n. 1. per ill. text. C. de divers. rescr. Paul. de Castr. L. fin. n. 6. C. ubi senator. vel clariss. Jas. L. omnium, n. 1. C. de testam. Alvarott. c. 1. n. 4. ibi Affl. n. 22. quis dic. dux. com. march. Affl. c. 1. § si rusticus n. 4. de pac. ten.*

16. Sic nobilitatem, antesignano Bartolo diffiniunt, esse qualitatem, per principatum tenentem illata, qua quis ultra honestos plebeios, acceptus ostenditur. *Br. l. 1. n. 62. C. de dignit. lib. 12. Ponorm. c. 1. n. 1. ext. de purg. Canon. Alvar. d. c. 1. § cæteri, n. 5. ad fin. fere, quis dic. dux. com. march. Guido Papæ decis. 196. n. 1. circa med. In aq. tr. de nobilit. c. 6. n. 1. Chassan. in cons. Burg. Rubr. 4. § 19. in pr. n. 5. Mascard. tr. de probat. conclus. 1094. n. 6. Sais. in consuet. Turonens. tit. 24. aut. 7. col. 2.*

17. Nec obstat, quòd Imperatorem Sigismundum, cuidam ex administris suis, qui in secretius etiam Imperatoris adhiberi consilium solebat, cæterùm sanguine ignobili, roganti, ut nomen quoque suum, in nobilium referre album non dedignaretur, respondisse ferunt: locupletes se, fidelem sibi operam navantes facere posse: nobiles autem nequaquam. *Vt ex Roderico Zamorensi refert Satis. d. artic. 7. col. 1.*

De nobilitate enim quæ virtute non quæ sanguine conflatur, idipsum intelligendum est. Qua imbui nemo potest, nisi is, cui virgulta divina suppeditata fuerit virtus.

18. Rursus nec illud te moveat, quod apud omnes ferè gentes, nobiles esse legendo animadverteris. Sic enim apud Turcos, Ianizari, reliquæq; militum prætorianorum cohortes: apud Moschos Cnesii (quos fastuosissimos, etsi extremè pauperes sint, liber baro ab Herbenstein commemorat, apud Ægyptios Mammaluci: apud Indos Nairi, nobilium titulis honoreq; fruuntur, *Autore Jovio, Maffeio & aliis.* Unde forsitan nobilitatem jurisgentium esse, astruere conaberis. Nam jusgentium est, quod omnes gentes utuntur. *§ jus autem civile, Inst. de jur. nat.*

Falleris enim. Etenim horum nobilitas, multum à nobilitate nostratiū distat. Quemadmodum itaque in simili, propria civium Romanorum, patria dicitur potestas, & per consequens juris civilis est, eò quòd eo modo reliquæ gentes, quo Quirites ea non utantur, licet passim, in extremis oris degentibus competat, § *jus autem, Inst. de pat. pot.*

Sic quoque nobilitas illorum, qui jure communi vivunt, atque reguntur; erit propria, & per consequens juris civilis adinventio. Nobilitas enim, quæ apud nos in usu est, reliquas gentes latet.

Nec his quicquam, § jus autem civile, Inst. de jur. natur. gent. & civ. suffragatur: illud enim ibidem juris gentium dicitur esse, quod apud omnes peræquè gentes custoditur.

Ergo quod apud omnes gentes peræquè (uti de nobilitate asseruimus) non custoditur, juris gentium non est.

19. Sed & alterum, cujus interventu principem gratiam facere posse, diximus, adest requisitum, ne scilicet principis concessione cui noceatur: Nulli enim præjudicio est, plures in nobilium ordinem cooptari, quin potiùs Reipub. interest, pluribus id gratiæ tribui. Excitantur enim præclara ingenia, ad benè de Repub. merendum, si principis gratia, virtute prævia, ad honorem fastigia, aspirare se posse, conspicati fuerint. Honos enim artem alit, fovet, excitat, atque conservat: & ars, & fortuna, conjuncta esse debent. *Br. l. Barbarius lect. 2. n. 1. in f. ff. de off. prætor. Neviz. syl. nupt. lib. 4. n. 168.*

20. Cæterùm huic nostræ opinioni, in contrarium adducta, neutiquam obsistunt: quod enim lex ludorum equestrium duodecima habet: eum qui nobilitatem suam, à quatuor avorum nobilitate derivare non poterit, nullo modo ad ludorum equestrium exercitationem accedere posse, intelligendum est, absque principis gratia. In omni enim omnino actu, sive jurato, sive juramenti vinculo non confirmato, autoritati superioris, seu principis nil quicquam derogatum esse intelligitur. *Bl. c. 1. § fin. n. 23. per ill. text. de prob. feud. alien. per. Feder. Jas. l. antepenult. n. 19. C. de transact. pract. pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. V. contra debit. fidel. jurament. n. 2. Cotta in memor. V. Imperator, el. 1. Jas. l. qui jurato, n. 6. ff. qui satisd. cog. Crott. l. frater à fratre, n. 29. ff. de cond. indeb. Aldobr. in Rubr. proœm. Instit. n. 18. Turzan. com. opin. 10. Tiraq. tr. de privil. piæ caus. privil. 130. Garcia tr. de ult. fin. jur. n. 338. 339. & 383. Gentil. tr. de legat. lib. 3. c. 15. Sonsb. tr. feud. p. 12. n. 41. Cacheran. decis. 78. n. 19. Pistor. q. 47. n. 31. lib. 2. Seraph. tr. de juram. priv. 61. n. 20. priv. 145. n. 3. Borcholt. tr. feud. c. 4. n. 22. & 23.*

21. Pariter nec ad alterum quidem argumentum resolutio deest. Quod enim dicitur, actum omissa forma corruere, verum est, si omittatur à privato; secus autem est, si à principe omissa fuerit. Nam is ad eam, quæ jure civili præscripta est, formam sectandam, si nemini id nocuerit, astrictus non est. *Vt superiùs demonstravimus.*

EFFECTVS V. RATIONE legum.

An princeps ab aliquo, jus aut dominium rei suæ auferre possit.

SUMMARIUM.

1. *Princeps absq; causa, dominio rei suæ, quem privare potest, secundum unam opinionem communiter damnatam n. 3.*
2. *Mentiuntur per gulam, qui negant, principem ex sola soluta potestate, ab aliquo rem ejus auferre posse, secundum Angelum.*
4. *Quod tamen Angelus Perusinus, non ut Angelus, sed ut homo mendax locutus est, secundum Cravettam.*
5. *Princeps ex causa pub. utilitatis, re sua quem privare potest, secundum aliam opinionem.*
6. *Ager veteranis assignatur, colonisq; aufertur.*
7. *Princeps concedere potest, ut cum alterius incommodo ædificetur.*
8. *Libertus absque patroni consensu, ingenuitati à principe restituitur.*
9. *Papa ad compromittendum de prælaturis, prælatos cogere potest.*
10. *Servi absque domini voluntate, quandoque liberi fiunt.*
11. *Papa in beneficialibus plenariam dispositionem habet.*
12. *Papa privat illos, qui jus conferendi beneficia vacantia habent, sibiq; soli collationem eorundem reservat.*
13. *Minor restituitur contra contractum à se initum autoritate principis.*
14. *Fiscus fundum, sibi cum privato communem totum, socio invito distrahit.*

15. Prin-

15. *Princeps nec ex causa quidem pub. utilitatis rem subdito propriam, ejus consensu non adhibito, jure aufert, secundum opinionem novam.*
16. *Modi duo, quibus quæ nostra sunt, à nobis auferuntur: consensus nimirum, & delictum.*
17. *Aequitati naturali nil magis congruit, quàm domini voluntatem, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi.*
18. *Nostrum quod est, sine facto nostro, nobis eripiendum non est.*
19. *Suum cuique tribuere, primarium juris præceptum.*
20. *Prægravari alterius causa quis non debet.*
21. *Conjunctio inter patrem & filium arctior: quàm inter concives,*
Pater & filius eadem persona, ibid.
22. *Pater & filius, in secundo, humanæ societatis gradu: concives in septimo constituti.*
23. *Non tenetur pater pro filio: nec è diverso pro patre filius.*
24. *Civis ex contractu, cum civitate inito, pro rata tantùm: non autem in solidum conveniri potest.*
25. *Affectio in prædiis, fundisq; justa est.*
26. *Affectio erga prædium, quod majorum nostrorum fuerat, justa.*
27. *Lugubre satis est, fundum vendere, in quo defecit pater, filius crevit, in quo majorum sunt imagines, quos fundi possessor novus refigeret atque avelleret.*
28. *Damnum is pati dicitur, quo invito aliquid fit, etiamsi aliàs lucrum sentiat, atque percipiat.*
29. *Domino invito, nec publico, nec privato nomine quisquam, in fundo alieno lapides cædere potest, nisi is, cui id faciendi jus est: vel nisi talis affuerit consuetudo.*
30. *Principi, si ob necessitatem bona subditorum distrahenda sunt, quid faciendum.*
31. *Intellectus L. item si verberatum, § 1. ff. de rei vind.*
Imperatores subditos refractarios agro mulctabant.
32. *Augustus Imp. Mantuanis ademit agros.*
33. *Vlpianus J. C. sub Alexandro Mammæo vixit.*
34. *Intellectus l. Lucius, ff. de evict.*
35. *Intellectus l. 2. § si quis à principe, ff. ne quid in loc. publ.*
36. *Intellectus l. 2. ff. de natal. rest.*
37. *Dictio Nisi, conditionalis est.*
38. *Ablativi absoluti conditionem faciunt.*
39. *Injuria si patrono, ejusq; filio, sib absq; eorum consensu libertus natalibus restituitur.*
40. *Verbum aliàs necessitatem denotans, ratione subjectæ materiæ, de honestate intelligendum.*
41. *Verbum debet, regulariter necessitatem denotat.*
42. *Intellectus c. cum inter R. ext. de elect.*
43. *Intellectus tituli C. quib. ex caus. ser. pro præm. lib. accip.*
44. *Voluntas tacita, rem suam in alium transferre cupientis, non minùs, quàm expressa, rata habenda.*
45. *Intellectus c. 2. de præb. lib. 6.*
46. *Intellectus Clem. 2. ut lit. pend.*
47. *Papa stupor mundi, nec Deus, nec homo est.*
48. *Qui cum alio contrahit, conditionem ejusdem ignorare non debet.*
49. *Intellectus L. 2. C. de com. rer. al.*
50. *Quam quisque elegit viam, ipsi pateat.*
51. *Intellectus c. proposuit, ext. de concess. præb.*
Contumacia est delictum, ibid.
52. *Princeps an faciliùs ea, quæ jure civili, quàm quæ jure gentium quæsita sunt, auferre ab aliquo possit.*
53. *Præscriptio & sententia, an sint modi juris civilis, acquirendi rerum dominia.*
54. *Vsucapio adjectio dominii diffinitur.*
55. *Sententia conformis libello esse debet.*
56. *Præscriptio & sententia, etiam si juris civilis essent modi, quibus rerum dominia acquirerentur, dominium tamen illis quæsitum, juris gentium nihilominùs est.*
57. *Princeps an rem à privato auferens, justum solvere debeat pretium.*
58. *Auferre alicui rem sine pretio, potestas Diabolica est.*
59. *Achab, Naboth, Jezrahelitæ vineam æquivalentem, aut meliorem etiam, pro prædio suo dare pollicebatur.*
60. *Pretium servi, qui pro præmio libertatem accipit, domino à fisco restituitur.*
61. *Pretium domino lapidicinæ numerandum est ab eo, qui pub. privatóve nomine lapides cædere voluerit.*
62. *Intellectus verborum: modico possessori dato in L. item si verberatum, § 1. ff. de rei vind.*
63. *Modicum quid.*
64. *Princeps utroque casu, sive allodialis, sive feudalis res fuerit, pretium refundere debet.*
65. *Pretium princeps resarciat oportet, sive immobilis, sive mobilis res fuerit.*

66. Equo

66. *Equo vel asino privati, quo ad supplicium feratur facinorosus, non aliter utetur Respub. quàm si pace domini id fiat, eiq; æquivalens persolutum fuerit pretium.*

PRincipem absque causa ulla, vi solius legibus non circumscripti Imperii rei suæ dominio, jure quem privare posse, tradere nonnulli nostratium non erubuêre, uti sunt: *gl.c.constitutus, V. à quocunque ext. de reliq.domib. Angel.l.item si verberatum, in pr.ff. de rei vind.Jas.l.omnes, n.3. vers. 6. C.si cont. jus vel util.pub. Matth.de Affl.c.1. § similiter, n. 14. de capit.qui cur. vend. Felin. c. quæ in ecclesiarum, n.32.ext.de constit.Capyc. decis.166.n. 10. Vacon. à Vacon.declarat.48.n.9. Br.cons.196.n.1. vol.1. Alex.cons.2. n.14. vol.1. cons. 216. n. 14. vol. 2. Dec. cons. 191. n.3. cons. 198.n. 2. cons.269.n.5. cons.390.n.14.cons. 498. n. 26. Gozad. cons. 8. n. 38.& seqq. cons.26.n.10. & seqq. Cardin. Paris. cons.106.n.42.vol.1.cons.11.n.7. vol.2. cons.46. n.44. vol. 3. Alb. Brunus cons. 1. n. 55. Menoch. cons.181. n.25. volum.2.*

2. Quinimò omni pudore posthabito, Angelus Perusinus dicere ausus est: mentiri eos per gulam, qui principem potestatis plenitudine utentem, ab aliquo rem suam auferre non posse, affirmarint. *Angel.d.l.item si verberatum, ff.de rei vind.& multi exiam recensitis, referunt, atque sequuntur.*

Utuntur pro confirmanda, fulciendaque opinione sua, crassioribus illis, futilibusque argumentis, quæ tertio superiùs refutavimus capite. Ideoque denuo repetere supersedemus.

3. At isthæc jam dudum, communi omnium, tàm legum, quàm Canonum interpretum calculo, explosa, rejectaque est, ut testis est *Marc. Anton. Peregr.de ju.fisc. lib. 1. tit. 3. n. 66.*

Viderint tamen, rectè ne rejiciant opinionem istam, cùm fundamenta quibus ipsa innititur, ceu ipsam veritatem recipiant.

4. Nec obstat Angeli autoritas. Illi enim respondet Cravetta: Angelum dicentem, principem, solutæ potestatis vi, ab aliquo rem suam auferre posse, negantes, mentiri, loqui non ut angelum, sed ut hominem mendacem, *Cravett.cons.241.n.20.*

5. Aliam itaque causam requirunt, causaque pub. utilitatis interveniente, principem rem, seu jus unius, alteri dare posse statuunt, hi sunt: *Zasius l.princeps, n.15.ff.de LL. Vallasc.l. imperium, n.146.vers.est etiam, ff.de jurisd. om. judic. Turz. com. opin. 42. Cagn. l. id quod nostrum, n.15.ibi Dec.n.3. & Gabr. Sarayna in addit.ff.de Reg.jur.Pecc.tr.de testam. conjug.lib.3. c.25.n.2.Schenck.c.1.§ notandum, n.7.qui feud. dar.poss.Borch.tr.feud.c.7.p.2.n.55.Capyc.decis. 51.n.13.Eman.Soarez.com.opin.lit. p.n.258. Seraph.tr. de juram.privil. 22.n.19. Roch.de Curt. c.fin.sect.5.n.18.ext.de consuet. Tiraq.tr.de pœn. in præfat.n.38. Tiraq.rep. l.si unquam, V. donation. larg.n.43.C.de revoc.don. Jas.l.Barbarius. n.24.ff.de off.prætor. Gail.obs.56. n.1. lib.2. Covar.var.res.l.3.c.6.n.6.Thomas Grammat.decis. 66.n. 2. & 3. Pinel.in Rubr. p.1. c.2. n.24. C.de resc.vendic.Vasq.ill.contr.c.5.n.1.Fortun. Garc. l. Gallus, § & quid si tantùm, n. 121. ff. de lib. & postum. Sichard. l. 1. n. 19. C. de sec. nupt. Alc.c. quod sedem, n.18.ext.de off. ord. Sfort.Oddus tr. de rest. in int. q.99. n. 55. Chassan. in cons. Burg. Rubr.10.§ 1.in pr.n.12. Anton. Gab. Roman. tr. regul.lib.3.tit. de jur.quæs. non toll. conclus. 2.n. 1.ubi infinitos alios in id allegat.Steph.Lambert. tr.de ju.patr. lib.2.p.3. q.9. art. 8.n. 3. Costal. l. item si verberatum, n.8.ff. de rei vind. Nicolaus Bellon. cons.2. n.6. Paul. de Castr. cons.317. n.5. Crav.cons.5.n.4.cons.7.n.10. cons. 103.n.3.cons. 241.n.12.Menoch. cons.1.n. 422. & cons. 181. n. 49. Bursat. cons. 54. n. 17. cons. 78. n. 12. vol.1. Acad.Patav.int.cons.divers.cons.17.n.43.vol.3. Acad.Witeb.int.cons.divers.cons.2.n.48.vol.2.*

6. Communiunt opinionem suam, primò textu d.l. item si verberatum, ubi agrum, colonis veteribus ablatum, militibus assignatum, & quod consequens est, colonos dominio suo privatos fuisse, scribitur.

Secundò, L. Lucius. ff. de evict. ubi prædia trans Rhenum sita, quæ privatorum fuerant, partim principali jussu distracta: partim veteranis assignata, legitur. Consequitur itaque ob causam pub.utilitatis, quæ inde conspicitur, quòd veteranis prædia data fuerant, quò intentiori cura Rempub. defenderent, dominio sese abdicare, privatos cogi posse.

7. Tertiò, L. 2. § si quis à principe, ff. de quid in loc. pub. à principe, ut cum incommodo alterius ædificare liceat, impetrari posse, disponente. Vides itaque penes principem esse jus, facultatemq;, alterum ratione juris quod habet, lædere.

8. Quartò, L. 2. § de natal. rest. ubi libertus ingenuitati donatur à principe, patroni consensu non accedente. Aufert itaque princeps à patrono jus patronatus, & per consequens vera est, præcedens conclusio.

9. Quin-

9. Quintò, adducitur c. cùm inter R. ext. de elect. ubi Papa coëgit quendam Canonicum, ut litem inter illum, & alium de abbatia quadam exortam, compositione finiret, abbatiamque dimitteret. Princeps itaque alicui, in jure quod habet, præjudicare potest.

10. Sextò, afferunt totum titulum C. quib. ex cauf. ser. pro præm. libert. accip. in omnibus enim casibus ibidem expressis, servi è manu domini, dominis etiam invitis liberantur. Et quod consequens est, domino invito, dominium, quod in servos habet, facto principis eripitur.

11. Septimò, allegant text. c. 2. de præb. lib. 6. ubi expressim sancitur, plenariam in beneficialibus, Papæ competere dispositionem. Ergo Papa uni auferre, alteri verò dare præbendas potest.

Octavò, allegatur Clement. unic. in fin. ut lit. pend. quæ itidem habet: Papæ plenam & liberam dispositionem in beneficialibus competere.

12. Nonò, rursus allegatur d. c. 2. de præb. lib. 6. In eo enim Papa privat eos, qui antea jus conferendi beneficia, apud sedem apostaticam vacantia, habebant, sibique soli arrogat, & asciscit. Privare itaque quem princeps jure suo poterit.

13. Decimò, adducitur id: minorem autoritate principis, contra contractum à se initum restitui, *ut toto tit. C. de rest. in int. habetur*. Sed ex illo contractu, tertiò jam jus quæsitum erat. Ergo autoritate principis, à juris sui persecutione quis repellitur.

14. Undecimò, allegatur in id L. 2. C. de com. rer. al. ubi fiscus, qui rem cum privato communem habebat, totum fundum, socio invito distrahere potest. Aufert itaq; princeps, jus, & dominium à tertio.

Duodecimò, probari idipsum videtur textu c. proposuit, ext. de conceff. præb. ubi illum, qui collatione capituli, præbendam possidebat, à præbenda Papa deturbat. Præjudicare itaque princeps tertiò, in jure, quod habet, potest.

15. Ego autem tot patrum autoritate, totque textuum fuco, nil quicquam moror, quin nec ex causa pub. etiam utilitatis, principem subdito invito rem ei propriam eripere posse, planè statuam.

16. Innitor autem hisce rationibus, & fundamentis, quòd nullibi in jure dispositum sciam, dominium rei meæ, vel jus meum, à me, nisi ex duobus capitibus tolli posse, uno nimirum consensu: altero delicto.

17. Illud quod attinet, convenientius nihil est naturali æquitati, quàm voluntatem domini, rem suam in alium transferri cupientis, ratam haberi. *§ per traditionem, Inst. de rer. divis. Sonsb. tr. feud. p. 13. n. 101. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclus. 44. ver. secundò, de eo jure, Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 447. Cald. l. si curatorem, V. cùm non absimilis, n. 79. C. de rest. in int. Pistor. q. 4. n. 24. lib. 2.* Hoc ex toto titulo ff. de bon. damnat. & C. de bon. proscript. constat. Igitur cùm lex, adimi cuiquam rem suam, pub. utilitatis prætextu licere, non disponat: nec nobis idipsum quoque dicendum erit, *juribus vulgatiss.*

18. Secundò, tritissima juris regula est: id quod nostrum est, sine facto nostro, nobis eripi non debet. *L. id quod nostrum. ff. de Reg. jur. Tiraq. de ut. retr. p.* 1. *§ 1. gl. 18. n. 56. & p. 2. § 1. gl. 7. n. 20. Covar. var. resol. lib. 1. c. 14. n. 7.*

Hanc regulam, nusquam in jure, ob pub. utilitatem, locum habere, non debere reperimus. Ergo illa regula, donec de exceptione docebitur, stabimus. *L. ab ea parte, ff. de probat. l. suus quoque, ff. de her. inst. cum simil.*

19. Tertiò, vulgatissimum juris præceptum est: suum cuique tribuere. *§ juris præcepta, Inst. de just. & jur.*

Sed si ob pub. necessitatem, à quoquam res sua tollitur, suum cuique non tribuitur. Necessitas enim quæ toti universitati communis erat, uni tota imponitur.

Ergo ob publicam etiam necessitatem, res sua cuiquam eripienda non est.

20. Quartò, non debet quis alterius causa prægravari, *c. non debet de Reg. jur. lib. 6. l. si quis in suo, ibi Jas. C. de inoff. test. Aldobrand. Inst. de ingen. in pr. n. 9.*

Sed si ob necessitatem pub. quis à re sua pelleretur, causa alterius prægravaretur. Necessitatem enim publicam solus, quam tamen solus non commeruerat, ferre cogeretur. Igitur ob pub. necessitatem, à re sua quispiam pellendus non est.

21. Quintò, arctior longè inter patrem, & filium, quàm inter civem, & civem est conjunctio. Cùm pater & filius eadem censeantur persona. *Jas. L. fin. n. 2. per ill. text. C. de impub. & al. subst. Cald. L. si curatorem, V. cùm non absimilis, n. 48. C. de rest. in int. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 195. Tiraq. tr. præscript. gl. 4. vers. & quanquam sunt plerique, Bard. tr. temp. ut & cont. c. 12. n. 2. Seraph. tr. de*

jurам.

juram.priv.4.n.83.priv.33.n.151.privil.154.n.1.Coras.miscell.lib.4.c.9.n.1. Toming.decis.13.n.32.Borch.tr.de pact.c.4.n.5. Hartm. Pistor. q.2. n.46.lib. 2. Caball. in quæst. de donat. ante matrim.facta,n.21.Cacheran.decis.31.n.13. Reuber. tr.test.lib.p.2.n.50.Schenck.c.1.n.14.def. March. & in c.1.n.4.an agnat. Sonsb.tr.feud.p.9. n.161. Mynsing.obs.23.cent.3. Rimin.l. qui se patris, n. 261. C.un. lib. Crott. l.frater à fratre, n.8. ff.de cond.ind.Vacon decl.50. n.1.

22. Pater & filius in secundo humanæ societatis: civis cum concive autem, in septimo demum gradu constituti sunt. *Zoanett.l. ut vim,p.1. n. 26. & 27. vers. deinde, ff. de just. & jur.*

23. At filius ob patrem, & è diverso, quicquam detrimenti sentire, necesse non habet. *toto tit. C.ne fil.pro pat. Cap.caut.245. Schenck.c. 1.n. 6. de feud. cognit. & c.1. n. 6. si Vasall.feud. priv.cui def.Sonsb.tr feud.p.13.n.9. & 10. Mynsing.obs.29.cent.1. Roch. de Curte c.fin. sect.5. n. 14.ext.de consuet.Coras.l.frater à fratre, § quæsitum, n.1.& 2.ff.de cond.indeb.*

Multò minùs itaque quæ concivis sunt, ob concivium., & sic pub. utilitatem distrahentur.

24. Sextò, tunc etiam, cùm ex contractu cum civitate vel universitate inito, cives sigillatim obligantur, singuli cives non in solidum sed pro virili, quisque parte excutiuntur. *Br. l.se non obtulit, § actor,n. 10. ibi Raph. Cuman.n.4. Jas.n.25 ff.de re judic.Hart.Pistor. q.37.n.19.lib.1. Colerus in suo processu p.2. c.3. n. 366. & & 367.per l. reos, § cum tabulis, ff. de duob. reis.*

Multò minùs itaque cùm planè obligatus civis non est, ultra portionem suam virilem exigetur, aut re sua carebit.

Nec obstat quod Bartolus, inter personas, & res, seu bona civium, discrimen constituat, censens bona eorum in solidum obligata. *Br. d.l.si se non obtulit, § actor, d.n.10.*

Bartoli enim opinio communiter explosa est, prout in specie eam improbant *Alex. & Jas. d. § actor ad finem, & ex recentioribus Hartm.Pistor.d.q.37.n.19.& seqq. lib.1.*

Pari quoque ratione non obstat, si dixeris, nullum ob rei suæ privationem subditum sentire incommodum, cùm justum & æquivalens, ei omnino exolvendum sit pretium, *quod paulò pòst examinabimus.*

25. Nam subditi erga rem suam affectio, qui mavult rem retinere, quàm pretium habere, in causa est, ut æquivalens censeri non possit id, quod ob compensationem, indemnitatemq; subdito datum est, gravamenq; haudquaquam leve inducit. Habenda itaq; omnino affectionis illius ratio est. Justa enim in prædiis fundisq; est affectio. *Jas. L. si duo rei, n.4.ff.de verb. oblig.*

26. Præsertim si majorum nostrorum hi fundi, prædiave fuerint. *L. si in emtionem, ff. de minor. Jas. l. filius fam. § divi, lect. 2. n.10.ff.de leg.1. Tiraq.de ut.retr.in præf.t.n.34 Gail.obs.19. n.1. lib. 2. Coras. miscell.lib 3.c.3.n.1.Hartm.pist. q.9.n.32.lib.2.Cald.l.si curatorem, V.sua facilitate, n.4.C.de rest in integ.*

27. Et è diverso lugubre satis est, fundum vendere, in quo defecit pater, filius crevit, in quo sunt majorum imagines, quas novus fundi possessor refigeret, atque avelleret. *L. lex quæ tutores, § nec verò, C. de admin. tutor. Boër.in consuet.Biturig.tit.de retr. § 1.gl 2. Tiraq. d.tr.de ut.retr.in præfat n.46. Pistor.n.q.9. n 32. lib.2. Chassan. in catal. glor. mund.p.1. consid.38. conclus.21.Angel.cons.68.n.4.*

28. Ut taceam, haudquaquam leve voluntatis interesse esse, quo fit, ut damnum dicatur pati is, quo invito aliquid fit, etsi aliàs lucrum sentiat, atque percipiat. *Br. l. Pomponius, n.16.ff. de neg.gest. Br. l.2. in pr.n.12.ff.sol. mat.Br.l.si filius, qui patr, n.7.ff. de vulg.& pup. Tiraq.de ut.retr.in præfat.n.25.Menoch.tr.de remed.poss.recup.remed.1.n.422. Cacher. decis.130. n 7.Borch.tr.feud.c.8.n.79. Joh.Jac.de Leonard. int.cons.Bruni cons.114.n.56.per l.fin.ff.de usu & habit.*

29. Septimò, comprobatur nostra opinio optimè textu l. si venditor, § constat, ff. comm. præd. cujus ipsa ascribere verba non pigebit: Si constat, inquit Jurisconsultus, in tuo agro lapidicinas esse, invito te nec privato, nec publico nomine, quisquam lapides cædere potest, cui id faciendi jus non est: nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, ut si quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, nisi priùs solitum salarium pro hoc domino præstet. Ecce nec publico nomine quidem, alicui rem suam extorqueri posse, nec dato quidem pretio, nisi dato pretio, re aliena uti, affuerit consuetudo. Comprobat itaque optimè textus, quod sentimus.

30. Quapropter ut uno verbo, quid sentiam, aperiam: sicubi casus publicæ calamitatis occurrerit, distractionem rerum singulorum flagitans, persuasionibus, quibus consensum subditi eliceat, planè utendum erit prin-

principi. Etenim tunc rata habenda erit voluntas domini, rem suam perdere, ob salutem publicam volentis. Nec dubito quin subditus, si boni civis officio fungi voluerit, facilè principi suo acquieturus sit. Cogitabit enim intereunte Repub. se quoq; in præceps ruere. Sin autem admonitionibus omnibus, perfrictè civis aures obturaverit, satiùs erit, alio Reipub. consulere modo, quàm à subdito invito, rem ejus propriam auferre. Nam id sine violentia fieri non posset quàm procul abesse debere à principe omni bono, haud ulla probatione indiget.

31. Nec in contrarium allegata alicujus momenti sunt. Ad L. item si verberatum, ff. de rei vind. enim, resolutio patet. Non enim de pub. necessitate, verbum, aut jota minimum, sed simpliciter agrum militibus assignatum fuisse legitur. Ut itaque jura juribus concordentur, nil vetat, quin ob rebellionem, seu ab Imperii Romani jugo defectionem, agrum militibus assignatum fuisse dicamus. Etenim ex historiarum monumentis conspicuum est, Imperatores, subditis refractariis devictis, agros adimere, militibusque, qui bonam illis operam navarant, addicere solitos fuisse.

32. Sic agrum Mantuanum, militibus, quod Mantuani desciviissent, Augustum distribuisse, conqueritur *Virgil. eclog.* 1. Quapropter ob delictum, agrum militibus assignatum fuisse, concludendum est. Qui enim adversus pop. Rom. arma fert, aut alios ad arma ferenda concitat, læsæ Majestatis reus fit, bonaque ejusdem confiscationi obnoxia sunt, *L. 1. & l. fin. ff. ad l. Jul. Majest.*

33. Præterea l. item si verberatum, Domitii Ulpiani est, quem sub Alexandro Mammæo, anno à Christo nato 230. vixisse, omnes tradunt, *Medic. tr. de LL. p. 1. q. 4. n. 3. Labittus in indice juris in Domit. Ulp. Freymon. in Symphon. jur. in Domit. Ulp.* Sed nusquam invenies, tantam ærarii pub. Alexandro rerum potito, fuisse inopiam, atque angustiam, ut ad sublevandam ærarii tenuitatem, fundi privati, militibus cederent. Non itaque ad conclusionem, quam ex hoc textu, Doctores nostri enucleare conantur, trahi hæc Domitii Ulpiani lex meretur.

34. Secundò, objiciebantur L. Lucius, ff. de evict. quæ similiter, agros privati, partim principali jussione distractos, partim militibus assignatos, habet.

Sed nec in illa quidem, ob pub. necessitatem, seu utilitatem idipsum factum fuisse legitur, & expressiùs glossa ibidem in V. pertinere sentit, ob delictum emtoris, agros in pub. fuisse redactos. Cui ex prælibatis rationibus omninò accedendum est.

35. Tertiò, impugnabatur nostra sententia l. 2. § si quis à principe, ff. ne quid in loc. pub. Sed ad eam cum Pinelo respondemus: Jureconsultum quidem ibidem dixisse, impetrari fortè aliquando à principe, ut cum incommodo alterius ædificare liceat, cum incommodo alterius, in loco pub: sed num jure, num injuria idipsum fiat, non aperuisse, sed in medio reliquisse. *Pinel. in Rubr. p. 1. c. 2. n. 8. C. de resc. vend.* Non itaque ad causarum decisionem, is ipse textus allegari potest.

Vel respondeamus, illum quoque dici posse, cum incommodo alterius, in loco pub. ædificare, qui tigna perpolit in platea, & sic in loco publico, ad ædificium paulò pòst extruendum. Incommodatur enim fabrorum lignariorum strepitu, vicino, isque tigna perpolientem, & aptantem jure prohibere posset, *Arg. l. injuriarum actio. la c. in fine ff. de injur. jun. trad. Cujac. obs. lib. 14. cap. 1.*

Ni principis jussio, prohibitionem fieri vetuisset. Sed tale interesse considerabile non est. Sopitum enim potiùs, per biduum, triduumve jacet: quàm ut quicquam ablatum dici possit. Quare nec § si quis à principe, opinioni nostræ, quicquam detrimenti infert.

36. Quartò, adducitur l. 2. ff. de natal. rest. ex qua colligi posse videtur, libertum absque consensu petroni, natalibus restitui, & quod consequens est, patrono invito, jus patronatus eripi: Sed & ad illam legem, resolutio difficilis non est. Dicit enim Marcellus: non facilè solere, patrono non consentiente, principes libertum natalibus restituere. Nihil itaque opinioni nostræ obsistit, quin potiùs illam ipsam adjuvat: Non facilè enim quod jurisconsultus dixit, pro nullo modo exponemus, usu probatis autoribus loquendi familiarissimo.

37. Quam explicationem confirmo primò: per dictionem nisi, in d. l. 2. positam. Inquit enim Jurisconsultus: ideoque Imperatores, non facilè solent quenquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono. Etenim dictio, Nisi, conditionalem dispositionem facit. *Cacheran. decis. 145. n. 1. & 2.*

&

& decis. 274. n. Crottus l. nemo potest, n. 50. ff. de Leg. 1. Crottus in l. 1. §. si quis simpliciter, n. 30. ff. de verb. obl. per l. quibus diebus, § quidam Titio, ff. de cond. & demonstr. Sed conditio omnis, de forma actus eſt, *Ut ſuperiùs oſtendimus.* Ergo natalium reſtitutio, non conſentiente patrono facta, per ſe, & ipſo jure nulla eſt. Actus enim omiſſa forma nullus eſt, & per conſequens, non facilè, id eſt, nullo modo, niſi conſentiente patrono, fieri poteſt natalium reſtitutio.

38. II. Comprobatur, hic L. 2. ff. de natal. reſt. intellectus per duos ablativos abſolutos (niſi conſentiente patrono) ibidem poſitos. Quos ſimiliter in conditionem reſolvi omnibus in confeſſo eſt. *L. à teſtatore, ibi Br. ff. de cond. & demonſt. Pract. Pap. in for. ſent. diff. V. abſolvimus ab expenſis, n. 3. & in for. lib. quo ag. ad pœn. ex comprom. V. dante & ſolvente. n. 1. Alc. parad. lib. 1. c. 11. n. 5. Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 11. n. 4. verſ. quartus. Capyc. deciſ. 182. n. 17. Becer. l. contractus, c. 4. n. 9. ff. de Reg. jur. Borch. tr. feud. c. 3. n. 8. Toming. deciſ. 20. n. 50. deciſ. 43. n. 12. Piſtor. q. 36. n. 33. lib. 2. Vaſq. ill. contr. c. 39. n. 14.*

Nec obſtat, quod alibi tradidimus, non nocuiſſe principis actui, neglectam eſſe formam. Verum enim eſt, in ea forma, quæ nullius damnum, detrimentumq; conjunctum habet: non ſic res ſeſe habet, cum de tertii præjudicio, maximèque de conſenſu ejus requirendo, agitur.

39. III. Stabilitur hæc noſtra l. 2. ff. de natal. reſt. explicatio L. penult. ff. eod. tit. de natal. reſt. ubi legitur: injuriam fieri patrono, ejuſq; filio, ſi ipſis invitis, natalibus reſtituatur libertus. Si injuria infertur patrono: Ergo non facilè, id eſt, nullo modo, princeps perpetrare id poterit. Procul enim à principe, eiuſq; actionibus, abeſſe debet, quicquid injurioſum, injuſtumque eſt, *Ut ſuperiùs oſtendimus.*

Ultimò corroboratur noſtra explicatio textu l. fin. ff. de nat. reſt. quæ habet: patrono conſentiente, debet libertus natalibus reſtitui.

Ponderando itaque verbum debet, quod eſt neceſſitativum, ut loquuntur: Conſequens eſt omninò, ut ritè, rectèque natalibus reſtituatur libertus, conſenſum adeſſe patroni oportere.

Ex quo rurſus infertur, non facilè, id eſt, nullo modo imperatores, abſq; cõſenſus patroni interventu, quẽ natalib9 ornare, poſſe.

40. Nec obſtat: ſi replicaveris, verba neceſſitatem per ſe importantia, nihilominùs materia ſubjecta ita ſuadente, dehoneſtate tantùm intelligi poſſe. *c. 1. jun. ibi gl. fin. & Abb. n. 7. ext. de ſponſ. impub. Jaſ. l. 1. in pr. n. 10. ff. de juſt. & jur. Aldobr. in proœm. Inſt. in pr. n. 27.* Reſponderim enim, facilè per me licere, verbum debet, in d. l. fin. poſitum, de honeſtate duntaxat accipere, dummodò è diverſo mihi quoque dederis, honeſtatem illam tantopere æquitatem juſtitiamque conjunctam habere, ut quicquid inſuper habita honeſtate fiat, contra jus, faſque perpetretur.

41. Ut taceam, regulariter, verbum debet, neceſſitatem habere incluſam. *gl. Clement. attendentes, V. debeant, de ſtat. Monach. Abb. d. c. 1. n. 7. ext. de deſponſ. impub. & complures in id adducit Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 1. gl. 15.*

42. Quintò, adducitur c. cùm inter R. ext. de elect. ubi Papa coëgit quendam tranſigere invitum, de lite inter illum & alium, ſuper Abbatia quadam vertente, juriq;, quod ratione Abbatiæ, ipſi competebat, renunciare. Inferunt itaque ex illo textu probari, quem invitum, per principem jure ſuo ſpoliari poſſe.

Sed nec iſte textus nobis quicquam faceſſit negotii, Primo enim dato, nobis nullam ſuppeditari reſponſionem aliam, illud tamen reſpondere rectè poterimus, ea, quæ Papa agit, hac in parte nihil ad nos, nec nobis ejus veſtigiis inhærendum eſſe. Papam enim, incubatorem, & ſubſeſſorem regnorum alienorum virumque ſanguinum, ſuperiùs diximus, qui jus, faſque omne pedibus contrivit, omnia pro libidine impotenti, faſtu nefario miſcuit.

Deinde, & id reſponderi poteſt, Canonicum illum, de quo in d. c. cùm inter R. compoſitioni conſenſiſſe, ita enim habet textus: (cui ordinationi licet conſentiret invitus.) Ob conſenſum itaque præſtitum, non ob immenſum, quod uſurpat Papa imperium, jure ſuo fuit privatus. Quod facilè concedimus.

Tertiò, & hæc dari poteſt reſolutio: nõ ſatis conſtitiſſe Papæ, num Canonico præfato, jus aliquod competeret, nã & ſequentia verba textus habet: (ſi quod jus ſibi competierat.) Non itaque prælibatus textus, qui ad noſtram concluſionem citetur, dignus eſt. Nobis enim de eo caſu res eſt quo non ambigitur, ſubdito jus, dominiumve competiiſſe.

43. Quod ſexto loco afferebatur, titulus erat totus C. quib. ex cauſ. ſer. pro præm. libert. accip. In caſ. n. ſub illo

illo titulo positis, absque domini facto, servi libertatem consequuntur. Et quod consequens est, mancipio suo contra voluntatem caret dominus.

Sed nec hæc obiectio, nostram evertet opinionem. Fit enim id per modum condendæ legis, qvo fieri posse, ut qvis dominio vel re sua privetur, non abnuimus. Puta si princeps cõstitutione sua sanciverit hoc vel illo casu contingente, omnes qvos casus ille tetigerit, re sua privatum iri. Eccur enim principi idipsũ non liceret? At quid in causa est, ut principi hoc fas sit? immensa ne potestas? minimè: sed subditi consensus tacitus. Eo ipso enim quod quis jura civitatis nancisci cupit, simul sese legum vinculis, quæ in illo loco vigent, astringit. *Per l. Imperatores ib: ipse te huic pœna subdidisti, ff. de Jur. fisc.*

44. Qua propter, si casus in constitutione designatus, postea evenerit, ob consensum tacitum, illi constitutioni, dum jus civitatis consequeretur, adhibitum, non autem liberrimi imperij efficacia, re sua subditus privatur. Non minùs enim tacita voluntas, qvàm expressa, rem suam in alium transferre cupientis, rata habenda est. *Vasq. ill. contr. c. 52. n. 2. c. 55. n. 10 per l. cùm quid, ff. si cer. pet.*

45. Septimò, allegabatur text. c. 2. de præb. lib. 6. Sed & is alicujus ponderis non est. Quod enim in eo legitur, Papam in beneficialibus, plenitudinis potestatem habere: intelligendum est, de collatione beneficiorum, præbendarùmque vacantium: non autem de beneficiis, quæ collata jam erant certis personis. Ideòque ad comprobandam nostræ opinioni contrariam, citari non debet.

46. Octavò oppugnant nos textu Clem. 11. in fin. ut lit. pend. Sed ea cum superiori capitulo, ejusdem farinæ est. De collatione enim non de privatione loquitur.

Nonò, iterum argumentantur ex d. c. 2. de præb. lib. 6. ubi Papa privat eos, qui antea beneficia vacantia, in curia Romana conferre poterant. Eripi itaq; jus subdito invito posse autumant.

47. At pro responsione denuo inculcandum est, Papæ facta, ne dicam facinora, justitiæ per nos adaptari non posse. Ipse igitur, ut defendat, viderit.

Papa enim stupor mundi

Nec Deus es, nec homo: *ut is qui, se fictitio nomine IacobumFrancum nominat, in altera, de rebus Gall comment. commemorat.*

48. Non obstat decima objectio, minorem rem contra contractum, ex quo tertia, jam quæsitum erat jus, restitui. Auferri itaque à tertio, cum minore contrahente, jus ipsi quæsitum.

Sub ea enim conditione, tertio jus quæsitum erat, ni minor se restitui impetrasset.

Quare cùm omnis, qui cum alio contrahit, ignarus esse conditionis ejusdem non debet. *L. qui cum alio, ff. de R. I. Alber. Gentil. tr. de legat. lib. 2. c. 16. in fine. Caball. l. si totas. n. 79. C. de inoff. donat, Schenck. c. 1. § rursus, n. 7. quib. mod. f. amitt. Sonso. tr. feud. p. 12. n. 124.*

Is quoque qui cum minore contrahit, ignorare non debet, eam minoris esse conditionem, qua si ex contractu celebrato læditur, adversùs contractum restituitur. Consequenterque & id scire debet, non aliter ex contractu à se cum minore inito, jus sibi quæsitum esse, quàm si restitutionem minor respuerit. Itaque tunc demum cùm minor restitui se non postulaverit, jus firmũ & irrevocabile ei acqviritur, nec antè jure, quod non habet, privari potest.

49. Undecimæ quoque objectionis resolutio facilis est. Quod enim l. 2. C. de comm. rer. al. habet. socium fisci privari fundo, quem cum fisco communem habebat, invitum, fisco suam partem distrahere volente: si communem opinionẽ secuti fuerimus, ita demum verum erit, si fiscus priùs socium, num ipse emturus esset partem fisci, nec ne, requisierit, isq; emere recusaverit: Hoc enim pacto, d. l. 2. C. de com. rer. al. & l. unic. C. de vendit. rer. fisc. cum priu. com. lib. 10. quæ idem vult, declarant *Bl. d. l. 2. n. 3. C. de com. rer. al. Felm. c. quæ in ecclesiarum, n. 51. vers. sexta declaratio, ext. de constit. Tiraq. tr. de vt. retr. p. 1. §. gl. 18. n. 7. Marc. Ant. Peregr. tr. de iu. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 23. per l. 1. ff. de priv. credit. & l. necesse, ff. de in diem addict.*

Quæ opinio æquissima est, licet iure vix probari putarim.

50. Vides igitur ob consensum fisco præstantis à socio partem ejus auferri, non autem hîc quicquam solutæ potestati negotij esse. Via enim, quam ipse socius fisci elegit, ipsi pateat. *L. si mulier, in f. ff. de eo quod met. caus. Neguz. tr. de pignor 4. p. p. n. 25. Cotta in memor. V. statuto, el. 11. Dilect. tr. de art. test. tit. 11. caut. 17. n. 1. Tiraq. tr. de iu. const. p. 1. n. 39. Montic. l. fin. n. 55. C. de iur. delib. Menoch. tr. rem. poss. ad p. remed. 5. n. 157. & in tr. de rem. poss. recup. remed. 1. n. 386. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 6. n 20.*

Sed & id responderi potest: fiscum rem totam qvæ pro parte tantum eius est, distrahere posse, per modum condendæ legis fieri, cui iura civitatis, aut municipii consequitur, assentitur, *Vt suprà ostendimus.*

Ob conseesnm itaque tacitum, non autem efficacia, & operatione immensi imperii, ab aliquo res, seu jus eius aufertur,

51. Ultimo affertur c. proposuit, ext. de concess. præb. ubi Papa ab eo. qui capituli collatione beneficium consecutus fuerat, præbendam tollit. Colligunt itaque illius textus argumento principi fas esse, ab aliquo jus suum auferre.

Sed nec illud quicquam opinionem nostrã labefactat. Duplex enim responsio in promtu est: primò id factum esse, ob capituli contumaciã, & sic ob delictum. Contumacia enim delictũ est. *Ias. l. omnibus, §. si procurator. n. 3. & § fin. ff. si quis jus. dic. non obt. Ias. l. sive nostrum, n. 3. ff. de in lit. jur. Hipp. de Marsl. l. de unoquoq;, n. 185. & n. 191. ff. de re jud. Sadolet. l. quod te, n. 25. ff. si cer. pet. Lancil. Conrad. tr. de off. prat. Rubr. de contum. n. 11. Plot. tr. de in lit. jur. § 37. n. 2. Cald. l. si curatorem, V. læsis, n. 3. C. de rest. in int. per l. omne delictum, ibi Br. ante n. 1. ff. de re milit.*

Sed ob delictum ab aliquo rem suam auferri, auditu novum planè non est.

Deinde & id rectè respondetur, in casu c. proposuit, Canonico, cuius ibi fit mentio, nullū jus ex collatione capituli fuisse quæsitum. Impedit enim papalis iussio, capitulo facta, qua ut alii, beneficium controversum conferretur, iubebatur, illi cui deinde per capitulum collatio facta est, jus acquiri.

Iure igitur, quod non habuit, privari non potuit.

Nullius itaque textuum, pro communi opinione allegatorum, idipsum, ad quod allegatur, probat. Firma igitur nostra stat opinio, non nisi ob consensum, vel delictum alicuius, minimè autem sola vi legibus non circumscripti Imperiique nquam rebus, iuribúsve suis exui posse.

52. Proximum, nunc est, videamus, an quicquam discriminis, inter dominium vel jus, gentiū jure: interque dominium, aut jus, civili jure, quæsitum, constituendum sit.

Intelligunt autem modos acquirendi rerum dominia, jure civili, cum primis præscriptionem & sententiam.

Ego autem, ut præscriptio, vel sententia, modi acquirendi rerum dominia esse possint, mente concipere nequeo. Etenim non ex præscriptione, sed ex titulo, qui præcedit præscriptionē caussatur dominium. Sic enim legitur Inst. de usucap in pr. jure civili constitutum fuerat, ut qui dona fide ab eo, qui dominus non erat, cùm crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliáqve quavis iusta caussa acceperit, &c. Vides itaque emtionem, donationem, similésque iurisgentium adinventiones, esse caussas dominii: præscriptionem verò dominii potiùs iam quæsiti confirmationem: quàm acquirendi modum.

54. Sic adiectionem dominii, usucapionem diffiniri videmus, in *l. 3. ff. de usucap.*

Quo iterum indicatur, usucapionem potiùs, ad dominium jam quæsitum accedere, actionemque qua dominium avocari poterat, absorbere: quàm quod præscriptione de novo adipiscatur dominium.

55. Sic quoque res cum sententia sese habet. Nisi enim præcesserit contractus, quasi contractus, maleficium, vel quasi maleficium, inepta erit petitio Non enim quicquam, quo ut concludendi medio uti posses, adest, consequēterq; inepta erit sententia. Sententia enim conformis libello esse debet. *c. licet. Heli ext. de Simon, Br. l. vinum, n. 14. ibi Ias, n. 23, ff. si cer. pet. pract. Pap. in for. lib. in act. real. V. ad evidentiam, n. 1. ibi Masuer. in addit. Marant. l. is potest, n. 194. ff. de acquir. hæred. Roncheg. l. eandem, in pr. n. 273. ff. de duob. reis. Contard. l diffamari, c. 6. n. 14. C. de ingen. manum.*

Non itaque sententia acquirendi dominii modus est, sed potius dominii dudum quæsiti addictio, atque adiudicatio.

Sed ad rem. Plerique, quos antea citavimus, sensere, principem absque caussa ulla, dominium jure civili acquisitum, privato eripere posse, antesignano cum primis *Bl. qui idipsum in specie decidit, in l. fin. n. 11. C. sent. resc. non posse.*

Moventur eo, quod potentior sit principis, quò ad jus civile, quàm quò ad gentium jus potestas.

Non minor tamen eorum est numerus, qui nec hoc in casu absque caussa sufficiente, & legitima, principem quicquam à quoquam auferre, tolleréque posse, censeant. Uti à Baldo in specie recedit. *Ias. d. l. fin. n. 3. vers. septimo, c. si cont. jus. vel util. pub. Felin. c. quæ in ecclesiarum n. 49 ext. de constit. Pinel. in Rubr. p. 1. c. 2. n. 5. C. de resc. vend. Vasq. ill. contr. c. 5. n. 13. Cald. l. si curatorem, V. implorare, 22. C. de rest. in int. Card. Paris. cons. 101. n. 70. vol. 1. cons. 6. n. 27. vol. 2. cos. 1. n. 32. vol. 4.*

Mihi non minus, ut in casu superiori, ad dominii, vel iuris alicuius ademtionem, consensum subditi, vel eius de quo privando agitur omninò necessarium videtur.

56. Posito enim, (quàvis scrupulo haud quaquam careat) modos suprà recensitos, ad jus civile pertinere: dominium tamen, non minùs ac si emtione, aut similibus contractibus, acquisitum fuisset, iurisgentium erit, ut sibi ipsi contrarius sentit. *Bl. l. 1. n. 9. C. de jur aur. annul. Bl. l. rescripta, n. 6. C. de prec. Imp. off. Ias. d. l. fin. n. 3. vers. septimo, C. si contr. jus, vel ut pub. Cald. d. V. implorare, n 30 Iac. de Nig. in Rubr. n. 11. ibi Virg. de Sylvest n. 13. ff. si cer. pet Card. Paris. cons. 1. n. 108. vol. 1. Tiber. Dec. cons. 25. n. 41. volum. 1.*

57. Sed an iusta quoque satisfactione, & pretio ultra consensū subditi æquivalente, opꝰ sit, quæstionis est. Et aliquibꝰ pretio iusto neutiquam opus esse videbatur. Ita enim vi solius immensi, & legibus non circumscripti imperii rem à subdito, non facta iusta pretii ad rei valorem computatione, extorqueri posse, censuit *gl. l. si locus, § fin ff. quemadm. servit. am. Bl. l. si verberatum, § 1. n. 3. per ill. text. ibi modico honoris gratia possessori dato, ff. de rei vind Christoph. Porc. § fin. n. 9 Inst. de usucap. [illegible] rh. in consuet. Aurel. tit. de servit. c. 25.*

Rectiùs alii censuerunt, iustum omninò adesse oportere pretium, nec absque iusti pretii retributione, quamcunque caussam, ad rem subdito extorquendam sufficere, uti in specie decidunt *Br. l. fin. § fin. n. 1 ff. de pignor. act. Bl. l. 2. n. 4. C. quib. ex caus. ser. pro præm. libert accip. Ias. l. Barbarius, n. 36 ff de off. præt Felin. c. inter quatuor, n. 6. ext. de maior. & ob. Affl 1. § similiter, n. 7. de capit. qui cur. vend. Affl. c. 1. V. monetæ, n 10. quæ sint regal Covar. var. resol. lib. 2. c 3. n. 5. & lib. 3. c 14 n. 8 Gail obs. 56. n. 8 lib. 2. Ang. cons. 139. n. 3. Roman. cons. 30. n. 4.*

58. Et dicit Baldus, auferre alicui rem sine pretio, potestatem esse diabolicam. *Bl. l. sicut n. 2. C. de servit.*

59. Moventur primò: exemplo Achab, qui etsi tyrannum planè ageret, Naboth tamen vineam æquivalentem, aut opimioris etiam reditus, pro vinea eius, quam concupiebat, aut argenti signati pretium re condignum, dare pollicebatur, De quo *Regum lib. 3. c. 21. n. 2.*

Si itaque

Si itaque tyrannus idipsum facit, quantò magis facere id ipsum, qui re, nomine, se principem præstare vult, addecet?

60. Secundò textu l. 2. C. quib. ex cauf. ser. pro præm. libert. accip. ubi disponitur: Servi pretium, qui ob detectos monetarios, præmio libertatem accipit, domino à fisco solvendum esse.

Si itaque in tam pia, favorabili, & qua ad jus antiquum, quo omnes homines liberi nascebantur, reducimur, caussa, cuiusque gratia multa passim contra iuris communis regulas recepta sunt, æstimatio servi, exoluenda, pendendáque est: multò magis in aliis causis, quæ tanto favore communita non sunt, pretium ei, cuius res distrahitur, solvendum erit.

61. Tertiò, L. venditor, § si constat, ff. com. præd. superiùs in aliud propositum adducta, habente: ut quis alterius lapidicinia, pub. privatóve nomine uti possit, solitum salarium domino præstandum esse.

Si itaque pro usu tantùm rei, salarium dandum est: multò magis, cùm totaliter res aufertur, æstimatio danda erit.

62. Cæterùm multum DD. torquentur, ut obicem L. item si verberatum, § 1. ibi modico possessori honoris caussa dato, ff. de rei vind. removeant.

63. Alii enim modicum intelligunt, de iusto, & æquivalente rei pretio. Eò quò modicum videretur possessori, cui invito res auferebatur. Ut faciebant duo antiqui glossatores, Iac. de Aret. & Cyn. quos refert *Bl. d. l. item si verberatum, n.* 3. Sed hic absonus intellectus, paucissimos habuit sectatores, meritoq; explosus est.

Alii deinde verbi modici obstaculum, ita effugere conati sunt, si dixerint: Iure consultum ibi simplex factum referre: non autem, an iustè factum fuerit, nec ne, aperire, quæ est inventio Isserniæ, *cui novissimè subscribit Pineli. in Rubr, p. 1. c. 2. n. 14. C. de resc. vend.*

Sed & hoc dicere nihil est. Si enim simplex tantùm factum recensetur, nec an iustum sit, an verò iniustum declaratur, eccur illam ipsam legem potissimùm, in qua opinio, qua volunt, principem, ex caussa subditi rem auferre posse, acquiesceret, iecere fundamentum? eccur in legum referri album isthæc lex meruit.

Aliter resolvit Cuiacius, verbum modicum nimirum, non ad pretium, sed ad agri partem referendum esse. *Cuiac. obs. lib. 2. c. 9. & annotat Eman. Soarez. in addit. ad Pinel. d. n. 14.*

Sed nos Cuiacio, & Soarez, hac in parte accedere non possumus, totus enim § 1 d. l. item si verberatum, de pretio, petitori rei vindicationis iudicio restituendo agit: Sic enim, eum, qui necessitate compulsus, rem distraxerat: sic qui fructus, ne vetustate corrumperentur, vendiderat, vindicanti pretium restituere debere, in præcedentibus disposuerat. Quapropter non video, ut in eodē, Orationis contextu, terminos Iure cōsultꝰ mutet, & cùm modò de pretii restitutione egerit, iam de re ipsa restituēda agere incipiat. Accedat, si de agro intelligi oporteret, Iureconsulto verbo relicto, nō verò verbo dato, utendū fuisse, ut sensus sit: modico possessori honoris caussa relicto &c. Modicum itaq; de quo in d. § 1. pretium non ipse erat fundus. Et iure quidem datum fuerat modicum, nihili enim accepto, ob crimen perduellionis, quo sese possessor agri polluerat, toto privari agro, commeruerat, ut quicquid daretur, honoris principis, gratia, non aliqua iustitiæ regula cogente datum, lucrum, non pretium æstimandum esset. Videre omnes nunc arbitror, casum d. § 1. ad terminos diversos, cùm scilicet is, cui res aufertur, nil tale commiserat, extendendum, porrigendúmque non fore, & quod consequens est, nobis, iustam rei æstimationem, cum ipsamet re commutandam esse, sentientibus non obstare.

64. Porrò distinguendum minimè est, quò ad pretii refusionem, an res quæ subditi consensu auferuntur, feudales: an verò allodiales fuerint, utroq; enim casu, pretium refundendum erit. Vt rectè contra Lucam de Penna, contrarium sentientem, eo excepto, quòd absque subditi consensu fieri id posse existimat, decidit. *Affl. d. c. 1 § similiter, n. 11 de capit. qui cur. vend. cuius argumenta exornare, in præsentia supersedeo.*

65. Sic nec illud referre putarim, an res quæ aufertur, mobilis an verò immobilis sit: semper enim pretium solvendum erit. Unde si Reip. equus asinúsve, quo ad supplicium vehatur facinorosus non fuerit, asino, equóve privati, venia ab eo impetrata, uti poterit, ut decidunt *Br. l. fin. § fin. n. 2. per ill. text. ff. de pign. act. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 14. n. 7. Hipp. de Marsil. l. 1. n. 28. ff. ad l. Corn. de sicar.*

66. Atque ita uti poterit, si priùs domino pretium equi, vel asini solverit, ut in specie decidit *Paris de Put. tr. syndic. § an officialis post capere, n. 1. Eman. Soar. in addit. ad Gomez. d. lib. 3. c. 14. n. 7.*

EFFECTUS VI. RATIONE legum.

AN PRINCEPS IN AGNATOrum præiudicium Vasalli filiam, feudi capacem facere possit, vi solutæ potestatis.

SUMMARIUM.

1 *Princeps agnatis non consentientibus, Vasalli filiæ, ut in feudo succedat, gratiam ut solutæ potestatis facere nequit.*

2 *Parentum nomine, agnati quandoque comprehenduntur.*
Intellectus c. 1. quemadm. feud. ad fil. pert.

3 *Princeps potest agnatis invitis filiæ, quo ad feudi successionem, gratiam facere, ex immensa potestate, secundùm aliam opinionem.*

4 *Facile ad jus pristinum revertimur.*

5 *Quod differtur, non aufertur.*

6 *Mora parva, commoda, quandoque plura habet.*

7 *Princeps debitori, in præjudicium creditoris dilationes concedit.*

8 *Opiniones tantum aliorum referre, illisque nil novi addere, laudabile non est.*

9. *Parentes pro cognatis: parentelam pro ipsa cognatione poni.*
10. *Parentes illi etiam, quibus in officio succedimus, vocantur.*
11. *Lex omnis de dubio intelligenda casu.*
12. *Divinare Jurecon sultis non licet, sed astrologis.*
13. *Intellectus novus c. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin.*
14. *Redire ad jus pristinum, quando liceat.*
15. *Argumentum ab absurdo validum, absque ulla autoritatis allegatione.*
16. *Futurum omne despicitur, suadentque praesentia fructum.*
17. *Ova ad praesens, cras pullis sunt meliora.*
18. *Futura incerta sunt, seséque ad esse & non esse habent.*

PRincipem agnatis non citatis & non consentientibus, nec solutae quidem potestatis vigore, filiae Vasalli absque haerede mortui gratiam, ut in agnatorum intertrimentum in feudo succedat, facere posse, tradunt *Alvar. c. 1. § hoc quoque, n. 2. ibi Praepos. n. 2. Schenck. n. 7. de success. feud. Bl. c. 1 in pr. ibi Alvar. n. 3. Praepos. n. 2. Isern. n. 1. vers. nec ita filiam, Affl. n. 14. Schenck. n. 6. de alien. feud. pat. Curt. Jun. tr. feud. 1 memb. 3. p. p. n. 14. Zasius tr. feud. p. 9. n. 124. Hartm. Pistor q. 40. n. 39. lib. 2 ubi is hanc esse communem opinionem attestatur, Tiber. Decian. cons. 24. n. 16. vol. 1.*

Utuntur pro confirmanda opinione sua, primò textu d. c. 1. § hoc quoque de succes. feud. ubi expressim habetur: vasallo, qui filiam suam de feudo investiri fecerat mortuo, feudum ad me agnatum reverti.

Secundò textu d. c. 1. de al. feud. pat: ubi rursus idipsum repetitur. Dicit enim textus: dominum in filiam Vasalli, feudum confirmare non posse, agnatis non consentientibus, aut confirmationem factam, ratam non habentibus.

Tertiò c. 1. § Titius si de feud. def. cont. sit quod disponit: agnatum proximiorem feudum, quod eius non accedente consensu, in agnatum remotiorem alienatum, translatúmque erat revocare.

Quartò c. 1. § etsi clientulus. de al. feud. quod tamen, ut praesenti negotio accommodari possit, alii viderint.

Quintò adduci possent rationes omnes quas pro stabilienda opinione nostra, in praecedenti effectu adduximus.

2. Caeterùm textum c. 1. in f. quemadm. feud. ad fil. pertin. qui disertè loquitur: Feudum à filia non avocari, ab ullo ex parentibus, si filiae, propter amorem, & servitium patris, dominus dare voluerit, variis modis elabi conantur. Negare tamen non possunt, quin verba: ab ullo ex parentibus: de agnatis intelligenda sint. Ita enim in specie interpretantur, *Bl. ibi n. 3. Alvar. n. 4. Praepos. n. 2. Isern. n. 2. Affl. n. 1. vers. & nota, Zasius d. p. 8. n. 40. Sonsb. d. p. 9. n. 123. Cujac. lib. 1. feud. tit. 25, Pistor. d. q. 38 n. 40. Duarenus tr. feud. c. 10. n. 5.*

Qua propter varias ad textum d. c. 1. in fine, dant resolutiones. Primò namque respondent textum d. c. 1. de feudo novo, utputa in quibus jus nullum, nec ulla succedendi spes agnatis est, intelligi oportere, *quam communem fatentur Zasius, Sonsb. Pistor. in locis supra citatis.*

Sed nec tutò huic inhaereri posse opinioni videntes, aliam dant, nempe fuisse quidem ibi agnatos, sed non agnationis communis, nec ad primum acquirentem, originem suam referentes. Quare his invitis, feminam investiri potuisse.

At iterum fluctuant. Afferunt itaq; tertiò ob pactum primae investiturae interpositum, quo dominus integrum sibi fore dixerat, casu quo primus acquirens, sine haeredibus descendentibus masculis defecisset, cui vellet, feudi investituram confere; hoc factum fuisse.

3. Porrò contrariam alii amplexi sunt sententiam principem nempe in praejudicium agnatorum id omnino posse, statuentes. Hi sunt, *Affl. sibi contrarius, c. 1. § hoc quoque, n. 12. vers. sexto de success. feud. Covarr. var. resol. lib. 3. c 6. n. 3. vers. septimo, Masuer. in addit. ad pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. V. ac nomine recti & nob. feud. V. femineum latissimè. Alb. Brunus cons. 1. per tot. & maximè n. 60. & cons. 115. n 5. Ioh. Campeg. int. cons. Bruni cons. 2 n. 14. Ioh. de Coconato cons. 4. n. 4. Card. Paris. cons. 22. n 31. cons. 23. n. 71. vol. 1. Rol. à Valle cons. 3. n. 117. & 122. vol. 1.*

Innituntur hi primò: in modò citato textu c 1. quemadm. feud. ad fil. pert.

Deinde in rationibus illis, quas adduximus superius, ad solutam potestatem adiuvandam.

4. Tertiò in illo axiomate, quòd facilè ad jus pristinum reverti soleamus *L. si unus, § pactus ne peteret, ff. de pact. Gars. tr. de expens c. 10. n. 26. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 19. n. 40. Seraph. de juram. prin. 58. n 8. prin. 67. n. 5. Montic. tr. de juvent. her. c. 3. n. 11. Pistor. q. 27. n. 5. lib. 2.*

Etenim si feminae ad feudi successionem admittuntur, ad primaevū jus, quo nullum, inter masculos, femellásq; quò ad successionem constituta erat differentia, regredimur. *L. maximum vitium, C. de lib. prat.* Connivendum itaque istiusmodi principum gratijs.

Textibus verò in contrarium adductis, satisfacere se putant, si responderint: in terminis illorum textuum, nulla affuisse parentis, filiae, quae feudorum capax facta est, merita. Quapropter consensu agnatorum opus esse.

In casu verò c. 1. quemadm. feud ad fil. pert. princeps, ut feudi successionem ad filiam quoque porrigeret, parentis meritis commovebatur. Non itaque ullum hîc agnatorum consensum desiderari. Ita namque in specie resolvit Iacobus de Belviso quem refert. *Bl. d. c. 1. § hoc quoque, n. 7. de success. feud. Iason. l. ex hoc jure, n. 62. ff. de just. & jur. Tiber. Decian. d. cons. 24. n. 75. vol. 1.*

Textus c. 1. § Titius si de feud. def. cont. sit. uti & textus c. 1. §; etsi clientulus de feud. alien. huc non pertinent. In diversis enim separatísq; loquuntur terminis: unde, alia resolutione non indigent. A separatis enim nihil inferri, apertissimi juris est, *ex vulgaribus.*

Ratio-

Rationes autem, quas pro confirmatione præcedentis thematis astruximus, hoc forsitan pacto dilui poterunt, si responsum fuerit: illas locum invenire, in casu, quo princeps absque ulla recuperationis spe, rem à subdito aufert. Quapropter nostro casui accommodari non poterunt. Hîc namq; etsi princeps filiæ gratiam faciendo, agnatis, ratione rei, seu feudi, quod aliàs in præsentia ad eos devoluebatur, præiudicet: non tamen omnis eis recuperandi spes præscinditur, quin deficiente linea filiæ, cui gratia istiusmodi facta est, denò ad eos feudum revertatur. Non igitur aufert ab agnatis princeps feudum, sed eius ad eos devolutionem tantummodò differt.

5. Quod igitur differtur, non aufertur. *L. cum furiosus, ff. de iudic. l. quamvis ff. de arbit. c. ancillam. 32. q. 2. c. nemo desperandus de pœnit. distinct. 7. gl. §. libertas, V. differtur, Inst. de sing. reb. per fidei comm. relict. Tiraq. l. boves limit. 3. n. 7 ff. de verb. sign.*

6 Imò habent parvæ, commoda multa moræ, ut cecinit Ovidius, quem refert *Neviz. Syl. nupt. lib. 2. n. 112.*

7 Sic quoque in simili videmus, in præiudicium creditoris, debitori, cui dies solutionis, & cesserat, & venerat, dilationem, principem concedere. *L. quoties, l. universa, C. de prec. Imp. off. Affl. decis. 378. in pr. Stracch. tr. de decoct, p. 6. n. 20. Alex. cons. 205. n. 2. vol. 2 Cuiac. obs. lib. 2. c. 10.*

8. Hactenus in eo fuimus, ut pugnantes inter sese opiniones, fundamentáque, in quibus innitterentur, recenseremus: at quia haud operæ pretium est, aliorum tantùm doctorum referre opiniones, nec quicquam ex propria expromere penu, ut rectè movet *Mascard. tr. de probat. q. 6. n. n. 18.*

Videamus nunc, utram potiùs sequi oporteat sectam. Et mehercle, si veritatem amamus, prior omnino amplectenda erit. In qua cumprimis probatur, quòd parentum vocabulum de agnatis intelligunt. Scimus enim sæpiusculè parentum pro cognatis etiam: parentelæ autem nomen pro cognatione ipsa accipi, ut ex complurimis videre est, quæ congesserunt. *Alc. l. appellatione parentis, n. 4. ff. de verb. signif. Tiraq. de ut. retr. p 1. § 1. gl. 8. n. 2. Connan. comment. lib. 8. c. 5. n. 1.*

10. Item parentum appellatione, illos etiam qui sanguine nos non attingunt, sed officio, quo iam fungimur, defuncti sunt, contineri. *L. unic. ne lic. potent. l. iure mariti C. ad. Iul. de adult. & alibi sæpissimè.*

Minimè autem probantur, quas ad c. 1. quemadm. feud. ad fil. pert. dant resolutiones. Nam primam quod attinet, quæ vult, agi ibidem de feudo novo, in quo collateralium nulla est successio, admittere non possumus. Loqueretur enim tunc, d. c. 1. de casu penitùs indubitato, cuique multis antea in locis esset provisum.

11. Cùm tamen legem omnem ita intelligi oporteat, ut de casu, de quo quid iuris esset, probabiliter dubitari poterat, disponat *L. ancilla, C. de furt. l. quod Labeo, ff. de Carb. ed. gl. c. 1. de temp ord. lib. 6. Br. l. qui Romæ, § duo fratres, n 4. ibi Ias. n. 2. ff. de verb. obl. Neviz. Syl. nupt. lib. 6. n. 47. vers. item in dubio debemus tenere, Roch. de Curte c. fin. sect. 2. n. 17. ext. de consuet. Iohannes Nicolaus l. generaliter, n. 110. C. de secund. nupt. Marius Salomonius l. Gallus, § & quid si tantum n 6. ff. de lib. & posthum. Tiraq. tr. de ut. retr. p. 1. § 1. gl. 1. 1. n. 42. & § 24. gl. unic. n. 2. Cravetta cons. 701 n 42. cons. 835. n. 3. cons. 856. n. 25. Gerard. Mazoll. cons. 73. n. 15.*

Ejusdem quoque valoris, secunda & tertia, ab iisdem tradita resolutio est. Quod enim respondent, fuisse ibi quidem agnatos, sed non agnationis communis: item ob pactum primæ investituræ adjectum, domino feudi id ipsum licitum fuisse: literula quidem textus unica, probari potest, utputa cùm textus simpliciter dicat: non revocetur ab ullo ex parentibus suis &c. nec pacti ullam mentionem faciat: nec quòd agnati, à communi stipite non descenderint, aperiat. Quapropter hæ quoque d. c. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin. explicationes, etsi per se veræ sint, reiiciendæ nihilominùs sunt. Sunt enim aliunde petiti, & (ut loquuntur) divinatoriæ

12. Nobis autem divinare non licet, sed astrologis. Ut rectè ait *Neviz. syl. nupt. lib. 1. n. 191.*

13. Alia itaque horum iurium concordandorum ineunda erit ratio, illa nimirum, qua textus pro hac nostra opinione adductos, de agnatis filiæ, cui gratia facta est, interpretamur, eorundémque consensum requirimus: textum autem d. c. 1. quemadm. feud. ad fil. pert. de domini agnatis accipiamus, horúmque consensum non adhibitum fuisse, gratiæ nil nocuisse dicamus.

Sin autem huic quoque resolutioni obiicere velis, & hanc divinatoriam, ideoq; reiiciendam esse: Responderim, hanc minimè divinare, sed omnimodò ex reciproco, suis, elici. Dicit enim textus: Si autem dominus, ei (filiæ) dare voluerit, propter servitium, & amorem patris, non revocabitur ab ullo ex parentibus suis &c. Vides itaq; verbum ab ullo ex parentibus suis, &c. ad domini agnatos referendum esse. Namque si de filiæ agnatis disponeret, Relativo eius, secundum Latini sermonis proprietatem, non reciproco, suis, textus fuisset usus. Quemadmodum de ipsa filia, per Relativum, ei, loquitur. Haberet autem tunc textus: ab ullo ex parentibus eius: non autem ab ullo ex parentibus suis.

Reliquum nunc est, ut tùm fundamenta, tùm resolutiones, quibus fundamenta nostræ opinionis resolvunt, contrariam partem sectantium refellamus.

Primò itaque textui d. c. 1. quemadm feud. ad fil. pert. iam satisfactum est.

Secundò, rationes, fundamenta, quibus soluta potestas defenditur, superiùs sunt refutata.

14 Tertiò, ad axioma illud, quod habe: facilè nos ad primæuum ius redire, respondendum: locum illi non esse, si cum damno tertii, & in detrimento ad ius antiquum revertimur.

Hîc verò cum agnatorum, & sic tertii præiudicio ad ius antiqvum, quo feminæ pariter & masculi in rebus omnibus succedebant, regrederemur.

Non itaq; huic regulæ, in præsenti negotio locus est, Cogita enim, si cum tertii quoq; præjudicio, ad ius antiquum redeundum o ret, quæ quantáve sequerentur absurda: inq; mentem revoca, quæ argumento ab absurdo vis sit, & efficacia nempe quod valeat, etiamsi nulla adducatur autoritas, ut inspecie notatur à *Panorm. c. iniustum, n. 2. per ill. text. de rer. permut. Everard. in top. in loc. ab absurd. n. 1. in fine.*

Facilè tunc colligere poteris, huic in præsentia locum non esse axiomati.

Rursus non obstat, quod aiunt, in casu c. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin. ob benemerita patris fieri, quod agnati gratiam irritam facere nequeunt: Superius enim ostendimus, duos tantùm in iure extare modos, quibus nobis res nostræ auferuntur, consensum nimirum, & delictum: nimirum, nusquam autem in iure cautum est, ob merita alicuius, tertium aggravandum, aut ius, quod habet, illi auferendum esse. Quapropter illa potiùs, quàm nos ad text. d. c. 1. quemadm. feud. ad fil. pert. paulò ante tradidimus, tenenda est interpretatio.

Iterum nullius momenti est: quod perhibent rationes, & fundamenta, quæ in præcedenti themate astruximus, ut evinceremus, principi fas non esse, alicui res suas auferre, huc non pertinere: eò quod agnatis non auferatur, sed differatur tantùm successio.

16. Responderim enim, eoipso etiam quod differtur duntaxat successio, agnatos non minima ex parte lædi. Omne enim futurum despicitur: Suadentque præsentia fructum, *ut dicit gl. l. cum hi, in pr. per ill. text. ff. de transact. Ias. l. naturaliter, § nihil commune, n. 103. ff. de acquir. hæred. Neviz. syl. nupt. lib. 4. n. 130.*

17. Et ad præsens, ova, cras pultis sunt meliora *gl. d. l. cum hi, in pr. Neviz. syl. nupt. d. n. 130. Ias. d. § nihil commune, n. 103. Seraph. tr. de iuram. privil. 107. n. 35.*

18. Item futura incerta, seque ad esse, & non esse, habere possunt. *Ias. l. Stychum, qui meus erit n. 2. ff. de leg. 1.* Postremò, facilè eluditur, quod de dilationibus, quæ debitoribus inopibus conceduntur, afferabatur: ingens enim inter hunc, & illum casum discrimen est. Cùm in illo dilationes expiraturas longè sit certissimum: hîc autem nemo mehercle vadimonium promitteret, an filiæ, cui gratia facta est: an verò agnatorum posteritas, citiùs deficiet. Quare aptè hinc ad nostrum casum, nil quicquam inferri potest.

SECUNDUM MEMBRUM QUARTI CAPITIS.

DE EFFECTIBUS SOLUTÆ POTESTATIS, RATIONE CONTRACTUUM.

EFFECTUS I.

AN PRINCEPS OBLIGETUR pacto, vel contractu.

SUMMARIUM.

1. *Princeps ex contractu suo, naturaliter tantùm: non verò civiliter simul obligatur.*
2. *Naturalis obligatio, qua princeps obligatur, sufficit sola producendæ actioni*
3. *Obligatio naturalis sola, gignere aliàs actionem nequit.*
4. *Contractus non debet claudicare.*
5. *Contractu claudicare, non minus favore principis, quàm pupilli tolerari.*
6. *Princeps ex quocunque contractu cum efficacitate obligatur, sive cum privatis, sive cum universitatibus: item sive cum cive suo, sive alterius principis cive contrahat.*
7. *Cœlestinus V. Papa, quæ mane promittebat, Vesperi irrita faciebat.*
8. *Cœlestinus V. quo tempore, & quandiu regnarit.*
9. *Bonifacius Octavus in occupando pontificatu vulpes, in regendo leo fuit: sed canino more vitam finivit.*
10. *Fidem fallere grave est.*
11. *Mendacium est non stare pactis, nec servare promissa.*
12. *Princeps plus à peccato abhorreat, quàm privatus.*
13. *Papam mentiri sacrilegium.*
14. *Principi non sunt licita, quæ aliis sunt illicita.*
15. *Delictum ob personam committentis aggravatur.*
16. *Petrar. hæ dicta.*
17. *Plutarchi dictum.*
18. *Adam plus, quàm reliqui homines, ob abundantem in eo bonitatem, peccavit.*
19. *Aristoteles admonuit Alexandrum, ne datam falleret fidem*
20. *Anaximenis facetiæ.*
21. *Machiavelus, principi periurium, ut homines decipiat, subeundũ impudicè docuit.*
22. *Homines qui ore aliud loquuntur corde, autem sentiunt, odio & execratione digni*
23. *Fidem fallere, gravibus grave, gravioribus gravius, gravissimis gravissimum.*
24. *Fidei humanæ, nil magis congruit, quàm rata esse ea, quæ semel placuere.*
25. *Principi constans, in actionibus vitæ eius sit voluntas.*
26. *Principi convenit illud dictum: Semel locutus est DEUS: item illud: non faciam irrita quæ ex labiis meis processere.*
27. *Princeps lingvam, calamumque unum habere debet.*
28. *Principis verba debent esse firmissima.*
29. *In principe, firma fide nil præeminentius.*
30. *Epistola inter claras C. de summ. trinit. & fid. cathol. suspecta est fidei, & probationis,*
31. *Ni princeps contractu suo obligaretur, omnium privaretur commercio: fieretque omnium exul. qui omnium est præsul.*
32. *Contractus claudicare non debet.*

33. *Absur-*

33. *Absurdum est eum, qui ex parte sui ipsius, contractui non satisfacit, alterum ad implendum contractum cogere.*
34. *Fidem frangenti, fides non servanda.*
35. *Locationem suam Imperator, quocunque praetextu revocare vetat.*
36. *Imperator donans, vel alio modo rem alienā in aliquem transferens, contractum tamen suum rescindere non vult: sed vero rei domino potius satisfacere.*
37. *Imperator servat contractum, quem cum publicanis celebrarat.*
38. *Princeps naturaliter, & civiliter ex contractu suo obligatur.*
39. *Procurator fisci, immiscendo sese hereditati, heredem Caesarem facit: qui tamen si hereditas solvendo non fuerit, restituitur.*
40. *Obligatio quae ex hereditatis aditione oritur, iuris civilis est.*
41. *Specialia duo circa idē concurrere non debēt.*
42. *Contractus ratione pupilli contrahētis, claudicare potest.*
43. *Princeps pari cum pupillo iure fruitur.*
44. *Contractus, ratione principis contrahētis claudicare non potest.*
Similitudo & aequiparatio omnis, data instantia cessat, Ibid.
45. *Princeps ex caussa, à contractu qui semel placuerat, recedit.*
46. *Princeps quae donarat, revocat, absque alia ulla caussa, satque caussae est, à principe donatum fuisse.*
47. *Actus omnis intelligitur rebus sic stantibus:*
48. *Mutatione rerum facta, alia quoque capiēda consilia.*
49. *Quae de novo emergunt, novis quoque auxiliis indigent.*
50. *Curator Reipub. agros pub. in perpetuum locatos, absque principis iussu, à conductoribus non aufert.*
51. *Conducens fundos patrimoniales steriles, fertilesque simul conducat, aut conductione abeat.*
52. *Princeps non rescindit contractum, nisi ex caussa tali, ob quam contractum rescindere, privato quoque liceret.*
53. *Princeps contractum retractare potest, si privatus non praestiterit, quae promiserat.*
54. *Princeps donationem suam ob donatarii ingratitudinem irritam facere potest.*
55. *Conductores rerum fiscalium, ob non solutam suo tempore pensionem expelluntur.*
56. *Distractus eius naturae, cuius contractus.*
58. *Dominia rerum in incerto esse non debent;*
58. *Aequitas, honestasque non ferunt, retractari rē à fisco, quam semel vendiderat.*
59. *Contractui perfecto, conditio apponi nequit*
60. *Princeps donationi semel perfectae, conditionē non adiicit.*
61. *Intellectus l. cotem, § 1. ff. de vectig.*
62. *Intellectus l. qui fundos, C. de om. ag. des. Lex omnis & constitutio; futura tantum, non praeterita negotia respicit.*
63. *Verbum coniunctivi modi, quod simul praeteriti, futuriq; temporis esse potest, absurdi evitandi gratia, nunc per futurum, nunc per praeteritum exponitur, uti subiectae materiae magis convenit.*
64. *Verbum conjunctivum, quod simul praeteriti futuriq; temporis esse potest, in legibus & statutis per futurum semper exponendum.*
65. *Princeps duplicia patrimonia habet.*
66. *Princeps, an, & quando restitutione sese contractum iuvare possit.*
67. *Princeps in restitutione quoque impetranda, iure privati utitur.*
68. *Intellectus L. 2. ff. de off. procur. Caes.*

SI verum est, principem supra contra & extra ius omnia posse: si veritati astipulatur, principis voluntatem pro ratione esse: si denique princeps, quaecunque vel iure divino, naturali, vel gentium introducta sunt, etiamsi de gravissimo tertii praeiudicio ageretur, sine caussa tollere perimereque potest, & si quae sunt aliae blasphemae, absurdissimae, horrendaeq; voces, quas alibi recensuimus: mehercle dictu mirum, audituque novum non erit, si affirmare nō abhorruerint, principem ad id praestandum non teneri, ad quod sese pacto, contractuve obstrinxerat.

1. At singulari hac in re modestia usi sunt, ne adulationis vitio notarentur: nec tamen penitus eo sese liberarent. Voluerunt etenim principem ex contractu cum subdito celebrato, naturaliter non autem civiliter obligari. *Ita namque in specie decidit Panorm. in c. 1. n. 1. ibi Felin. n. 1. ext. de probat. C. quo in loco, etsi Cynum idem volentem alleget Panormitanus: Cynus tamen id ipsum minimè dicit. Vasq. ill. contr. c. 3. n. 1. & c. 51. n. 29. Ex ea tr. de pact. n. 452. vers. 42. Tib. Decian. cons. 97. n. 23. volum. 2.*

Et esse magis communem attestatur *Gomez. var. resol. lib. 2. c. 1. n. 1.*

2. Communem verò ex Decio refert *Anton. Gabr. Roman. tr. regul. lib. 3. tit. de iur. quaes. non toll. conclus. 5. n. 54.*

Huic principis privilegio, quod nempe naturaliter tantùm obligetur, aliud rursus privilegium, & praeeminentiam affingunt, hanc scilicet obligationem naturalem solam actionem producere, *uti refert. Gomez. d. c. 1. d. n. 1.*

Contra receptissima iuris principia, obligationem naturalem tantùm ad actionem producendam non sufficere volentia. *L. iuris gentiū § sed cum nulla, ff. de pact.*

4. Nec refragari opinioni suae credunt, aliud commune iuris principium, quod habet: contractum claudicare non debere. *L. Iulianus, § si quis, ibi Br. § si quis à pupillo, ff. de act. emti, l. litigatores, § penult. ff. de rec. arb. l. labeo, ff. de verb. sing. Modest. Pist. in suo cons. quod extat post quaest. Hartm. Pistor. 20. lib. 2. n. 23.*

Iam verò contractus, si princeps naturaliter tantùm obligaretur, claudicaret, utputa cùm subditus naturaliter & civiliter simul obligaretur princeps autem naturaliter tantùm.

Ergo hoc fieri nequit, quòdque consequēs est, naturali, civilique obligatione simul, obligabitur princeps.

5. Huic enim obiectioni respōdet: tolerari à lege, ut nō minùs principis, quàm pupilli favore con-

contractus unum ex contrahentibus duplici: alterum verò unico vinculo constringat. Ita in specie resolvit. *Felin. d.c.1. n. 3. ext. de probat. Sylv. Aldobr. § 1. n. 33. Inst. de aut. tut.*

Contrarium alii sectantur, indistinctim nimirum & generatim: principem contractu suo obligari, sive cum subdito, sive cum non subdito: sive cum privato, sive universitate, vel communitate, contractum ineat, volentes, nec ullam distinctionis, an saltem naturali, an verò civili simul obligatione plectatur, mentione facientes. Hi sunt: *Cyn. in l. digna vox, n. 2. ibi Br. n. 1. Bl. n. 4. C. de LL. Bl. l. penult. n. 2. ibi Ign. n. 4. C. de donat int. vir. & ux. Iaf. l. 1. n. 2. ibi Garc. n. 13. Costal. in pr. ff. de pact. Matth. de Affl. decis. 282. n. 7. Cacheran. decis. 90. n. 7. 1. Schenck. c. 1. § notandum, n. 1. qui feud. dar. poss. VVesenb. tr. feud c. 1. n. 9. Marc. Anton. Peregr. tr. de iu. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 58. Everard. in top. in loc. à pact. ad legem, n. 7. Zasius in l. 2. in pr. n. 96. ff. de orig. iur. Ludovic. Roman. l. si verò, § de viro, n. 106. ff. sol. matr. Ing. l. necessarios, § non alias, p. 1. n. 435. ff. S. C. Syllan. Lancel. Galiaul. in Rubr. n. 199. ff. de verb. obl. Angel. l. qui se patris n. 148. C. un. lib. tr. præsumt. reg 3. præsunpt. 8. n. 5. Affl. c. 1. n. 3. de nat. feud. Medic. tr. de LL. p. 4. q. 3. n. 6. Steph. Lambert. tr. de iur. patron. lib. 1. p. 1. q. princip. 9. art. 2. n. 8. Gail. obs. 55. n. 7. lib 2. Iacob. de S. Georg. tr. feud. V. princeps, n. 4. Thom. Grammat. decis. 65. n. 26. Chassan. in consu et, Burg. Rubr. 11. § 3 gl. 3 n 12. Roman. cons. 252. n. 3 cons. 436. n. 17. Decius cons. 410. n. 22. Ripa resp. 181. n. 7. Alex. cons. 4. n. 13. lib 4. Cels. Hugo cons. 26. n. 26. & 30. Natta cons. 268. n. 8. Cardin Paris. cons. 2. n. 130. & 131. vol. 4. Crau. cons. 869. n. 7. Gerard. Mazoll. cons. 40. n. 21. vol. 1. Alc. resp. 9. n. 17. & 18. lib. 3. Menoch. cons. 27. n. 26. Bursat cons. 78. n. 6. lib. 1. ubi hanc esse communem attestatur Cephal. cons. 23. n. 50. Roland à Valle cons. 1. n 28. vol. 2. Zasius cons. 10. n. 6. vol. 2. Ioh. Gallec. int. cons. feud. divers. cons. 2. n. 132. Alb. Robert int. cons feud. divers. cons. 22. n. 2. Modest. Pist. cons. 12. n. 50. volum. 1. Carol. Molin. cons. 41. n. 10. Iacob. Omphal. int. cons. divers. cons. 30 n. 20. vol. 1. & cons. 12. n. 10. volum. 3. Acad. VViteb int. cons. divers. cons. 1. n. 79. volum. 2. Mynsing. resp. 98. n. 7. qui itidem communem attestatur. Nevizz. int. cons. Bruni cons. 12 n. 75. Ioh. Iac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 114. n. 282. Alb. Brunus cons. 1. n. 24. Ioh. Campeg. int. cons. Bruni cons. 3. n. 11. Bartol. Socin. int. cons. Bruni cons. 10. n. 24. Schurff. int. cons. Bruni cons. 137. n. 17. Sigism. de Neap. cons. 38. n. 28. Guilh. à Peono cons. 7. n. 5. Tiber. Decia. cons. 2. n. 23. volum. 1.*

Et sexcentos alios congessit in id *Anton. Gab. Roman. d. conclus. 5. n. 1.*

7. Hinc haud iniuria sanctissimum patrem Cœlestinū, vituperat Baldus, quòd ea, quæ manè cencessisset, nondum cadente sole, irrita faceret. *Bl. c. 1. in pr. n. 1 de nat. feud. Felin. d. c. 2. sub n. 1. ext. de probat. Barbat. in addit. ad Bald. l. qui se patris, n. 34. lit. K. C. un. lib. Tiraq. tr. de nobilit. c. 20. n. 24. Sig. de Neap. cons. 38. n. 24. Costalius in l. 1. n. 10. ff. de pact.*

8. Is autem fuit Cœlestinus V. Æserninus, qui papatui præfuit sex menses, anno Christi 1294. *Vt ex Leandro in Latii descriptione constat.*

9. Qui cùm pontificatu, imprudens, stolidusque sese abdicasset, successorem habuit præsulem sceleratissimum, & infandissimum, Bonifacium Octavum, sexti libri Decretalium compilatorem: qui vulpi assimilandus in Introitu: leoni in accubitu, cani in occasu. Ecce stupendam sanctitatem. *Bl d. c. 1. in pr. n. 1. de nat. feud. Exea tr. de pact. n. 455.*

10. Confirmatur hæc opinio sequentibus rationibus, & fundamentis: primò quia grave est, fidem fallere. *L. 1. in pr. ff. de const. pet. Gail. obs. 27. n. 29. lib. 2. And. ab Exca tr. de pact. n. 383. Toming. decis. 13. n. 35. Borch. tr. de pact. c. 2. divis. 2. n. 33. Bocerus l. contractus, c. 1. n. 9. ff. de reg. iur. Schenck. c. 1. § sed non est alia, quæ fuit prim. caus.*

Iam verò princeps, si pacto contractuve non staret, fidem falleret. Contrahens enim cum eo, omnino persvasus est, non minùs, quæ princeps dixerat, adimpletum iri, quàm ea, quæ è diverso, ipse cum principe contrahens, promiserat, facto præstare paratus est.

Ergo principi pacto contractuve non stare grave, ne dicam, inhonestum est.

Nec verò animum inducas tuum, hæc solummodò privatis dicta esse, nec ullo modò principem tangere: Cogites enim velim, non servare promissa, non stare item pactis, conventisque, mendacium esse. *And. ab Exea tr. de pact. n. 453. & 454.*

12. Peccatum itaque erit, à quo magis, quàm privatum abhorruisse principem decet. *Rol à Valle cons. 1 n. 33. & 34. vol. 2.*

13. Imò Papam mentiri sacrilegium est. *Affl. c. 1. in pr. n. 6. de nat. feud per gl. c. serpens de pœnit. distinct. 1.*

14. Rursus illud quoq; considerabis, nihil omninò subditis illicitum esse, quod principi liceat: Imò pleraque principibus illicita, quæ aliis licita sunt, esse debere. *gl. penult. ibi Bl n. 1. qui hæc literis aureis scribenda affirmat. ff. de hered. inst. Rol. à Valle cons. 1. n. 120. vol. 2.*

15. *Omne enim animi vitium, tanto conspectius in se.*

Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Iuvenal. Satyr. 8.

Quem ex nostratibus referunt, *Exea d. tr. de pact. n. 454. Ripa. c. 2. n. 2. ext. de rescr. Gail. obs. 58. n. 12. lib. 2. Pinel. l. 1. p. 3. n. 67. in fine, C. de bon. matern. Vasq. ill. contron. in præfat. n. 124. sicut dignum, ext. de homic. & l. presbyteri, C. ne episc. & cleric.*

16. Cui Petracha subscribit, inquit enim: Gaudeo equidem me potiùs errasse, quàm te: eò quòd apparentior, est omnis in luce deformitas, & error in sene desperatior. *Petrach. in 4. Epist. famil. lib. Epist. 64.*

Quod

Quod alibi repetiit, ita enim infit: Neque minor est, ideo erroris, in quo magni errant, sed maior potiùs atque conspectior. *Plutarch. p. 1. dialog. de remed. ut for. dial. 30.*

17. Præclarissima Plutarchi est sententia. Quemadmodum (is inquit) indigniùs ferri, maiorique haberi solent dedecori, verrucæ, ficúsve in facie, quàm notæ, nævi, atque mutilationes, in reliquo corpore: Sic quoque ob eam quæ plerosque homines, de principatu atque civilibus magistratibus tenet, opinionem, utpote de re magna, atque dignissima, quæ omni facinore, atque temeritate vacare debeat, minima quæq; principum, atque administrantium rempub. pro magnis habentur. *Plutarch. in Polit.*

18. Sed & Adam quoque, quod justitia originali, à Deo ter opt. max. condecoratus esset, præ reliquis mortalibus, transiliendo divinum, de pomo non vescendo, mandatum, peccasse creditur. *c. 1. § defleat, de pœnit. dist. 5.*

19. Porrò ponant sibi in obtutum principes, Aristotelis Alexandrum admonentis, adhortationem, qua adhortabatur: ne fidem datam falleret, ni malum, calamitosum rerum suarum exitum sperare, expectaréque vellet. Subjungit autem rationem: fidem frangere, non principes decet viros: sed eos, quibus fama curæ non est, sed meretrices, sed juvenes. *Ut refert. Bl. in 1. n. l 1. ibi Ias. n. 1. ff. de pact. d. n. 452. Rol. à Valle d. cons. 1 n. 28. vol. 2. Horat. Mandos. in addit. ad Roman. consil. 352. n. 23. addit ult. in fine.*

20 In conspectu non solùm habeant, verùm etiam imitentur ejusdem Alexandri exemplum, quo omnibus palàm fit, non in cassum, Aristotelem dedisse Alexandro præcepta. Is enim cùm urbem Lampsacum, Asiæ longè nobilissimam, funditùs evertere, animo destinasset, obviam habuit Anaximenem præceptorem patria Lampsacenum. Veritus igitur ne precibus præceptoris, pro salute patriæ deprecantis, non nihil indulgendum esset, priùs additis diris edixit, se, quæ Anaximenes petiturus esset, minimè facturum, quàm Anaximenes fari inciperet. Anaximenes itaque consilio è re sumto ut urbem everteret, petiit. Quo audito, Alexander solutam potestatem ex una, ex altera verò parte, fidem datam æqua lance ponderans, fidem datam solutam potestatem elevare reperiit. Ob fidem itaque, quam apud Philosophum interposuerat, licet eius solertia delusus esset, urbi pepercit, irámque cohibuit. *Ut scriptis prodidit Valer. Max. lib. 7. c. 3.* Quem referunt ex nostratibus *Chassan. in catal. glor. mund. p. 5. consid. 13. Exea tr. de pact. n. 452.*

21. Aures autem, animúsque principis à Machiavellico dogmate abhorrere debent: qui pestilentissimis suis scriptis hoc etiam addidit scelus: necesse esse, principem, qui opes suas augere, & imperii fines prorogare vult, artem fallendi ediscere, utq; fallat, periuria quoque adhibere. *Machiav. comment lib. 1. c. 13.*

Næ meretricem hæc minimè decent: non illum, qui famam prostituere non erubuit: non denique illum, cuius verba, iuvenili forsitan elatione prolata, foliis caducis leviora sunt: ut itaque principem, inexpiabili macula non deformarent?

22. Principe digna hæc vox Achillis est.
Odi etenim, ceu claustra Erebi, quicunq; loquuntur ore aliud, tacitóq; aliud sub pectore claudunt. Homer. Iliad. lib. 9.

23. Denique ne per emendicata eamus suffragia, in specie, fidem fallere gravibus grave: gravioribus gravius: gravissimis autem, quique aliis exemplo sunt, gravissimum esse, decidit *Bapt. Caccialup. l. omnes populi, n. 107. versic. præterea, ff. de iust. & iur. Rol. à Valle d. cons. 1. n. 34. volum. 2.*

24. Confirmatur secundò: Nihil enim tàm congruum est humanæ fidei, quàm ea, quæ semel placuére, rata esse, *L. 1. in pr. ff. de pact. Affl. decis. 265. n. 101. Boer. in consuet. Bitur. tit. de cons. matrimon. § 2. Plot tr. de in lit. iur. § 38. n. 2. Caball. tr. de evict. in præfat. n. 2. cum seqq. Strecch. tr. de mercat. p. 2. n. 10. Mozz. tr. de contract tit. 1. art. 3. n. 8. Hartm. Pistor. q. 14. n. 17. vol. 1. Romul. l. ut vim, n. 206. ff. de iust. & iur. Capif. tr. de num test p. 3. c. 2. n. 11. Seraph. tr. de iuram. privil 33. n. 149. Garc. tr. de ult. fin. iur. n. 332. Curas. miscell. lib. 2. c. 25. n. 5. lib. 4. c. 3. n. 2. Doming. decis. 13 n 33. Cacher. decis. 2. n. 3. Schenck. c. 1. § fin., de feud. marchi, Borch. tr. feud. c. 3. n. 8.*

Sed nec hîc quoque replicationi locus est, hæc ad subditos tantùm, non verò ad principem trahenda esse, obiicientis. Dicit enim Iureconsultus: Fidei humanæ nil magis congruere: dicto itaque huic, principem quoque vult includere. Hominem enim principem esse, inficias iri nequit. Quod si de subditis tantùm intelligi voluisset, fidei privatorum, aut fidei subditorum, nil magis congruere, quàm pacta servare, non autem fidei humanæ dixisset.

25. At ne à remotoribus, hoc quoq; in loco nostra depromamus argumenta, in specie, quòd in principe constans debeat in omnibus eius actionibus esse voluntas, decidit *Ægid. Boss tr. de princip. n. 48. Gail. obs. 55. n. 3. lib. 2. Dec. cons. 286. n. 7 in fin. cons. 588. n. 19. Ioh. Iac. de Leon. int. cons. Bruni cons. 117. n. 95. per l. prædia, C. de locat. prad. civil*

26. Illique potissimum convenire volunt, quod dicitur: Semel locutus est DEUS. Item: Non faciam, quæ ex labiis meis processere irrita. *And. ab Exea tr. de pact. n. 455. qui alios in id allegat. Dec. in l. nemo potest mutare, n. 3. ff. reg. iur. Hipp. de Mars. cons. 32. n. 30. Tiber. Decian. cons. 2. n. 101. volum. 1. Rol. à Valle cons. 2. n. 153. vol. 1. cons. 13 n. 56. vol. 3. Menoch. cons. 378. n. 29.*

27 Unde linguam unam, calamúmque (ut loquuntur) unum, ut quod scripsit, scriptum sit, habere, immotúsque dicti, scriptique tenax, stare, ut lapis angularis, polarísque in cœlis stella, debet. *Tiraq. tr. de nobilit. c. 20. n. 24. Exea d. n. 455 Tiber Dec. cons. 35 n. 4. volum. 2. cons 18. n. 111. vol. 1. Rol. à Valle d. cons. 13. n. 57. volum. 3. Acad. Witeb.*

int.

int. conf. diverf. conf. 1. *n.* 84. *volum. Menoch. conf.* 331. *n.* 65. *Ceph. conf.* 58. *n.* 88.

28 Eruntque ejus verba firmissima. *Mynsing. obs.* 17. *cent.* 1.

29 Confirmatur tertiò: Nihil enim est, quod tantoperè quàm recta fides, in principe refulgeat. *Epist. int. claros post princip. C. de sum. trinit. & fid. cath. And. ab Exead. tr. de pact. n.* 452. *vers.* 42. *Gail. obs.* 55. *n.* 4. *Sonsb. tr. feud. p.* 9. *n.* 40. *Crau. tr. de antiquit. temp. p.* 1. *§ non omitto n.* 17. *Ripa resp.* 38. *n.* 22. *Crau. conf.* 592. *n.* 55. *vers. locum hoc cum primis. Bursat. conf.* 277. *n.* 39. *volum.* 2. *Neviz. conf.* 12. *n.* 28.

30 Sed ex Epistola vix firmum sumi potest argumentum. Primò enim de recta fide, non politica: sed Ecclesiastica, seu Christiana eam loqui putarim. Deinde illam ipsam, multi Clarissimi viri, falsam, suppóstitiam, & à Papæ assentatoribus, & parasitastris confutam, existimant, cujus mentio fit apud *Alc. parerg. lib.* 4. *c.* 23

31 Confirmatur quartò per argumentum ab absurdo: nisi enim princeps pacto, contractúve obligaretur: nemo, qui cum eo contraheret, reperiretur: Unde omnium commercio privaretur, quique omnium esset præsul, omnium consorti tueretur exul. *Bl. l. princeps, n.* 3. *ibi Zasius n.* 6. *ff. de legib. Felin. c. quæ in ecclesiarum, n.* 62 *ext. de constit. Felin. in c.* 1. *n.* 3. *ext. de probat. Iacob. de S. Georg. tr. feud. V. princeps, n.* 4. *And. ab Exea tr. de pact. n.* 455. *Mascard. tr. de probat. conclus.* 276. *n.* 29. *Roman. conf.* 352. *n.* 24. *Ioh. Iac. de Leonard. int. conf. Bruni. conf.* 117. *n.* 242. *Sigism. de Neap. conf.* 38. *n.* 27.

Quod de principe affirmare, infandum, absurdissimúmque est, *obl. hi qui, § quos etiam. C. de apost.*

32 Confirmatur quintò eo: quòd contractus claudicare non debet. *L.* 1. *& l. emtio, ff. de resc. vendit. Pyrrh. Engleb. in consuet. Aurel. tit. de retrah. vend. c.* 24. *ad fin. & tradunt alij paulò ante citati.*

Princeps itaque, quæ pacto, contractúve promiserat, reipsa præstabit. Aliàs enim, si subditus tantùm vel alius cum eo contrahens, ad pacti contractúsve adimpletionem cogeretur, contractus, quòd juri consonus non est, claudicaret.

Nec obstat redargutio: jus nostrum tolerare, ut ob principis personam claudicet contractus: paulò post enim refutabitur.

33. Confirmatur rursus, & quidem sexto loco: Absurdum namque est, eum, qui ex parte sua, contractui non satisfacit, ex contractu sese juvare, contrahentémque secum, ad pacti contractúsve adimpletionem cogere. *Bl. l. petens, n.* 46. *C. de pact. Ias. l. cùm proponas, la* 2. *n.* 4. *&* 5. *C. eod. tit. Masc. tr. de probat. conclus.* 387. *n.* 9. *& per tot. Petr. Alvarot. l. rescriptum, § si pacto, n.* 18. *ff. de pact. Petrut. in l.* 1. *n.* 62. *ff. de jurejur. Crav. conf.* 246. *n.* 3. *Alc. conf.* 7. *n.* 5. *lib.* 8. *Rol. à Valle conf.* 57. *n.* 27. *vol.* 1. *Tiber. Decian. conf.* 60. *n.* 44. *lib.* 2. *Bursat. conf.* 101. *n.* 16. *vol.* 1. *conf.* 194. *n.* 2. *vol.* 2. *Modest. Pistor. conf.* 2. *n.* 30. *conf.* 45. *n.* 3. *& conf.* 48. *n.* 2. *vol.* 1. *text. l. quæro, § inter locatorem, ff. locat.*

34. Quorsum & omnia iura, frangenti fidem, fidem servandam non esse, volentia, referenda sunt. *c. frustra de reg. iur. lib.* 6. *gl. c. cùm inter R. ext. de elect. Ias. d. l. cùm proponas, la* 2. *n.* 6. *per ill. text. C. de pact. Ant. de Petrut. d. l.* 1. *n.* 63 *ff. de iureiur. Neviz. syl. nupt. lib.* 4. *n.* 48. *& n.* 135. *Tiraq. de ut retr. p.* 2. *§* 3 *gl. unic. n.* 21. *Exea tr. de pact. n.* 382 *Chassan. in catal glor. mund. p.* 2. *consid.* 21. *Seraph. tr. de iuram. priu.* 60. *n.* 12.

Consequitur itaque, vel ob hanc solummodò rationem, principem iure cogente, ad pacti, contractúsve ad impletionem teneri, dicendum esse. Nisi enim is ex parte sua contractui satis faceret, contrahentem autem secum, ad pacti contractúsve præstationem compelleret, summa æquitate suadente, contra principem compellentem, exceptio contrahenti, aut pacifcenti danda esset. Quo pacto rursus princeps ex commercio omnium excluderetur.

35. Confirmatur septimò textu l. prædia. C. de locat. præd. civil. lib. 11. ubi sartam tectam tueri iubet Imperator, locationem à se, vel nomine suo à Comite ærarij privati factam, illámqve irritam fieri, prætextu alicuius donationis imperialis, etiamsi ea sponte facta esset: aut prætextu augmenti, à novo conductore additi, vetat.

Consequitur itaque patétque ex illo textu: Imperatórem ex contractu, cum subdito inito (cùm civibus enim Romani Imperii, non cum Parthis, aut Germanis, in casu illius legis contraxerat) obligari, non solùm si ipse, sed tunc etiam, cùm alius ejus nomine contractus celebrárit. Quod ex verbis illustris viri Comitis ærárij privati &c. cuicunque conspicuum esse putarim.

36. Confirmatur octavò textu l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript. ubi Imperator expressim sancit, eos, in quos, donatione, vel alio quocunque titulo res aliqua, vel ab ipso Imperatore, vel ab Augusta, vel denique à procuratore eorundem, ex utroque Imperatoris patrimonio, pervenerit, evictionis, aut alius cujuscunque litis nomine, tutos esse debere. Fiscum autem eorum conveniendum esse intra quadriennium, qui caussa cognita, illis, quos donatione, aut alio contractu Imperiali læsos esse constiterit, satisfaciet.

Probat itaque ex textus: non solùm Imperatorem, verùm etiam Augustam: non solùm ex contractu de re propria: verumetiam ex contractu de re aliena facto: insuper etiam evictionis nomine obligari.

37 Confirmatur nonò textu l. Cæsar, ff. de public. ubi Imperator, cum cotariarum in Insula Creta redemtore, sub conditione, ne quis post Idus Martias cotes effoderet, evelleret, transportaret, contraxerat, contractuíque satisfacit. Navem enim, quæ ante Martias Idus ex portu soluerat, in portum post Idus vi ventorum repulsam, confiscare, ni legitimæ rationes obstitissent, volebat.

Colligitur itaque, patétque ex illo textu, principem contrahere posse, contractúmque observare teneri.

Hactes

38. Hactenus opinionem veriorem, optimis firmissimisque rationibus, & fundamentis corroboravimus: operæ nunc erit pretium, illius quæ habet, principem naturaliter tantùm obligari ex contractu, opinionis falsitatem enucleare. Contra eam itaque in specie tenent *Bl. d. l. princeps, n. 2. ff. de LL. Felin. d. c. 1. n. 3. ext. de probat. Jacob. de S. Georg. tr. feud. d. V. princeps, n. 4. Gomez. var. resol. lib. 2 c. 1. n. 1. Vasq. sibi contrarius ill. contr. c. 3. n. 2. c. 45. n. 12. Eman. Soar. com. opin. lit. P. n. 266. Sigism. de Neap. cons. 38. n. 31. Alc. cons. 36. n. 18. lib. 3. Rol. à Valle cons. 1. n. 29. volum. 2. cons. 69. n. 17. volum. 4.*

Et sentiunt omnes volentes, principem in contractibus, jure quo privatus utitur, uti, *quos inter eos offendes, quos ad principalem conclusionem adduximus.*

Si enim ut privatus æstimandus est, quemadmodum privatus, jure naturali, & civili simul obligabitur

Optimum hæc opinio, in quo innitatur, habet fundamentum, textum nimirum. L. 1. §. 1. cum L. seq. ff. de off. procur. Cæs. ubi expressum est: Officium procuratoris Cæsaris, in eo quoque versari, ut sese immiscendo hæreditati opulentæ, heredem cæsarem faciat. Quod si bona, in quibus Imperator heres scriptus est, solvendo non sint, caussa cognita, Imperatori consulendum esse.

Vides itaque Imperatorem ibi efficaciter obligari. Nisi enim efficaciter obligatus esset, quorsum eum restitui, pertineret?

40. Vides quoque civiliter Imperatorē obligari. Obligari enim hæreditatis aditione, quasiq; heredē, cum creditoribus contrahere, juris gentium constitutio non est: Verùm iuris civilis adinventio. *Br. l. ex hoc jure, n. 17. ibi Ias. n. 76. ff. de just. & iur. Felin. d. c. 1. n. 3. ext. de probat. Gomez. variar. resol. lib 2. c. 1. n. 1. Sigism. de Neap. cons. 38. n. 38. n. 31. per l. apud Julianum, § fin. ff. quib. ex caus. in Poss. eat.*

Qui textus, ut probet id, ad quod allegatur, ingenium meum non capit. Qua propter rectius idipsum probare putarim *textum l. more, ff. de acquir. hered.*

Cæterum prioris opinionis falsitas indè apparet, quòd principem civili jure non ligari, quòdque consequens est, nec civili quidem obligatione, constringi sentiunt. Quod quàm absonum sit, contráque ipsam veritatem receptum, ex iis, quæ affatim in tertio capite adducta sunt, liquere arbitror.

Apparet secundò falsitas ex eo, quòd concontra receptissima nostratium dogmata, plures, ut loquuntur specialitates accumulantur. Una nimirum, qua affirmant, principem naturaliter tantùm ex contractu obligari: cùm tamen regulariter, quilibet contrahens naturaliter, & civiliter simul obligetur; altera, quòd huic naturali tantùm obligationi, vim effectumque producendi actionem attribuunt. Cùm tamen regulariter, ut actio nascatur, utriusquesimul, nempe civilis & naturalis, obligationis concursus sit necessarius. Quæ omnia, ut modò dicebamus, communibus juris principiis sunt adversa. Ea enim habent: Duo circa idem specialia, concurrere nec posse, nec debere. *L. 1. C. de dot. prom. & nud. poll. Nevizz. syl. nupt. lib. 1. n. 217. Negusz. tr. de pignor. 4. memb. 1. p. p. n. 36. vers. nec obstat. Cotta in memor. V. decreto Mediolanensi, Exea tr. de pact. n. 63. & n. 443. Toming decis. 6. n. 16. Coras. miscel. lib. 6. c. 1. n. 5. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 2. n. 16. Tiraq. tr. le mort. p. 2. declar. 2. n. 5. Rimina d. l. precib. n. 85. C. de impub. & al. subst. Stracch. tr. de spons. p. 2. n. 4. Covar. var. resol. lib. 3. c. 19. n. 1. Menoch. tr. de remed. possess. adip. rem. 4. n. 335. Caract. tr. de loc. tit. de sacros. eccles. n. 3. Cald. l. si curatorem, V. hunc contractum, n. 2. ad fin. C. de rest. in. int. Seraph. tr. de iuram. priu. 4. n. 72. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 102. Oldrad. cons. 70.*

Apparet tertiò ex eo: quòd secundum hanc opinionem, contractus, summopere claudicaret. Nam si princeps naturaliter tantùm, contrahens cum principe autem naturaliter & civiliter simul obligetur, fieri nequit, ut æquo utrumque liget contractus vinculo. Quod absque læsione communium juris axiomatum rursus fieri nequit.

42 Nec alicujus momenti est, quem dant resolutio: tolerari nempe in persona pupulli, ut ut contractus claudicet. *d. l. Julianus, § si quis à pupillo, ff. de act. emti. d. l. 1. de resc. vend.*

43 Quapropter in principis quoque persona tolerandum esse, utpotè cùm princeps jure nostro minori æquiparetur, *L. respub. C. quib. ex caus. major. Plot. tr. de in lit. jur. § 5. n. 4.*

44 Procederet etenim, nisi expressim contrarium jure cautum esset, in textibus nimirum superiùs adductis, potissimum verò in d. l. 1. § fin. & l. seq. ff. de off. procur. Cæsar. Jam verò cùm in contrarium juris extet dispositio, omnis haud abs re æquiparatio cessare debebit Similitudo enim, paritásque omnis tollitur, perimitúrque data instantia, in casu, in quo instantia data est *gl. c. sicut urgeri, 1. q. 1. gl. l. creditori, V. vendicatio, ibi Ias. n. 7. ff. de no. op. nun. Everard in top. in loc. à simil. n. 12. Affl. decis. 350. n. 11. Vasq. ill. contr. c. 35. n. 20. c. 37. n. 7 c. 38. n. 4. & c. 47. n. 8. Seraphin. tr. de jurament. privil. 74. n. 103. & 104.*

45 Proximum his illud theorema est, nempe an in revocatione contractus, jure aliquo peculiari utatur princeps? Et sanè jure peculiari principem hac in parte frui, sentiunt omnes ii, qui ex causa facilè à contractu cum subdito celebrato, principem recedere posse statuunt, caussámque intelligunt, si quid post contractum celebratum novi emerserit, aut tempore celebrati contractus subfuerit, quod princeps ignorarat, hi sunt: *Paul de Castr. l. cotom, § 1 n. 1. ff. de public. & vect. Mard. Laud. tr. de confœderat. princip. conclus. 5. Iason. l. Barbarius n. 32. ff. de off. prat. And. ab Exea tr. de pact. n. 456. vers. secundò sublimitatur, Affl. decis. 361. n. 6. Tiraq. tr. de pœn. in præfat. n. 41. Vasq ill. controv. c. 26. n. 17. Cacher. decis. 90. n. 15. Marc. Ant. Pereg. tr. de iu. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 67. & lib. 6. tit. 1. n. 13. Alex. cons. 216. n 18. volum. 2. Decian. cons. 19. n. 89. vol. 3. Ludovic. Gozad. cons. 5. n. 23.*

46. Unde tradit Angelus: à principe donata, liberè ab eo revocari posse, caussámque aliam non requirit, nisi eam, quòd princeps dederit *Angel. l. Antiochensium, ff. de privil. cred.* § 47

47. Confirmat primò: quòd actus omnis intelligendus sit, rebus sic stantibus. *L. quod Servius ibi gl. ff. de cond. ob turp. caus. Bertach. tr. de gabell. p. 2. n. 5. Tiraq. in repet. l. si unqvam, in præfat. n. 167. C. de revoc. donat. Gomez. var. resol. lib. 1. c. 5. n. 36. vers. qvinto, Pecc. tr. de test. coniug. lib. 1. c. 45. n. 7. Cacheran. decis. 91. n. 2 Pistor. q. 6. n. 44. lib. 2. Rimi. l. si emancipati, n. 327. C. de collat. Seraph. tr. de juram. priu. 7. u. 12. priu. 21, n. 21. priu. 35. in fine, & privil. 73. n. 12. Cardin. Paris. cons. 16. n. 16, vol. 2. cons. 47. n. 36. vol. 4. Burs. cons. 110. n. 20. vol 1.*

48. Secundò quòd ex rerum mutatione, alia quoque capienda sit sentẽtia. *d. l. quod Servius, ff. de cond. ob turp. caus. Pereg. d. tr. de iu. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 67.*

49. Tertiò, quòd ea, quæ de novo emergũt novo quoque auxilio indigeant. *L. de ætate, § ex caussa, ff. de interrog. act. 1. Gail. obs. 33. n. 11. & obs. 91. n. 12. lib. 1. & in lib. pignorat. c. 24. n. 3. Curt. tr. feud. p. 2. q. 1. n. 13. Alber. Gentil. tr. de legation. c. 18. ad fin. Pistor. q. 47. n. 44. lib. 2. Montic. tr. de invent. her. in pr. n. 5. & in l. fin. n. 8. C. de jur. delib. Rimin. l si emancipati, n. 142. C. de collat. Medic. tr. de LL. p. 1. q. 6. n. 8. Seraph. tr. de juram, p iu. 7. u. 11. pr. n 73. n. 5. priu. 105. n. 5.*

50. Quartò, textu L. cotem, § 1. ff. de public. ubi dicitur: Agros publicos in perpetuum locatos, per Reipub. curatorem, sine principali auctoritate à conductoribus avocari non posse.

Cum principis itaque auctoritate revocari poterunt, quodq; consequens est, principi à contractu semel inito resilire licet.

51 Quintò, textu L. qui fundos, C de om. ag. des. lib. 11. cujus asscribere verba non pigebit: qui fundos patrimoniales, inquit ibidem Imperator, jure privato, canone salvo, susceperint, hanc omnes, sine ullius personæ exceptione præpositam intelligant optionem, ut aut ea loca, quibus minor est, soli fœcunditas his, ex quibus uberiores fructus capiunt, suscipere, & tenere non abnuant, aut si eorum refugiant sterilitatem, opimioribus cedant.

Vides itaque, contractui iam dudum perfecto novam formam, novùmque gravamen, ob opimiores reditus apponi. A contractu itaque suo princeps, ex caussa utilitatis resilire, recedere, illique novam præscribere formam poterit.

52. Contrariam opinionem, quæ longè verissima est, alii amplectuntur: principem, non nisi ex caussa, ex qua privato etiam licitum est, contractum rescindere posse: hi sunt, *Bl. l. qui se patris, n. 33. C. unlib. & sibi contrarius Pereg. tr. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 46. Paris de Put. tr. Syndic. V. in alios, n. 2.*

Et nisi de tali caussa intelligatur præcedẽs opinio, falsam eam omnino iudicandã esse, autor est *Anton. Gab. Roman. tr. regul. lib. 3. tit. de jur. quæs non toll. conclus. 5. n. 42.*

53. Hinc traditur, ob id, quod privatus non præstat ea quæ principi promiserat, principem quoque obligationis, quo tenebatur, nexu, sese extricare posse. *Bl. d. l. penul. n. 2. C. de donat. int. vir. & uxor. Tiber. Decian. cons. 25. n. 12. vol. 1.*

54. Hinc donationem suam princeps, ex causis, ex quibus aliàs donatio revocari potest, utpotè ob ingratitudinem, irritam quoq; facere poterit. Ut in specie decidit *Crott. l. omnes populi n. 99. ff. de just. & jur per l. Titius puerum ff. de obseq. à lib. pat. præst.*

55. Hinc denique ob non solutam pensionem, conductores rerum fiscalium, constituto à legibus tempore elapso, expelli, eiicique poterunt. *L. vectigalia, § non solutis, ff. de public.*

Et idem de similibus judicium facito.

56. Confirmatur hæc opinio longè verissima & æquissima, Primò: Nãquod jus est de cõtractu id ipsũ quoque de distractu juris erit. *Jas. l. Pomponius, § præterea, n. 4. per ill. text. ff. de acquir. poss. Affl. decis. 232. n. 1. Cacher. decis. 53. n. 11. Euer. in top. in loc. à contr. ad distr. n. 1. Pecc. tr. de test. conjug lib. 3. c. 20. n. 3. Tiraq. de LL connub. gl. 5. n. 8. Ign. in auth. sacramenta puberũ, C. si adu. vend. Sichard. l. 1. n. 7. C. quand. nõ pet. part. Costal. inl. ab emtione, n. 12. ff. de pact. l. in contractibus, § omni, C. de non num. pec.*

Sed princeps eo in contractibus utitur jure, quo privatus: ut superiùs ostensum est:

Ergo in distractu quoque eodem jure utetur. Et quod consequens est, quemadmodum privatus non nisi ex causa, legibus approbata, contractum rescindit: ita nec princeps, nisi ex iisdem causis, eundem rescindere poterit.

57. Confirmatur secundò: dominia namq; rerum in incerto esse non debent, nec rerum possessores immortali timore excruciari. *L. 1. in pr. ff. de usucap. l. cum notissimi, in pr. C. de præscr. 30. annor. Aldobr. § jus autem civile, n. 20. Inst. de jur. nat. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 35. gl. 2. n. 5. Wesenb. in § ne tamen ante, n. 1. Inst. de usucap. Vasq. ill. contr. c. 51. n. 9. Balb. tr præscript. p. 1. q. 4. n. 3. Azo in summ. C. de usucap. pro emt. Ioh. Hanib. in Rubr. n. 60. ff. sol. matrim. Hamb. l. naturaliter, n. 43. ff. de usucapionib.*

Iam verò si principi liceret ex caussa novè emergente; vel ex illa etiam, quæ tempore, contractus celebrati latitarat, rem subdito, cõtractu cum principe celebrato, quæsitam auferre, rerum dominia in incerto essent. Ergo principi idipsum licitum non erit.

Confirmatur tertiò textu L. benè à Zenone, C. de quad. præscript. ibi enim post contractum à principe celebratum, caussa erumpit, quæ quidem suberat tempore contractus initi, licet eam ignoraret princeps. Apparuit enim rem donatam, vel alio quocunque titulo, per principem translatam, esse alienam. Nec tamen rescinditur contractus, nec molestatur is, in quẽ res translata erat: Sed evincẽti intra quadriennium, satis facit princeps.

Non itaque ex caussa, quæ tempore contractus principi abscondita erat, princeps, quæ semel placuerunt, irrita facere potest.

Confirmatur quartò textu L. fundi, C. de fund. patrim. Ubi expressum est; fundum patrimonialem principis, conducendi eum, absque ullo

Denique eandem iuris determinationem, illud quoque recipit thema, quo quæritur: An princeps suos subditos cogere possit, ut rem principis, puta sal, vectigal, aut si quæ sunt alia, cariùs emant, aut conducant, quàm aliàs emere, aut conducere potuissent? Non posse enim hoc principem, dicendum est. Uti in specie decidunt *And de Isern. c. 1. n. 72. ibi Alvar. n. 7. quæ sint reg: Ripa tr. de remed ad conservant. ubert. n. 177.*

Valdè enim inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores victigalium public. & agrorum, si tantidem locari non possunt, ut rescripsit Imperator Hadrianus *L. 3. § Divus etiam, ff. de iur. fisc.*

MEMBRI II
QUARTI CAPITIS
EFFECTUS V
AN SALVUS CONDUCTUS, semel per principem promissus, illibatùs cuique servandus sit.

SUMMARIUM

1 *Salvus conductus concessus, abitum etiam in columem continet.*
2 *Princeps salvum conductum, quem dederat, servare non tenetur.*
3 *Princeps ad salvum conductum servandum, ne consvetudine quidem tenetur.*
4 *Johannes Paulus Baleonus, insuper habito, salvo conductu præstito, à Leone Decimo interficitur.*
5 *Cæsar Borgias, è Magno consalvo, in Hispaniam, contra fidem datam captus, mittitur.*
6 *Moronus à Davalo Piscario, contra pacta conventáque, carceri includitur, inq; eum, tanquam majestatis reum, deinde animadvertitur,*
6 *Landgravius, Hassiæ, contra promissa Halæ Saxoniæ detinetur,*
8 *Hussus contra Fidem datam, in concilio Constantiensi exuritur.*
9 *Connestablius à Corolo Burgundo capitur, licet salvum conductum ei dedisset, Ludovicóque II. traditur, à quo capite truncatur.*
10 *In Parisina laniena, contra fidem regiam, nuptialésque tædas, in Religionem reformatam profitentes, sævitur.*
11 *Salvus conductus cautio fragilis.*
12 *Salvus conductus reo Majestatis non servandus.*
13 *Salvus conductus facinorosis non servandus.*
14 *Salvus conductus violandus, quoties id publicè utile fuerit.*
15 *Dolus bonus est, quo quid adversus hostem, publicéq; tranquillitatis perturbatorem machinamur.*
16 *Dolus an virtus, quis in hoste requirat,*
17 *Delicta impunita non manere, Reipub. inter est.*
18 *Delicti atrocitas, ut à communis juris regulis recedamus, facit.*
19 *In cognitione criminis læsæ majestatis contra communia jura multa recepta.*
20 *Utilitas publica, in omni dispositione excipitur*
21 *Legum auxilium frustra implorat is, qui in leges commisit.*
22 *Princeps salvum conductum, sartum tectum cuiq; custodiat.*
23 *Fides hosti data, servanda est.*
24 *Hostis quis.*
25 *Fide pub. aliquem decipere, grande nefas est:*
26 *Fides pub. apud Romanos, ceu Dea colebatur.*
27 *Salvus conductus, cum principe pactus, in speciem contractus transit.*
28 *Salvus conductus, etsi concedi non debuisset, concessus servandus nihilominùs est.*
29 *Multi fieri prohibentur, quæ facta valent,*
30 *Exemplis non est judicandum.*
31 *Consalvus Magnus parùm prospera, post ruptam Cæsari Borgiæ fidem, usus est fortuna,*
32 *Davalus, postquam Moroni salvum conductum violarat, quicquam laude dignum non gessit, nec diu superstes fuit.*
33 *Carolus Imperator, à Mauritio Electore Saxoniæ &c. fugatur, postquam contra fidem datam, Landgravium detinuit erat.*
35 *Sigismundo Imperatori, multa, post exustos Martyres, Hussum, & Pragam, obtigerunt mala.*
35 *Carolus Burgundus, post traditum Connestablium, ac Helvetiis, profligatur, tandémq; in acie cadit*
36 *Vellesiis in innocentes sæviisse iuráque hospitalitatis violasse, fuit exitio.*
36 *Salvus conductus de consvetudine servatur*
38 *Privilegia extra casum, in quo loquuntur, non extendenda*
39 *Utile, quod honestum non est, esse nequit.*
40 *Dolus bonus non est, cùm quid, data iam fide, contra hostem machinamur.*
41 *Dolus an virtus, quis in hoste requirat, quomodo intelligendum,*
42 *Satiùs erit, bis aut ter, nocentem impunitum relinquere, quàm fidem datam frangere,*
43 *Intellectus § sed neque. auth. de mand. particip.*

PRincipem, qui sub fide sua, liberum commeatum, cujus appellatione, remeatus, seu abitus, discessúsque continetur. *Br. l. utimur, n. 1. ff. de sep. viol. Br. l. relegat, in 5. ff. de pœn. Br. l. 1. n. 4. ff. ad l. Iul. maiest. Br. auth. habita, n. 3. ibi Sichard n. 10. C. ne fil. propat. Br. l. 1. n. 8. ibi Ang. n. 1. Luc. de Penna l. remeantes, C. de navic. lib. 11. Abb. c. quia diversitatem, n. 6. ext. de concess. præb. Feln. c. fin. n 1. ext. de treug. & pac. Feln. c. ego N. n. 8. ext. de iureiur. Nellus de S. Gemin. tr. bannit. p. 3. temp 2. n. 17. Bert. tr. de gabell. p. 7. n. 46. Rebuff. tr. de privil. scolar. privil. 151 Mynsing obs. 82 cent. 3. Gail. obs. 52. n. 5. lib. 1. Ascan. Clem. tr. de pat. pot. c. ult. n. 46 Nicol. Mil in repert. lit. S. n. 4. Guido Papæ decis. 418 n 4. Corset in singul. V. securus. Mano ch. tr. de arbitr. indic. quæst. casu 336. n. 11. Borch. tr feud. c. 8. n. 11. Coler. in suo proc. p. 4. c. 1. n. 184.*

Alex. conf. 46. n. 1. vol. 2. Zasius conf. 14. n. 19 lib. 1.

Illi, qui ob facinus, tutò in loco aliquo cõmorari non poterat, promiserat, pro voluntatis libitu, hanc promissionem irritam facere posse, decidit. *gl. § sed neque. V. neb custodies, auth. de mand. princip. Luc. de Penn a in l. 1. post. pr. C. de palat. & reb. domin. lib. 12. Damhoud. in pract. crimin. c. 26. n. 5. Bertach. in repert. lit. S. ver. bo salum conductus, qui plures quasi has sequerentur partes, at perperam allegat.*

3. Et hanc opinionem consuetudine, saltem obtinuisse; testis est *Menoch. conf. 100. n. 191.*

4. Sic contra promissa, interpositamque fidem, sanctissimus pater *Leo X.* Iohannem Paulum Baleonem, nobilem peritumque Venetorum ducem, securi percussit. Ut ex Iulio Ferretto refert *Menoch. d. conf. 100. n. 192 & dicto casu 336. n. 13*

5. Sic insuper habito, libero commeatu, quē dederat Consalvus Magnus, Cæsarem Borgiam (equidem sceleratissimi parentis sceleratissimum filium, cui tamen ob id, minus fides servanda non erat) ad sese Neapolim venientem, summique amoris, & benevolentiæ significatione exceptum, comprehendere, inque Hispaniam ad certissimam servitutem subeundam, triremibus devehere, (in dignissimum mehercle facinus, Magni cognomine). De quo *Guicciard. hist. lib. 6. mihi fol. 593. Iovius in vita Consal. Magn. lib. 3.*

6. Sic contra fidem á se datam, Davalus Piscarius, Moronum, virum in aula Sfortiada summum, Novariæ á se evocatum, nihil tale suspicantem, (fidem enim epistola Davalus interposuerat) in carcerem quò deinde tanquam perduellionis reus necaretur, coniecit. *Iou. in vit. Pisc. lib. 7. fol. 420. & in vita Pomp. Columm. fol. 155. Guicciard histo. lib. 16. mihi fol. 576. & 577.*

7. Sic præter expectationem, Hassiæ Landgravius Philippus, non nihil deprecantibus Saxoniæ captivus detinetur. *Schleudan. Histor. lib. 19.*

8. Sic collaudare satis, vix unquam possunt pap icolæ, illud in fandum facinus, quo sub egregiæ fidei specimine, in casses quasi Hussium nihil tale merentē, aut metuentē, detruserunt, vivumque deinde concremarunt. *Munst. in sua cosmograph. lib 3. mihi fol. 801.*

Et ceu re præclarissime gesta, congratulatur fidem catholicam profidentibus, *Pet. Placa Hispanus in Epit. pelict. c. 37. in fin. post Marium Salomon. quem allegat.*

9. Sic contra fidem datam, Ludovico II. Connestablius S. Pauli comes, á Carolo Burgundo traditur, apud Ludovico capite deinde plectitur. *Comm. histor. lib. 6. de reb. gest. Ludovic.*

10. Sic contra fidem regiam, nuptialesque tædas, tot illustres, præstantes, innocentesque viri in laniena Parisina Sanbarthomæliana trucidabantur. *Autor. hist. Gollic. p. 4. lib. Autor Legendæ Diuæ Catharinæ; mihi fol. 52. & seqq.*

11. Unde meritò fragilem, liberi commeatus cautionem exclamant. *Rol. à Valle conf. 68. n. 24. vol. 2. Menoch. d. conf. 100. n. 185. per l. qui ista, § 1. ff. ad S. C. Trebell.*

12. Hoc tamen quod diximus, velle alios, salvum conductum servandum non esse: alii rursus eo demum casu vetum esse sentiunt, cùm reus majestatis læsæ est is, cui salvus conductus tributus est. *Menoch. d. conf. 100. n. 186. qui alios quasi id ipsum vellent, quos tamen id, ad quod allegantur, non dicere certum est, adducit.*

13. Rursus alii sunt, qui salvum conductum licite tunc frangi credunt, si is fac,norosis hominibus, quorum crimina omnibus nota sunt, atque manifesta, fuisset concessus. *Lucas de penna l. fin. col. 1. vers. sciendum est, c. de ponderat. & aur. ill. lib. 10. Coler. in suo proc. p. 4. c. 1. n. 186.*

14. Alii denique volunt, si id publice utile fuerit, principem salvum conductum retractare posse, aliàs autem nequaquam, *Ut post Gregor Magelotum, quem refert, in specie decidit Menoch conf. 244. n. 32.*

15. Confirmant opinionem suam PRIMO: quòd dolus bonus sit, quo quid adversus hostem, latronemve machinamur. *L. 1. § non fuit, ibi Br. n. 1. Bl. n. 1. ff. de dol. mal. Iaf. l. si mora, n. 4. per ill. text. ff. sol. mat. Cotta in memor. V. dolū Nevez. Syl. nupt. lib. 4. n. 135. Exea tr. de pact. n. 470. Fort. Garc. tr. de ult. fin. iur. n. 279. Cuiac. in Rubr. ff. de dolo Eorch tr. de pact. c. 6. n. 4. & 5. Bocer l. contractus, c. 3 n. 2. ff. de reg. iur. Romani. l si vero, § de viro, n. 75. ff. sol. matr.*

16. Dolus enim aut virtus, quis in hoste requirat. *Cotta in memor. d. V. dolum, Cagn. d. l. ea est natura, n. 22.*

Iam verò cùm aliquem saluo conductu inescamus, aliquid contra Reipub. hostem, aut latronem apparamus. Non enim nisi illud hominum genus, salui contuctus eget. Dolus itaque bonus, & solertia erit.

17. Secundò: Nam Reipub. interest, delicta impunita non remanere. *L. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. Bovicontius tr. de accusat. n. 34. Tyndar. tr. de testib. c. 6. n. 14 Mar. tr. de ord. jud, p. 4. dist. 1. n. 10. Lupus c. per vestras, § 17. n. 17. ext. de donat. int. vir. & uxor. Coras. miscellan. lib. 2. c. 1 n. 6. Borch. tr. de usur. c. 5. n. 13. Cald. si curatorem, V. læsis, n. 21. vers. rursus, C. de rest. in int. Marius Salom. l. 1. n. 2. ff. de just. & jrr. Claud. de Seifell. l. ut vim, n. 71. ff. eod. tit. Zuchard. in Rubr. n. 38. ff. si cer. pet. Bologn. in aut. habita, n. 65. C. ne fil. pro pat. Hipp. de Marf. l. unic. n. 206. C. de rapt. virg.*

Iam verò si salui conductus essent servandi, competenti pœna, delicta non coercerentur: imò elabendi delinquentibus facultas daretur.

Salvos conductus itaque infringi Reipub. interest.

18. Tertiò, propter atrocitatem delicti, á communibus iuris Regulis recedimus. *Iaf. l. 1. per ill. text. n. 2. C. de prec. Imp. offer. Sebast. Sap. in l. 1. in pr. n. 69. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Hipp. de Marf. conf. 32. n. 18.*

Ob læsæ Majestatis itaque crimen, spernere salvum conductum licebit. Crimen enim Majestatis læsæ gravissimum esse, extra controversiam positum est, multaq; alia, contra receptissimas iuris Regulas, in eo, toto die recipi videmus. *Toto tit. ff. & cod. ad l. Iul. Majest. & præsertim, l. quisquis, C. eod. tit.*

Quartò

entis quoque ius resolvatur, quam tradunt *Br. l. 3. in fin. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Curt. tr. feud 4. p. p. n. 85. & n. 106. Schenck. c. 1. §. fin. n. 6. si de feud. invest. contr. fuer. Sonsb. tr. feud. p. 12. n. 122. p. 13. n. 99. Tiraq. tr. de mort. p. 3. declar. 1. n. 8. Cacheran. decis. 35. n. 3. decis. 82 n. 2. Gail. obs. 117. n 3. lib. 1. & lib. 2. de pac. pub. c. 14. n. 12. &c. 17. n 17. Pistor. q. 4. n. 19. lib. 2. Mozz. tr. de contract. Rubr. quom. annul. denat. n. 61. Menoch tr. de remed. poss. ret. rem. 4. n. 32. & tr. de remed. poss. recus. remed. 11. n. 43. Borch. tr. feud. c. 3. n. 42. Aurel Corbol9 tr. de iur. emphyc. 12. n. 79. Fachs. in suo consil. post quæst. Pistor. 20. lib. 2. n. 9.*

4. Vides malè cohærere fundamenta Baldi. Distinctione itaq; Baldum adiuvare conatur Iason: ut scilicet opinio Baldi vera sit, in principibus illis, qui electione ad principatum aspirant; non autem obtineat in iis, ad quos successione regna, principatúsque perveniunt. *Ias. d. l. 1. n. 14. ff. de const. princip. 19.*

Cui adhærent, *Mart. Laud. tr. de principe, conclus. 127. Iacob. de S. Georg. d. V. princeps, vers. sed an princeps obligetur, n. 1. Bossius tr. de principe, n. 29. Capyc. decis. 121, n. 3. Cacheran. decis. 139. n. 11. Hartm. Pist. q. 27. n. 3. lib. 2. Ign. l. donationes, quas divus, n. 8. C. de donat. int. vir. & vix. Mandell. consf. 67. n. 1.*

5. Rationem distinctioni assignant. Nam in illo casu nihil est, quod à defuncto successori obveniat, sed totum in eligentium renunciationibus positum est. Quem igitur defunctus non honorat, gravare quoque, ut pacta contractúsque suos præstet, non poterit. *L. ab eo, ibi Cyn. Br. Bl. Sal. Castr. Ias. Sich. & D.D. C. de fideicom. l. filiusfamilias, § apud Marcellum, ff de leg. 1. l. Imperator, § cum quidam, ff. de leg. 2. l. 1. § sciendum, ff. de leg. 3. § 1. Instit. de sing. reb. per fideic. rel. Marian. Soc. l. cum filiofam. n. 35. ibi Ripa n. 13. Ant. Baver. n. 39. ff. de leg. 1 Ripa l. ex facto, in pr. n. 38. ff. ad S. C. Trebell. Lancel. polit. tr. de comp. subst. n. 32. Gomez. var. resolut. lib 1. c 12. n. 54. Mantic. tr. d. coniect. ult. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 31.*

Altera ratio est: Nam ex qua persona quis lucrum capit, ejus quoq; factum præstare debebit. *L. ex qua persona, ff. de reg. iur. Affl. decis 2. n. 1. Schenck. c 1. in fin. qui success. feud. dar. ten. Capyc. decis. 162 n. 6. Mont. tr. de invent. her. c. 9. n. 94 Curt. tr. feud. 4. p. p. n. 106. Ronchog. l. eandem, in pr. n. 155. ff. de duob. reis, Pist. q. 9 n. 4. lib. 2.*

Ergò ex qua persona quis lucrum non capit, eius quoque factum præstare non tenebitur, & quod consequens est, cùm princeps, qui novè eligitur, ex persona defuncti lucrum non capiat, eius quoque factum præstare non tenebitur.

Tertio textu c. abbate sanè de re iudic. lib. 6. ubi Arragoniæ Rex, ratam habere tenetur donationem ab avo suo factam. Discrimen itaque textus, inter principes, sangvinis iure succedentes, intérque eos: qui electione principes fiunt, textus constituere videtur.

7. Tertia opinio existimantium est; indistinctim teneri principem, ad quæ princeps, qui iam in fata concesserat, contractu sese astrinxerat, sarta tecta tuendum. Quorum immensus est numerus. *Br. l. prohibere, § planè, n 5. ff. quod vi aut clam, Bl. sibi contrarius in c. fin. n. 17. vers. octavò, ext. de re iudic. Cynus in l. digna vox, n. 2. ibi Bl. rursus sibi contrarius, n. 4. Paul. de Castr. n. 5. C de LL. Castr. l. fin. n. 1. in fin. C. de transact Iacob. de Belvis. in pract. crimin. Rubr. de quæst. n. 142. Alvar. c. 1. in pr. n. 3. de nat. feud. Boër. decis. 204. n. 41. Cæpoll. tr. de servit. rustic. præd. c. 3. n. 22. Ant. Gabr. Roman. tr. regul. lib 3. tit. de iur. quæs. non toll. conclus. 5. n. 2. Eman. Soar. com. opin. lit. C. n. 308. & lit. P. n. 267. qui hanc esse communem opinionem attestatur. Peregr. tr. de iur. fisc. lib 1. tit. 3. n. 45. Oldrad. cons. 94 n. 23. & 24. Roman. cons. 216. in fin. Albin. Brunus cons 51. n. 2. Ioh. Iac. de Leonard. int. cons. Bruni cons. 114. n. 127. Tiber. Decian. cons. n. 126. vol. 1. Cardin. Paris cons. 2. n 132. volum. 4. Rol. à Valle cons. 66. n. 37. cum seqq. vol. 2. cons. 45. n. 13. vol. 3. Cravetta cons. 504. n. 11 13. & 19. Menoch cons. 264. n. 15. Burs. cons. 160. n. 17. communem dicens vol. 2. Cephal. cons. 23. n. 50.*

Et in specie, quòd utroq; casu, sine electione, sine successione, principatum adipiscatur princeps, ad ea, quæ inter principem defunctum, & alium quempiam convenerant, præstanda obligatus, astrictúsque sit, decidunt *Felin. d. c. 1. in pr. ext. de probat. Ioh. Iac. de Leonard. int. cons. Bruni d. cons. 114. n. 28. Tiber. Decian. co[...]. 5. n. 6. volum. 2. Natta cons. 122. n. 3. vol 1.*

Ad quos & ego ex sequentibus ac[...]n dum censeo rationibus.

Prima ratio est: Nam Reipub. interest, ne dominia rerum in incerto maneat, *ut in themate superiori demonstravimus.*

Iam verò si principis successori licitum esset, rescindere contractus, auferréque res per contractum principis, subditis, vel etiam non subditis quæsitas, dominia rerū in incerto essent, perpetuóque timore rerum possessores, amittendarum rerum enecarentur.

Ergo principis successori licere id non poterit, & per consequens, cùm hæc ratio, utrique casui, sive electione, sive successione adipiscatur principatus, communis sit, in utroque casu, ob rationem hanc, idem jus constituendum erit.

8 Secunda ratio: Nemo eam eligit viam, per quam ab eo gesta, irrita fiunt, concidúntque *L. 3. ff. de milit. test. Alc. paradox. lib. 3. c. 9. n. 4. Marant. tr. de ord. iudic. p. 4. distinct. 9. n. 91. Polit. tr. vulg. subst. n. 18. Ferrat. caut. 9 n. 5. Dilect. tr. de art. test. tit. 3. caut. 18. n. 4. Exea tr. de pact. n. 505. Coras. misc. lib. 1. c. 2. n. 5. Gravett. in Rubr. n. 156. ff. de leg. 1 Pecc. tr. de testam. coniug lib. 1. c. 44. n. 3. Cacher. decis. 76. n. 9. Pistor. q. 1. n. 106. lib. 2. Cald. l. si curatorem, 1. sine curatore, n. 45. vers. sed hæc ratio, C. de rest. in int. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 6. n. 17. c 16. n. 85. p. 3. c. 3. n. 34. Seraph. tr. de iuram. priu. 73 n. 13. priu. 74. n. 190.*

9. Iam verò si princeps autoris sui contractus annihilaret, résque inde quæsitas auferret, viam eligeret, per quam eius deinde quoq; acta expugnarentur, atq; everterentur. Iustitiæ namque ac rationis ordo svadet, ut qui à successorib9 acta à se, servari desiderant, decessoris sui

procul dubio voluntatem & statuta custodiant. *c. iustitiæ, 25. q. 1. c. si ca, & c. institutionis 25. q. 2. Tiber. Decian. consil. 2. n. 127. volum. 1. Ro. à Valle consil. 100. n. 140. volum. 4.*

Ergo princeps contra contractus retrò principum, nil quicquam attentare audebit.

Tertia ratio est: Nam in principe duo concurrunt, persona & significatio. Et ipsa significatio, est quid in corporeum, quod intellectu tantùm percipitur, & nunquam moritur.

Nam licet deficiat persona Regis, significatio semper & ubique, quandiu durat regnum, manet eadem & nunquam intermoritur. Quæ mors, obitúsque Personæ principis, in consideratione habendus non est, cùm persona principis, organum tantùm sit, atque instrumentum illius personæ incorporeæ, imaginariæ, nunquam non existentis. Cuius incorporeæ personæ semper, perpetuóque duraturæ respectu, quilibet cum principe, paulò post, mortis debitum per solutu-ro, ceu organo & instrumento tantùm, contrahit *ut ex Baldo, sibi hac in re contrario, refert Tiraq. tr. primig. q. 35. n. 22. per trad. Br. in Rubr. n. 8. C. de iur. fisc. lib. 10. quem sequitur Pereg. tr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 37.*

Quod si ita est, uti longè verissimum est, discrimen quod, inter principem electione, principémque successione ponendum non erit. Cùm non minùs illo quàm hoc casu, idem remaneat principatus, uterque non ob personam defuncti, sed ob personam intellectu fingendam, sive ob Rempub. principatui præficiatur.

11. Quarta ratio est: Nam facto proprio, quis contravenire nequit. *L. post mortem, ibi Br. & Petr. de Bellapert. n. 1. ff. de adopt. Costal. l. si non fortè, § si filiusfamilias, ff. de cond. indeb. Grav. super stat. de indemn. mul. n. 22. Zasius tr. feud. p. 10. n. 10. Georg. Natan. tr. de pact. n. 68. Vant. tr. de nullit. Rubr. quot. & int. quod temp. de nullit. ag. poss. n. 52.*

12 Iam verò princeps, priorum principum contractus rescindens, proprium factum impugnat. Nam factum vel contractus de mortuorum principum, hodierni principis esse censetur, eò quòd eadem semper sit Respub. ut in specie decidit *Bl. consil. 326. inc. Rex Romanorum, col. 3. Vol. 1. Tiber. Decian. consil. 2. n. 128. vol. 1.*

Princeps itaque hodiernus contractum priorum principum in nihilum redigere nequiet.

13 Confirmatus quintò: textu c. 1. ext. de probat. ubi Tancredus Rex Vincestriæ, agnoscit bonam fidem, cupitq; stare pactis, cùm Imperatore Iustiniano, à prædecessoribus suis initis, anno septingentesimo ferè pòst, quàm vita functus esset Iustinianus (Gregorius n. 9. cuius id capitulum est, anno Christi 1223. vixit) cùm subinde novi Imperatores, electione creati essent.

Non itaque Rex Tancredus, stolitæ nostratium opinioni inhæsit, discrimenque inter electionem, & successionem facit: Sed unumquemque principum, ad maiorum suorum exequenda pacta astrictum esse, arbitratus est.

14 Confirmatur sextò rursus textu d. c. 1. ext de probat. Papa enim Regi Tancredo potenti à se ut Imperatorem, ad edendum illarum pacificationum autographum, admoneret, idipsum denegat: non quòd Imperatores, successores suos, utpotè electione suffectos, non obligare, crediderat: sed quia iniquum indicaret, à reo actorem instrui, documentísque ejusdem muniri.

Non itaque ipse quoque Papa, à partibus Iasonis stetit, sed satis conspicuè nostras fovet partes, dùm ceu decidendi rationem, discrimen inter electionem & successionem non allegat.

15 Septimò confirmatur textu c. quia iuxta 16. q. 1. ubi Carolus Magnus Imperator ordinibus ecclesiasticis fecit pactum, de non dividendis bonis, quæ hominum ecclesiasticorum hactenus fuerant: pepigitq; istud, non solùm suo, & filiorum: verùm etiam reliquorum successorum nomine.

Imperator itaque, & per consequens princeps talis, qui electione princeps fit, obligat successorem.

Unde rursus infertur, Iasonis discriminantis, inter principem electum, & succedentem, opinionem esse erroneam.

16. Confirmatur octavò: textu constitutionis de pace Constant. in p. vers. hoc quod nos &c. Ubi Imperator Fridericus Oenobarbus, eiúsq; filius Henricus sextus, ratum sese habere fatentur, concessiones & largitiones priorum principum, quas civitatibus Lombardiæ, & Romandiolæ, concesserant, largitiq; fuerant.

Princeps igitur, qui electione principatum consequitur, sequi[?]tur pacta, voluntatémque priorum Principum.

17. Confirmatur nonò & ultimò: iterum textu d. constit. de pac. Const. versic. amplius, ubi rursus dicta constitutione cavet Imperator Fridericus, filiúsque eius Henricus sextus, Mediolanenses, quietem, finéque tam sua, quàm in imperio successorum contradictione ulla, iurisdictionem, in locis, in quibus hactenus consueverant, iurisdictionem exercituros.

Vides itaque, successorem in principatu tale qui electione acquiritur, per antecessorem, rectè obligari.

18 Hisq; non obstant in contrarium allegata. Primùm enim Baldi argumentum quod attinet, quod habet: Usufructuarii heredem liberari à locatione, quam autor eius, rei fructuariæ, in quinquennium fecerat: Id ea ratione fieri textus ipse exprimit, quòd conductor cogitare, previderéq; debuit, evenire posse, ut intra quinquennium moriatur usufructuarius, finiatur ususfructus, evanescátque locatio & conducti. *d. l. si quis domum, § 1. ff. locat. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 11. gl. 6. n. 3. & 4. Carsia tr. de expens. c. 14. n. 17*

Imputet itaque sibi, qui absque cautione ulla, rem taliter ignavus ab usufructuario conduxerat.

Si autem rationem nostro quoque casui adaptare volueris, facilè tibi constabit, perperam ex. d. l. si quis domum, ad nostrum thema argumentum arripi. Contrahens enim cum principe, cogitare non potuit, nec debuit, principatum, seu Rempub cujus respectu cum principe contrahitur, mortuo principe, qui nunc clavum tenet, ex

tinctum

tinctuiri, Duplicē enim personā princeps sustinet unāquā homo est, quæ moritur, alterā qua organum seu instrumentum Reipub. est, per quod omnia, quæ princeps rectè agit, Respub. agere, facere, operari creditur, quæ inconcussa, mortisq; expers, in successore semper viget, cuiusque ratione, non minus, ac primus contrahens, successor obligatur.

Erronea itaque Baldi est argumentatio.

Eadem resolutio, alteri quoque Baldi argumentationi satisfaciet. Negatur enim in casu præsentis thematis, jus dantis resolutum esse. Nam Respub. contrahendi secum, principe tantùm mediante, quæ ex contractu cum principe, ceu reipub instrumento intio, possidet, dedit: Cujus persona non minùs tempore successorū vivax est, quàm fuerat tempore eo, cùm primùm convenerat.

Quare cùm jus dantis resolutum non sit, accipiendi quoque jus suum adhuc constabit, Falsus autem hac in re erit Baldus.

Jam ad Jasonis rationes accedamus. Is primò habet: Quem non honoro, gravare quoque non debeo:

Totum argumentum concedendum est. Non enim impugat opinionem nostram. Nam uterque princeps, & qui primò contraxerat, & qui in dignitate ei successerat, à Repub. honoratur. Gravare itaque Respub. successorem in principatu quoque poterit, ad tuenda ea, quæ prioris principis persona media, alteri Respub. spoponderat: eò quòd ipsum honoraverit, adque verum gubernacula evexerit

Secundò argumentatur: Ex qua persona quis lucrum capit, ejus quoque factum præstare, obligatus est.

Iterum totum argumentum admittendum. Non magis enim, quàm prius, nostræ opinioni contrarium est. Is enim princeps, qui hodiè Rempub. administrat, ex eadem persona, ex qua princeps contrahens lucrum capit, uterque Reipub, factum præstabit.

19. Tertia objectio ex c. abbate sanè, de re judic lib. 6. depromta est.

Sed id capitulum, minimè ut adducitur, loquitur, nec discrimen, quod inter principem successorem ex electione, & principatum jure sanguinis obtinentem principem, ex eo elucubriari, à perspicacissimo quoquo poterit.

Equidem verum est, in casu illius capituli, donationem, à principis qui tùm rerum potiebatur avo, factam fuisse: Sed ob id textus clariùs dilucidusque, sive civilis, sive canonici juris indiscriminatim successores, sive electione, sive successione, obligantes, excludere, mehercle absonum, absurdumque est.

Quinimò si penitiùs textum d. c. abbate inspexerimus, nostras potiùs adjuvabit partes. Ut vides enim, donationem hanc ab avo Regis Arogoniæ factam fuisse, à Papa non ponderatur: sed id tantùm Papa, quòd nomine dignitatis facta fuerat, considerat, indeque concludit, hanc donationem retractari à successoribus non deberi.

An non igitur satis, superque indicio hoc erit, Papam censuisse, remoto rejectoque electionis, successionisque discrimine omni, ad eos custodiendos contractus, successorem omnem obligatum esse, quos nomine dignitatis seu principatus, retrò principes pepigerunt.

His contrariis satis fecisse nos credimus.

20. Porrò & hujus te admonitum volumus, contractus nomen, de eo tantùm contractu nos accipere, qui consensum, justitiam, æquitatemque naturalem, comites habuerit. His enim deficientibus, quicquid agitur, contractus abusivè quidem nuncupatur, non magis tamen contractus est, quàm nummus falsus, nummus. *gl. l. omnes, per ill. text. C. de hæred. gl. c. vera. 4. 5. distinct. Boër in consuet. Bitur. tit de retr. feud. §. ult. gl. unic. Lup. in Rubr. § 70. n32. ext. de donat int. vir. & uxor. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 1. gl. 20. n. 12. Tiraq. de LL. conub gl. 8. n. 234. Sadolet. l. quod te, n. 61. ff. cer. pet.*

21. Aut tutor falsus, tutor est. *L. Paulus ff. de verb. signif.*

22. Unde si ii, qui prima apud principem occupant subsellia, ejus gratiam aucupati fuerint, obque id principem, principatumque ejus, immensis donationibus, monopoliis, aliisque artibus depeculando, immensos patrimonii reditus comparnerint, contra istos rectè repetundarum aget princeps successor. *arg. l. 1. ff. ad l. Jul. repet.*

22. Quin imò hoc casu, non solùm successori, verùm etiam principatus ordinibus, justitiæ ordine non neglecto, & si fieri potest, principe successore autore, idipsum permissum crediderim. Salus enim populum, ut sæpiùs inculcavimus, suprema lex esto.

23. Sic comitem Italum Campobachium, qui à Carolo Burgundo senex, exul, omniumq; rerum egenus, non solùm benignissimè exceptus, verùm etiam summis honoribus adauctus fuerat, cum Lothareno (hostis tum is erat Carolo,) de defectione à Carolo, proditoria paciscentem, Germanorum ordines militares, qui cum Lothareno erant, insuper habita ducis pactione, ex castris exegerant. Proditorem enim ferre, homines Germanica virtute & fide, non potuerunt, uti refert *Commin. hist. suar. lib. 7. fol. 270. & 277. in parvis.*

24. Sic Guisios regni Gallici ordines, Lutetiæ Parisiorum anno 1561. congregati, repetundarum reos agere, ob immensas donationes, in eos, à defunctis regibus callatas, tempore Caroli IX. decreverunt, ut scripta prodidit *Autor histor. Gallic. Comment. p. 1. lib. mihi fol. 80. in pr.*

MEMBRI II.
QUARTI CAPITIS
EFFECTUS III.

AN PRINCEPS, IN PACIS tractatibus, cum hostibus pacisci, ut bona quæ subditis suis eripuerant, sibi habeant:

Item, ne de damnis, iniuriisque ulla illis moveatur controversia, possit.

SUMMARIUM

1. Princeps pacis causa, damna, injuriasq; subditis illata, remittere potest.
2. Princeps bona erepta, rapientibus concedens, aut injurias, damnaq; condonans, possidentem & facientem (ut loquuntur) tutos in foro conscientiæ facit.
3. Pacis caussa quæ fiunt, utilitatis publicæ causa fiunt.
4. Princeps ob utilitatem pub. subditis res suas aufert.
5. Pacis causa multa licent, quæ alias prohibita sunt.
6 Pacis causa leges transgredi possumus.
7 Lites finiri, Reipubl. interest.
8 Pax pacem nutrit, ex lite lites germinant.
9. Consequens qui vult, omnia quibus ad consequens pervenimus, velle censetur.
10. Princeps non potest remittere pacis gratia, injurias, & damna illata, aut largiri extorquentibus bona.
11. Absurdum est dicere, damni renunciationem subditorum jus tollere.
12. Compositio per Principem solum facta, non prajudicat subditis, quotiescunque ij interesse pratendere possunt.
13. Princeps absque populi consensu, monetæ bonitatem imminuere nequit.
14. Acta inter alios, aliis non prajudicant.
15. Rubrica, res inter alios acta, restituta.
16. Opinio ea prævalet, quam judices eruditione præstantes, indecidendo secuti sunt.
17. Pax Constantiæ non solum a primoribus civitatum insubriæ: sed ab universo earundem civitatum populo comprobata.
18. Thrasibulus amnistiæ legem non solus, etsi patriæ in libertatem esset assertor, sed civibus Athenienfibus consentientibus introduxit.
19 Princeps bona civium hostibus largiens, damna iniuriasque devorari a subditis jubens, suorum vix effugiet odia.
20 Remissio in iurarum a privato facta, Reipub, seu fisco non obest.
22 Privilegia non sunt multiplicanda.
22 Generalis determinatio comprehendit subiectam rem, vel personam privilegiatam, in casu, quem generalis determinatio decidit, peculiare privilegium non habentem.
23 Romanorum secundi belli Punici tempore, in armis perseverantia.

Partem affirmativam, principem, pacem cum hostibus faciendo, hosti subditorum bona, belli tempore occupata, relinquere: subditisque, ut damnorum, iniuriarumque obliviscantur, iubere. tenet. *Bl. l. conventionum, lect. 1. n. 2. ibi Castr. n. 7. Ias. n. 8. Raph. Fulg. n. 4. Garc. n. 7. ff. de pact. Ias. l. Barbarius, n. 24. ff. de off. præt. Ias. l. Gallus § & quid si tantum, lect. 2. n. 80 ff. de lib. & postum. Ias. in l. venia, n. 15. C. de in ius voc. Mart Laud. tr. de confœd. princip. in pr. Capyc. decis. 69. n. 23. Affl. decis. 361. n. 5. Affl. c. 1. § similiter potest, n. 10. de capit. qui cur. vend. Iul. Clar. in pract. crim. § fin. q. 59. n. 3. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 19. n. 25. Vasq. ill. contr. c. 4. n. 11. Alex. cons. 94. n. 8. vol. 1. Roman. cons. 310. n. 3. Dec. cons. 520 n. 5. Menoch. cons. 377. n. 6. Alc. resp. 132. n. 7. vol. Roland. à Valle cons. 69. n. 8. volum. 2. Tiber. Dec. cons. 18. n. 222. vol. 1. Zas. 1 n. 27. vol. 2.*

3. Eumque, cui taliter bona occupata relinquuntur, iniuriæq; & damna illata: remittuntur, bona conscientia his frui, nec de iniuriis, damnisque proximo in geminatis, solicitum debere esse ulterius, seu ut loquuntur, in foro cōscientiæ tutū esse, affirmant. *Ias. in d. l. venia, n. 14. C. de in ius voc. citans in id, Host. in summ. § fin. vers. sed pone guerra fuit, ext. de pænit. & remiss. quo tamen in loco contra Iasonem plane stat. Hostiensis. Iasonem sequuntur, Gail. d. lib. 2. de pac. pub. c. 19. n. 25. Alc. cons. 131. n. 7. volum. 5. qui Anchoran. in id quoque adducit.*

5. Fundamenta illis, hæc sunt: primò, publicæ utilitatis caussa fiunt, quæcūq; constituendæ pacis caussa aguntur. *d. l. conventionū, ff de pact.*

4. Sed caussa utilitatis publicæ, alicui per principem, res suæ auferri possunt. *L. item si verberatum, § 1. ff. de rei vind. l. Lucius, ff. de evict.*

Ergo pacis publicæ constituendæ gratia, privatis princeps res suas auferre poterit, quòdque consequens est, iniurias illatas, inferentibus cōdonabit. Ita namque argumentatur *Alex. d. cons. 94. n. 18. volum. 5, Fort. Garc. d. l. conventionum, n. 17. ff. de pact. licet fateatur, non satis munitum esse hoc fundamentum, ad sufferendam conclusionem, super eo extructam.*

5. Secundò pacis publicæ caussa multa licent, quæ alias licita permissaq; non sunt. *c. hæc quippe, § sané, 3. q. 6. c. ubi, ibi gl. fin. ext. de desponsat. impub. Mart. Laud. tr. de confœd princip. conclus. 48 Ign. l. penult. n. 10. C. de donat. int. vir & uxor. Gerard. Mazoll. cons. 20. n. 12. vol. 1. Siber. Decian. cons. 73. n. 35. volum. 3*

Ergo & hoc licebit principi pacis conciliandæ gratia, bona, iniurias, & damna, occupantibus & inferendibus condonare.

Tertiò pacis gratia, legitimas transgredi dispositiones licitū est. *c. his quæ ext. de maior. & ob. c. 2. ext. de mut. petit. Abb. d. c. ubi, n. 3. per. ill. text ext de desponsi. Impub. Alc. de resp. 131. n. 6. & n. 12. vol. 5. Crav. cons. 490. n. 4. Zas. d. cons. 1. n. 27. & seqq. lib. 2.*

Licebit itaq; & eam transilire, quæ suum, cuiq; relinquedū esse svadet. Et quod consequens est, bona erepta, damna, iniuriasque illatas esse principe ita transigente. musfidabūt subditi.

7. Quartò Reipub interest, bellorum cessare calamitates innumerabiles, cùm eius interest lites finiri. *L. fin. ff. pro suo, l. properandum, C. de iudic. gl. l. 1. ff. de usucap. l. quidam æstimaverunt, ff. si cer. pet. c. finem litibus, ext. de dol. & contum. c. 1. in pr. de appellat. lib. 6. Hercul. tr. de attent. c. 2. n. 3. Covarr. pract. quæst. c. 23. n. 6. vers. quinto, Cacheran. decis. 22. n. 8. Cald. l. si curatorem, V. sua facilitate, n. 37. C. de rest. in int. Capis. tr. p. 1 c. 3. n. 47. Seraph. tr de iuram. priu. 33. n. 42. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi in pr. c. 3. n. 19.*

Pax

Pax etenim pacem nutrit, litem lis aspera sentit, *ut ex Empedocle refert Zas. cons.* 10. *n.* 69. *int. cons. var vol.* 1.

Intererit itaque Reipub. pacem constitui. Et quod consequens est, Reipub. quandoque referret, bona ab hostibus occupata, iis cedere, injuriásque ab iis, quibus exhibita sunt, quoniam pax aliter haberi nequit, devorari. Qui enim vult consequens, eundem necessariò ea quoque velle, per quæ ad consequens pervenitur, necessum est. *L. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procurat. Euerard. in top. in loc. à concess. cons. ad concess. anteced. n.* 1. *Affl. decis.* 3. *n.* 3. *& decis.* 392. *n.* 11 *Capyc. decis.* 182. *n.* 10. *Polit. tr. comp. subst. n.* 37. *Tiraq. de ut. retr. p.* 1. *§* 1. *gl.* 9. *n.* 257. *Rimin. Rubr. n.* 227. *& n.* 237. *C. qui adm. Seraph. tr. de iur. prin.* 31. *n.* 78. *& seqq.*

10 Negativam, quæ vera omnino est, principem nempe, pacis ineundæ gratia, subditorum bona, à quibus armorum, Martísque, vi pulsi erant, pellendibus inde: iniuriasque, quibus lacessiti erant: damna denique facta, subditorum consensu non requisito, & impetrato, concedere, remittere, grata, rataque habere non posse, tenent *Hostiens. in sum. § fin. col. penult. vers. sed pone guerra. ext. de pœnit. & remis. (licet is à Iasone perperam, ad contrarias adiuvantas partes, citetur, & allegetur) Luc. de Penna l. unic. q.* 28. *C. pub. latit. vel. cons. nunc. ne quid accipit. lib.* 12 *Cl. sibi contrarius l. si domus, n.* 3. *ff. de ser. urb. pærd. Bl. l.* 2. *n.* 3. *C. de in ius voc. Dominic. de S. Gemin. c. autoritate, § fin. n.* 3. *de privil. lib.* 6. *Felin. c. quæ in ecclesiarum, n.* 53. *ext. de constit. Felin. c.* 1. *n.* 3. *ext. de probat.*

Et hanc partem, in decidenda lite Comitum ab Hennenberg contra Bavaros, Cameræ Imperialis Assessores, secuti sunt, attestande id *Mynsing. obs.* 9. *cent.* 4.

11. Quam coadiuvat Innocentii dictum, quo ait: Absurdum esse, dicere dominorum renunciationem, subditorum ius elidere. *Innoc. c. dilectis filiis, n.* 2. *in fine, ext. de appellat. quod refert & sequitur Felin. d. c. quæ in ecclesiarum, n.* 53. *& d. c.* 1. *n.* 3. *ext. de probat.*

12. Adiuvat secundò Abbatis dictum, quod habet: Ubicunq; subditi interesse aliquod prætendere possunt, non valere compositionem, per solum dominum ipsi subditis non consentientibus factam, *Abb. c. humilis, n.* 2. *vers. in gl.* 2. *per rationem illius glossæ, ext. de maior. & ob.*

13. Tertiò: his astipulatur Butrii quoque sententia, qua vult: quòd princeps absque consensu populi, ne monetam quidem minoris bonitatis cudere possit. *Ant. de But. c. quanto, col.* 2. *vers. quæro secundò, ext. de iureiur.*

Multominus itaque bona rapta, aut iniurias, damnaque, quibus violati sunt subditi, hostibus, pacem faciendo, indulgebit

14 Quartò huc referendum iuris axioma, quod habet: inter alios acta, aliis non præiudicare. *Ut in Rub. & nig. C. res int. al. act.*

15 (Quam Rubricam restituit nobis Cuiacius, ut scilicet omisso verbo res, simpliciter, & puriùs, & elegantiùs legatur: inter alios acta vel iudicata, aliis non nocere. *Cuiac. in l.* 4. *ff. de transact.*)

Quod axioma item colligitur *ex l. fin. ff. de re iud. l. si cui, § iisdem, ff. de accusat. c. cum super ext. de re iud. c. inter dilectos, ext. de fid instr. Capyc. decis.* 20. *n.* 17. *Tiraq. tr. res int. al. acta, in pr. Covart. pract. qq. c.* 20. *n.* 9. *Roncheg. l. eandem §* 1. *n.* 48. *ff. de duob. reis. Cacher decis.* 38. *n.* 3. *decis.* 157. *n.* 7. *Menoch. tr. de arb iun. quæst lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 111. *n.* 1. *& in tr. de remed poss. adip. rem* 4. *n.* 799. *Myns. cons.* 41. *n.* 4. *Ripa resp.* 52. *n.* 16. *Crav. cons.* 65. *n.* 6. *Roll. à Valle cons.* 85. *n.* 4. *vol.* 2.

Cùm itaque pax, de qua belli tantùm ducibus convenerat, respectu subditorum, quorum consensus adhibitus non fuerat, non nisi inter alios acta, dici queat: Consequitur quoque eandem subditis nil nocere, nec iure conquerendi agendique privare posse.

Quintò: hic iterum repetendum, quod alibi diximus, duos nempe tantummodò modos esse, quibus ea, quæ nostra sunt, auferuntur à nobis, consensum nimirum & delictum. Sed si simpliciter princeps, subditis in consilium consensus gratia non adhibitis, paciscitur, neuter eorum modorum adest.

Res itaq; ob eiuscemodi principis pactionem, à subditis auferri non queunt.

Sextò: his omnino adiungendum est c. in nostrâ, ext. de iniur. & damn. dati ubi Brixienses, ut tandem post clades mutuo illatas, & acceptas, firma stabiliretur pax: editum à communi edictum, quo malorum illatorum & acceptorum oblivio inducebatur, communiter approbaverunt, & iuramento ad servandum idipsum sese astrinxerunt.

Vides itaq;, ut pax sub formula remissionis damnorum, iniuriarúmque iniri possit, opus esse utriusque partis consensu, & approbatione. Itaque vel illo solo textu, probata est nostra opinio negativa.

16 Septimò adiuvatur hæc aliquantulum, alia iuris regula, quæ habet: Opinionem eam, præ aliis, quam iudices præstantes in decidendo secuti sunt, seu (ut loquuntur) quæ in praxi servatur, amplectendam esse *Ant. Mar. Corat. tr. de com. opin. lib.* 2. *n.* 97. *cum seqq. Abb. c. prudentiam, n.* 4. *ext. de off. deleg. Hartm. Pistor. q.* 19. *n.* 90. *cum seqq. lib.* 2. *Lancil. Galiaulæ l. centurio, n.* 559. *iqi Ferdinand. Loaz. in addit. ff. de vulg. & pup*

Iam verò hanc Assessores Cameræ Imperialis, homines amplissimi & præstantissimi, secuti sunt, *teste Mynsing. d. obs.* 9. *cent.* 4.

Consequitur itaq; hanc, præ affirmativa sequendam.

17. Octavò, hoc quoque in loco non omittendum, quòd pacem Constantiæ, quæ ferè iisdem clausulis concepta est, de quibus nobis res est, non ab administrantibus solùm Rempub. civitatum Lombardarum, sed à populo quoque easdem civitates incolente, apprabantam videmus, *ut constat. ex constit. pac. Const. nec non ex Carol. Sigot. lib.* 14. *de regn. Ital. in fine.*

Nonò

18. Nonò, Thrasibulus quoque principibus taliter pacem facientibus exemplo sit. Is enim etsi patriam Athenas, à triginta tyrannorum tyrannide sæva liberasset ἀμνησίας tamen solus inducere noluit, sed plebiscido idipsum perfecit. *cuius meminere Plutarch. in vita Thrasib. ad fin. Valer. Maxim. lib. 4. caput.* I

19. Decimò, comprobanda hæc sententia est ab absurdo: Si enim tam funestam pacem cives agnoscere cogerentur, fieri non posset, quin odium inexpiabile, erga principem suum conciperent: unde non sperata aurea pax expectenda: sed novà potiùs, novi indies belli semina cum ipsius etiam forsitan principis inter necione, gliscerent.

Quod solo statuum regni, aut principatus, consensus interventu, præverti, anticiparíque potest.

20 Undecimò iniuriarum remissio, à privatò facta, Reipub. seu fisco non obest. *Br. l. 1. § usque adeo, n. 1. per ill. text. ff. de iniur. Mar. tr de ord. iudic. p. 6. Rubr. de inquisit. n. 57. Boer in consuet. Biturig. tit. de iurisd. §. 16. gl. 2. Ascan. Clement. tr. de pat. pot. off. 8. n. 19. Acad. Rostoch ini. consf. diversf. consf. 22. q. 3. n. 5. vol. 3.*

Ergo è diverso, ut contrariorum eadem sit disciplina, idemque operetur oppositum in opposito, quod propositum in propositio, privatis non oberit, principis, seu Reipub. de iniuriis retioendis, damnísque supportandis pactio.

Nec his in contrarium allegata quicquam obsunt: In primo enim neganda est minor. Non posse enim cuiquam etiam publicæ utilitatis prætextu, rem suam auferri, superiùs in præcedenti membro evicimus :Longéq; aliud velle L. item si verberatum, § 1. ff. de rei vind. & L. Lucius, ff de evictiòn. quibus hoc primum contrarium tuentium argumentum innititur, demonstravimus.

21 In secundo neganda est consequentia. Non enim sequitur: multa licent: ergò & hoc licebit. Sed è diverso iuri magis consentaneum est: non multiplicari privilegia. *Caball. tr de euict. § 3. n. 103. Ceph. consf. 217. n. 16. per l. 2. C. de dot. promiss.*

22 Quinimò cùm pax nullibi tale habere reperiatur privilegium, ut eius constituendæ gratia ab aliquo, sine consensu, aut delicto eius, bona eius auferantur, aut actiones competentes enerventur: & e contrà generalis determinatio sa, neminem, nisi iam recensitis duobus modis, consensu nimirum, aut delicto, re sua, aut agendi iure privari:

Consequens erit, pacem hac quoque generali determinatione comprehendi. Cùm tritissima iuris sit regula: rem vel personam privilegiatam, generali determinatione iudicandam esse, nisi in casu, de quo generalis determinatio loquitur, peculiare eam habere privilegium constiterit *L. in fraudem, § fin. ff de test. milit. Contard. l. diffamari, c. 5. n. 108. C. de ing manum. Tiraq. de ut retr. p. 1. § 1. gl. 14. n. 96. Tiraq. tr. de præscr ffil. 11. in pr. Rimin. l. precibus, n 83. C. de impub. & al. subst. Vasq. ill. contr. c. 45. n. 2. Cald. l. si curatorem, verb. cum non absimilis, n. 35. vers. adducitur, C. de rest. in integr. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 19. n. 27. & c. 11. n. 28.*

In tertio rursus neganda consequentia. Iura enim quibus innititur, intelligenda sunt, & loquuntur, dummodò leges transgrediantur, in illorum solùm, qui pacificantur: non verò tertii nocumentum atque incommodum.

Quæ solutio quarto quoque argumento applicanda est. Nam bellorum cessare calamitates, Reipub. interesse, inficias iri nequit: at ita interesse, dicendum tamen est, ut tertii salus, incolumitásque non negligantur.

Quid igitur fiet, inquies, si pax aliter constitui nequit? Bonum civem viri boni functurum officio, privatâque calamitatem, pub saluti condonaturum crediderim. Si tamen cives eiusmodi pacem noluerint, bellum paci præferendum, nec violenti quicquam perpetrandam, erit. Non minùs enim in bello perserveantia, quàm celeritas poterit.

23. Exemplò sint Romani, qui, si secundo bello Punico tale cum Carthaginensibus fœdus, post cladem ad Cannas percussissent, nunquam forsitan posthac, orbis terræ imperium tenuissent, *Lunius lib. 2. ab urb. cond.*

Quod si nec in belligerando pervicacia quicquam conducet, necessitas ipsa, quid é re fuerit, admonebit, nec princeps ob id deinde malè audiet.

MEMBRI II QUARTI CAPITIS EFFECTUS IV AN PRINCEPS QUEM cogere possit, ad contrahendum secum.

SUMMARIUM

1 *Princeps subditos cogere potest, ad dandum sibi in belli sumptus mutuo pecuniam.*

2 *Princeps loculos proprios prius excutiare, quàm subditos ad contrahendum, vel mutuò dandum compellat.*

3 *Henricus tertius, Galliæ & Poloniæ Rex, Nantoilletum, ad pecuniam subministrandam cogit.*

4 *Ad vendendum res suas: emendúmque res alienas quis cogi potest. E quidem viliori, & cariori pretio, n. 6.*

5 *Coëmtio legendum, in Rubr. C. ut nem. lic. in emt. spec. esesf. excusf. lib. 10.*

6 *Ciceronis dictum, quod declaratur n 21.*

7 *Princeps ad contrahentum secum neminem cogere potest.*

8 *Invitum quem, vel comparare vel distrahere iusto etiam pretio postulantis, improbum est desiderium.*

9 *Principibus pacis, quietisq; tempore, ideo solvuntur tributa ut unde sibi consulant belli temporibus, aut aliis necessitatibus evenientibus, habeat.*

10 *Contractus omnes liberæ sunt voluntatis.*

11 *Consensui nil æquè, ac vis & metus nocet.*

12 *Voluntas coacta, voluntas est.*

13 *Voluntas coacta non est voluntas, quoties in actu aliquo, absoluta voluntas requiritur:*

Coacta

14 *Coacta voluntas, impropriè est voluntas.*
15 *Consensus, omnium contractuum forma substantialis est.*
19 *Non est tale, quod non est simpliciter tale.*
17. *Iniuria gravis est, qua homines de rebus suis aliquid facere inviti coguntur*
18. *M. Valerii Lævini, consulis Romani historia.*
19. *Condæi principis factum memorabile.*
20 *Intellectus l. unic. C. ut nemin. lic in emt. spec. sese excus.*
22. *Princeps subditos cogere, ut sal, vectigal, aut alias eius res, cariùs, quàm solebat, emant aut conducant, non potest.*
23 *Mos inhumanus ipse est, quo conductores vectigalium, aut agrorum, retinentur inviti, si tantidem alij locari non potest, vectigal, aut ager pub.*

1.

POsse principem, cives subditos, ut sibi pecuniam mutuo, qua exercitus alatur, dent, cogere, decidit *Alex. l. 1. n. 45 in fin. ibi Ripa n. 118. qui Guilh. de Cum. & Ioh. de Plat. idem tenentes allegat. ff. sol. matrim.*

2. Quòd tamen nòn nulli aliter ratum esse nolunt, quàm si princeps primum, loculos omnes proprios exhausisset: tunc enim demum coactione talis, cives molestandos esse, concedunt, *Cyn. l. neminem, vers. circa hanc, ibi Bl. n. 1. C. de Sacros. eccl. Bl. c. conquerente, n. 5. ext. de off. ordin. Abb. c. sicut, el. 3. n. 19. ext. de iureiur. Natta cons. 185 n 11. Roll à Valle cons 1. n. 67. vol. 2. Menoch. cons 75. n. 86. cons. 307. n. 49. per § illud, cl. 2. aut. ut indic. sine quoquo suffr.*

Ripæ partes, secutus est Rex Henricus tertius Galliæ, novæ Poloniæ Rex designatus. Is enim cùm Polonica expeditio suscipienda esset, pecunia autem defecisset: Nantoillettum locupletissimum Parisiorum civem adiit, acerbisque verbis (fortè, quia mutuam dare pecuniam abnuerat) increpavit. Satellites verò eius, capsis effractis, argenteis vasis, signatæque pecunia maxima copia asportatis, ad iter Polonicum ingrediendum, Henricum instructionem fecerunt. *autor. histor. Gallic. comment. p. 4. lib. 12. fol. 116. fac. 2.*

4. Allegat Ripa primò id, quod aliàs iure cautum pospectúmque videamus, in eiuscemodi necessitatibus subditos non solùm ut res suas distrahant, vendántque, aut si non habeant, emant, *L unic. C. ut nem. lic. in emt. spec. sese excus. lib. 10 l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumt. funer. & insimilibus quibusdam, pauculis tamen legibus.*

5. Qua in Rubrica, non emtio sed coëmtio legendum, *Cuj. ic. obs. lib 1. c. 35.*

6. Sed etiam ut viliori pretio divendant, cariorique emãt, cogi posse. *L. si pendentes, § si quid cloacariu. ff. de usufr. Pet. Gerh. sing. 100. ad fin.*

7. Secundò, affert Ripa Ciceronis dictum, quod habet: Propter ærarii tenuitatem, tributum esse conferendum, ut omnes intelligant, necessitati Reipub esse parendum *Cicero offic. lib. 2.*

Hæc ferè sunt, quibus conclusionem suam Ripa comprobat. Mihi veró tanti momenti visa non fût, ut ob eà Ripæ vestigiis in hærendum censeam, quinimo contrarium potiùs amplectendum esse, statuo.

Primò, quod suprá ex complurium Doctorum & quidem verissimis, iurique & rationi consentaneis traditionibus, demonstravimus, principem in contractibus, non aliter ac privatum censendum.

Quod si ita est, neminẽ princeps ad contrahẽtũ secũ, & quod consequens est, nec ad mutuò quidẽ dãdã pecuniã invitũ trahere poterit. Invitũ enim vel comparare, vel distrahere postulandis, improbum est desiderium. *L. invitum, C. de contrah. emt. l. nec emere, C. de iur delib. Fab. de Mont. S. Sab. q. 3. princip. n. 38. Toming. decis. 13. n. 7. Mynsing. obs. 27. cent. 5. Lancil. tr. de off prætor. § 1. n. 11. Hipp. de Mars. l. 1. § cum quidam deponere, n. 1. ff. de quæst. Covarr. var. resol. lib. 3. c. 14. n. 1.*

Etiamsi iustum, & æquivalens numerare vellet pretium. *L. non enim, ff. rer amotar*

9. Secundò, ideo pacis florentissimis temporibus, subditi principi solvunt tributa, & exactiones, pendúntque vectigalia, ut sævis duri belli calamitatibus irruentibus, quo eos defendat, habeat. *arg. c. regum, 25 q. 3. c. d. § illud verò auth. ut indic. sine quoq. suffrag.*

Iniustissimè itaque aget princeps, qui illis temporibus, cùm tutus bos rura perambularet, & pacatum per mare volitarent nautæ, ut cum Horatio loquar, in utramque aurem securè dormiens, aut luxu immodico, fastuque immenso omnia perdens, belli immemor: nec de belli sumtibus, quibus exercitus conscribi, alique possint, cogitans, belli procellis irrumpentibus, subditorum crumenas expilare voluerit nec iure, sed de facto tantùm id faciet.

10. Tertiò: Contractus omnes voluntatis, & consensus, liberi sunt. *§ mandatum ponderando verbum: liberum est, Inst. mand. l. obligationum substantia, ff. de act. & obl. Turz. com. opin. 101. circa med. Toming. decis. 8. n 14. Pistor. q. 20 n. 16. lib. 2. Zutig. l. mutuum, n. 39. ff. si cer. pet. Coras. in l. qui liberos, n. 2. ff. de rit. nupt. Marian Socil. sciẽdum, n. 91. ff. de leg. 1. Crett. in l. si is qui pro emtore, n. 160. ff. de usucap.*

11. Ergò in contractibus, nulla interveniat oportet compulsio, aut coactio. Nihil enim æquè nocet consensui, ac vis, atq; metus. *L. nihil consensui, ff. de reg. iur.*

Nec obstat, quod dicitur, consensum, seu voluntatem coactam, consensum tamen, seu voluntatem esse. *c. meritò is, q. 1. c. cùm inter R. ibi licet consentiret invitus, ext. de elect. l. si mulier, § si metu, ibi Br. n. 1. ff. de his, quæ vi, met. caus. fiunt. Ias. l. qui in aliena, § Celsius n. 35. ff. de acquir. hered. Ias. l. rem quæ nobis, n. 1. ff. de acquir. poss. Incertus autor, in repet. l de quibus, n. 70. ff. de LL. Menoch. tr. de remed. poss. recup remed. 1. n. 104. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. c. 10. n. 58. Seraph. tr. de iuram. privil. 110. n. 6. Zuchard. in Rubr. n. 18. qui C. adm.*

Non

13. Non enim coacta voluntas, voluntas est, quoties, ut in contractibus absoluta voluntas requiritur. *Abb. c. bonæ memori, n. 11. ext. de elect. Abb. c. maiores, § item quæritur, ext. de bapt. Abb. c. de muliere, n. 2. & in c. cum locum, n. 2. ext. de sponsal. Mozz. tr. de contract. Rubr. de matrimon. n. 5.*

14. Similiter coacta voluntas, impropriè voluntas duntaxat est. *Bl. l. cum non voluntatis, n. 3. C. quom. & quand. iud. Dec. in l. relle non creditur, n. 3. ibi Cagn. n. 4. ff. de reg. iur. Butigell. l. sciendum, n. 51. ff. de verb. obl. text. d. c. maiores, § item quæritur, ext. de bapt.*

15. Quapropter cùm consensus omnium contractuum forma substantialis sit. *Butig. in l. mutuum, n. 39. ff. si cer. pet. per. l. obligationum substantia, ff. de act. & obl.*

16. Eiuscemodi coactus consensus, ad constituendam formam hanc substantialem nón sufficiet. Non enim est tale, quod non est simpliciter tale. *gl. Clement. 1. V. aut eorum de for. comp. Ias. in l. 1. n. 7. ff. si ex nox. caus. ag. Neguzant. tr. de pignor. 3. membr. 2. p. p. n. 2. Iacob. de Nigr in Rubr. n. 41. ibi Gravett. n. 115. ff. de leg. 1. Gail. obs. 11. n. 4. lib. 2. Rimin. l. unic. n. 134. C. quand. non pet. part. Rimin. l. precib. n. 606. C. de impub. & ab subst. Cacher. decis. 120. n. 9. Pistor q. 3. n. 9. & n. 20. lib. 2. Vasall. l. imperium, n. 270. ff. de iurisd. om. iudic. Capif. tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 86.*

17. Quartò: gravis hæc videtur iniuria, inquit Imperator, ut homines de rebus suis aliquid cogantur facere inviti. *l. dudum, C. de contrahend.* Si igitur respectu aliorum hoc iniuriosum esse, videtur principi: respectu sui ipsius magis iniuriosum existimabit, & per consequens, ad pecunia se juvandum neminè compellet invitū.

18. Quintò: in hisce necessitatum casibus, princeps rectiùs sibi, rebusque suis consulet, si consilio M. Valerii Lævini, consulis Romani, obtemperabit. Is enim, cùm plebs senatui edicenti, ut ob extremam ærarii inopiam, privati ad expeditionem Macedonicam, remiges cum stipendio, cibariisque darent propalàm & in faciem obmurmurasset, senatui autor fuit, ut senatorii ordinis ipsi, voluntariæ contributionis primi initium facerent.

Cuius saluberrimo consilio, cùm senatus auscultasset, primique senatus principes, deinde senatores reliqui, quicquid auri, argentive, aut signati, aut facti domi haberent, in forum ad triū viros mensarios detulissent, eius extemplo exemplum, equestris ordo secutus, tantoperè commovit plebem, ut præ multitudine conferentium nominaque sua in tabulis publicis prima, legi concupientium, nec scribæ referendo, nec triumviri accipiendo sufficerent, *teste Livio Histor. lib. 26.*

Hoc si fecerit princeps, primúsque publicæ salutis gratia, quæ inter cariora habuit, erogaverit, nulla vi, soluta potestate, aut coactione opus erit, sed maximus fiet concursus, existimantium: Rempub. salvam, res quoque privatas salvas præstare: publicis perditis, sua nequicquam salvatum iri.

19. Sextò: ut recentiora, quæq; nostra ætate contigerunt, adiungamus exempla. Condæi eius qui ad Bassiacum captus, nefario Papæ, & diaboli mancipiorum dolo, scelerate interfectus est] inhæreat laudabili instituto, princeps simili calamitate pressus. Is enim cum nostris copiis, illius exercitui ad Pontomassonum conjunctis, summa premeretur stipendiorum solvendorum difficultate, non vi aliqua, aut divitum coactione, sed eloquentissima concione, & cohortatione usus est, perfecitque, ut omnes summo nixu, voluntatéq; summa, primoribus Gallici exercitus initium facientibus, sponte lubentissimeq;, in stipendium nostratibus exsolvendum contribuerent. Quibus pari humanitate occurrerunt Casamirus Palatinus, quique eius vexilla secuti erant. Cùm enim signato argento deficiente, nobiles viri Galli, aurea argenteaque vasa afferrent, paucis retentis, collaudato præclaro eorum erga Religionem studio, pleraque restituit, fideiussoriæq; de stipendiis cautioni acquievit. Quin etiam plurimi Germanorum equitum, ex iis, qui Casamirum voluntarei secuti fuerant, ut summa stipendii totius coalueret, consveta etiam victus ratione imminuta, suum exenterarunt peculium, attestante idipsum *autore Gallic. hist. commend. p. 3. lib. 8. fol. 120.*

Videt itaque princeps eò penetrare lenitatem moderationemque, quò nec ferro quidem nedum coactioni via patet.

Non obstant in contrarium allegata. Primum enim quod attinet, si qui sunt casus, quibus iure nostro, quis aut ad emendum, aut ad vendendum, & quod consequens est, contrahendū compellitur, id, lata in id lege, fit.

Vides itaque consensum eius, qui deinde ad emendum, contrahendúmque cogitur, accessisse. Ut enim superiùs ostensum est, omnis, qui terram aliquam habitare vult, eo ipsum, quod domicilium ibi constituit, simul consensum, omnibus in illa terra vigentibus legibus, præstat. Ob consensum itaque, iure ad contrahendum compellitur.

Longè secus in iis res sese habet, qui ex soluta potestate promanant monstrosi partus. His enim consensum civem applicasse usibi, cautum esse, non memini. Quapropter à casibus per Ripam adductis, inq; iure expressis, ad coactionem, quæ ex soluta potestate prodit, pessimè argumentabitur.

20. Neque verò (ut id quoque obiter attingamus) in casu l. unic. C. ut nem. lic. in emt. spec. sese excus. lib. 10. iniusta aliqua fiebat exactio, aut coactio: sed specierum venditores illudipsum à fisco, quod in foro aliàs consecuti fuisset, & quidē præsenti pecunia, consequebantur pretium *L. 2. C. Theodos. de pub. compar. lib. 11. Cuiac. obs. lib. 1. c. 35.*

Deinde Ciceronis dictum huc quoque minimè pertinet. De contributione enim, non autē de mutuo, loquitur. Nec enim Ciceronis tempore impunè apud Romanos tulisset princeps, si quenquam aliter, quàm suo exemplo, ut tempore Lævini consulis ex Livio factitatum scimus, ad ærarii publici inopiam sublevandam, cogere voluisset. Nequicquam itaq; huc trahendus, allegatus à Ripa, Ciceronis locus.

Conſpicuum itaque fit ex ipſo textu, nolle principem contractum ſuum retrahere, niſi ex cauſſa, cujus interventu, privato quoque à contractu reſilire liceret, accesſerit. Qvinimò lege lata ad idipſum ſeſe adſtringit.

48. Quintò, confirmatur l. 2. & toto tit. C. ne fiſc. rem qvam vend. evinc. lib. 10. ubi expreſſum legitur: Retractare fiſcum, rem quam ſemel vendiderat, æquitatis, honeſtatiſque rationem non pati. Si itaque honeſtatis, æquitatiſque ratio non patitur, alium nomine principis reſcindere: multò minùs ipſum principem eundem retractare, honeſtatis, æquitatiſque ratio ferent, per ſuperiùs adducta.

Huic autem opinioni in contrarium adducta non officiunt. Quod enim Angeli autoritatem attinet, ecqvis non videt, ſuſurros eſſe principibus blandientis. Ideoque Angeli dictum in ſpecie refutatur *à Felin. c. quæ in eccleſiarum, n. 51. ext. de conſtit.*

59. Sic quoque prima, ſecunda, & tertia objectio, (ejuſdem Farinæ enim ſunt) huic nil obſunt. Non enim in contractibus obtinent, in quibus caſus novè exortus, non attenditur. Cùm poſtquam ſemel perfecti ſunt, formæ ſuæ immutationem, aut conditionis ullius appoſitionem, non ferunt, tantòque minùs totalem reſolutionem non patiuntur *L. perfecta, C. de donat quæ ſub mod.*

60. Quod uſque adeò verum eſt, ut nec princeps quidem donationi ſemel perfectæ, conditionem ullam adiicere poſit. *Iſern. c. 1. § ſimiliter poteſt, n. 25. de capit. qui cur. vend. Tiraq. l. ſi unquam, V. libertis, n. 19. in fin. C. de revoc. donat.*

61. Quarta item obiectio L. cotem, § 1. ff. de vect. vix alicuius momenti eſt, nec enim de cauſſa novè emergente, aut latitante, ibi ulla mẽtio: Sed tantùm Reipub. curatorem abſque principali autoritate, conductionem vectigalium revocare non poſſe, diſponitur. Tantum itaq; ab eſt, ut noſtram opinionem impugnet, ut eam potiùs adiuvet. Ut enim iura iuribus cõcordentur, quod fieri ius noſtrum præcipit *c. cũ expediat: de elect. lib. 6.* Intelligi oportet, tantũ eſſe contractus principis robur, ut ex cauſſis, principi cum privato communibus, ut potè in caſu iſtius legis, ob non ſolutam penſionẽ, curator tamen Reipub. expellere non poſſit, vectigaliũ conductorem, ſicq; principis contractum retrahere, niſi priùs principem admonuerit, facultatèmque expellendi impetraverit.

62. Ultima objectio ex L. qui fundos, C. de omni agr. deſ. lib. 11. erat: ſed in illa lege contractum principem reformare, aut reſcindere, planè negamus, Sed agris deſertis, in poſterum conducendis, tantummodò dare formam aſſerimus. Tùm quia omnis omninò lex, conſtitutióq; omnis ad futura, non autem præterita negotia, referenda eſt *c. fin. ibi Felin. in pr. ext de conſtit. l. leges la 2. C. de LL. gl. licet canon, V. de cætero de elect. lib 6. Corſet. in ſingul V. lex, Gail. obſ. 9. n. 3. lib. 2. Aldorb. in proœm. inſt. n. 14. Marc. Ant. Bard. tr. de temp. ut. & cont. c. 3. n. 15. Schenck. c. 1. in pr. n. 12. de his qui feud. dar. poſ. Borch tr. feud. c. 8. n. 31. Medic. tr. de LL. p. 4. q. 35. n. 1. Capyc. deciſ. 86. n. 18.*

93 Tùm quia textus utitur verbo ſuſceperint, quod eſt Futurum conjunctivi. Etſi replicabis, verbum receperint, non minùs præteritum conjunctivi, quàm futurum eſſe: reſponderim tibi: iuris eſſe axioma: verbum ſubjunctivum ob abſurdi evitationem, odioſorúmque reſtrictionẽ, pro præterito, aut futuro exponendum, pro ut ſubjectæ materiæ fuerit accommotatius. *gl. c. 2. V. commiſerint de conſtit lib. 6. Innoc. c. ſignificaverunt, n. 3. ext. de teſtib. Br. l. 1. n. 11. ff. de iur. codicill. Abb. c. ad hæc, n. 5. ibi Felin. n 1. ext. de reſcript.*

64 Et in ſpecie quòd ſubjunctivus, in legibus atque ſtatuis, de futuro, ob naturã legum & ſtatutorum, quæ eſt futura tantùm includere, ſemper explicandus ſit, in ſpecie decidunt *gl. l. cùm tale, § fin. V. dixerunt, in fin. ff. de cont & demonſt. Bl. d. l. leges, la 2. n. 4. C. de LL. Fel. d. c. ad hæc: in pr. ext. de reſcr. Iaſ. l. poſſideri, § ex pluribus, n. 19. ff. de acquir. poſ.*

Rurſus non obſtat, verbum cedant, in fine illius legis poſitum. Inquit enim textus: Opimioribus cepant, unde inferri poſſe videbatur, in caſu illius legis, contractum principis reſcindi, irritúmque fieri, cum ea, quam non tenemus, recedere nequeàmus.

Sed non eſt ita. Verbum cedant enim, non de ceſſione rei conducendæ, uti & ſuperiora: acci piendum. Nihil itaque is textus, nobis faceſſit negotij.

Sed an princeps contrahens, læſus, reſtitui in integrum queat, videamus.

Et mehercle, ut quæ vera ſunt diſcamus, diſtingvenda erunt patrimonia principis. Cùm enim duplex patrimonium, ſeu duplica bona habeat, nempe fiſcalia, & patrimonialia *L. benè à Zenone. C. de quadr. præſr. Cynus l. procurator, n. 1. ibi Iaſ. n. 1. C. de edent, Br. in rubr. 17. C. de iur. fiſc. lib. 10. Lucas de Penna l. quicunque, la 2. V. domeſticum, C. de om. ag. deſ. lib. 11 Coraſ. l. ficium quem habentem, n. 22. C. fam. herc. Crav. tr de antiquit. temp. p. 4. § abſolutis n. 33. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ tit. 1. § 30. n. 170. Marc. Ant. Peregrin. tr. de iu. fiſc. lib. 1. in pr. n. 6. Gutlh. de Perno tr. de regin. & reg. 7. 13. Cravet. conſ. 487. n. 10*

66. In illis, ob læſionem reſtitui princeps; in his verò, ni minor natu fuerit, non reſtitui poterit *ut in ſpecie decidunt Lucas de Penna l. cubiculrrios, C. de præp. ſac. cub. lib. 12. Sfortia Oddus tr. de reſt. in int. q. 3. n. 88 Cravet. d. § abſolutis, d. n. 33. Zaſius l. Princeps, n. 6. ff. de LL.*

Tùm quia in fiſcalibus ſalus Reipub. vertitur. Cùm ex fiſci reditibus Reipub. onera, & incommoda ſublevanda ſint. Patrimonialia autẽ principis, res privatæ ſunt, nec publico iure æſtimantur. *arſ. l. reſſiub. C. ex quib. lauſ. major tunc l. 1. § hoc interdictum, ff. ne quid in loc. pub.*

67. Tùm quia non ſolùm in contrahendo & diſtrahendo: verum etiam in reſtitutionibus poſtulandis, iure privatorum princeps utitur. *Ioh. Mavett. tr. de reſt. in int. c. 79 n. 2*

68 His autem non obſtat. l. 2. ff. de off. procur. Cæſar. dum in ea dicitur: Imperatori, re perſpecta conſuli, ſi hereditas, quam adierat, ſolvendo non

do non fuerit: Inde enim videbatur dicendum, in rebus etiam patrimonialibus Imperatorem restitui. Nec enim dubium est, quin ex patrimonio privato: non autem ex fiscalibus hereditaria debita, fuisse nt luenda.

Et satis indicat Titulus, sub quo dicta l. 2. posita est. Procurator enim Cæsaris, curam agit earum tantum rerum, quas princeps ut privatus habet: non autem earum rerum administrationi sese immiscet, quæ principis, ut principis sunt. Hoc enim procuratoris fisci officium est. *Cyn. in d. l. procurator. n. 1. ibi Iaf. n. 1. C. de adent. Peregr. tr. de iu. fisc. lib. 1. in pr. n. 7.*

Lex itaq; 2. ff. de off. procur. Cæsar. conclusioni à nobis factæ, contraria est.

At respondebis in casu d. L. 2. Imperatorem, re perspecta, hoc est, caussa cognita, num minor natu, nec nesit, restitui. Non itaque distinctioni nostræ obstat. Nam & nos in patrimonialibus, principem minorennem, restitutione frui, asservimus.

Aut aliter resolves. Nam etiamsi d. lex. 2. ad titulum de offic procur. Cæs. pertineat, ea tamen non disponitur, procuratorem Cæsaris, debita hereditaria, casu, quo per restitutionem Imperatori consumtum non fuerit, excluere debere. Rectè itaque dici potest, ex fiscalibus, non autem privato patrimonio, quódque consequens est, à fisci procuratore, solutionum debitorum, quibus bona hereditaria non sufficiebant, fieri debuisse. Ut princeps enim, non ut privatus, heres institutus erat: ut princeps itaque non ut privatꝰ, hacq; ratione ex fisci reditibꝰ, creditoribus hereditariis satisfacere coactis fuisset, in restitutioneeligisset. Quo retento intellectu, quelongè verisimiū crediderim textus d. l. 2. ff. de off. procur. Cæs. nostræ distinctioni inimica non est, sed ea potiùs adjuvat atque confirmat.

69 Si autem quæsieris, à quo hæc caussæ cognitio, ratione summorum principum, qui superiorem non habent, facienda sit: scias, hanc saltem coram consiliariis principum illorum priùs faciendam esse: quàm in integrum restituatur princeps, uti in specie decidit *Zasius d. l. princeps, n. 6. ff. de LL. per c. 1. de contr. invest. ap. par. term.*

SECUNDI MEMBRI QVARTI CAPITIS

EFFECTUS II.

AN PRINCEPS OBLIGEtur pacto, vel contractu principum, qui ante eum rerum potiti fuerant.

SUMMARIUM

1 *Princeps successor, non ligatur contractu defuncti principis.*
2 *Heres usufructuarii ratam habere non cogitur, rei fructuariæ locationem, in quinquennium ab usufructuario factam.*
3 *Resoluto iure datoris, solvitur jus acceptoris.*
4 *Princeps qui successione adipiscitur principatum, servabit autoris sui conventiones non verò princeps, qui ad capessendam Rempub. eligitur.*
5 *Gravari non debeo, quem non honoro*
6 *Factum ejus personæ, ex qua lucrum capimus, præstare quoque cogimur.*
7 *Princeps uterque tam is, qui sanguinis jure, quàm qui electione, ad principatum aspirat, servabit defuncti pacta, & conventiones.*
8 *Viam nemo eligit, per quam gesta ab eo concidunt,*
9 *Principis contractus, qui autoris sui contractus non servat, rursus ab ejusdem successore retractarentur*
10 *Princeps duplici jure censetur: persona & significationi persona moritur: significatio in omnibus manet eadem.*
11 *Facto proprio contravenire quis nequit.*
12 *Factum demortui principis censetur hodierni principis esse,*
13 *Rex Vincestriæ stare cupit pactis, quæ ejus autores, cum Iustiniano Imperatore pepigerat.*
14 *Reus actoris instrumentis non adjuvandus*
15 *Carolus Magnus, sese, suo, suorúmque successorum nomine obligat.*
16 *Fridericus I. & Heinricus VI. fatentur, rata se habere ea, quæ ab antoribus eorum gesta sunt*
17 *Fridericus I. & Heinricus VI. spondent civitatibus Romandiolæ, & Insubriæ, nomine proprio, & nomine succedentium in Imperio.*
18 *Intellectus c. abbate sané de re judic. lib. 6.*
19 *Intellectus. l. si quis domum, § 1. ff. locati,*
20 *Contractus, qui comites, iustitiam, æquitatemque non habet, contractus abusivè tantùm dicitur.*
Nummus falsus, non est nummus.
21 *Tutor falsus, non est tutor.*
22 *Repetundarum agi potest contra eos, qui prætextu officiorum, quæ gerunt in principium aulis, immensis principium, donationibus, patrimonii reditus affluentissimè adaugent.*
23 *Idq; tam per successorem principis, quàm per status ejus territorii, in quo hæc perpetrantur.*
24 *Comes Italus Campobachius, à Germanis ob proditionem è castris Lotharenii expellitur.*
25 *Gaisu repetundarum rei, à regni Gallici statibus aguntur.*

1.

PRincipis successorem, contractu ejusdem non obligari, indistinctim censuit *Cl. l. n. 3. ff. de const. princip. Bl. de pac. Const. V. ampliùs, n. 4. Ign. l. necessarios, p. 4. n. 176. ff. de Syllan. Chassan. in cons. Purg. Rub. 1. in pr. n. 103. Tiber. Decian. cons. 25. n. 2. vol. 1.*

2. Fundamenta, quibus Baldus innititur, (antesignamus ejus huius opiniōis est,) hæc sunt: primò L. si quis domū, § 1. ff locat. ubi heres usufructuarij, ab usufructuario, in quinquennium factam locationem, ratam habere non cogitur: *& tradit Vincent. Carect. tr. de loc. tit. de usufr. n. 2.*

3. Secundò, regula L. lex vectigali, ff. de pignor. quòd nimirum dentis iure resoluto, accipientis

Quartò, textu §. sed neque, auth. de mandat. princip. ubi expresſim disponitur: adulteris, homicidis, raptoribus, terminorum cautelam cuſtodiendam non eſſe: ſed in publicum protractos pœna affici debere.

Probat itaque is textus, reſpectu illorum, qui ſeſe facinoribus improbis, & flagitioſis contaminarunt, impunè ſalvum conductum violari.

20. Quintò, in omni omnino diſpoſitione utilitas publica excepta creditur. *L. utilitas, C. de princip. lib. 12. l. ſi quis in gravi, § is quoque, ff. de S. C. Syllan. cum ſimilib.*

Ergò etiam in ſalvo conductu, ſeu commeatu libero. Et quod conſequens eſt, ſi ita Reipub. expedierit, facilimè commeatum à ſe datum, cum pernicie etiam impetrantis, revocabit, reſcindetque princeps.

21. Sextò, Fruſtra legum auxilium implorat, qui commiſit in leges, *l. Papinianus, § meminiſſe, ff. de in off. teſt. c. ſi Romanorum, 19. diſt. c. quia fruſtra, ext. de uſur. c. ex eo de reg. jur. lib. 6. Zoanett. l. ut vim, p. 1. n. 9. ff. de juſt. & jur.*

Sed is, qui commeatum poſtulat deliquit in leges. Ergò legum auxilium fruſtrà implorat, ut ſibi commeatus, quem pactus eſt, ſervetur.

22. Contrarium alii opinantur: Principem neutiquàm, poſſe fidem ſemel alicui præſtitam, de commeatu, rumpere aut frangere. Hi ſunt: *Cyn. in l. præſenti, in fin. c. de his qui ad eccleſ. confug. Br. l. illicitas, § ne potentiores, n. 10. ff. de off. præſ. Bl. l. 1. § non fuit, n. 1. ibi Raph. Fulg. n. 1. ff. de dolo, Br. l. is qui reus, n. 12. ff. de pub. jud. Salyc. l. cum Indulgētia, n. 2. verſ. quæro, C. de ſent. paſſ. & reſt. Jaſ. l. conventionū, n. 3. ff. de pact. Jaſ. l. 2. § quod diximus, n. 11. ff. ſi quis caut. Jacob. de Beluis, in pract. crim. Rubr. de quæſt. n. 140. Hipp. de Marſ. pract. crimin. § conſtante. n. 101. Roiz. deciſ. Lituan. 4. n. 363. Boſſ. tr. crimin. Rubr. de remed. ex ſol. clement. princip. cont. ſent. n. 69. Cagn. d. l. ea eſt natura, n. 19 ff. de reg. jur. Paris de Put. tr. Synd. V. ſalvus conductus, n. 1. Corſet. in ſing. V. ſecuritas. Guido Papæ deciſ. 418. n. 5. pract. pap. in for. inquiſit. V. hæc eſt quæd. inquiſit. n. 32. Coler. in ſuo proc. p. 4. c. 1. n. 185. Card. pariſ. conſ. 68. n. 178. vol. 4. Burſat. conſ. 177. n. 37. vol. 2. Hipp. de Marſ. conſ. 32. n. 34.*

23. Confirmatur autem PRIMO: Nam fides hoſti etiam data ſervanda eſt, *c. noli 23. q. 1 gl. c. offerebat. 32. q. 7. Br. q. 1. incip. Lucanæ civitatis ſtatuto, n. 6. Bl. l. 1. § nō fuit, n. 2. ff. de dol. Cagn. d. l. ea eſt natura, n. 19. ff. de reg. jur. Menoch. tr. de arbit. jud. qu. caſu 336. n. 26. Fortun. Garc. l. conventionū, n. 6. ff. de pact. Hipp. de Marſ. d. conſ. 32. n. 28*

24. Multò magis itaque illi, qui ob facinus aliquod nefarium, tutò abſque ſalvo conductu, in loco aliquo commorari non poteſt. Cum hoſtibus enim de ſalute tùm noſtra, tùm conjugum, dulciſſimorumque pignorum, nec non de fortunis, & in ſumma de aris, focisque nobis res eſt: cum illis verò neutiquàm. *arg. leg. hoſtes, ff. de capt. & poſtl. reverſ. l. quos nos hoſtes. ff. de verb. ſignificat, Gentil. lib. orig. V. perduelles, Borch. tr. feud. c. 2. n. 25. Roiz. deciſ. Lituan. 3. n. 480. Barnab. Briſſon. in Lexic. V. hoſtes.*

25. Confirmatur ſecundò: Nam aliquem ſub fide principis, aut publica, decipere, grande nefas eſt. *L. 1. C. de his qui ven. æt. impet. l. Barbarius, ff. de off. præt. l. 1. § ſed & qui, C. de Lat. libert. toll. Franc. à Cald. l. ſi curatorem, in pr. n. 5. C. de reſt. in int. Mynſing. conſ. 51. n. 63. Tiber. Decian. conſ. 2. n. 111. vol. 1. Fr. Burſat. conſ. 177. n. 4. vol. 2. ubi Bl. & Magelot. in id allegat.*

26. Hinc fidem publicam, ceu Deam, divinis honoribus, ab ipſius Numæ temporibus, proſecuti ſunt Romani, à quo ædes fidei in Capitolio, juxta Jovis capitolini phanum poſita eſt. Ut ſcilicet indicarent, hanc ceu Deam minimè violandam, ſed ſartam tectam, omnibus, & erga omnes tuendam, enixeque ſervandam eſſe, *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 22. c. 2. ante med. Connan. comment. jur. lib. 1. c. 12. n. 3. Roiz. deciſ. Lituan. 3. n. 39. Roſin. antiquit. Roman. lib. 2. c. 18.*

Sed ſi fides rumpitur, is qui liberum commeatum pactus eſt, ſub fide publica decipitur.

Ergò commeatus liber diſſolvi non debet. Hicque repetendæ ſunt reliquæ rationes omnes, quas ſuperiùs, ut principē pacto, contractuvé ſuo obligari, oſtenderemus, adduximus.

27 Etenim ſalvus conductus, cum principe pactus, in ſpeciem contractus tranſit. *Burſat. d. conſ. 177. n. 37.*

28. Sed & is quoque ſalvus conductus, qui concedi non debuiſſet, conceſſus, ſervandus nihilominùs eſt. *Menoch. tr. de arbit. jud. quæſt. caſu 336. n. 33. ubi Bl. Signor. & Bell. in id allegat, & caſu 337. n. 5. Burſat. d. conſ. 177. n. 41. vol. 2.*

29. Multa enim etſi fieri prohibeantur, facta tamen nihilominùs valent, quodque conſequens eſt, ſervanda ſunt. *L. 1. ff. de fer. l. 1. § biduum, ff. quand. appell. ſit, l. ſi pupillorum, § ſi prætor. ff. de reb. eor. Jaſ. l. patre furioſo, n. 9. per ill. text. ff. de his qui ſunt ſui, vel al. jur. Dec. in l. in ambiguis, § nō eſt novū, n. 4. de reg. jur. Seraph. tr. de juram. privil. 59. n. 22. Roman. conſ. 215. n. 6. Cephal. conſ. 91. n. 43. conſ. 152. n. 26. conſ. 552. n. 22. Rol. à Valle conſ. 24. n. 79. vol. 1.*

Non obſtant in contrarium allegata. Quod enim primò ex Menochio retulimus, commeatum promiſſum, conſuetudine ſaltem ita diſponente, ſervari non ſolere: exemplaq;, quibus idipſum probetur, ſubjunximus: huic primò reſpondetur: Non exemplis, ſed legibus judicandum eſſe. *L. nemo, C. de ſent. & interl. om. judic. Euerard. in top. in loc. ab autoritate, n. 5. Aldobr. § ex non ſcripto, n. 23. Inſt. de jur. nat. Coraſ. miſc. lib. 2. c. 5. n. 3. Menoch. conſ. 2. n. 207. Medic. tr. de LL. p. 2. q. 12. n. 4. Anton. Maria Corat. tr. de com. opin. lib. 2. tit. 9. n. 83. Connan. comment. jur. lib. 1. c. 15. n. 7. Decius conſ. 429. n. 9. Tiber. Decian. conſ. 100. n. 37. vol. 3.*

Secundò, peſſimam, deteſtandamq; hanc eſſe conſuetudinem, ex illis ipſis, quorum mentionē fecimus, videre eſt exemplis. Dirus enim omnes quotquot recenſuimus, commeatum quem dederant rumpentes, conſecutus eſt exitus.

31. Sic paulò pòst ipse Consalvus Magnus in Hispaniam, captivus ferè à Rege suo, apud quem affectati Regni Neapolitani suspicionem incurrerat, abductusque est, ibiq; vitam privatus, donec supremum clauderet diem, egit. *Guicciard. histor. lib. 7. fol. 677 & lib. 12. fol. 197. Jovius in vita Consalu. lib. 3. ex fol. 280.*

32. Davalus verò nihil ferè, post ruptam, quam per Epistolam dederat Morono, fidem, præclari gessit; nec diu fructus est posthac hujus vitæ, justo Dei judicio (ut Guicciardinus loquitur) usura: sed & perfidiæ nota passim apud omnes laboravit. *Jov. in vit. Piscar. d. lib. 7 ex d. fol. 420. Guicciardi n. d. lib. hist. 16. fol. 578. in fine, & fol. 581.*

33. Sed nec Carolus, post ruptam Landgravio fidem, eandem, quam antea semper expertus est, felicitatem: sed hosti longè inferiori, verùm Hispanicas belligerandi artes edocto, Electori Saxoniæ Mauritio &c. succubuit. *Schleid. histor. lib. 24.* Et nullo edito memorabili deinde facto, in monasterium sese abdidit.

34. Sigismundus Imperator, à synodo Cōstantiensi haud unquam belli aleam feliciter expertus est: coactusq; fuit, pro injustè & nefariè, permissu suo, exustis Martyribus sanctis, Deo innocentiæ vindice, (ut cum Domino Philippo loquar) perpeti acerbas contumelias, & vim atrocem suorum. *Dom. Phil. Melanch. Chronic. lib. 15. fol. 214.* Ut taceam ea mala, quæ tùm ditionibus Sigismundi hereditariis, tùm universæ Germaniæ, à Boëmis Husfi sectatoribus, qui hac fidei violatione irritati fuerant, illata fuêre. De quib9 *Munster. Cosmograph. lib. 3 f. 312. & f. 801. Dom. Phil. Mel. in Chron. lib. 5. f. 212.*

35. De Carolo verò Burgundo, ipse attestatur Cominæus, homo longè prudentissimus, & perspicacissimus, illisque artibus, quæ verè aulicæ sunt, instructissimus, se judice, non nisi ob hoc pudendum ruptæ Connestablio fidei facinus, Caroli res, à DEO opt. max. in præceps fuisse datas. Qui hostem imbellem, agriculturæq;, quàm armis tractandis, tunc temporis aptiorem, à quo vires ejus confringerentur, contererenturque: ipse verò Carolus conculcaretur, contra eum excitavit. *Comin. d. lib. 6. fol. 239. & seqq.*

36. De Gallo, quod dicamus quicquam, opus non est. Res ipsa enim loquitur, omnibusque ultricem Dei manum ostendit. Misereatur is in posterum, ferè pessundati, scopulisque collisi Gallici Regni piosque Regis Henrici IV. præstantissimi, conatus adjuvet.

His igitur vestigiis moniti, justitiam principes, fidemque datam colere discant.

37. Tertiò respondendum, nec ipsum quidem Menochium has secutum fuisse partes: Sed expressim decidisse, salvum conductum, consuetudine, vivacique observantia servari, custodiri, securumque eo, impetrantem fieri. *Menoch. d. conf. 10. n. 223.*

38. Secunda opinio eorum erat, qui censebant Majestatis læsæ reo, salvum conductum non servandum esse: sed nec illa vera est. Etsi enim multa privilegia, crimini læsæ Majestatis, ejusque cognitioni competant, inductaque sint: tale tamen privilegium, quòd ob id fides pub. rumpi debeat, possitque nusquam extat. Privilegia itaque ejus criminis extendenda ad hunc quoque casum non erunt. *Roder. Scares l. reg. 1. lib. 3. tit. de las garianc. del maridoy de la muger, n. 10. per c. porrò, ext. de privil.*

Tertia quoque opinio distinguentium, inter facinorosos, & non facinorosos, subsistere nequit. Nemo enim nisi facinorosus salvo conductu indiget. Si itaque crimine pollutis, salvus conductus servandus non est, nunquam servandus erit. Corruit itaque distinctio, quam hanc partem sectantes constituunt.

39. Denique nec ob publicam quidem utilitatem, ut salvus conductus rumpatur (quarta hæc erat opinio) ferendum concedendumq; erit. Qui enim publicè utile, quod honestum non est, esse poterit?

Honestum autem, Reipub. pactionem retractare, dicere, amentis est.

Accedat hac opinione, tria simul juris præcepta primaria, violari. Non enim hoc pacto princeps seu Respub. honestè vivit, alterum lædit, nec suum cuique tribuit. Sed & sub fide publica, homines decipere, velamine fictæ utilitatis docet: transilireque legum tramites leni verborum fuco jubet: decipulis pravis atque inhonestis latissimas fenestras aperit. Explodenda itaque hæc opinio, quæ ab utilitate honestatem separat, atque sejungit.

40. Videamus nunc rationes, pro hisce opinionibus omnibus adductas. Primum itaque dolum bonum esse, quo hosti insidiæ struuntur, tandiu verum est, quandiu fides præstita non est. Fide aut præstita, servanda illa hosti erit, (ut in prima decidendi ratione affirmavimus) & si quid in hostis perniciem deinde molimur: jam non dolus bonus, sed dolus malus erit, à quo principes omnes abstinuisse decet. *Ut superiùs evicimus.*

41. Quo pacto Chorœbi Vergiliani quoque dictum: Dolus, an virtus, quis in hoste requirat: interpretandum, ut locum scilicet ante habeat, quàm fides interposita, manusque manui porrecta est. Ita enim idipsum interpretatur ex nostratibus, *Cagn. d. l. ea est natura, n. 21. ff. de reg. jur.*

Secunda erat ratio, ob salvum conductum delicta impunita remanere: Sed hæc minimè vera est. Non enim delicta, ob salvum conductum impunita remanent, sed pœna tantummodò ad tempus, quo nimirùm salvus conductus effluxerit, differtur. Auferri itaque, quod duntaxat prorogatur, dici neqvit.

42. Sed & satiùs, sanctiùsque erit, bis aut ter nocentem pœnis legitimis non plectere, quàm fidem publicam frangere. *arg. d. l. 1. C. de his qui ven. æt. imp.*

Propter atrocitatem delicti, à regulis juris recedi (tertia hæc est ratio, diversum à nobis sententium) verum est, dummodò contra fidem datam nihil planè præsumatur, aut attētetur.

tetur. Si enim fides data hosti servanda est, multò magis delinquenti, sarta tecta custodienda erit.

43. Ad textum § sed neque auth. de mand. princ. quod attinet, cuivis ex qualicunque ejus lectione perspicuum fiet, illum de salvo conductu non loqui, sed de tempore triginta dierum, quod illis, qui ob controversiam civilem ad ecclesiam confugerant, jure asyli, priusquam extraherentur, dabatur. *Cujac. Novell. 17. vers. ut ne præsides, & ante Cujacium sensit Salyc. l. cum indulgentia, n. 3. C. de sent. pass.*

Non igitur à dispositione illius §, ad casum nostrum rectè argumentamur. Cùm illius dispositio expressim sese ad civiles tantùm lites restringat: salvus conductus autem, non nisi facinorosis, & in caussa criminali concedatur.

Utilitatem pub. semper & ubique exceptam esse, quapropter nullo negotio, si ipsa id exposcerit, fidem pub. seu salvum conductum violare licitum fore, quinto loco objiciebatur: Demus antecedens verum esse, consequentia tamen non valebit. Cùm magis semper publicè intersit, principem honestè vivere, quæ honestas in dictorum, factorumque præstatione consistit, quàm unum, atque alterum sontem, impunè ferre, noxiã suam sinere.

Sed nec textus, quos ad comprobandum hoc axioma adduximus, in casu, quo fide publica media, quid promittitur, loqvuntur. Huc itaque trahendi non sunt.

Quod si tantoperè in ea, ut sontes puniantur, posita sit pub. utilitas, qui fit, quòd ab initio non perpenderit princeps? cccur commeatum concesfit? An non famæ suæ, Reique publicæ saluti rectiùs consultum iri, existimare debuisset, penitùs commeatum denegare, quàm eum, qui concedi etiam non debuisset frangere?

Sexti, quod postremum etiam est, argumenti minorem negamus. Per salvum enim conductum is, qui quicquam deliquerat, in eo statu, quandiu salvus conductus durat, sistitur, in quo priùs erat, quàm deliquerat. Non injuria igitur, legis tàm vivæ, quàm mortuæ, ne sibi quod pepigerat, induciarum tempus imminuatur, auxilium postulat, implorat, flagitat.

MEMBRI II.

QVARTI CAPITIS

EFFECTUS VI.

An Principi Licitum, permissúmque sit, civitates, subditosque suos nolentes, alienare.

SUMMARIUM.

1 *Princeps subditos invitos alienare potest.*
2 *Moderator & arbiter quilibet rei suæ.*
3 *Dominus quisque juris sui, & dimittendi & retinendi.*
4 *Rei suæ moderator & arbiter quisque etiam abutendo.*
5 *Alienationem rerum suarum, ingenuis hominibus liberam non esse, iniqvum.*
6 *Injuria gravis est, qua inanis honestatis colore, homines aliquid de rebus suis, inviti facere coguntur.*
7 *Facti nomine, non factum continetur.*
8 *Princeps sequioris, quàm privatus, conditionis esse non debet.*
9 *Principis miserrima erit conditio, nisi liberam rerum principatus alienationem habuerit.*
10 *Vasallus domino invito, feudum resignat.*
11 *Princeps subditos invitos non alienat.*
12 *Res nostræ à nobis non auferuntur, nisi earundem ablationi aut consentiamus, aut delinquamus.*
13 *Princeps Reipub. maritus.*
14 *Maritus res dotales alienare neqnit.*
15 *Fundus dotalis distrahi, consentiente etiam uxore, nequit.*
16 *Princeps communis subditorum pater est.*
17 *Pater bona adventitia liberorum non abalienat.*
18 *Consequentia, mutato genere prædicationis usitato, in peregrinum, & inusitatum, non valet.*
Fallit ut n. 20.
19 *Fictio, in casu ficto, idem quod veritas, in casu vero operatur.*
20 *Princeps omnis, sui principatus incrementum concupere debet.*
22 *Inducta ad finem unum, contrarium producere effectum non debent.*
23 *Principi omni, in prima ipsius creatione demandatum, ut ea agat, quæ publicè prosunt.*
24 *Mandati fines diligenter custodiendi.*
25 *Principatus est quid integrale, multis partibus integralibus constans.*
26 *Membrum, ne minimum quidem, à corpore, sine ipsius læsione, præscindi nequit.*
27 *Princeps sui principatus viscera eviscerans, propriæ dignitatis fit homicida.*
28 *Industria personæ, ubi electa est, persona immutari, nolente eligente, nequit.*
29 *Inter principes longa differentia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis.*
30 *Persona non est subaudienda, in aliqua dispositione.*
31 *Principis de terris suis testamentum non valet.*
32 *Testari, quàm contrahere, digniùs favore.*
33 *Argumentum ab ultimis voluntatibus negativè quando procedat.*
34 *Principi à perjuriis cavendum.*
Inhumanum est, viam per leges, aperiri perjuriis quæ puniunt ea. ibid.

35 Prin-

35 *Princeps omnis, cùm primùm ad Rempub. capessendam admittitur, se sarta tecta Reipub. jura conservaturum jurat.*
36 *Patris potestas, in filium major, quam principis in subditum.*
37 *Filius adoptivus, quartam ex adoptantis hereditate consequitur.*
38 *Pater, filium nolentem, in adoptionem dare nequit.*
39 *Principes magis amant subditos, qui à vetustis temporibus, sub eis fuerunt.*
40 *Princeps subditos invitos alienans dominio directo carebit.*
Contrarium n. 41.
42 *Dominium quid.*
Intellectus regulæ: quemlibet res suas pro libitu administrare.
43 *Alienare posse, non est de substantia dominii.*
44. *Intellectus l. 2. ff. si quis à par. suer. manum. & l. dudum, C. de contrah. emt.*
45 *Nemo potest velle, ne in suis actionibus leges locum habeant.*
46 *Principum non erit deterior conditio, etiamsi subditos nolentes transferre in alium nequeant.*
47 *Refutatio feudi, non potest fieri, nisi feudi domino.*
48 *Carolus Quintus Imperium Septemviris restituit.*
49 *Princeps subditos nolentes, in æquè idoneum transfert.*
Contrarium n. 57.
50 *Prohibitionis causa cessante, cessat dispositio.*
51 *Dominus feudi invitus, compellitur agnoscere Vasallum eum, qui eadem à se exhibitum iri servitia, quæ prior Vasallus exhibuerat, promittit.*
52 *Fidejussorem dare qui promiserat, liberatur æquè idoneum dando, primo de quo promiserat, fidejubere recusante.*
53 *Domo quæ locata erat evicta liberatur locator, præstando non minùs idoneam.*
54 *Fidejussores non minùs habiles dare sufficit, si compromisso prorogato, primi ulteriùs ad vadimonium venire tenuerint.*
55 *Metu compellens ad accepto ferendum, restitutione postulata, vel priores fidejussores, vel non minùs habiles dabit.*
56 *Locus servituti destinatus, fit religiosus, æquè idoneo loco servituti assignato.*
58 *Ratio ubi est eadem, eadem quoque juris decisio sequi debet.*
59 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda.*
60 *Creditor fidejussorem semel acceptum liberare, & æquè idoneum accipere non cogitur.*
61 *Homo homini per omnia similis vix reperitur.*
62 *An verum sit, dominum nolentem compelli, ad agnoscendum alium Vasallum, eásdem præstare operas volentem.*
Majoris est imperare, minoris obsequi, ibid.
63 *Par in parem imperium non habet.*
64 *Asinus, cùm se per parem comprehendi videt, intumescit.*
65 *Intellectus L. murileguli C. de murileg. lib. 11.*
66 *Murileguli dicuntur etiam Conchiliolegul.*
67 *Murileguli qui.*
68 *Murex quid.*
69 *Muricis vellus vendi prohibetur.*
70 *Muricis vellus quid.*
71 *In odium inducta, trahi non debent in favorem.*
72 *Intellectus l. qui autem, §. 1. ff. de constit. pec.*
73 *Factum alienum promittens, liberatur, si, quæ per eum stabant, admonendo, cohortandoq; fecerit.*
74 *Intellectus l. si quis domum, ff. locat.*
75 *Intellectus L. Labo, ff. de arbit.*
Aliud pro alio, creditore invito, solvi nequit, ib.
76 *Litis eventus dubius.*
77 *Intellectus l illud, ff. quod met. caus.*
78 *Princeps subditos nolentes, alienat in potentiorem.*
Contrarium n. 84.
79 *Quod pluris est, utique tanti est.*
80 *Honoratiores sunt ii, qui sublimioribus principibus subsunt.*
81 *Populus quisque tantò meliùs regitur quantò potentior rex, à quo regitur, fuerit.*
82 *Obsequia servorum honestantur dignitate dominantium.*
83 *Libertas justa est, sub rege potentissimo vivere.*
85 *Interest nostra, ne potentioribus mancipemur, potentioribus enim pares esse non possumus.*
86 *Proprietarius rem usuariam commutare, etiam in melius non potest.*
87 *Beneficium in invitum non confertur.*
88 *Negotium benè gestum non dicitur, si invito eo, cujus negotium est, geritur, quantumvis optimè geratur.*
89 *Subditorum interest, talem sortiri dominum, cui quotidiè calamitates suas exponere, & à quo auxilium expectare possint, quoties opus fuerit.*
90 *Dulcius est de aqua torrentis, quàm de rivulis bibere.*
91 *Dulcius est, habere aures dominorum, quàm ministrorum.*
92 *Intellectus l. furti, ff. de in lit. jur.*

93 Con-

93 *Consequentia non valet; princeps est potentior, ergò melior.*
94 *Dignitas domini, non solùm in potentia: sed & in antiqua sanguinis nobilitate consistit.*
95 *Alexander Macedo, ante adeptam Persarum Monarchiam, solitis Macedonum honoribus fuit contentus: post deinde aucto imperio, Deorum more adorari voluit.*
96 *Princeps in æquè idoneum, aut inferiorem etiam, subditos nolentes alienat, si supremam sibi jurisdictionem reservarit. Contrarium n. 99.*
97 *Dominus manumittens servum, alienare eum non dicitur, ob jus patronatus, quod domino remanet.*
98 *Usufructu à pluribus relicto, omnibus satisdandum.*
100 *Principum multitudo mala. Subditorum interest, non nisi unum habere dominum, ib.*
101 *Sole necor solo, quod ero, si creverit alter.*
102 *Subditi mei subditus, meus subditus non est. Et quatenus id verum sit, n. 104.*
103 *Vasallus Vasalli mei, meus Vasallus non est.*
105 *Principe viro indignum est, novis servitutibus subditos onerare.*
106 *Juramentum fidelitatis, omnibus domini filiis præstandum.*
107 *Filii domini unum ex sese, cui nomine omnium fidelitas juretur, eligant.*
108 *Fidelitas etsi omnibus domini filiis juranda sit: servitia tamen non nisi uni exhibentur.*
109 *Obligationis conditio ex heredum persona, durior effici non debet.*
110 *Servitia domini filiis, præstanda priùs non sunt, quàm unum, cui fidelitas juretur, ex fratribus elegerint.*
111 *Intellectus l. talem, § 1. ff. de her. instit.*
112 *Intellectus l. si usufr. § sed si plures, ff. de usufr.*
113 *Princeps eo casu subditos invitos alienat jure, quando cum universitate eos transfert. Contrarium n. 118.*
114 *Multa cum universitate alienantur, quæ seorsim non transferuntur.*
115 *Falanius Eques Romanus, quòd statuas Augusti cum hortis vendidisset, à Tyberio absolutus.*
116 *Jus patronatus vendi nequit.*
117 *Jus patronatus venditur, sub universitate bonorum.*
119 *Cui non licet, quod est minus, quod majus est, multò minùs licitum erit.*
120 *Prohibitum in parte, in totum multò magis prohibitum erit.*
121 *Periculum ubi majus, ibi cautiùs agendum.*
122 *Intellectus c. 1. § præterea ducatus de proh. feud. al. per Frider.*
123 *Clausula in fine posita, omnia præcedentia regit.*
124 *A particulari ad universale consequentia non valet.*
125 *Perperàm conclusio fit cùm in ea plus quàm in præmissis est.*
126 *Res sacræ, extra hominum commercium sunt.*
127 *Rerum sacrarum venditione, Simonia contrahitur.*
128 *Ascriptitii sine fundo alienari nequeunt.*
129 *Ascriptitiorum origo.*
130 *Ascriptitii fundi instrumentum.*
131 *Subditi juri civitatis renunciare, & aliò migrare possunt.*
132 *Ascriptitii medium, inter ingenuos & servos, hominum genus. Servi conditionales qui, ib.*
133 *Princeps subditos nolentes, necessitate urgente, alienat. Contrarium n. 136*
134 *Necessitas licita, quæ illicita aliàs sunt, facit.*
135 *Necessitas legum vincula respuit.*
137 *Princeps tutor Reipub.*
138 *Tutor ob necessitatem, qua premitur, pupilli patrimonium, nequicquam distrahit.*
139 *Nemo alterius caussa aggravandus est.*
140 *Necessitas in casibus tantùm in jure expressis, privilegio fruitur.*
141 *Johannes Galliarum Rex, ab Anglis capitur, in eos totam ferè Galliam Occitanam, libertatis recuperandæ caussa, transfert. Cui subditi reclamant.*
142 *Rupella rectiùs Rochela nominatur.*
143 *Franciscus I. Galliarum Rex, Carolo Burgundiæ Ducatus restitutionem, per fœderis leges promittit, quibus tamen Ducatus Status assentiri noluere: sed ut id pacificationis caput circumduceretur, effecére.*

1.

PRincipem subditos invitos alienare, alteriusque domini jugo indistinctim mancipare posse tradit *Decius l. debitorum, n. 2. C. de pact. Affl. decis. 265. n. 33. Bossius tr. de princip. n. 291. Br. cons. 196. n. 1. vol. 1.*

2. Quorum opinio confirmari potest, PRIMO: Nam quilibet rei suæ moderator & arbiter est. *L. in re mandata, C. mand. Stracch. tr. de mercat. p. 4. n. 50. Gars. tr. de expens. c. 9. n. 62. c. 13. n. 2. Cald. l. si curatorem, V. cùm non absimilis, n. 4. vers. ceterum, C. de rest. in int. Aldobr. Inst. de just. & jur. in pr. n. 12. Turz. com. opin. 161. Coras. miscell. lib. 6. c. 17. n. 1. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 1. c. 6. n. 1. lib. 5. c. 20. n. 2. Toming. decis. 13. n. 25. Pistor. q. 38. n. 50. lib. 2. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. cōcl. 44 vers. secundò ae eo jure. Marzar. tr. de fideicom. p. 2. n. 5. Cacheran. decis. 100. ante n. 1. Schenck. c. 1. in pr. n. 12. de feud. Guard. Sonsb. tr. feud. p. 7. n. 3. Paul. Girl. tr. de sortileg. q. 7. n. 21. Vital. de Gamban. tr. clau-*

 sul.

sul. Rubr. an. reduct. ad arb. bon. vir. renunc. poss. n. 33. Borch. tr. feud. c. 5. n. 41.

3. Item sui quisque juris & dimittendi, & remittendi est dominus. Ut inquit *Cicero in Orat. pro Balbo circa med.* Sed principatus est res principis.

4. Ergo de principatu pro arbitrio statuet Princeps, & quod consequens est, cùm quilibet rei suæ moderator, & arbiter sit, non solùm utendo, verùm etiam abutendo. *L. Sed etsi lege, § consuluit, l. si quid possessor, § sicut, ff. de petit. hered. Andr. de Bessetis in l. 1. n. 17. C. de sacros. eccles.*

Principis quoque arbitrium, ad abalienationem principatus sui, sese extendet.

5. Confirmatur SECUNDO: Iniqvum namque est, ingenuis hominibus, liberam non esse rerum suarum administrationem, *Jas. l. 1. n. 23. ff. de adopt. Sonsb. tr. feud. p. 13. n. 101. Hartm. Pistor. q. 4. n. 24. & 45. q. 13. n. 38. cum seq. & q. 38. n. 50. lib. 2. Borcholt. tr. feud. c. 5. n. 41. text. l. 2. ff. si à par. quis fuer. manumiss.*

Si igitur liberam administrationem & abalienationem rerum suarum ingenuis denegare iniqvum est: denegare illam ipsam principi, longè erit iniquissimum.

6. Confirmatur TERTIO: sequenti ratione, quam Decius ipse solam, in superiùs citato loco affert: quòd nimirum gravis sit injuria, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti. *L. dudum, c. de contrah. emt.*

7. Consequens itaque est, gravissimam hanc quoque esse injuriam, qua princeps, res principatus sui invitus retinere cogitur. Facti enim nomine, non factum quoque continetur. *§ si uxor, ibi: rectiùs tamen Inst. de nupt. And. de Iser. c. 1. n. 45. de proh. feud. al. per Frid. Roncheg. l. penult. n. 7. ff. de duob. reis, Mozz. tr. de cont. Rubr. de divis. stipulat. n. 8. Seraph. tr. de juram. priv. 1. n. 50. priv. 31. n. 52. Rebuff. l. unic. n. 211. C. de sent. quæ pro eo, quod int. prof. Hormannoct. Detus l. 4. § Cato, n. 56. ff. de verb. obl. Modest. Pistor. in suo consil. post quæst. Hartm. 20. lib. 2. n. 34.*

8. Confirmatur QVARTO; Princeps enim sequioris, quàm privatus conditionis esse non debet. *L. item veniunt, § ait Senatus, ibi gl. V. in publica, ff. de petit. hered. l. 1. & 2. C. de privil. fisc. l. 1. C. de conduct. & procur. rer. fisc. lib. 11. Covar. var. resol. lib. 1. c. 16. n. 2.*

9. Sed si principi denegatur libera rerum suarum administratio, conditio ejus erit miseranda, cùm nec inter vivos donare, nec in testamento legare possit. *Ut in specie decidit Oldrad. cons. 94. n. 23.*

Non ergo principi libera rerum suarum administratio abneganda, & per consequens, oppidum unum, pluravé, vel regnum etiam ipsum, alienare, subditis nolentibus, princeps poterit.

10. Confirmatur QVINTO: Vasallus enim, invito domino, feudum refutare, ut loqvuntur, potest. *c. 1. in fine, ibi Bl. n. 6. de Vasall. qui cont. constit. Loth. Somb. tr. feud. p. 12 n. 114. Abb. c. quæ in ecclesiarum, n. 19. ibi Felin. n. 76. ext. de constit. Wesenb. tr. feud. c. 9. n. 3. & c. 11. n. 11. Borch. tr. feud. c. 8. n. 53. Curt. tr. feud. p. 4. n. 135. Zasius tr. feud. p. 10. n. 85. Thomas de Marin. tr. feud. tit. 2. n. 120. Mynsing. obs. 65. cent. 5. obs. 23. n. 1. cent. 6. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholosan. decis. 404. versic. posset igitur poni. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 5. n. 3.*

Ergo è diverso, directo quoque dominio, dominus sese abdicare, quodque consequens est, feuda, oppida, civitatesque regni sui, in alium transferre poterit.

11. Contrarium tamen principalis conclusionis, subditos nempe invitos, in alium transferre, principem non posse, plerique, imò omnes ferè, tradunt. *gl. l. invitus, ff. de fideicom. libertat. Bl. l. debitorum n. 1. ibi Castr. n. 3. Curt. n. 5. Jas. n. 7. & Alc. n. 25. C. de pact. Bl. c. 1. § in generali, n. 2. si de feud. def. fuer. controv. Bl. c. 1. § si quis, n. 5. quo temp. mil. Alvar. in c. 1. ex eadem, n. 1. de lege, Conrad. Cyn. in l. 1. vers. ista faciunt, ibi Sichard. n. 6. C. de novat. Lucas de Penna l. 1. in verb. immunis, C. de capit. civ. cens. eximend. lib. 11. Alex. l. 2. n. 29. ff. sol. matrim. Jas. l. si non sortem, § libertus, n. 26. ff. de condict. indeb. Ang. Aret. § item Serviana n. 10. ibi Jas. n. 106. & 107. Inst. de Act. Abb. c. auditis, n. 11. ext. de præscript. Abb. c. dilecti, n. 1. ib. Felin. n. 1. vers. hominibus invitis ext. de major. & obed. Felin. c. 1. n. 4. ext. de probat. Felin. c. ex parte ante, n. 1. vers. nota ibi etiam, ext. de accusat. Cotta in memor. V. Vasallus, cl. ult. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 26. gl. 1. n. 78. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 3. n. 23. Tiraq. tr. de jur. primig. q. 35. n. 24. Frider. Schenck. c. 1. § prætereà, etiam 1. in fine de prohib. feud. alien. per Frider. Guido Pdpæ decis. 239. n. 1. Sonsb. tr. feud. p. 10. n. 1. Cacheran. decis. 139. n. 25. Borch. tr. feud. c. 8. n. 136. cum seq. Curt. tr. feud. p. 6. n. 3. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclus. 44. vers. ex quo, & versic. facit ad hoc. Hartm. Pistor. q. 15. n. 14. lib. 1. Menoch. tr. de remed. poss. recup. remed. 10. n. 81. Fabian. de Monte S. Sab. tr. de emt. & vendit. q. 3. princip. n. 17. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 3. § 8. gl. 1. n. 51. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. vers. nec superstitibus, n. 21. Capyc. decis. 162. n. 1. Jul. Clarus recept. sentent. § feudum, q. 28. n. 1. Capell. Tolos. decis. 585. ibi Stephan. Aufrer. in addit. Zasius tr. feud. p. 7. n. 60. Hipp. de Mars. l. 1. § cum quidam n. 10. ff. de quæst. Crottus in l. filiusfam. § Divi, n. 26. ibi Ripa n. 38. ff. de leg. 1. Ign. l. penult. n. 31. & 38. C. de donat. int. vir. & uxor. Oldrad. cons. 231. n. 4. Castr. cons. 20. n. 9. vol. 1. Cardin. Paris. cons. 22. n. 70. cons. 23. n. 102. vol. 1. Cravetta cons. 54. n. 3. cons. 963. n. 10. cons. 973. n. 32. Decius cons. 564. n. 9. cons. 689. n. 27. Rol. à Valle cons. 1. n. 34. & 35. volum. 1. Mandell. cons. 64. n. 4. Cephal.*

cons.

conſ. 549. n. 1. Natta conſ. 367. n. 1. conſ. 506. n. 15. Menoch. conſ. 116. n. 12. Burſat. conſ. 160. n. 1. vol. 2. Neviz. int. conſ. Bruni conſ. 12. n. 109. & eſſe communem atteſtatur Horat. Mandoſ. in addit. ad Roman. conſ. 26. n. 11.

12. Confirmatur PRIMO: Nam ſi res noſtræ non niſi duobus modis, conſenſu nempè, & delicto, à nobis auferri queant: *Ut ſuperiùs demonſtravimus.*

Multò minùs corpus ipſum à nobis auferetur, aliusque jugo contra voluntatem noſtram ſubjicietur. *argum. c. ſuſcepimus, ext. de homicid. l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ. l. in ſervorum, ff. de pœn. cum ſimilib.*

13. SECUNDO: Reipub. maritus princeps eſt, ut multis oſtendit *Lucas de Penna l. quicunq; col. 3. C. de om. ag. deſ. lib. 11. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. concluſ. & approbat. conſuet. Burg. in pr. n. 2. Ign. l. neceſſarios, § non alias, p. 4. n. 38. ff. de S. C. Syllan.*

14. Sed marito rerum dotalium alienatio denegata eſt. *Inſt. quib. alien. lic. vel non, in pr. l. ſi fundum, ff. de fund. dotal. l. 1. C. eod. l. unic. § cùm lex. C. de rei ux. act. Turzan. com. opin. 115. in pr. Toming. deciſ. 31. n. 22. Seraph. tr. de juram. priv. 76. n. 1. Borch. tr. feud. c. 6. n. 10. Cujac. obſ. lib. 7. c. 23. Fab. de Mont. tr. de emt. & vend. 4. q. pr. n. 15. Mozz. tr. de contract. Rub. quæ res emi vend. poſſ. n. 35.*

Ergò & principi, rerum Reipub. & quod conſequens eſt, civitatum, & oppidorum diſtractionem facere, fas non erit, & ita in ſpecie decidunt, *Luc. de Penna d. l. quicunque, col. 4. ante med. C. de omn. agr. deſ. lib. 11. & Ign. d. l. neceſſarios, p. 4. d. n. 38.*

15. Sed hîc protinus replicaturum te video: Si hæc æquiparatio principis & mariti vera eſt, conſequens erit, nec volentibus quidem ſubditis, in alios, princeps eos transferre poterit.

Cùm fundus dotalis, ne accedente quidem uxoris conſenſu, à marito diſtrahi posſit, *Inſt. quib. alien. lic. vel non, in pr.*

Verùm reſponderim tibi, diverſam eſſe in uxore: diverſam item in ſubditis rationem. Quare diverſum quoque jus conſtituendum erit.

Ideò enim alienatio fundi dotalis, conſentiente uxore, per maritum facta, non valet, quòd ad conſentiendum vel blandimentis martialibus uxor illici, vel minis cogi posſit. Quod in ſubditis, in libero conſeſſu congregatis, timendum non eſt.

16. TERTIO: Princeps communis omnium pater eſt. *§ fin. auth. neque vir. quod ex dot. Guilh. de Perno tr. de princip. n. 10. Ign. d. l. neceſſarios, p. 4. n. 38. ff. de S. C. Syllan. Acad. Lipſ. int. conſ. diverſ. conſ. 37. n. 13. vol. 1. Nicol. Rucker conſ. 41. n. 6. int. conſ. diverſor. vol. 3.*

17. Quemadmodùm itaque pater, jure noſtro, bona liberorum alienare prohibetur, *L. 1. ibi Arrius Pinel. p. 3. n. 18. C. de bon. mat.*

18. Ita quoque principi, Reipub. bona diſtrahere interdictum erit.

Nec hîc admiſerim, non verè, ſed modo prædicandi figurato, per metaphoram, nempè, principem communem patrem dici: non itaque ad principem diſpoſitiones, de vero naturalique parente loquentes, porrigendos eſſe. Non enim valet conſequentia, mutato genere prædicationis uſitato, in peregrinum & inuſitatum. *Dom. Phil. Mel. lib. 3. Dialect. Reg. gen. 3.*

19. Reſponderim enim, fictionem in caſu ficto, eosdem, quos veritas, in caſu vero effectus producere. *L. adoptio, ff. de adopt. Toming. deciſ. 11. n. 6. Seraph. tr. de juram. privil. 74. n. 115. Piſtor. q. 41. n. 29. lib. 2. Aldob. § ſed & illud, n. 1. Inſt. de adopt. Zaſius conſ. 13. num. 24. int. conſ. diverſ. volum. 1.*

20. Nec his Regula, quam modò adducebamus, obſtat, procedit enim, ſi ex prædicationum commutatione, commiſtioneque oriretur ambiguitas. *Ever. in præamb. topic. n. 24. verſic. habet autem.*

Quam in caſu noſtro non exoriri, vides.

21. QVARTO: Princeps omnis in id conſtitutus eſt, ut inhiet illis, quæ ad augmentum, incrementumque, aut ſaltem conſervationem principatus ſui pertinent, *§ ideoque C. de no. Cod. fac.*

Sed princeps qui oppidum unum, alterumque, aut partem principatus ſui integram abalienat, id non agit, ſed ea, quæ ad imminutionem, aut totalem etiam corruptionem principatus ſpectant, facit.

22. Ergò principi aliquid ex iis, quæ principatum integrum conſtituunt, divendere, licitum eſſe non debet. Ad unum namque finem inducta, contrarii effectus exiſtere non debent cauſſa. *L. legata inutiliter, ff. de ad im. legat. l. cùm tale, § fin. ff. de condit. & demon. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. n. 215. Polit. tr. comp. ſubſt. n. 33. Coraſ. miſcell. lib. 3. c. 15. n. 5. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 32. gl. unic. n. 7. & p. 2. ad fin. tit. n. 167. Tiraq. de LL. connub. gl. 8. n. 86. Tiraq. tr. le. mort. p. 2. declar. 12. n. 7. Tiraq. tr. res int. al. act. verſic. prætereà, Cravet. in Rubr. n. 67. ff. de leg. 1. Toming. deciſ. 22. n. 6. Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 11. n. 5. verſ. tert. Syl. tr. feud. q. 1. n. 20. Covar. var. reſ. lib. 1. c. 1. n. 2. verſ. Septimò. Cacheran. deciſ. 23. n. 3. Hartm. Piſt. q. 26. n. 16. lib. 1. q. 2. n. 42. lib. 2. Molin. l. 1. § ſi quis ita, n. 109. ff. de verb. obl. Menoch. tr. de remed. poſſ. adip. remed. 4. n. 344. & tr. de remed. poſſ. recup. remed. 9. n. 68. Cald. l. ſi curatorem, V. contractum feciſti, n. 12. ad fin. C. de reſt. in int. Seraph. tr. de juram. priv. 33. n. 121. priv. 74. n. 20. priv. 107. n. 10.*

23. QVINTO, in omni conſtitutione principatus, ſubditi, id quaſi expresſim principi

cipi suo, & successoribus ejus, in mandatis dedisse censentur, ut ea tantùm, quæ illis bona, utiliaque essent, ageret. Quod confirmatione ulla, naturali nimirum ratione idipsum suadente, non indiget.

Sed si princeps oppidum, civitatemque unam atque alteram alienat, ea mehercle agit, quæ subditis nec utilia, nec salutaria sunt. Harum enim sejunctione, reliquorum, qui sub principe alienante manent, onera aggravantur.

24. Non itaque facere id princeps poterit. Fines enim mandati diligenter custodiendi sunt. *L. in re mandata. C. mand. l. diligenter. ff. eod. tit. Lancilot. tr. decurion. n. 75. Alc. paradox. lib. 4. c. 5. n. 4. Romul. l. ut vim n. 293. ff. de just. & jur. Tiraq. tr. de judic. in reb. exig. versic. 87. Stracch. tr. de mercat. tit. mand. n. 2. Mozz. tr. de contract. Rubr. mandat. n. 9. & Rubr. de natural. mand. n. 3. cum seqq. Hormann. Det. in Rubr. n. 13. ff. de acquir. poss. Coras. in l. 1. § si stipulanti, n. 24. ff. de verb. obl. Curt. in l. transactionis, n. 1. C. de transact. Didacus Segura l. si ex lege, n. 125. ff. de verb. obligat. Bernardin. Gammarius in l. falsus, n. 11. C. de furt. Rebuff. l. unic. n. 152. C. de sent. quæ pro eo quod interprof. Oldrad. consf. 126. n. 9.*

25. SEXTO, principatus, ducatus, comitatus, baronia, sunt corpus, seu quid totum, quod ex aliis distantibus membris, corporibus, seu feudis, veluti ex civitatibus, oppidis, vicis, pagis, nemoribus, sylvis, venationibus, piscationibus, & id genus aliis constat. *Marin. Frecc. tr. de subfeud. lib. 2. Rubr. quis dic. com. n. 25. arg. l. rerum mixtura, ff. de usucap.*

26. Quemadmodum igitur à corpore humano sine totius læsione, & interitu, membrum, etiam minimum, divelli, præscindique nequit: *L. si fugitivi, ponderando verbum debilitentur, ibi Cep. n. C. de serv. fug.*

27. Ita quoque à corpore principatus, ducatus, comitatus, baroniæ, membrum ejus sejungi, segregarique per principem non debet; ne principatus sui viscera eviscerans, propriæ dignitatis fiat homicida, ut loquitur *Bl. c. lic. caus. n. 7. ext. de probat. Chass. in catal. glor. mund. p. 1. consil. 38. conclus. 44. vers. item non potest, per l. qui fundum. § si tutor, ff. de usucap. pro emt.*

28. SEPTIMO: Ubi personæ industria electa est, immutari ea, nolente eligente, nequit. *L. inter artifices, ff. de solut. c. fin. ibi Abb. n. 1. & 3. Felin. n. 2. ext. de off. deleg. Schenck. c. 1. § item, el. 3. n. 3. quibus modis feud. amit. Bl. l. unic. § ne autem n. 1. per ill. text. C. de caduc. toll. Br. l. jubemus, n. 1. & 2. per ill. text. ponderando verba: sua manu. C. de erog. milit. ann. lib. 12. Jas. l. à judice, n. 11. Versic. quinto, C. de judic. Abb. c. 1. n. 2. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Abb. c. exstirpandæ, § qui verò in repet. n. 3. ext. de præb. Roman. sing. 663. Zoan. l. 2. n. 12. C. de pact. int. emt. & vend. Sebast. Sap. in l. 1. n. 11. 13. & 39. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. Cagn. l. diem functo, n. 50. ff. de offic. assess. Roman. l. si verò, § de viro, n. 78. ff. sol. matrim. Ambros. de Opiz. l. si quis arbitratu, n. 7. ff. de verb. obl.*

Sed cùm principi, Reipub. mandaretur administratio, ejus, descendentiumque ab eo, persona electa est.

Hæc itaque persona, invitis eligentibus immutari non poterit. Quodq; consequens est, in alium subditi nolentes, alienari non poterunt.

29. Ut enim inter artifices longa differentia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis: *d. l. inter artifices, ff. de solut. Schenck. c. 1. § fin. n. 3. quib. mod. feud. amitt. Sonsb. tr. feud. p. 12. n. 5. Coras. miscell. lib. 2. c. 3. n. 4. Muscorn. tr. de jurisd. n. 131.*

Ita quoque inter principes longa differentia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis.

30. OCTAVO: in nullo omnino actu, persona extrinsecus subauditur. *L. si ita stipulatus, § superest, ibi Br. n. 6. Jas. n. 40. ff. de verb. obl. Rimin. in Rubr. n. 260. C. qui adm. Camill. Visitarin. L. 1. n. 129. ff. sol. matrim. Coras. l. filium, quem habentem, n. 165. C. fam. herc. Tiber. Decian. consf. n. 92. vol. 2. Card. Paris. consf. 86. n. 6. consf. 117. n. 12. vol. 1. Crau. consf. 923. n. 21. Cephal. consf. 114. n. 32. consf. 228. n. 11.*

Sed si alienatio subditorum permissa esset principi, persona extrinsecus subaudiretur. Cùm enim cives in prima principatus demandatione, principem alienantem, ejusque majores tantùm nominassent: nunc is etiam, in quem alienatio fit, subaudiendus erit. Non itaque alienatio principi jure concedi potest.

31. NONO: Rex seu princeps, de regno, seu principatu suo testari neqvit. *Neviz. int. consf. Bruni consf. 12. n. 64. arg. c. 1. in pr. de success. feud.*

32. Multò minùs itaque de his contractum celebrare poterit. Testari enim, quàm contrahere, magis favore dignum est, *L. 1. C. de sacros. eccles.*

33. Et quotiescunque ultimis voluntatibus, major quàm contractibus ratio inest, rectè ab ultimis voluntatibus ad contractus negativè argumentamur. *Salyc. l. fin. n. 1. C. de legat. Joh. de Imola l. servum filii, § eum qui Chirographum, n. 5. ff. de leg. 1. Ang. Aret. Inst. de lege Fus. Can. toll. n. 3. Alex. de Imola, consf. 61. n. 2. vol. 1.*

34. DECIMO: perjurium princeps, omni quo poterit nixu evitabit. Satis enim inhumanum est, per leges, perjuria quæ puniunt, viam perjuriis aperiri. *L. 2. in fine, C. de ind. vid. toll. Hartm. Pistor. q. 47. n. 43. lib. 2. Fortun. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 326. Seraph. tr. de juram. priv. 31. n. 88.*

35. Sed si princeps subditos suos alienaret, proprium quo deierarat, sacramentum violaret. Princeps enim omnis, dum principatus

tus administrationem suscipit, jura ejus sarta tecta se tuiturum jurat. *Bl. c. intellecto, n.3. per ill. text. ibi Abb. n.3. ext. de jurejur.*

Princeps itaque subditos suos alienare non potest.

Undecimò: Huc quoque omnimodo pertinet textus c. intellecto ext. de jurejur. Ubi Papa Regi Hungariæ præcipit, revocare alienationes in Coronæ Ungaricæ dedecus factas, non obstante sacramento, quo sese ad ratum habendũ alienationes prælibatas obstrinxerat, & meminit *Georg. Natan. tr. de pact. n.20.*

Vides itaque, ne juramenti quidem religione, subditorum alienationes, quin concidant, revocenturque, adjuvari.

Duodecimò: Idipsum comprobatur textu c. 1. § ex eadem, de lege Corr. Ibi n. expressim & ad literam dispositum est: dominum sine Vasalli voluntate, eundem in alium alienare dominum, non posse.

Decimotertiò: quod ipsum in textu c. 1. § præterea ducatus, de proh. feud. alien. per Frider. repetitum est, sancitumque: dominum feudum sine voluntate Vasalli, alii cedere, seu in alium transferre non posse.

36. Decimoquartò: Pater, cujus non minor in filium, quàm principis in subjectos potestas, imò major ferè est, cùm nimirum olim, vitæ necisque, & quidem indicta caussa, in filium animadversionem habuerit. *Ut in 1. cap. hujus opusculi commemoravimus.*

37. Filium tamen invitum, etsi ei emolumento sit, cùm nimirum quartam ex bonis patris adoptantis, ab intestato consequatur. *§ sed hodiè, Inst. de adopt. § sed ea omnia, Inst. de hered. quæ ab int. def. l. cum in adoptivis, § sed ne articulum, C. de adopt. Marc. Anton. Blanc. tr. de comprom. q.3. n.16.*

38. In adoptionem dare nequit *L. in adoptionib. ff. de adop.*

Ergo nec princeps subditos, in alium transferre poterit.

39 Decimoquintò, principes eos magis amant subditos, qui à multis jam seculis, sub majorum suorum fuerunt regimine, quàm illos, quos novè sibi subjugarunt. *Neviz. int. cons. Bruni d. cons. 12. n.69. vers. confirmatur secundò, arg. l. si in emtione, ff. de minor.*

Subditorum itaque interest, non mutari dominum.

Decimosextò, & ultimò, id rectè affirmare poterimus, freti c. 2. quo temp. mil. ubi similiter dicitur: Si dominus investituram, aut cambium de Vasalli feudo, eo invito fecisset, quod factum esset, pro non facto habendũ esse.

40. Porrò, quod diximus, comprobavimusque, principem subditos nolentes, non alienare, eatenùs etiam obtinere volunt, ut propter alienationem taliter attentatam, princeps directum, quod ei competierat, dominium amittat. Ita namque in specie decidunt *And. de Isern. c. 1. ex eadem, n.8. de lege. Corrad. Alvarott. c.2. n.4. quo temp. mi. Curt. tr. feud. c.8. l.p. pr.6. n.4. Borch. tr. feud. n.136. Zasius tr. feud. p.10. n.82. Cravett. cons. 241. n.9. per text. c. 1. qualit. dom. prop. feud. priv. & esse communem attestatur. Jul. Clarus recept. sentent. § feudũ q.28 n.3*

41 Contrarium alii amplectuntur: Principem nempe ob talem alienationem, dominio directo non excidisse. Hi sunt: *Bl. d.c.2. n.1. quo, temp. mil. Sonsb. tr. feud. p.13. n.179. & seqq. & esse veriorem testis est Schenck. d.c.1. § ex eadem, in fine de lege Corrad.*

Cui & ego accedendum esse omninò putarim, licet utriusque sectæ rationes ponderare, atq; ad amussim redigere, nunc non libitum sit.

42 His in contrarium adducta non obsunt. Primum enim quod habet: quemlibet rei suæ moderatorem esse, verum est, nisi quatenus jure prohibemur. Sic enim dominium definitur, quòd sit jus, seu facultas, de re sua perfectè disponendi, nisi quatenus lege prohibemur. *Br. l. si quis vi, § differentia, n.6. ff. de acquir. poss. Ripa in Rubr. n.46. ext. de caus. poss. & prop. Pract. Pap. in for. lib. in act. real. V. jure domin. vel quas. n.2. Alc. parerg. lib.2. c. 15. Rimin. l.1. n.552. C. qui adm. Hartm. Pistor. q. 38. n.51. lib.2. Pecc. tr. de test. conjug. lib.5. c.4. n.2. Coras. miscell. lib.6. c.20. n.1. Vasq. de succes. progr. in præfat. n. 176. & in tr. de controv. illustrib. c.17. n.6. Lancil. Galiaul. l. centurio, n.190. ff. de vulg. Anton. Rub. l. naturaliter, § nihil commune, n.88. ibi Bereng. Fern. p.1. n.42. Coras. n.31. ff. de acquir. poss. Vacon à Vacun. declarat. 43. n.9.*

43 Nec enim de dominii substantia, alienandi facultas est *Bl. l. voluntas, n. 10. C. de fideicom. Jas. l. si stipulatus fuero, § Titus, n. 7. ff. de verb. obl. Jas. l. si ita quis, § ea lege, n.35. ff. eod. Arrius Pinel. l. 1. p. 2. n.2. C. de bon. mat. Borch. tr. feud. c.3. n.33. in fin. per l. fin. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. & l. species, ff. de aur. & arg. leg.*

Erit itaque princeps moderator & arbiter sui principatus, etiamsi abalienare eum non possit.

Secundo responderi potest, subditos esse principis, rationes administrationis, justitiæ, defensionis, & protectionis: non autem ratione alienationis.

Faciet itaque princeps, quæcunque justitiæ, defensioni, & protectioni subditorum conducent: non autem quicquam alienandi animo erga subditos jure attentabit.

44 Parem quoque resolutionem, secundum, & tertium argumentum merentur. Nam ingenuis hominibus liberam rerum suarum administrationem denegare, iniqvum esse: itẽ injuriam gravem esse, cogere homines invitos, quicquam de rebus suis statuere, honestatis quodam colore: non aliter verum est, quàm si id fieret in casibus jure permissis. Quod si is casus contigerit, quo jura nolunt, alicui rerum suarum administrationem concessam esse: aut è diverso, quenquam invitum, certum quid, de rebus suis statuere, cogi posse statuunt: tunc non iniqvum, sed æquissimum erit.

45 Nemo enim, ut leges in dispositionibus

bus ejus locum non habeant, velle potest. *L. nemo potest, ff. de leg. 1. l. quod de bonis § 1. ff. ad l. Falcid. c. si diligenti, jun. gl. 1. ext. de for. comp.*

Consequitur itaque, cùm jura nolint alienationem subditorum nolentium principibus, dominisque permissam esse, *d. c. 1. §. inde etiam, de lege Corr. c. 2. quo temp. mil. c. 1. § præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. c. intellecto, ext. de jurejur.*

Non iniqvum, sed è diverso æquissimum esse, proculque ab omni injuria remotum, tale moderamen, & arbitrium, principibus non tribuere.

Sed & id responderi potest, subjectos non simpliciter, sed certo quodam modo res dominorum, seu principum esse, quatenus nimirum jus illis tribuitur, quatenus defenduntur, quatenusq; proteguntur. Quid igitur mirum, si de subditis ratione distractionis, disponere nil quicquam posfint, cùm respectu abalienationis res principum non essecenseantur.

46. Quartum argumentum erat, pejorem esse principum, quàm privatorum conditionem, si subjectos illis alienare, vetitum sit: Verùm neganda est consequentia, non enim malè, sed optimè cum principibus agitur, si illos nil jure posse, quod in imminutionem ditionum eorundem vergit, affirmatur. Hoc enim pacto, suo se modulo ac pede metientes, in id intenti sunt, quo reditibus consuetis vivant. Quod si integrum sibi, quæcunque voluerint dilapidare, distrahere, divendereque, esse noverint, brevi fiet, ut totum aliqui principatum abliguriant. Quo principi nil calamitosius accidere, contingereque potest. Quid enim, quæso, quàm regem sine regno, principem sine subjectis extare turpius, posticaque sanna, ut Persium sequamur, dignius esse potest?

47. Ultimum de refutatione erat argumentum. Sed illi respondendum est, ingens esse inter refutationem, & alienationem discrimen.

Cum enim alienatio in tertium fiat: refutatio non nisi in manus domini fieri potest. Si enim alii, quàm domino facta fuerit, nullum inde præjudicium dominus extimescat. *Bl. c. 1. in pr. n. 4. de al. feud. pat. Felin. c. quæ in ecclesiarū, n. 77. vers. secundò ext. de const. Schenck. c. 1. n. 8. de Vas. qui cont. const. Loth. Steph. Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. decis. 404. vers. secundò fallit. arg. c. quod in dubiis ext. de renunc.*

Non itaque de uno ad alium casum argumentari possumus.

48. Sic Carolus Quintus, jure anno 1556. in Septembri mense, Imperii administrationem, principibus, Septemviris resignat, *Sleid. in fine suæ histor.*

Quod si in Philippum filium, aut alium, principibus Electoribus invitis, alienasset, haudquaquam justè egisset.

Superest, nunc ut videamus, an aliqui saltem casus, quibus regula modò constituta, confirmataque, locum non reperiat, excogitari queant. Sanè huic locū non esse, nonnulli minimè dubitaverunt, si in æquè idoneum, ac prior erat princeps, æqualique imperii moderamine, subditos tractare paratum, alienatio fieret. Ita namque opinantur *Bl. d. c. 1. § ex eadem, n. 1. ibi Affl. n. 1. de leg. Corrad. Bl. l. debitorum, n. 2. C. de pact. Alex. l. 2. n. 29. ff. sol. mat. Hipp. de Marsil. l. 1. § cùm quidam, n. 11. ff. de quæst. ubi se solum hoc dixisse, falso tamen gloriatur.*

50. Moventur primò, quasi tunc nihil in medio sit, quo sese subditi, quò minùs assentiant, excusare posfint. Unde caussa prohibitionis cessante, prohibitionem quoque ipsam cessare debere, crediderunt *Bl. uno. lect. nova n. 10. per ill. text. C. si rect. provinc. Bl. c. etsi Christus, n. 7. vers. dicit, gl. ext. de jurejur. Tiraq. tr. cess. caus. p. 1. n. 222. & 223.*

51. Secundò eo, quòd Angelus scriptum reliquit, compelli dominum, Vasallum, loco Vasalli sui agnoscere eum, qui vult facere ea omnia, sustinereque omnia, quæ subibat primus Vasallus. *Angel. l. murileguli, C. de muril. lib. 11. Marsil. d. l. 1. § cum quidam, n. 12. ff. de quæst. & in Rub. n. 213. ff. de fidejuss. Corset. in singul. V. feudum.*

Unde ob naturam correlativorum, Vasallum æquè idoneum dominum, seque similem priori domino gerere paratum, agnoscere teneri, rentur.

52. Tertiò, adduci potest textus L. qui autem, § 1. ff. de const. pec. ubi is, qui fidejussorem dare, promiserat, nolente eo, quem promiserat, fide jubere, dando alium æquè idoneum, liberatur. *Bl. l. illud, lect. 1 & 2. ff. de eo quod met. caus. Hipp. de Mars. in Rubr. n. 213. ff. de fidejuss. Dec. in l. diem functo, n. 22. vers. ingl. ff. de off. assess. Ripa l. 2. § mutui datio, n. 23. ff. si cer. pet. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 3. n. 2. in fine.*

53. Quartò, L. si quis domum, ff. locat. Ubi si domus locati evincitur, locator autem æquè idoneam præstare paratus sit, locati non agitur. *Jas. d. l. 2. § mutui datio, n. 9. vers. 19. ibi Alc. n. 16. ff. si cer. pet. Vincent. Carocl. tr. de locat. tit. de evict. n. 2.*

54. Quintò L. Labeo, ff. de arbit. Ubi compromisso prorogato, fidejussoribus, qui in primo compromisso fidejusserant, in secundo stipulari nolentibus, æquè habiles dari sufficit.

55. Sextò, L. illud, ff. de eo quod met: caus. ubi is, qui quem metu compulerat, ad accepto ferendum, restitutione postulata, liberatur, si vel antiquos fidejussores, vel non minùs idoneos restituto dederit.

56. Septimò, L. 2. § locum, ff. de relig. & sumt. funer. ubi locus servituti obnoxius, religiosus fit, si is, cui servitus debetur, alio locò, non minùs commodè, servitute uti potest.

Vides itaque paria esse, vel per eos, qui ab initio ad aliquid dandum, faciendum, præstandumvé obligati erant, fieri, vel per æquè idoneos. Ideoque consequens quoque esse videbatur, subditos per antiqvum, aut per æquè idoneum principem regi, idem esse.

57. Con-

57. Contrarium ex iis, quos mihi videre contigit, solus decidit. *Vasq. ill. contr. c. 5. n. 6.*

Cui omninò subscribendum est. Præstò enim sunt pleræque rationes, quibus freti, principalem conclusionem tenuimus, quæque nos in hæc transire castra cogunt.

Primò enim his adaptari potest, quod sæpius repetivimus: res nostras, absque consensu, delictové nostro à nobis non tolli.

Secundò, quòd non minùs in imminutionem principatus vergat, sive in æquè idoneum, sive in minùs habilem alienatio fiat, contra principatus primordia.

Tertiò, quòd non minùs transgrediatur mandatum, in prima principis creatione datum, ut scilicet subditorum saluti princeps invigilet.

Quartò, quòd non minùs divellantur à capite membra.

Quintò, quòd non minùs invitis eligentibus, qui personæ industriam elegerant, illa ipsa immutetur.

Sextò, quòd non minùs persona extrinsecus subaudiatur.

Septimò, quòd non minùs de ea re, de qua non posset testari, contractum quis facere possit.

Octavò, quòd non minùs violaret sacramentum princeps.

Nonò, quòd plus possit princeps, in subditos, quàm pater in filium.

Decimò, quòd non minùs intersit subditorum, quàm si in inferiorem alienarentur, alienationem non fieri, eò quòd subditi, quò antiquiores, eò amabiliores sint.

58. Cùm igitur tot rationes, eandem decisionem suadentes, verique casui insint, non video, ut jus diversum constitui possit. Tritissimum enim illud est, quo dicitur: ubi ratio est eadem, eandem sequi oportere juris decisionem, *L. à Titio ff. de verb. obl. Rimin. in Rubr. n. 17. C. qui adm. Romul. l. ut vim, n. 97. ff. de just. & jur. Tiraq. tr. cess caus. p. 1. n. 156. Pistor. q. 15. n. 17. q. 43. n. 15. lib. 1. q. 6. n. 32. q. 20. n. 27. lib. 2. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 4 cas. n. 1. Cacheran. decis. 12. n. 3. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 11. n. 3. Seraph. tr. de juram. priv. 23. n. 19. Medic. tr. de compensat. p. 1. c. 4. n. 2. Medic. tr. de venat. p. 2. q. 23. Reuber. tr. de testib. p. 2. n. 7.*

59. Undecimò, suadet id generalitas textuum, subditorum invitorum alienationem fieri prohibentium, nec an is, in quem alienantur, per omnia alienanti par sit, nec ne, distinguentium. Qui ob id generaliter, indistinctimque intelligendi erunt. *L. de pretio, ff. de public. in rem act. Tiraq. tr. de privil. piæ caus. priv. 7. versic. contrarium. Lancil. tr. off. prætor. Rubr. pers. test. n. 29. Cald. l. si curatorem. V. sua facilit. n. 100. C. de rest. in integr. Garc. tr. de ult. fin. jur. n. 293. Toming. decis. 26. n. 20. decis. 30. n3. Caball. l. si totas, n. 32. C. de inoff. donat. Capyc. decis. 130. n. 33. Schenck. c. 1. § si quis de manso, n. 6. si de f. invest. fuer. contr. Borch. tr. feud. c. 1. n. 28. c. 7. p. 1. n. 25.*

60. Duodecimò suadetur id, præter in superiori themate adducta, alia viva ratione, nempe quod jure cautum, àque DD. traditum est: creditorem invitum non cogi liberare fidejussorem, qui suam semel apud eum fidem interposuerat, accipereque æquè idoneum fidejussorem alium. *Jas. l. debitorum, n. 5. ibi Curt. n. 2. Alc. n 3. C. de pact. Decius l. si pater, n. 2. C. de collat. Arr. Pinel. l. 2. p. 2. c. 1. n. 22. C. de resc. vendit. arg. l. si mandato, §. 1. vers. quod si dum, ff. mand. junc. d. l. quid autem §. 1. ff. de const. pecun.*

Si itaque creditor, fidejussorem mutare æquè etiam idoneo oblato non cogitur: qui fieret, ut ob æquè idoneum, subditos mutare dominum cogeretur?

61. Non obstant in contrarium allegata: primò enim respondendum, negando: posse per omnia, & in omnibus hominem homini similem reperiri. *arg. d. l. item si unus, § principaliter, ff. de recept. arb.*

Nequit igitur fieri, ut in æquè idoneum subditi alienentur.

Secundò responderim, imò etsi æquè idoneum reperiamus, adhuc tamen verti subditorum præjudicium, quos minùs amari à domino, recenter acquisito, jura præsumunt, & experientia docet.

62. Ad secundum quod attinet, in meo Codice, Angeli in l. murileguli, C. de murileg. lib. 11. commentaria non extant. Verum equidem est, Bartolum n. 2. ibidem dixisse: illius textus argumento, rectè dici, domino nolente feudum alienari posse, si is, in quem alienatur, onera prioris Vasalli suscipere paratus sit.

Id an verum sit, paulò altiùs considerandũ. Primò juris receptissimi, manifestimique est, majoris esse imperare, minoris verò cedere, atq; obsequi. *L. potioris, C. de off. rect. provinc. l. 1. ad fin. C. de off. præf. urb. Alc. paradox. lib. 2. c. 21. n. 7. Græc. tr. de ult. fin. jur. n. 260. Ign. l. necessarios, § non alias, p. 3. n. 110. ff. de S. C. Syllan.*

62 Cùm nec par in parem quidem habeat imperiũ. *Zasius in l. unic. n. 20. ff. si quis jus dic. non obtemp. Ign. l. penult. n. 28. C. de donat. int. vir. & uxor. Tiber. Decian. cons. 118. n. 16. vol. 3. Bapt. de S. Blas. int. cons. Bruni cons. 66. n. 26. Nevi. int. cons. Bruni cons. 12. n. 58. Acad. Ingolstad. int. cons. divers. cons. 2. n. 29. volum. 1. Bernard. Sanct. int. consil. diversor. cons. 2. q. 2. conclus. affirmat. n. 14. vol. 3. l. ille à quo, § tempestivum, ff. ad S. C. Trebell.*

63. Et asinus cùm se per parem comprehendi videt, intumescat. *gl. l. 1. § veteres, ff. de acquir. poss. Nevi. d. cons. 21. n. 58.*

Non igitur justum Bartoli erit argumentum. Posito enim id verum esse, non major minori, non par pari: sed inferior, Vasallus nimirum, superiori, id est, domino imperabit, confusumque rerum omnium fiet chaos.

65 Secundò respondeo: Non ibi invito domino, sed domino seu Imperatore autore, bonorum murilegulorum, in eos, qui eam, in qua murileguli constituti sunt, conditionem subire

ire parati sunt, fit translatio. Ut textus ipse, prima quoque fronte prodit. Ut enim id, quod lege lata sancitur, principe invito fieri dici potest? Non igitur, ut Bartoli argumentum procedere possit, video.

Tertiò minimè mihi constat, quo medio, à murilegulis, (quorum bona, in alios, qui sese murilegulorum collegio associare non recusant, ipsis nolentibus, in pœnam ejus, quòd se semel murilegulorum conditioni subduxerant, transferuntur) ad Vasallos argumentum duci possit.

66. Murileguli enim, seu conchylioleguli, *Cujac. in d. l. murileguli, C. de murileg. lib. 11.*

67. Miseri erant piscatores, muricibus capiendis addicti. *Brisson. in lexic. in V. murex.*

68. Cujus piscis sanguine, aliquæ lanarum si tingebantur, & ex iis deinde vestes preciosiores contexebantur. *Munster. in Cosmograph. lib. 5. fol. mihi 1023. Cujac. l. si quis naviculam, C. de murileg. lib. 11. Brisson. d. V. murex.*

69. Unde muricis vellus, alibi cuiquam venundari prohibetur. *L. 1. C. quæ res vend. non poss.*

70. Quod de lana murice tincta, rectè interpretatur *doctissimus Connanus commentar. jur. lib 7. c. 7. n. 1.*

His quicquam cum Vasallis commune esse, ridiculum est dicere.

71. Quartò, in pœnam murilegulorum, eò, quòd se semel suæ conditioni subduxissent, hæc sanciuntur, Bartolus autem in Vasallorum favorem hoc explicare conatur. Contra juris axioma, quòd in odium inducta, in favorem converti nequaquam debeant. *L. quod favore, C. de LL. cum simil.*

Non posse itaque subsistere illud argumentum, omninò statuo.

72. Tertiò non obstat L. qui autem, § 1. ff de constit. pecun. quia ibi debitor, non de facto suo, sed de facto alterius promiserat. Sufficit itaque, si quod potuit, fecerit, & æquè idoneum dando liberatur.

73. Cùm in toto jure, factum alienum promittentem, si eam, quam adhibere potuit diligentiam, in admonendo, rogandoq; eum, cujus factum promiserat, adhibuerit, liberari, generaliter verum sit. *Bl. l. si pater, n. 2. C. de collat. Decius l. impossibilium, n. 2. 3. & 4. ff. de Reg. jur. Ant. de Lut. c. Gemma, col. 3. vers. sed est dubium, ext. de sponsal. Abb. c. significantibus, n. 9. ext. de off. deleg. Matth. de Affl. decis. 102. n. 82. Seraph. tr. de juram. privil. 18. n. 34. Marant. in disput. 7. per l. si vehenda, § penult. ff. ad l. Rhod. de jact. l. 1. C. de inst. & subst.*

Sed princeps de facto proprio Reipub. promiserat, facturum nempe se, & curaturum, ne quod Respub. detrimentum caperet.

Non liberabitur itaque æquè idoneum in locum sui præficiens.

Secundò textus l. qui autem, loquitur de promisso tantùm, nondum autem accepto fidejussore. Ut communiter ab interpretibus explicatur, *teste Soarez. com. opin. lit. F. n. 156.*

Non procedit ergo argumentum, cùm nobis de principe, qui jam cum majoribus suis, ad Reipub. gubernacula sederat, res sit.

Tertiò, textus L. qui autem, § 1. ff. de const. pecun. perperàm planè ad id, quod loco fidejussoris promissi, nolentis, æquè idoneus dari possit, allegatur. Si enim diligentiùs paulò consideratur, non in locum nolentis, sed in locum decedentis fidejussoris, æquè habilis præstationem permittit, *Ut solus animadvertit acutissimus Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 1. n. 23. C. de bon. matern.*

Nihil itaque cum themate nostro textus iste commune habet.

74. Quartò, L. si quis domum, ff. locati, respondendum est. Sed ea ut vides, candem quam thema nostrum rationem non habet. Quæ enim proportio domus ad principem esse potest? Cùm ex domo in aliam viciniam quotidiè commigrare queamus: Principem autem, cujus jugo colla nostra subjugavimus, excutere ut libitum erit, non possimus.

Non igitur ad nostrum casum is referri textus mereatur.

75. L. Labeo, ff. de recept. arbit. disponens: compromisso prorogato, æquè idoneos fidejussores præstare, satis esse, si ii, qui primi compromissi tempore, fidejusserant, nunc ulterius obligati esse recusant, intelligenda est, volente utroque compromittentium. Etsi enim textus indistinctim loquatur, distinguendus tamen est ex regula: Aliud pro alio, creditore invito, solvi non posse. *L. 2. § mutui datio, ff. si cer. pet. Toming. decis. 19. n. 3. Montic. tr. de invent. her. c. 9. n. 8. & in l. fin. n. 90. C. de ju. delib. Capyc. dec. 10. n. 15. Rim. l. si emãcipati, n. 270. C. de collat. Coras. miscell. lib. 3. c. 3. n. 8. Stracch. tr. de coct. p. 3 n. 43. Mozz. tr. de contract. Rubr. de mutuo n. 7.*

Quo casu subditos quoque alienari posse, dubium non est.

76. Agè verò concedamus, compromittente invito, æquè idoneos fidejussores dari posse, quod tamen exploratum non est, non tamen subest eadem, quæ in principe invitos alienante, ratio. Vertitur enim ibi de unius, & privati, & quidem incerto præjudicio. (Incertum enim est, an quicquam ex cõpromisso accepturus sit is, cui fidejussoribus cavetur, ob dubium litis eventum. *L. quod debetur, ff. de pecul. Bertach. in repert. V. eventus, Lup. c. per vestros notab. 4. § 27. n. 33. ext. de donat. int. vir. & ux. Cæsar. Contard. in Rubr. n. 18. C. si de mom. poss. fuer. appellat.*)

Hic verò de totius Reipub. & quidem certissimo intertrimento, tùm ob collectarum, tùm ob incommoda alia, agitur.

Non eadem itaque istius, nostrique casus erit decisio.

77. Sexto loco objiciebatur l. illud, ff. quod met. caus. sed illa eadem data responsione ablegandа est. Negatur enim, ullum ibi, non minùs idoneos accipientis fidejussores interesse incõmodum, eo cùm dantur, tempore: cùm subditorum statim ut alienantur præstò sit damnum. Quod nimirùm tantoperè à domino novo, ut à domino antiquo, non adamentur, & foveantur. *Ut in decidendi rationibus adduximus.* Præ-

Præterea textus ille, L. illud, qui fiat, non aperit, quòd non minùs habilibus fidejussoribus cavendum sit, an fiat, quia primi fidejussores noluerint, an verò quia decesserint. Nil igitur obstat, quin illum secundum verum & genuinum L. qui autem, §. 1. ff. de const. pec. intellectum accipiamus, ut nimirum id, in casu L. illud, fiat, quia fidejussores prius dati in fata concesserant.

Quod si ita est, nihil ad casum nostrum d. l. illud pertinet. Non enim de principe decedente: sed alienante loquimur.

Ultimo sese offert loco L. 2. §. locum ff. de relig. & sumt. funer. sed id tanquam ob religionem peculiariter receptum, aliis adaptari negotiis non debet.

Sed & neminem esse putarim, qui non videat, ingens inter principem æque idoneum, & locum non minus ad eundem aptum, versari discrimen. Conjungi itaque hæc, seseque pari determinatione decidi non patiuntur.

Videamus nunc, quid eo constituendum sit casu, cum non in æquè idoneum, sed in potentiorem, majorumque ditionum imperio præfulgentem, subditorum fit alienatio.

78. Sanè qui æquè idonei principis substitutionē fieri posse decidunt, haud inuiti majoris, ejusdemque potentioris subrogationem recipiunt. Id namque expressim affirmant. *Bl. d. cap. 1. §. ex eadem. num. 1. ibi Affl. num. 5. de lege Corrad. Alex. d. l. 2. num. 29. ff. sol. matr. Cotta in memor. V. Vasallus, col. ult. Guido Papæ decis. 560. n. 1.*

79. Poterant ad comprobandam eorum opinionem, sequentes adduci rationes. Primò, quod qui meliorem dat, utique æque bonum det, quodque id, quod pluris est, utique tanti est. *L. cum furti, ff. de in lit. jur.*

Sed princeps in potentiorem, majoremque alienando, meliorem dat.

Ergo æque bonum dat.

80. Secundò, Nam ii, qui sublimioribus subditi sunt principibus, honoratiores sunt iis, qui principum inferiorum reguntur imperio. Ita in specie post Boërium, quem allegat, decidit *Vasq. in præfat. contr. illust. num. 26. arg. c. per tuas, jun. gl. 1. ext. de major. & obed.*

81. Tertiò, tanto melius gens regitur, quanto major rex, à quo regitur, fuerit. *Ut inquit Br. tr. de regim. civit. n. 22.*

82. Quartò. Nam dignitate dominantium, servorum honestantur obsequia, *ut ex Egesippo refert Luc. de Penn. l. unic. col. penult. circa med. C. de capit. civ. cens. exim. lib. 11.*

83. Quintò, Nam vivere sub rege potentissimo, justa libertas est. *Luc. de Penna d. l. unic. col. penult. in pr. C. de capit. civ. cens. exim. per text. auth. de hered. & Falcid. in pr. text. §. hæc similiter, auht. ut lib. de cet.*

Vides itaque interesse subditorum, potentiorem habere dominum.

84. At magis est, ut dicamus, ne in potentiorem quidem dominum factam alienationem subsistere. Quod ipsum prius voluere, *Joh. Fab. Inst. de assign. libertor num. 4. Salyc. l. 2. n. 2. C. de novat. Vasq. ill. contr. c. 5. n. 6.*

85. Juvant hanc, quæ vera est, opinionem. Primò, quod nostra referat, ne potentioribus mancipio demur, cum potentioribus pares esse nequeamus, nec si ab iis premimur, ad quos confugiamus, habeamus. *arg. l. 1. & toto tit. C. ne lic. potent.*

86. Secundò, textus L. fin. ff. de usu & habit. Cujus iterum asscribere verba non pigebit: Neratius ait (dicit textus) usuariæ rei speciem, is cujus proprietas est, nullo modo commutare potest. Deteriorem enim caussam usuarii facere non potest. Facit autem deteriorem, etiam in meliorem statum, re commutata.

Non itaque in meliorem quoque, subditos nolentes princeps alienare poterit. Deteriorem enim caussam Reipub. facere non potest. Facit autem deteriorem, etiam in meliorem principem, subditis alienatis.

87. Tertiò, in invitum beneficium nō confertur, *L. invito, ff. de reg. jur. Cotta in memoral. V. beneficium, Alber. Gentil. tr. de legat. lib. 2. cap. 12. ad fin. Rimin. l. 1. n. 163. cum seq. C. qui adm. Bologn. in Rubr. num. 65. ff. si cer. petat. Medic. tr. de fort. casib. p. 1. q. 7. n. 56.*

Consequitur itaque, etsi beneficium esset, in potentiorem subditos transferre: hoc tamen in subditos invitos conferri non posse.

88. Quartò, negotium benè gestum non dicitur, si invito eo, cujus negotium est, geritur, quantumvis optimè aliàs geratur. *L. fin. C. de negot. gest. cum simil. jurib. in id per Vasq. d. cap. 5. num. 6. allegatis.*

Ideoque consequitur, etiamsi negotium subditorum optimè aliàs gereretur, cum in potentiorem transferuntur: eo ipso tamen non benè rem eorum geri, dum inuiti alienantur.

Quintò, hoc svadet hinc promanans absurdum. Si enim verum esset, optimè agi cum subditis, cum potentiori cedunt, tunc etiam esset verum, cum in Turcicum tyrannum distrahuntur. Est enim, ut nunc sunt tempora, longè potentissimus.

Sed hoc verum non est.

Ergo verum etiam non erit, semper, cùm potentiori subditi divenduntur, optimè Rempub. administrari.

Sextò, interesse Vasalli quandoque, hominem esse, sui capellani, qui modicum eum vexabit, quàm magni tyranni, qui multas dat molestias. Verba sunt, *Johannis Fabr. Inst. de assig. libert. d. num. 4.*

89. Septimò, subditorum interest, talem sortiri dominum, qui semper cum illis habitet, & ad quem quotidiè, imò singulis quoque horis, possint accedere, suasque calamitates, & oppressiones exponere, auxiliumque ejus postulare. *Matth. de Affl. decis. 265. num. 11. & 12. Cardin. Paris. consil. 22. n. 73. vol. 1.*

90. Dulcius enim est, de aqua torrentis, quàm de rivulis bibere. *Innoc. c. quia propter, n. 2. ext. de elect. Affl. d. decis. 265. n. 12.*

91. Et dulcius est, habere aures dominorum, quàm aures ministrorum, ut inquit *Bl. in c. quia*

 propter

propter, num.25. ex. de elect. arg. c. jejunium, el. 2. distinct. 76.

Sed princeps potentior, diutius in una suarum provinciarum commorari, subsistereque nequit.

Ergo interest subditorum in potentiorem alienationem non fieri

92. Non obstant in contrarium, allegata. In primo enim neganda est major. Loquitur enim textus in L.cum furti, ff. de in lit. jur. non de qualitate, sed de quantitate.

93. Deinde neganda est minor. Non enim sequitur, est potentior: Ergò est melior: quinimò meliùs, aptiùs & justiùs, apud mediocris fortunæ principes, videmus constitutum principatum: quàm apud eos, qui sunt potentissimi. Si lubet, Germaniæ tantum principum aulas contemplare.

Honor, de quo Vasquius loquitur, plerunque in primis occupandis subselliis, cultuque luculentiori, veluti mitris acu pictis uti, cum mitris alii planis utantur, consistit, quod etiam textus ab ipso adducti, præ se ferunt. Sed mehercle ob tam vanam vanissimi honoris nubeculam subditi potentiori subjici, nec velint, nec debeant. Gravissimos enim durissimosque hic honos habet comites, ut nobiscum Johannes Fabri sentit.

Præterea subditos potentiorum, honoratiores esse, Vasquius dicit: non autem ob id invitos, in alium transferendi autor est: sed potius idipsum d. cap. 5. numer. 6 expressim dissuadet. Non igitur, quasi contrarias revera sequeretur partes, allegandus est.

Bartolus non de quovis populo loquitur: Sed si maxima populi congregatio fuerit, tunc aptius per Monarcham, eumque potentissimum, quàm vel Aristocratica, vel Democratica Reipub. forma, gubernari tantummodò affirmat.

Non verò ob id subditorum invitorum, in potentiorem, alienationes fieri debere, aut posse, docet.

94. Domini dein dignitate, servorum honestari obsequia, ex Egesippo Lucas de Penna referebat: non tamen in eum finem, ut ex eo commonstraret, subditos in potentiorem abalienandos, sed ut potius à domino antiquo non divellendos, ostenderet. Dignitas enim domini non in potentia solum, sed & in antiqua sangvinis, familiæque nobilitate consistit. *arg. l. §. quæ omnia, ponderando verba: viro antiqua stirpe legitima procedens. C. de vet. jur. enucl.*

Non itaque hæc magis suadet ratio, subditos in potentiorem dominum abalienandos: quàm antiquo domino relinquendos esse, suadeat.

Quod si dignitatem ex sola metiri potentia voluerimus, hincque obsequiorum dependere honestatem statuere: mehercle honestas hæc, acerbitate obsequiorum superabitur. Crescit enim obsequiorum duritiès, quantum ipsa potentia crescit.

95. Alexander Macedo, cum mediocri uteretur fortuna, eo coli cultu cupiebat, quo antiqui Macedonum reges erant contenti: crescente deindè potentia, adorari etiam se, ut DEUM volebat, & præcipiebat. *Quintus Curtius de rebus gestis Alexandri, lib. 4. fol. 106. & lib. 10. fol. 420. Plutarch. in vita Alex. mihi fol. 38. in parvis.*

Vides itaque, velamen honestatis, cum obsequia potentioribus humiliter præstari soleant, quasi obscurari. Ideoque non est, ut domini præsertim novi potentia, meliorem subditorum conditionem fieri, asseramus.

Ultimo loco Lucas de Penna, vivere sub rege potentissimo, summam esse libertatem affirmabat.

Huic primò respondendum, Neviz. int. cons. Bruni cons. 12. num. 95. rectè adjecisse: Vivere sub justissimo, & potentissimo rege, justam esse libertatem: quo certiores fieremus, non sola potentia, sed ea potentia, quæ justitiam copulatam, conjunctamque habet, subditorum constare libertatem.

Deinde cautè admodum uterque & Nevizanus & Lucas de Penna dixit: Vivere sub Rege justissimo &c. plenam esse libertatem: ut scilicet ostenderet, aliud esse, cum subditi inuiti, in justissimum etiam, potentissimumque Regem alienantur, ab antiquo vero separantur. Verendum enim multum est, ne à primordio tituli, posterior formetur eventus, neve subditi, cum dulcissimam appetant libertatem, amarissimam experiantur servitutem.

96. Porrò, an eodem quoque utamur jure, cum in æqualem, aut inferiorem subditi abalienantur: dominus autem seu princeps antiquus supremam jurisdictionem sibi reservat, explicandum. Et mehercle diverso nos hoc casu jure uti, principique id licitum esse, multi haud postremæ notæ interpretes tradidêre. *Matth. de Affl. c. 1. §. ex eadem, num. 4. de lege Corrad. Oldrad. cons. 159. num. 11. Alex. cons. 24. num. 22. vol. 5. Ferdinand. Loaz. Corn. & Castald. in locis relatis à Vasq. ill. contr. c. 4. n. 9. & c. 5. n. 3.*

Moventur primò ex eo rursus, quod tunc cessare videatur prohibitionis ratio: cum hoc casu, ad dominum antiquum subditi gravati aut appellatione aut supplicatione, confugere, ejusque opem implorare, impetrareque queant.

97. Secundò: quod dominus non dicatur alienasse servum, manumittendo eum, cum patroni jure in eum utatur. *L. talem, §. 1. ibi Br. ff. de hered. inst.*

98. Tertiò: quòd usufructu à pluribus relicto, singulis satisdandum sit. *L. si usufr. §. sed si plures, ff. de usufr.*

99. Contrarium ex iis solus, quos mihi videre contigit, decidit *Vasq. d. cap. 4. d. num. 9. & d. c. 5. num. 3.*

Duplici motus ratione: & quòd subditi, qui separantur, non minùs hoc quoque casu lædantur: & quod adhuc alienanti, alienandi jus non sit.

Ego Vasquium secutus, ut diversum jus constitui posse, non video. Compellunt enim pleraque rationes, ad fundandam principalem conclusionem

nem adducar, idem quod antea dicere, principem nempe hoc non posse. Quas huic quoque negotio per teipsum accommodare poteris.

100. Præter rationes autem ibidem coacervatas, idipsum suadent, primò: quòd principum multitudo mala sit, intersitque subditorum, non nisi unum habere principem. *Bl. auth. hoc amplius, n. 9. de C. fideicom. Lauderf. tr. de princip. concl. 131. Felin. c. dilecti, n. 1. ext. de major. & obed. Joh. Jac. de Leonard. int. consf. Bruni cons. 114. n. 428. Crau. cons. 624. n. 19. Cardin. Parif. cons. 22. n. 72. volum. 1. text. c. in apibus, 7. q. 1.*

101. Justa enim eorum querela est: Sole necor solo, quid ero, si creverit alter. *Cravett. d. n. 19.*

Sed eo etiam casu, cum integram sibi supremam, princeps alienans, jurisdictionem reservat, multitudo exoritur principum.

Ergo bonum non est, etiamsi proprium sibi retineat distrahens imperium, subditorum alienationem fieri.

102. Secundò; subditus mei subditi, meus subditus non est. *Abb. c. pastoralis, n. 1. per ill. text. ext. de off. ordin. Jas. int. cons. Bruni Cons. 8. n. 59. Cravett. cons. 492. n. 3. vers. hoc ita.*

103. Sicuti nec Vasallus Vasalli mei, meus Vasallus est. *Bl. c. l. cum dilecti, n. 6. ext. de dol. & contum. Bl. c. 1. §. rursus. n. 9. de contr. invest. gl. l. de accessionibus ff. de divers. & temp. præscript. gl. c. legitur. V. forores, 81. distinct. Curt. tr. feud. p. 4 n. 88. Jas. int. cons. Bruni cons. 8. n. 58. Joh. Bartol. de Scaramp. int. cons. Bruni. 108. n. 21. arg. l. Modestinus. ff. de verb. signif.*

Consequitur itaque, non magis antiqui principis subditos, etiamsi jurisdictionem supremam tempore alienationis exceperit, manere, quàm si penitus se jurisdictione omni abdicasset.

104. Sed hæc ratio apposita satis non est. Quod enim dicitur Vasallum, Vasalli mei, meum non esse Vasallum, verum non est, si Vasallus mei Vasalli, aut subditus mei subditi, ejus Vasallus aut subditus fuerit, ratione feudi aut territorii, cujus respectu, is meus Vasallus, aut mihi subditus est. Ita in specie declaratur *per Guidon. Papæ dec. 551. n. 7. Dec. l. consilii, §. socius, n. 1. ff. de reg. jur. Br. d. l. de accessionibus, in pr. ff. de divers. & temp. præscr. Br. l. Claudius, n. 2. ff. qui pot. in pig. hab. Bl. l. 1. n. 9. C. comm. de legat. & fidei arg. c. 1. §. illud de prob. feud. alienat. per Freder.*

Quapropter firmè in ea insisti haudquaquam potest.

105. Tertiò: hic principi propositus debet esse finis, ut subditos in libertatem asserat: econtra verò principe viro indignum est, novô onerare, obstringereque cives suos, servitutis jugo. *§. hæc similiter, auth. ut libert. de cet.*

Sed princeps etiamsi legem hanc alienationi dixerit, ut penes se sit jurisdictio suprema, subditos nihilô minùs, nova aggravat servitute. Cùm duos, loco unius, agnoscere cogantur dominos, præsertim Vasalli, qui novo etiam domino, omnia quæ in forma fidelitatis continentur, præstare adstricti sunt.

Hoc itaque facere viro principe indignum est.

106. Nec obstat si dixeris, filiis domini omnibus, Vasallos fideles esse debere, fidelitatis juramentum, eaque omnia, quæ in nova fidelitatis formula continentur, exhibere. *gl. l. si usufructus verb. oportet, ff. de usufr. Br. l. si unus, n. 1. per ill. text. ff. de alim. & cib. leg. Bl. l. 2. n. 18. ff. de rer. divis. Jas. l. si pupilli, §. si plurium. n. 6. ff. de op. no. nunc. & tradunt alii relati tum per Sylvan. tr. feud. q. 106. tum per Tiraq. tr. primig. q. 85. n. 7.*

Unde rectè concludi posse videbatur, cum hoc in isto permissum sit casu, permissum quoque fore casu, quo dominus, præter supremam jurisdictionem, subditos alienarat.

Primò enim respondendum, istud fieri ex natura feudi, quæ vult fartam tectam fidelitatem, omnibus domini filiis, tuendam: hoc verò præter, aut si mavis contra feudorum naturam evenire. Natura enim feudorum vult, cambium, aut investituram de feudo, invito Vasallo, fieri non debere, aut si facta fuerit, nullius ponderis, momentique esse. Non itaque induci posse casum unum, ad alterius determinationem, vides.

107. Secundò respondendum, opinionem pluribus domini filiis, fidelitatem præstandam esse affirmantium, undiquaquam perpolitam non esse. Cùm major negantium, unumque ex pluribus, cui sacramento sese obstringat Vasallus, eligendum esse, sentientium sit numerus. *Jacob. de S. Georg. tr. feud. V. qui quidem investiti, n. 28. Sylvan. tr. feud. d. q. 106. n. 2. Joh. Ferrar. Mont. tr. feud. lib. 3. c. 4. Molin. in consuet. Parif. tit. 1. §. 2. gl. 4. n. 53. Hartm. Pistor. q. 47. n. 24. lib. 2. Cujac. in 4. lib. feud. tit. 9. & alii relati in addit. ad Sonsbecc. tr. feud. p. 11. n. 16. per d. cap. 1. §. præterea ducatus, de probib. feud. alien. per Frider. & c. extr. ord. incip. insuper, quod extat apud. Cujac. lib. 4. feudor. tit. 102.*

108. Tertiò responderi quoque potest, posito, veram esse opinionem affirmantium, omnibus fidelitatis juramentum præstandum esse: eam tamen veram non esse, respectu servitiorum, domino à Vasallo præbendorum. Unus enim ex pluribus, cui servitia exhibeantur, eligendus est. Quam distinctionem, usum & consuetudinem etiam approbasse videmus. Ita expressim decidunt *Sonsb. tr. feud. d. p. 11. n. 18. Wesenb. tr. feud. c. 8. n. 26. & cap. 9. n. 12. Zasius tr. feud. p. 7. n. 12.*

109. Non enim ex persona heredum obligationis conditio durior effici debet. *L. ne in plures. ff. de exercit. act. l. 2. §. ex his, ff. de verb. obl.*

110. Quod si domini heredibus, quis eligendus sit, non convenerit, omnes interim Vasalli servitiis carebunt. *Zasius d. p. 7. n. 12. Wesenb. d. c. 9. n. 12. Sonsbecc. d. p. 11. n. 18. argum. l. æquissimum, & l. quoties. ff. de usufr.* Vides itaque hoc de pluribus domini heredibus caput, huc non pertinere.

Sed nec reliqua in contrarium adducta his obstant. Contrarium enim ejus, quod adductum est, tali casu, cum jurisdictio suprema alienanti remanet, prohibitionis rationes languere: ex accuratiori earundem consideratione conspicuum tibi fiet.

Neque verò subditis satis consultum erit, appellationis, supplicationisque remediis: tum ob incertum litis eventum, quo optimam sæpiusculè

caussam, præsertim si pro principe inferiori, apud supremum principem, cognati & affines deprecentur, susurrisque suis judicis aures oppleant, ut taceam tacitas ipsarum imaginum deprecationes, succumbere videmus: tum ob divexationes, sumptusque, quibus appellationes, supplicationesque perficiendæ sunt.

111. Inter dominum manumittentem, jusque patronatus adipiscentem, & principem suprema jurisdictione retenta, subditos in alium transferentem, hoc inest discriminis: quòd dominus servum manumittens, in alium eundem non transferat, sed statum tantummodo ejus & quidem in melius mutet. Quapropter alienasse servum dici nequit. Princeps autem, etsi quid simile juri patronatus, contra principem, cui fit divenditio, retinuerit: non minus tamen in tertium eos transfert; nec meliorem, sed sequiorem dominorum multitudine subditorum conditionem facit. Fieri igitur nequit, ut principem subditos alienasse, negari possit.

112. Sic nec de usufructu obstat argumentum. Ibi enim ususfr. ab initio à multis relinquebatur, satisdandum itaque omnibus erat, aut usufr. carendum: principatus autem uni tantum ab initio demandabatur: non immeritò itaque illi, qui deinde subditis invitis adjicitur, fidem exhibere, subditi jure renuunt.

113. Proximus ille est casus, an idem quoque respondendum sit, cum non singuli Vasalli, aut oppida singula separatim, sed principatus universus, simul & semel in alium abalienatur. Et plerisque licitam tunc, permissamque esse subditorum invitorum distractionem, visum est. Ita namque in specie decidunt. *Bl.l.2.num.6.ibi Alex.n.29.ff.sol. matr.Bl l.1.n.9.C.com. de leg. & fideic. Bl. in l.2. n.1. C. de donat. Bl l.si plures, n.5.C.de condit.insert.Bl. cap.1.§.ex eadem.n.1.ibi Affl n.2 de leg. Corr. Bl. c.1. §.præterea, el. 1. n.10. de prohib.f.al.per Frid Felin. c.dilecti, n. 1 vers. considera utrum ext.de major. & obed. Jas. l.si non sortem,§.libertus. n.27. ff. de condict.ind. Zasius tr.feud.p.7. n.69. Borcholt. tr.feud. c 8.n 137.Cotta in memoral.V Vasallus,el.ult.Steph. Ranchin.in addit.ad Guidon. Papæ decis.560. lit. C. Molin.in consuet Paris.tit.1.§.1.gl.3.n.25.Jul.Clar.§. feudum, q.28.n.2.Roman.cons 26. num. 11. ibi Horat. Mandos.in addit.lit R.Alex.cons.25.num.21. vol.5.ibi Carol. Molin.in addit. Dec. cons. 61. n.1. vers. nec obstat,Card.Paris.cons.22.n.82.cons.23.n.101.vol.1.Natta cons. 367. num.4. Bursat.cons.127.n.33.vol.2.Rol.à Valle cons.1.num.88.vol.1.*

114. Unicum quo ceu stibio, hunc crassissimum suum errorem pingant, fundamentum habent: multa nimirum cum universitate, quæ per se alienabilia non sunt, transire. *L. in modicis, ff. de contrah. emt. l.quædam,ff.de acquir. rer. domin. Fab.de Monte S.Sabinæ tr.de emt. & vendit. 4. q.pr. n.44. Jas l.si ita quis,§.eâ lege,n.18.ff.de verb obl. Thomas Parpal. l.2. n.106 ff. sol.matr.Tyber Decian. cons.22. n 35.vol.11.cons.123.n.23.volum.3.*

115. Hinc Falanius Eques Romanus, coram Tyberio reus factus, quòd cum hortis statuas quoque Augusti, quæ sacræ & extra commercium positæ sunt, vendidisset absolutus est. Nihil enim imperator pœna dignum, ab eo admissum esse, arbitrabatur, cum statuæ venditionibus hortorum accesserint, & solæ venditæ non fuerint, *Ut ex Cornel.Tacit.refert.Borcholt.d.tr feud.c.6.sub n.9.*

116. Sic etsi jus patronatus, per se, atque aliis rebus separatum, vendi nequeat: *c. de jure, ibi Abb. n.1.ext.de jur.patron.Mozz.tr.de contr.act Rubr.quæ res emi poss.n.27. Lambert. tr. de jur.patronat.2.p.1. lib.q.5 artic.1.n.1.*

117. Vendi tamen potest, si rerum, bonorumve universitatis, fit alienatio. *c.ex literis, ibi Abb.n.1.& 13.ext.de jur.patron.Br.l.hanc legem,n.1.ff.de contr. emt.Felin.c.caussam,n.8.ext de præscr.Fab de Monte S Sab.d.n.44 Vallasc.l.imperium n.47 ff. de jurisd. om.judic.Cas Lambert.tr.de jur. patron. 2. p.lib.1.q. princip.5.artic.11.n 3 Mozz.tr.de contract. Rubr.de natur.emt.num.41.Covarr.var.resol lib 1.c.13.n.3 & lib.2.c.18.n.8.Menoch.tr.de remed.poss. adip.rem. 4. n.400.Marant.l.is potest,num 37.ff.de acquir hered. Ign. l. necessarios.§ non alios,p.1.num.483 ff.ad S. C. Syllan.*

118. Contrarium pauci admodum, sed verissimè (veritas enim paucissimos semper assertores habuit) asseruêre: principem nec cum universitate quidem aliquem subditorum invitum, abalienare posse, *Fabian. de Mont. tr. de emt. & vendit. q.3.princip.n.18. ibi, sed admittitur contradictio hominum.Thomas.Parpal.in l.2.n.107 ff sol.matr.Vasq. tr. ill.contr.c.5.n.11. Nev iz. int.conj. Bruni, cons 12.n. 112.Cravett.cons 592.n.125.*

Si exactè rem perpenderis, videbis vigere adhuc rationes omnes, superius principali conclusioni substratas. Et præter ibidem enumeratas rationes, sequentes quoque, quibus hæc stabiliri possit opinio, in promtu sunt.

119. Primò, quod illi cui non licet, quod minus est, minimè quoque quod majus est, licitum esse debeat, *c.cum in cunctis, ext. de elect. c cum illorum, versic.primò,ext.de sent excom.c.gesta 74. distinct.l. qui indignus,ff.de senator.Dec.l.non debet,n 2.ff.de reg.jur.*

Sed principi non licet subditum, seu Vasallum unicum, alienare invitum.

Ergò multò minùs Vasallos omnes, alienare ei licitum erit.

120. Secundò, quod in ea parte prohibitum est: multò magis in toto prohibitum erit. *c.meretrices, ad finem 32.q.4.*

Sed principatus pro parte alienatio interdicta, vetitaque est.

Multò minùs itaque totius principatus alienatio permissa erit.

121. Tertiò, ibi, ubi majus periculum subest, cautius agendum est. *c.ubi periculum,de elect lib.6. l.up c.per vestras. §.33. n.4.ext.de donat.int vir. & uxor Tiraq.de LL.connub.gl.5 n 35 Carocc tr. de locat.tit.de dolo,& culpa,n.2 Gail obs.78.n.8 lib.1 obs. 174.n.10 lib.2.& lib.1.de pac pub.c 15. n.6. & lib.de pignorat.c.13.n.7.Caball.tr.de eo quod intersit. n.62. Mol.l.1.§ si quis ita, n.30.ff de verb.obl.Cacheran.decis.79.n.1. Sonsb.tr feud. p.12.num.165.Rimin l juris ignorantia. n.58. C. qui adm.*

Jam

Jam verò negari nequit, majus intereſſe periculum, alienationi totius Principatus: quàm alienationi unius, aut alterius ſubditi.

Cautius ergò agendum erit. Et per conſequens, cum in alienatione unius oppidi, incolarum conſenſum adeſſe oporteat: multò magis hic erit neceſſarius, cùm univerſi principatus ſit commutatio.

122. Quartò, ne per emendicata eamus ſuffragia, apertè id probat textus c. 1. §. præterea ducatus de proh. feud. alien. per Frideric. ibi enim diſponitur primò: feuda dignitatum diviſionem reſpuere: Secundò, reliqua feuda volentibus conſortibus dividi poſſe: Tertiò, loco unius, duobus dominis, Vaſallum onerandum non eſſe: quibus diſpoſitis, ſubjicitur generalis clauſula, dominum feudi, feudum in alium, Vaſallo nolente, non transferre.

Colligitur itaque, patetque ex iſto textu, non modò feuda, regalem dignitatem annexam non habentia: ſed & ea feuda, quæ regalem dignitatem annexam habent, ut ſunt ducatus, marchionatus, comitatus, (horum enim in præcedentibus textus expreſſam mentionē fecerat) Vaſallo invito, à domino feudi in aliū transferri nōn poſſe.

123. Cùm præcedentia omnia à clauſula in fine poſita, determinationem recipere, clari juris ſit. *Br. l.4. §. eritque differentia, n.1. ff. vi bon. rapt. Joh. de Imola Clement. 1. n.45. de ſuppl. negl. prælat. Alex. conſ.48. n.1. vol.1. conſ.66. num.3. vol.2. Gozad. conſ.58. n.19. Cardin. Pariſ. conſ.53. num.31. vol.2. Rol. à Valle conſ.54. num.5. & 11. vol.4. Tiber. Decian. conſ.70. nu. 19. vol.3. Decius conſ.11. num.13. conſ.79. n.2. conſ.539. n.4. conſ.673. n.2. Angel. conſ.28. n.2. Rom. conſ.480. n. 7. per l.1. C. de lib. præt. & l. talis ſcriptura, ff. de leg.1.*

Jam verò negari non poteſt, ducatus, marchionatus, comitatus, eſſe nomina collectiva, ſeu quid univerſum, quod ex pluribus ſuis membris, ſeu partibus integrum conſtituentibus, conſtat.

Conſequitur itaque, ne cum univerſitate quidem, Vaſallos invitos alienari.

124. His autem in contrarium adductum fundamentum non obſtat. Ut vides enim, à particulari ad univerſale concluditur. Taliter namque argumentantur: Res ſacræ cum univerſitate transeunt: Jus patronatus cum univerſitate tranſit: & ſi quæ ſunt alia. Ergò & feuda cum univerſitate tranſibunt. Sed à particulari ad univerſale, rectè argumentum non duci, adeò certum eſt, ut probatione non egeat. *Phil. Melancht. in Dialect. lib.3. Reg. conſequent.1.*

125. Sed & alio modo iſthæc argumentatio vitioſa eſt, plus enim in concluſione, quàm in præmiſſis eſt. In concluſione enim additur, ſi rectè inſpexeris: ergò feuda, Vaſallis invitis, cum univerſitate tranſibunt: cùm in præmiſſis ſimpliciter tantum dicatur: res ſacras, item jus patronatus, cum univerſitate transire, non autem invitis dominis. Quapropter rurſus explodenda argumentatio erit. Non enim, cùm plus in concluſione, quàm in præmiſſis fuerat, eſt, abſque vitio concludemus. *Phil. Melanth. d. lib.3. Dial. reg. gener.6.*

126. Præterea ratio, cur, non niſi ſub nomine multa comprehendente, alienentur res ſacræ, hæc eſt: quòd extra commercium noſtrum poſitæ ſint. *§. nullius, Inſt. de rer. diviſ. §. idem juris, Inſt. de inut. ſtipulat. gl. l. ſi in emtione, §. omnium, ff. de contrah. emt. Fab. de Monte tr. de emt. q.4. princ. n. 2. Alex. ab Alex. genial. dier. lib.6. c.14. in pr. Gomez. var. reſol. lib.2. c.2. n.50. Mozz. tr. de contract. Rub. de reb. quæ emi poſſ. n.2.*

127. Seu ut jura Canonica habent, earum divenditione, ſimoniæ crimen contrahatur. *Hoſt. in ſumm. n.2. ext. de Simon. Lanc. Conrad. tr. de off. prætor. Rubr. de Simon. n.2. Abb. in Rubr. n.2. ext. de Simon. Cæſ. Lambert. tr. de jur. patron. 3. artic. 8. q. pr. 1. p. lib.2. n.8. Jul. Clar. in pract. crim. §. Simonia. n.1.*

128. Quam rationem ceſſare vides, ſi rerum ſacrarum aut juris patronatus, nominatim non facta mentione, venditio celebratur ejus rei, in qua ſunt res ſacræ aut jus patronatus: puta ſi venditur hereditas, fundus aut ædes, quibus jus patronatus inhæret, cohæretque, aut venundetur hortus, in quo ſunt res ſacræ, puta ſtatuæ aut monumenta. Non enim ſtatuarum, monumentorum, aut juris patronatus celebratur contractus: ſed hereditatis, fundi, horti, capellæ fit coëmtio.

Alia ratio in oppidis, feudiſque eſt, non enim quia eorum non habeatur commercium, aut Simoniæ crimen, iis divenditis, incurratur, hæc diſtrahi non poſſunt, alienarique à ſuperiori: ſed quòd in prima principatus, feudorumque conſtitutione, certi præſcripti ſint limites, ſepes, modi, fineſque, quibus princeps Rempub. regeret, atque adminiſtraret. Hi autem conculcantur, & peſſum eunt, ſi princeps ſubditis invitis eorundem in alium alienationem uſurparit.

Neque verò hæc ratio ceſſat, ut in ſuperioribus, quando non ſingula oppida, ſed univerſus ducatus, Marchionatus, comitatus, alienatur: ſed conſpicacior fit, atque eminentior.

Minus itaque principi univerſum diſtrahere principatum, invitis ſubditis, licitum erit, cùm major adſit hoc caſu (ut loquuntur) rationis identitas: tantum abeſt, ut eo caſu inviti, alium agnoſcere cogantur dominum Vaſalli.

128. Sic nec argumentum ab adſcriptitiis, ad Vaſallos ſeu ſubditos (conſultò hoc tanquam huc non pertinens, ſuperius præterivimus) procedit, quos etiam non per ſe, ſed cum univerſitate, ſeu fundo tantùm, in alium transferri conſtat. *L. idem Julianus, §. fin. & l. ſi quis inquilinos, ff. de leg. 1. l.2. l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ. lib.11. gl. Inſt. de jur. perſon. in pr. V. aut ſervi, Fab. de Monte d.4. n.45. Connan. commentar. jur. lib.2. c.10. n.5.*

129. Ut enim ipſum prodit nomen, inter adſcriptitios, & Vaſallos, ſubditoſque ingens diſcrimen eſt, cum hinc, quod fundo ceu adſcripti, inſiti, & quodammodo conglutinati eſſent, adſcriptitii nomen ſuum invenerint, Poſtquam enim dominis difficile eſſet, rebus ſuis per ſe ſupereſſe, ex mancipiis, quo agri majori cultura colerentur, delegêre, quos agris ſuis, non fide dominica, ſed proprio periculo, colendis, arandis, ſerendis, paſtinandis, metiendis, in perpetuum attribuerent, & adſcriberent. Hi quotannis certum fructuum numerum

merum pendebant, nec ob sterilitatem ullam, excusationem merebantur. *Connan. d. c.10.n.2.*

130. Non immeritò itaque fundum sequebantur, eumque ceu instrumentum ejus comitabantur, *L.quæsitum.§.Alphenus, ff.de fund. instr.*

Non sic in Vasallis res sese habet: ii enim renunciatione feudi, Vasalli esse desinere possunt. *Ut superius ostendimus.*

131. Non item in subditis eadem est ratio: Nam & cives alii, præter Vasallos, juri civitatis rectè renunciant. Quod Cicero testatur; inquit enim: O jura præclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis, à majoribus nostris comparata: ne quis inuitus civitate mutetur: neve in civitate maneat invitus &c. *Cicero in Orat. pro L. Cornel. Balb.*

Sed nec liberi verè, nec servi propriè adscriptitii erant, sed servi conditionales, eo, quòd complurima verè servorum simulacra secum circumferrent, & quodammodo tertium hominum genus constituerent. *L. defensionis, C. de jur. fisc. lib. 10. ut interpretantur Connan. d. lib. 2. commentar. jur. c. 10. n. 2. & n. 5. Cujac. d. l. defensionis.*

Vasalli autem, reliquique cives, & nobiles, & ingenui sunt.

Vides itaque disparem utriusque conditionem: Vides item disparem dispositionis rationem. Non igitur mirandum, si illos invitos cum fundo alienari audiveris: hos verò non nisi consensu præstito, novum agnoscere teneri dominum perceperis.

133. Ultimus ille est casus, cum ad alienandum principem cogit, durum necessitatis telum. Non immeritò enim, an tunc subditis dissentientibus, jure fiat alienatio, hæsitatur. Et affirmare idipsum, iterum plerique ausi sunt. *Bl. l. 1. num. 12. C. de oper. libert. Joh. And. in addit. ad speculat. tit. de feudis §. quoniam, num. 52. lit. D. Alex. d. l. 2. num. 29. ff. sol. matr. Salyc. l. 1. num. 2. C. de novation. Alvar. cap. 1. §. ex eadem. num. 9. ibi Præpos. num. 2. de lege Corr. Catell. Cott. in memor. V. Vasallus, el. ult. vers. limitantur. Curt. tr. feud. p. 6. num. 3. vers. limitatur tamen, Petr. Gerb. sing. 100. vers. facit lex. 1. Jas. §. item Servian. num. 107. Inst. de act. Cephal. cons. 451. num. 284.*

134. Unicum & hic error, cui innitatur habet fundamentum: Necessitate nempe, quæ licita aliàs non sunt, licita fieri. *c. quod non est licitum, ext. de reg. jur. Felin. c. cum accessissent, num. 20. ext. de constit. Vaslasc. l. imperium num. 186. ff. de jurisd. om. judic. Schenck. cap. 1. num. 6. qual. feud. ol. Cacheran. decis. 68. num. 26. Covarr. var. resol. lib. 3. cap. 14. n. 4. in fine. Borch. tr. de usur. cap. 5. num. 1. Amb. l. nemo potest. num. 51. ff. de leg. 1. Sebast. Sap. in l. 1. n. 27. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. Curt. l. admonendi, num. 241. ff. de jurejur. Benincas. tr. de priv. paupert. 8. special. in jud. n. 15. & 4. special. in contract. n. 33.*

135. Item necessitatem legibus non subjacere. *Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. cap. 18. n. 1. Pistor. qu. 6. num. 51. lib. 2. Montic. tr. de invent. cap. 7. num. 23. & cap. 10. num. 4. Cacheran. decis. 68. d. num. 26. Seraph. tr. de juram. priv. 52. num. 6. priv. 110. n. 18. Borcholt. r. feud. cap. 8. num. 69. Cephal. d. cons. 541. num. 390. Francisc. Tertius int. divers. cons. 19. numer. 100. vo. 3.*

136. Contrarium ex iis, quos mihi videre contigit, rursus solus (in cujus sententiam pedibus omninò eundum est) decidit *Vasq. ill. contr. cap. 5. num. 9.*

137. Cujus opinio confirmatur primò: Nam princeps legitimus Reipub. tutor est, ut ex Cicerone apparet. Inquit enim: Calendis Januariis, postea, quam orba Respub. consulis fidem, tanquam legitimi tutoris imploravit. *Cicer. in Orat. ad Quirit. post redit. mihi fol. 200. fac. 1. ad fin.*

138. Sed tutorem ob necessitatem suam, pupillum, aut ejus patrimonium abalienare posse, auditu novum, imò ridiculum est. Cùm tutor ad tuendum eum, qui sese per ætatem defendere nequit, detur. *Inst. de tutel. in pr. Cald. l. si curatorem, V. hunc contractum, num. 48. versic. alii rursus, C. de rest. in integr.*

Ergò absonum quoque satis, superque erit, ob necessitatem principis, subditorum alienationem jure fieri, asserere.

139. Secundò: non debet quis alterius caussa aggravari: *c. non debet quis, de reg. jur. lib. 6. cum similib. superius allegatis.*

Sed si ob necessitatem publicam, aliquos alienare liceret subditos: illi qui alienantur, alterius caussa aggravarentur. Onus enim, quod toti principatui commune est, atque imminet, illorum solummodo humeris imponeretur.

Ergo ob necessitatem subditorum invitorum, alienatio nec fieri potest, nec debet.

Tertiò, eo etiam casu, cum subditi sese, pro Reipub. debitis obligant, virilem solvendo partem liberantur, *Ut superius didicimus.*

Multò magis itaque in casu necessitatis, si viritim necessitatem pertulerint, liberationem consequi debebunt, & quod consequens est, ut alios incolumes Reipub. conservent, ipsi abalienari non poterunt.

140. Non obstant in contrarium allegata: necessitatem enim, quæ licita aliàs non sunt, licita facere: item necessitatem, legum vincula irridere, in casibus tantum, in quibus id expressim statuitur, verum est. *gl. c. quoniam, distinct. 48. Cornel. Benincas. d. tr. de privil. paupert. 9. special. in judic. num. 45.*

Jam verò non est textus, tale quippiam dicens: subditos invitos, ob necessitatem alienari posse.

Non itaque in contrarium adductæ maximæ locum inveniunt.

At ne frustra nos, tam accuratam harum rerum suscepisse tractationem existimes, agè adjungemus ex historiarum monumentis, unum, alterumque casum, huic rei accommodatissimum, ut videas, in gravissimis negotiis, hæc occurrere solere.

141. Cùm Johannis Galliarum Regis exercitus Anglis non solum succubuisset: verum etiam in Angliam ipse Rex captivus devectus fuisset, pacem cum Anglis Bretiniaci, non procul à Carnutum oppido, qua præter tricies centena Francorum millia, Ducatus Aquitaniæ, & alii insigniores Galliæ

Galliæ Occitanæ provinciæ, & oppida, Britannis cessêre, ut liber sisteretur, Johannes pactus est.

Sed cùm ejus pacis nuncius ad subditos pervenisset, illi mehercle minimè acquieverunt, sed Regi, fas hoc non esse, iisdem, quibus nos usi sumus, argumentis ostenderunt. *autor lib. contra Machiavellum lib.1.mihi fol.76.*

142. Ubi cumprimis Rupellæ constantia commendatur, quàm rectiùs Rochelam dici contendit *Tiraq. de ut.retr.p.1.§.17.gl.unic. n.1.*

Rex autem Johannes, cùm talem non consistere compositionem ex Jurisperitis didicisset, facilè eam non solum rescindi passus est: verùm etiam autorem se, quo dirimeretur, præbuit. Cujus fœderis ex nostratibus meminêre *Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1.gl.3. num.24.Neviz.int. cons.Bruni cons. 12.n.109.*

In præsenti negotio, quotquot anteà recensuimus, adsunt casus. Fit enim alienatio in æquè potentem, imò potentiorem etiam, victus enim in victorem transfert: non singulorum item Vasallorum celebratur alienatio, sed cum universitate fit translatio, sed & suprema jurisdictio Galliarum Regi manserat; (vocatur enim Cambriæ princeps Lutetiam ad caussam dicendam, quem Edvvardus pater cũ imperio, Gallicis provinciis præfecerat) fit denique necessitate cogente, aliter enim libertatem Rex captus redimere non poterat: attamen irritam eam fieri vides.

143. Nec à nostra opinione alienus fuit Franciscus primus, Galliarum Rex doctissimus, atque præstantissimus. Is enim cum Papiæ captus, inque Hispaniam à Lanoio deductus fuisset, Madritii eas approbavit pacis leges, quibus se inter cætera Burgundiæ Ducatum Carolo restituturum pollicebatur.

Cum autem Bajonam usque post consignatas transactionis tabulas Cæsarianos comites habuisset, eique denuò tabulæ, ne postea metus prætextu, retractare à se gesta posset, à Cæsarianis offerrentur: reliquis iterum annuit, ad illud verò, quod Burgundiæ Ducatus restitutionem continebat, caput, respondit: non sibi, absque autoritate, consensuque populi alienare quicquam fas esse. Cæterum dicerent Carolo, paulò post statuum ordines, à se convocatum iri, quò de eorum voluntate certior fieret. Qua in re Carolum minimè fefellit. Ordinum enim conventum indixit: at consensum subditorum inpetrare non potuit. Quapropter, ut ab hoc capite, uterque discederet, factum est. *Ut ex Bellato, idem autor lib. contra Machiavel. lib.2.mihi fol.84. refert.*

Vides iterum in potentiorem fieri alienationem: Victricibus enim armis, Burgundiæ Ducatus cedere debebat: vides iterùm cum universitate fieri alienationem: quî enim Burgundiæ Ducatum, quid universum esse, negari potest? vides denique ob necessitatem, ut nempe Rex, ex carceris squalore, ad regna, ditionesque suas rediret, hanc iniri alienationem: æquum tamen uterque princeps haud censuit, hanc, nisi subditorum alienandorum accessisset consensus, subsistere. Idem itaque, quod pauci ex nostris, veritate comite asseruere, utrique principi placuit.

MEMBRI II. EFFECTUS VII. DE

Prodiga Constantini largitione, an facta sit, an jure fieri potuerit, an denique etiamnum revocari possit.

SUMMARIUM.

1. *Quæ de eadem re loquuntur, in confinio posita esse debent.*
2. *Constantini donatio valida est, jureque subsistit.*
3. *Constantini donationem validam esse, negare, hæreticum.*
4. *Constantini donationem negans, percutiet caput ad montem Murellum.*
5. *Domini est terra, & plenitudo ejus.*
6. *Papa major angelis, validior ipso cœlo. Papæ ceu DEI vicarii, terra, & plenitudo ejus est.*
7. *Alexander VI. Indiam Orientalem Lucitano: Occidentalem verò Arragonio concessit.*
8. *Sixtus V. Galliam Guisiis donat.*
9. *Quæ nutu divino fiunt, juris communis regulis non subjacent.*
10. *Constantini donatio nutu divino facta est.*
11. *Frater sororem dotare tenetur.*
12. *Hierarchia Papæ, soror Imperii.*
13. *Constantinus, primus inter Imperatores Christianus.*
14. *Donatio remuneratoria, non est propriè donatio.*
15. *Constantinus à lepra per Sylvestrum sanatus, Romam ei urbem donat, nec non reliquas Occidentalis imperii provincias.*
16. *Papa habet jurisdictionem in spiritualibus & temporalibus.*
17. *Ecce duo gladii hîc.*
18. *Christus Petro non dixit, gladium abjiceret, sed satis esse respondit.*
19. *Danthes poeta, damnatur de hæresi, quòd negarat Papæ jurisdictionem in temporalibus esse.*
20. *Covarruvias injuria pungit Bartolum.*
21. *Christus Petro dicens: ne gladium projiceret, sed tantum vagina reconderet, respexit ad Constantinianam largitionem.*
22. *Christus figurativè (ita loquuntur Canonistæ) loquitur.*
23. *Omnis immensitas, mensura est optima in rebus Ecclesiæ donatis.*
24. *Donationibus principum multa sunt privilegia.*
25. *Donatio, cui aliàs firmitas nulla est, valida fit, ob donantis nobilitatem.*
26. *Liberalitatem exercere, nobilium proprium.*
27. *Tutori principis donare permissum est.*
28. *Imperator dicitur nobilissimus.*
29. *Dispositio omnis intelligitur, secundum personæ in quam confertur, qualitatem.*
30. *Nobilitas Ecclesiæ in caussa est, ut plus quàm alii ei donari possit.*

31. *Roma divinitus constituta est caput, & sedes Ecclesiæ, nec inde per ullum clavigerulorum Petri, transferri potest.*
32. *Tutor mercedes præceptoribus pupillorum assignare debet.*
33. *Tutor matri pupilli exhibet alimenta.*
34. *Ecclesia Imperii mater.*
35. *Jura nostra, in alium rectè, sive per contractum, sive per ult. voluntatem conferimus.*
36. *Justinianus approbavit Constantini donationem.*
37. *Sylvester Papa fuit sanctus.*
38. *Constantini donationi assensere senatus, populusque Romanus.*
39. *Constantini donatio est falsa, atque ementita.*
40. *Constantini donationis nullum in jure civili vestigium.*

Quæ notabiliter fiunt, specialiter notanda sunt.

41. *Zonaras facit mentionem lepræ Constantini, de donatione autem ejus, verbum nullum habet.*
42. *Platina reditus per Constantinum Ecclesiæ attributos refert, non autem donationis meminit.*
43. *Platina omnia, quæ de lepra Constantini traduntur, censet fabulosa.*
44. *Constantinus Magnus, Romam, & reliquam Italiam omnem, Constanti filio, divisione inter liberos factâ, dedit.*
45. *Constantius Papam Liberium urbe Roma expulit.*
46. *Imperatores Romani ad Augustulum usque Romæ aulam suam constituere.*
47. *Reges Gotthorum ipsi, rura Imperii Romæ exercuere.*
48. *Exarchi tempore Longobardorum Romæ, inque Italia reliqua, Rempub. non autem cuculliferi administrarunt.*
49. *Paparum autoritas, ab Exarchis, non econtra, dependebat.*
50. *Canonistæ falsa ad adjuvandam Constantini profusionem, testimonia afferunt.*

Melchiades (seu ut rectius dici putant Miltiades) ante Sylvestrum, Clavum naviculæ Petri tenuit.

51. *Imperatores post Constantinum, Papam legibus suis inclusere.*
52. *Constantini donatio valida non est.*
53. *Princeps regalia in præjudicium successorum alienare nequit, præsertim si id fieret, cum Reip. detrimento.*
54. *Princeps non potest ea, quæ in imminutionem Imperii vergunt.*
55. *Principis est, provincias ab Imperio Romano avulsas, recuperare, non autem quicquam avellere.*
56. *Princeps non potest alienare regalia, si simul sese directo dominio abdicare vult.*
57. *Imperator Romæ, ultra triduum commorari non potest.*
58. *Absurdum est, si promiscuis actionibus rerum turbantur officia.*
59. *Psalterium & cithara non conveniunt.*
60. *Papa post Constantini donationem, spreta religione, ad bella omnia classicum canere inceperunt.*
61. *Cæsari, quæ Cæsaris: DEO, quæ DEI sunt, danda.*
62. *Imperator, Ecclesiæ, claves Imperii donans, proditor est.*
63. *Papa Sol: Imperator Luna est.*
64. *Sol lucem à nemine mutuatur: sed è diverso omnibus lucem suam gratuito impertitur.*
65. *Principes duo simul esse nequeunt.*
66. *Papa vivus, non potest successorem renunciare.*
67. *Corpus, cui duo capita sunt, monstrosum est.*
68. *Quæ ratione, duo, tres, aut quatuor quandoque simul Impp. esse potuerint.*
69. *Constantini largitionem non valere, probatur ex c. intellecto ext. de jurejur.*
70. *Donatio comprehenditur appellatione alienationis.*
71. *Quod quisque juris in alium statuerit, eo ipse utatur.*
72. *Ecclesia amatrix justitiæ videri cupit.*
73. *Papa cocodæmonis vicarius.*

Unum in Ecclesia agnoscimus magistrum & caput Jesum Christum.

74. *Reges gentium dominantur, non sic vicarii aut discipuli Christi.*
75. *Donatio Constantini, venenum aspidum in Ecclesia seminavit.*
76. *DEUS regna hominum dat, cui vult.*
77. *Satanas condidit Papatum, in æmulationem Monarchiarum à DEO conditarum.*
78. *Intellectus auth. quom. oport. Episc. in pr.*
79. *Frater sororem inopem tantum, pro modo facultatum suarum dotat.*
80. *Tutor dotem tantum congruam sorori egenæ assignare potest, & erit congrua, quæ matrimonii oneribus sufficit.*
81. *M. Julius Philippus, primum inter Impp. de Christo dogmata amplexus est.*
82. *Constantinus an unquam baptisatus fuerit, incertum.*
83. *Donatio remuneratoria, quæ propriè dicenda sit.*
84. *Gratis accepistis, gratis date.*
85. *Papa non habet jurisdictionem in temporalibus.*
86. *Divisum Imperium Jovi, & Cæsari est.*
87. *Ecce duo gladii hic, quomodo intelligendum.*
88. *Intellectus §. finimus, auth. de non al. reb. eccles.*
89. *Nihil immensum, bonum.*
90. *Intellect. L. filiusfam. §. nonnunquam, ff. de donat.*
91. *Tutori non permittitur, ob solam pupilli nobilitatem donare.*
92. *Intellect. L. cum plures, §. fin. ff. de admin. tut.*
93. *Ecclesia non potest simul mater, & soror imperii esse: aut esse sororem ex incestu procreatam, omnino necesse est.*
94. *Mulier committens adulterium perdit dotem & actionem de dote.*
95. *Ex quibus caussis perditur dos, ex iisdem amittuntur, alimenta, & legitima.*
96. *Fictio plus quàm veritas operari nequit.*
97. *Ante Constantini largitionem, aurei sacerdotes, ligneis calicibus rem divinam administrabant: post Constantini verò prodigalitatem, lignei sacerdotes, aureis calicibus litant.*

98. Intel-

relatio fit ab eo, qui legis condendæ potestatem habet.

Et quando id verum sit, n.166.

167. *Probatio ex domo propria, valdè suspecta est.*

168. *Mathildis Comes, ditiones suas Ecclesiæ testamento legavit.*

169. *Princeps de suo principatu testari non potest.*

170. *Feudum, ut anima ex Pancratii antro redimatur, legari nequit sacrificulis.*

171. *Fridericus Imperator ditiones Mathildis, avunculo suo, post mortem Mathildis, feudi titulo possidendas contulit.*

I.

EJus thematis, cujus jam ad exitum tractationem perduximus, mentio, in caussa fuit, ut faciendum non arbitraremur, quin aliqua de donatione Constantini, tanquam superiori theoremati valdè affinia, adjungeremus. Memores nimirum Justiniani præcepti, quo ea, quæ de eadem re loquuntur, in confinio posita esse debere, scitè præcipit. *L.2.§.igitur prima, C.de vet. jur. enucleand.*

2. Donationem itaque Constantini, Sylvestro Papæ factam, omnino jure factam fuisse, plerique affirmant *gl. Clement.unic.§. ipsaq; omnia, V. Constantinum de jurejur. Br. in procem.digestorum, n.13. Br. l. unic.§.1.num.4.ff de eff præf.urb.Br.l. hostes, num.4.ff.de capt.Bl.in procem. digestorum n.36.cum seqq.ibi Raph.Fulc.num.15.Bl in procem.feudor.n 32. Bl.l.filio quem pater, num.6 ff. de lib. & posthum. Bl. in 1. Const. Codic.in pr.num.30.& 31.ibi Salyc.num.6. 7.& 8. Bl. c.licet caussam, num.7.ext.de probat. Joh. de Imola in Rubr.num.23.ibi Butig.num.2.ff.de verb. obl.Alex.l. omnibus, num.3.ff.ad S.C. Trebell. Abb. c. inter dilectos, num.11. ext. de fid. instrum. Abb. c.intellecto, num. 6. ext. de jurejur. Felin.c.solitæ, num.5. ext.de major.& obed.Mart. Laudens. tr. de princip. conclus.84.Bertach.tr.de gabell.p.1. num.3. Boër. decis.69.num.2.Cæs.Lambert.tr.de jur.patronat.1.lib.6. q.princ.num.11.Covarr.var.resol. lib.4. cap.26. n.8. vers.secundò, Didac.Segura L.3.§.fin.num. 109. vers. adde.ff. de lib. & postum. Capif. tr. de num. test.p.1. cap. 12.num. 20.pereg.tr. de jur. fisc. lib.1.tit.2.n.27. Alex.cons. 24.num.23. vol.5. Paul. de Castr. cons. 70. num.7.vol.1. Ripa resp. 175. num.9.volum. 1. & innumeros alios refert Bursat.cons.124. num.51. vol.1.*

3. Quod adeò quidem verum esse, boni patres existimarunt, ut cruce ignique (hæresin enim præ se fert) dignum esse, judicarint eos, qui in controversiam vocare hanc Constantini donationem ausi fuerint. Ut expressim decidit *Matth.de Affl.c.1. notab.3. n. 19. de prob.feud. al.per Frider. Abb.cons. 84.num. 2. vol. 1. Rol. à Valle cons.88. num.29.vol.1. Bursat.d.cons.124.n.38. vol.1.*

4. Seu, ut Baldus ait, qui contra hanc donationem loquitur, caput ad montem Murellum percutiet, *referente Everard. in loc. à verisim. num. 15. in fine.*

5. Confirmat autem primò: Nam domini est terra, & plenitudo ejus. *Exodi 25.num.5. Psal.24. in pr. 1. ad Corinth. 10.n.26.*

6. Ergò etiam Domini Papæ, ejus Vicarii: *ut in specie decidit Panorm.c.novit, num.11.ext.de judic. Specul.tit.de legat.§.nunc ostendendum. n.51. Sigism. de Neap. cons.40.n.13. Campeg.int.cons.Bruni cons. 2. num. 29.*

Non solum enim Papa, Jesu Christi vicarius est, ratione cœlestium, terrestrium & infernalium: verùm etiam ratione angelorum bonorum & malorum, quibus major, jurisdictione, sacramentorum administratione, cognitione, & præmio est. Quinimò Ecclesia validior ipso cœlô est, *Felin. cap. 1. num. 6. ext. de constit. ubi alios idem tenentes allegat. Peregrin.tr.de jur.fisc.lib.1.tit.2.n.2.*

7. Rectè igitur Alexander VI. mundi piaculum, Orientalem Indiam Lusitano Johanni: Occidentalem verò Fernando Arragonio attribuit. Non enim plenitudo notæ tantum terræ, sed & incognitæ, ad Papam, Jesu Christi, vicarium, spectat. *Autor Maff. histor.Indic.lib.1.mihi fol.15.*

8. Sed & Sixtum V. Guisiis Gallici Regni coronam, dum modò Henricum Regem clarissimum pellant, assignasse scimus.

Et alia hujus rei exempla copiosè suppeditabit *Autor* des Bienenkorbs, *fol.124. & seqq.*

Itaque (ut argumentum concludamus) quæ Papæ donantur, non donantur proprie, sed potius redduntur. Quî igitur de validitate donationis eorundem dubitari potest.

9. Secundò, quæ nutu divino fiunt, juris communis regulis decidi non debent. *Joh. de Imola in Rubr. num.23 ff.de verb.obl.Br.in l.1. lect. 2.num.81. C. de sacrosf.eccles.arg. c. duæ. 19.quæst.2.c.licet, vers. quia tamen, ext.de regular.*

10. Sed donatio Spiritu sancto instigante, à Constantino, in Sylvestrum Papam collata est, *Joh.de Imola d. rubr. num. 23. ff.de verb.obligat.Cl. in procem feudor.d.num.32. Everard.in top. in loc. à verisimil.num.15 Alex.d.cons.24.num.23.volum.5.& alii plerique superius adducti.*

Juxta illud: Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, & quo vadat, *Johan. c.3.num.8.*

Ergò etiamsi illi, regulæ juris communis essent contrariæ, nihilo minus valebit.

11. Tertiò, frater sororem dotare tenetur. *L. cum plures, § fin.ibi Br.num.1.ff. de admin. tut. gl. l. non omni, ibi Cyn.Versic.quæritur. & Br. C. eod.tit. Bl. l.1. num.14. ibi Jas. num. 29. ff.sol.matr.Bl.l.fin.n. 9. C. de dot. promiss. Bl. in auth. res quæ, num. 17. C. com.de succ. Lup. c. per vestras notab.3 §. 27. num.3. ext. de donat. int. vir.& ux.Bl.Novell.tr. de dot.p.6. priv.16.num.5.vers.in fratre autem.& priv.63. in pr. Joh.Campeg. tr. de dot. p. 1. quæst. 23. Affl. decis.371. num.3. Cor.as.l. qui liberos. num. 116. ff. de rit. nupt. Tiraq.tr.primigenior.quæst.62.num.1. Arrius. Pinell. in repet.l.1.p.3.num.57.C.de bon.ma.Castr.cons.456. num.3.vol.1.Panorm.cons.12.dub.5.& 7.vol 1.*

12. Sed Papæ hierarchia, soror imperii est, & quidem pudicitiæ incontaminatæ. *auth. quom. oport.Episc.in pr.Br.in procem.ff. num. 13. in fin.fac. trad.Bl.in l. benè à Zenone, lect.2.num.2.C.de quadr. præscript.*

Ergo Imperator ad dotandam eam, obstrictus est, & per consequens, rectè fecit Constantinus, qui cum magna dote, sororem imperii Papæ, nuptui

nuptui elocavit. Dotis enim favore, quæ à Constantino gesta sunt, valebunt.

13. Si autem percontatus fueris, qui fiat, quod à solo Constantino soror dotata fuerit? Scire te velim, id ea factum esse ratione, quod primus, qui Christum agnoverunt, Imperatorum fuerit Constantinus. *L. Divi, ibi gl. C. de natur. lib. c. futuram, 12. quæst. 1. Jas. l. 1. lect. 2. num. 2. C. de sacros. Eccles. Rimin. i. qui se patris, num. 299. C un. lib. Robert. Mar. tr. de ord. judic. p. 3. num. 16. Syl. Ald. in proœm. Inst. Rubr. num. 11. Capis. tr. de num. test. p. 1. cap. 12. num. 18.*

Hic igitur tàm lautè, delicatè & molliter dominam sororem Ecclesiam Romanam tractavit, ut nullius amplius provisione indigeret.

14. Quartò, quæ remunerationis caussa fiunt, aut dantur, propriè donatio non sunt. *L. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit. hered. l. Aquilius, ff. de donat. Abb. in Rubr. num. 3. ext. de donat. Abb. c. cum in ecclesiæ, num. 4. ext. de Simon. Bertach. tr. de gabell. 3. p. 8. p. p. num. 41. Lupus in Rubr. §. 50. num. 9. & §. 69. num 13. ext. de donat. int. vir. & uxor. Alex. cons. 2. 6. n. 2. vol. 2.*

15. Sed donatio, qua Constantinus Sylvestrum beavit, fuit remuneratio. Ob id enim, quod à lepra per Sylvestrum sanatus fuerat, Romam & alias provincias Constantinus largitus est, ut ex probatis historiis certum facere conatur *Covarr. var. resol. lib. 4. cap. 16. num. 8. vers. primum. Et integrum edictum Constantini, in quo hujus quoque rei mentio fit, refert Bursat. d. cons. 124. sub n. 35.*

Ergo non erit propriè donatio, & quod consequens est, etiamsi propriæ donationis regulæ illi obstarent, valebit nihilominus, ut donatio remuneratoria.

16. Quintò, Papæ competit jurisdictio in spiritualibus, & secularibus simul, si non actu, saltem potentia, *Abb. c novit. num. 11. ibi apost lit. D. ext. de judic. Abb. c. caussam, el. 2. num. 6. ext. qui fil. sint legit. Br. l. §. 1. num. 3 ff. de requir. reis. Br. in extravag. ad reprim. V. totius orbis, n. 9. Oldrad. cons. 180. num. 12. textus in extravag. comm. unam sanctam, vers. in hac. de major. & obed.*

17. Juxta illud: Ecce duo gladii hîc. *Luc. 22. n. 38. Alex. de Imola cons. 24. n. 23. vol. 5.*

18. Nec enim Petro ita dicente: Ecce duo gladii hîc, Dominus, ut abjiceret alterutrum jussit, sed satis est, respondit. Ut omnibus palam faceret, usum utriusque jurisdictionis Petro, ejusque successoribus competere. *d. extravag. Unam sanctam, d. vers. in hac, Oldrad. cons. 180. n. 12.*

19. Cavendum enim omnibus, qui hæc vera esse negant, ne cum Danthe Poëta, illius seculi, & antiquissimo, & præstantissimo, Octoviraliqúe prætereà magistratu Florentiæ defuncto, hæreseos pœna eos maneat. Hunc enim post obitum, quia in temporalibus Papæ (nunquam enim non fuêre, qui Papæ tyrannidem, Deo nostro ita ordinante, egregiè callüere,) jurisdictionem negarat, post obitum, cum se defendere non posset, hæreseos damnatum, referunt *Br. l. 1. §. 1. num 3. ff. de requir. reis. Panorm. c. novit. n. 13. ext. de judic. Nevizz. syl. nupt. lib. 1. n. 132.*

20. Quo in loco, quid Covarruviæ in mentem venerit, miror, qui Bartolum citat voluisse, hæreticos eos esse, qui prophanam Papæ jurisdictionem non tribuant, Bartolumque id dicentem objurgat. *Covarr. c. peccatum, p. 2. §. 9. num. 7. versic. 4. de reg jur. lib. 6.*

Cum Bartolus tantum, quæ Danthi contigerint, referat, minimè verò, jure ne, an injuria, hæreseos labe notatus sit, decidat.

Non itaque reprehensionem ullam Bartolus promeruerat.

Ergò, (ut argumentum contexamus) facilius in Papæ Sylvestri, ejusque successorum persona, donatio isthæc immensa coalescere potuit, quàm si alii cuipiam donatio hæc fuisset collata. Per hanc donationem enim temporalis jurisdictio, quæ in Papis hactenus alto sopore sepulta jacuerat, tàm belle condito bolo oblato, resuscitata quasi, atque expergefacta est, ut censuit *Alex. d. cons. 24. n. 23. vol. 5.*

21. Neque enim Christus, Petro gladio temporali utenti, auriculamque Malcho præcidenti, ut gladium penitus abjiceret, præcipiebat, sed tantum, ut in vaginam gladium abderet, dicebat. Videbat enim Christus spiritu, Constantinum multis post seculis venturum, cujus facto gladium rursus vibrare (id est, temporalem jurisdictionem exercere) & non auriculam solum imperii, sed ipsam Romani Imperii sedem, Romam urbem præscindere, aque totius Imperii corpore avellere, successoribus (si credere fas est) Petri liceret.

22. Christus enim semper figurativè (loquamur licet cum Canonistis) locutus est. *d. extravag. unam sanctam, vers. in que hac de major. & obed. Abb. d. c. novit. num. 12. ext. de judic. Oldrad. d. cons. 180. num. 12.*

23. Sextò, cum quid Ecclesiæ donatur, etsi per se modum excesserit, intuitu tamen Ecclesiæ, mediocre censetur. Omnis enim immensitas, in rebus Ecclesiæ donatis, optima mensura est. *§. finimus, auth. de non alienand. reb. Eccles. gl. c. ego Ludovicus V. villiculis. 63. distinct.*

Ergo Constantini quoque donatio, sub eo, quòd modum excesserit prætextu, irrita fieri nequiet.

24. Septimò, Principales donationes, multis privilegiis & immunitatibus gaudent. *L. cum multa, C. de bon. quæ lib.*

Et è diverso non minori quoque præeminentia, donationes Ecclesiæ, Papæ, vel piæ caussæ factæ, fruuntur. *ut ex toto Tiraq. de priv. piæ caus. tract. videre est.*

Valebit itaque Constantini quoque donatio, etsi haud in mediocrem Imperii labefactationem tendat.

25. Octavò, ea quæ aliàs consistere nequit donatio, ratione tamen nobilitatis donantis sustinetur, validaque judicatur. *L. filiusfam. §. nonnunquam ff. de donat. In noc. c. grandi, n. 1. de supp. negl. prælat. lib. 6. Bl. l. si fi ius, n. 1. C. de donat. Roman. sing. 644. Jas. l. contra juris, §. si filius, n. 7. ff. de pact. Tiraq. tr. de nobilit. c. 37. n. 41.*

26. Libe-

26. Liberalitas enim, unde donatio, & munificentia profluit, propria quasi est nobilium. *c. 1. ibi Abb. num. 2. ext. de donat. Luc. de Penna l. ult. vers. 29. el. 2. C. de locat. præd. civil. lib. 11. Lup. in Rubr. §. 9. num. 1. & seqq. ubi plura in id adducit ext. de donat. int. vir. & uxor. Tiraq. tr. de nobilit. c. 37. num. 40. Abb. cons. 12. col. fin. vers. sed in hoc casu. volum. 1.*

27. Quo & illud pertinet: donationem rectè à tutore principis celebrari, ob nobilitatem, qua præfulget pupillus. *Jas. l. pactum curatoris, num. 2. C. de pact. Wesenb. tr. feud. cap. 4. num. 6. Borg. Cavalc. tr. de tut. & curat. num. 121. vers. primò. Gail. obs. 72. num. 8. lib. 2. Tiraq. d. tr. de nobilit. cap. 37. n. 45. Vasq. tr. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 81. vers. illud. Chald. l. si curatorem, V. sine curatore, n. 119. C. de rest. in int. Lup. in Rub. d. §. 9. n. 5. vers. & non solum, ext. de donat. int. vir. & ux. Gars. tr. de expens. cap. 20. num 9. Rol. à Valle cons. 18. num. 59. vol. 2. per l. si plures, §. fin. ff. de adm. tutor.*

28. Sed Imperator est nobilissimus. *L. quæris, ff. de natal. rest. Tiraq. tr. de nobilit. cap. 6. num. 2. Paul. de Castr. l. unum ex familia, §. fin. n. 3. ff. de leg. 2. Rol. à Valle cons. 100. n. 5. vol. 4.*

Ergo ratione nobilitatis, donatio Constantini, juris communis regulis non obstantibus, firma, validaque erit.

29. Nono, actus dispositioque omnis dijudicatur secundum personæ qualitatem, cujus gratia actus geritur, vel disponitur, indeque validitas, vel infirmitas actus colligitur, *arg. L. plenum, §. equitii, ff. de usu & hab.*

30. Consequitur itaque, si Constantini donationem ejus nobilitas nil adjuvisset, adjuvari saltem eam ratione personæ, cui fit donatio, quæ est Ecclesia: Nobilitas enim cujuscunque Ecclesiæ, ut ei plus quàm alii donatione conferre liceat, in caussa est. *Bl. c. ult. num. 21. ext. de consuet. per d. l. filiosfamilias, §. nonnunquam, ff. de donat.*

31. Quod si in qualicunque Ecclesia hoc receptum est: tantò magis in Ecclesia Romana, quæ reliquarum caput, & quidem unicum est, cujus sedes Romæ divinitus collocata est, nec per ullum inde Papam transferri potest. *Abb. c. venerabilem, num. 19. per ill. text. ext. qui fil. sint legit. Capifer. alter Papæ parasitaster in tr. de num. test. p. 1. cap. 3. n. 83.*

Decimò, princeps Reipub. tutor est. *Ut in superiori themate tradidimus.*

32. Sed tutoris munus, & officium, in eo quoque versatur, ut mercedes præceptoribus, & quidem non minimæ, sed pro modo facultatum, constituantur, *d. l. cum plures, §. fin. ff. de adm. tutor. Plot. tr. de in lit. jur. §. 5. num. 24. Borg. Cavalc. tr de tut. & curat. num. 275. Roman. cons. 425. vers. tertiò.*

Rectè itaque fecit Constantinus, qui in Sylvestrum Papam, quo præceptore unà cum subditis suis, à lepra corporis animæque sanatus fuerat, donationem, Imperatore, Imperioque dignam contulit.

33. Undecimò: Matri pupilli à tutore ejusdem alimenta præstanda sunt. *L. 1. §. sed nonnullos, ibi Br. in lect. Nicol. de Neapol. ff. de tutel. & rat. distr. Tiraq. tr. de ut retr. in præfat. n. 51. Br. tr. de aliment. num. 50. Octav. Simoncell. tr. de decret. in reb. min. in præfat. n. 66.*

34. Sed Ecclesia Imperii mater est. Cùm imperium & dignitates omnes à Papa originem trahant, aque eo dependeant, ut in specie, post alios quos refert, decidit *Joh. Jac. de Leon. int. cons. Bruni cons. 114. num. 14.*

Jure igitur consistit donatio Constantini, qui ceu Reipub. tutor, providet, ne mater Ecclesia egeret.

Duodecimo: Omne in principem translatum est à populo, lege Regia lata, imperium, *ut superius tertio capite commemoravimus.*

35. Rectè igitur in Sylvestrum, Constantinus rursus idipsum imperium, & potestatem transferre potuit. Jura enim nostra rectè aliis, tam per contractus, quàm per ultimas voluntates, cedimus & concedimus. *arg. §. per traditionem, Inst. de rer. divis. cum similibus superius in id adductis.*

Decimotertiò: Justinianus ipse fatetur, Constantinum auxisse Ecclesiæ honorem, & imperium, *auth. de non alien. in pr.*

Ergò Justinianus quoque, donationem hanc, in Sylvestrum collatam, valere profitetur. Quod si ita est, quorsum plura afferri argumenta pertinet?

36. Decimoquartò: Sylvester, nisi jure facta fuisset, donationem sibi à Constantino fieri, non pertulisset. Fuit enim sanctissimus. De qua sanctitate ex eo constat, quòd in Calendarium relatus & canonizatus est. *Ita argumentantur Salyc. in d. 1. const. Cod. num. 8. vers. secundò, & alii superius ad principalem conclusionem citati.*

37. Decimoquintò, plus, quàm æneum hujus rei fundamentum, super palea, Constantinus 96. dist. extruitur: ubi hæc ad literam expressa habentur.

Decimosexto, idipsum probatur c. futuram 12. quæst. 1.

Decimoseptimò, huc modis omnibus referendum c. fundamenta, §. ne autem de elect. lib. 6.

Decimooctavò, & ultimò juvat has partes Clement. unic. §. ipsaque omnia de jurejur.

38. Postremò, ne quid fabellæ desit, fingunt: huic Constantini donationi consensum quoque populi, Senatusque Romani, reliquarumque provinciarum, in Papam translatarum, accessisse. Quo amovere possint ea, quæ in themate superiori adduximus, obstacula, quæ aliàs mirum in modum, negotium illis facesserent. Et ita sentit *Bl. c. intellecto, num. 4. ext. de jurejur. Bl. c. 1. §. in generali, num. 2. si de feud. def. fuer. contr. Felin. c. dilecti. num. 1 ext. de major. & obed. Jas. l. debitorum, num. 7. C. de pact. Jas. l. si non sortem, §. libertus. n. 26. ff. de cond. indeb. Marsil. l. 1. § cum quidem, num. 10. ff. de quæst. Fab. de Mont. tr. de emt. & vendit. q. 11. 3. q. princip. Curt. tr. feud. p. 6. num. 3. Jas. §. item Serviana, num. 106. Inst. de act. Vasq. ill contr. cap. 5. n. 27. Alex. cons. 25. num. 20. volum. 5. Natta cons. 367. Rol. à Valle cons. 1. n 36. volum. 1.*

Hactenus in eo fuimus, ut recenseremus fundamenta, diri assentatorum, parasitastrorumque Papæ pecoris: jam verò triplex hujus rei instituemus

tuemus examen: primò enim videbimus, an hæc Constantini donatio, unquam in rerum natura extiterit. II. An valuerit. III. An revocari adhuc possit.

39. Donationem itaque Constantini falsam, fictitiam, commentitiam, atque ementitam esse, primus omnium, edito in id libello, censuit *doctissimus Valla in libell. de ement. Constant. donat. quem libellum habere nonpotui. Deinde Æneas Sylvius, antequam sub Pij Secundi nomine Papatum adipisceretur (is ut Felin. c. solitæ, n.5. ext. de major. & ob. item Ignol. necessarios, §. non aliàs, p.3. n.214. ff. de S.C. Syll. referunt: in Dialogo quodam, quem hac de re conscripserat, ridet nostrorum curiositatem, qui acrius an valuerit, nec ne, Constantini donatio, digladiantur, nec prius, an facta sit, unquam investigant) Alc. Parerg. lib.7. c.19. Cagnol. in proœm. digestorum in pr. n.44. Ign. d. l. necessarios, p.3. num.213. Ign. l. donationes. n.22. C. de donat. int. vir. & uxor. Molin. in addit. ad Alex. d. cons 24. n.23. vol.5. ut refert eum Covarruvias, licet in meo libro, nulla ibi ad Alexandrum extet apostilla: Quapropter suspicor, hanc ob novam, quæ de additionibus Molinæi, Romæ nuper facta est censura, expunctam fuisse, quod chalcographi deinde alii secuti sunt. Anton. cont. lect. sub-sec. lib.2. c.20. n.1. Everad. in topic. in loc. ab auctorit. num.17.*

40. Primò enim nullum usquam in toto juris civilis corpore, hujus donationis extat vestigium, cum tamen, ut Jureconsultus monet, ea, quæ notabiliter fiunt, specialiter notanda sint. *L. item apud, §. ait prætor. ff. de injur. Musc. tr. de jurisd. n.24. versic. postremò, Lancil. tr. de off. prætor. Rubr. de injuriant. n.14. Cacheran. decis.23. n.43. Seraph. tr. de juram. priv.22. n.60. Cald. l. si curatorem, V. vel adversarii dolo, n.20. vers. juvat, C. de rest. in int.*

41. Secundò: Sed nec apud probatos autores, quotquot de rebus gestis Constantini scripsere, hujus rei, verbulo etiam fit mentio. Sic apud Zonaram, integra quidem fabella, de sanata Constantini lepra legitur: nullam tamen Zonaras donationis mentionem facit. *Zonar. annal. tom.3. mihi fol.113. col.3.*

42. Sic Platina, etsi vasa argentea, aureaque, reditus item quos luminaribus Petri & Pauli, Constantinus Sylvestro clavigerulo assignarat, accuratissimè recenseat: minimè tamen tàm immensam donationem Papæ factam scribit. *Platina in vita Sylvestri.*

Idem ex Eusebio, Sozomeno, Socrate, reliquisq; Historiographorum schola liquidò tibi constabit.

43. Quid? Quòd ipse Platina, quæcunque de Constantini lepra extant, fabulosa esse censeat. *Platina in vita Marci.*

44. Tertiò: è diverso verò constat, aut Constantinum Magnum, Imperium, regnaque sua, vivum adhuc, inter filios tres divisisse ipsum: aut eo mortuo, divisionem talem, voluntate, consensuque filiorum factam esse, qua Constanti attributa est Italia, ipsa Roma, Aphrica, Sicilia, cum reliquis insulis, atque etiam Illyricum, Macedonia, & cum Achaia Peloponnesus. Constantino alpes Cottiæ, cum Galliis, & tractu Pyrenæorum montium, ad Mauritaniam usque contigêre. Constantio provincias Orientales, cum Thracia, novaque Roma, sors obtulit. Quartus autem frater, Ecclesiæ Romanæ papalus, penitus exhæres scriptus, aque divisione regnorum & Imperiorum coërcitus est. Testante idipsum *Zonar. in vita Constantis, in pr. & unanimi consensu reliqui omnes.*

45. Quartò, rursus ex historiis constat: Imperatorem Constantium, Papam Liberium, quòd Arrianam hæresin aversabatur, malè mulctatum, ex urbe relegasse. *autore Platina in vita Liberii.*

46. Quintò, reliquos Impp. à Constantini temporibus multis post seculis, Romæ Imperii sedem posuisse, donec Augustuli temporibus, res Romana concideret, itidem ex historiarum monumentis constat.

47. Sextò, Augustuli casum, tempora Gotthorum excêpere, quorum mehercle Reges, nihil Imperialis juris, Sacrificulis Romanis reliquerunt: sed ipsi per sese Imperii jura usurparunt.

48. Septimò, Gotthis sublatis, Longobardorum in Italia, Imperium stabilitum est, quo semper extitêre Exarchi, in id à Constantinopolitanis Impp. missi, ut rerum Romanarum, totiusque Italiæ curam agerent. Quod nec ipse diffiteri potuit Sigonius, aliàs plus æquitus antiquis Paparum fabellis indulgens. Scribit enim, cum Romanus (id ei nomen erat) Exarchus primus Romam venisset, urbem totam effusam, cum vexillis, militibusque ei obviam venisse. Eodemque honorum genere omnes post eum Exarchos, ad urbem adventantes, fuisse exceptos. *Sigon. lib.1. de regno Ital. mihi fol.22. in pr.*

49. Sed nec Exarchorum autoritas, ab autoritate Papæ: sed è diverso Papæ autoritas, ab Exarchorum dependebat, in rebus tractandis voluntate. Sic enim rursus idem Sigonius testis est: Gregorium magnum pacem cum Longobardis conficere planè gestientem, rem ad exitum perducere nequivisse, propterea quod nullam ad aures, de pace, Romanus Exarchus mentionem admitteret. *Sigon. d. lib.1. de regn. Ital. mihi fol.23. in pr.*

50. Octavò, figmentum Constantinianæ largitionis ex eo elucet, quòd falsis testimoniis huic fucum facere conantur Papicolæ. Citant enim Melchiadem (seu ut rectius dici putat Panvinius, Miltiadem. *Panvin. in add. ad Platin. in vita Miltiad.*)

De Constantini donatione disserentem, in Canone futuram 12. q.1. Cum tamen Melchiadem ante Sylvestrum, Divi Petri naviculam rexisse constet. *Plat. ind. vit. Miltiad. gl. d. c. futuram. 12 q.1. Covarr. pract. quæst. c.31. n.2.*

Licet idem Covarruvias rem Papæ collapsam instaurare cupiens, ridiculè admodum affirmet, Melchiadem de donatione Constantini testimonium ferre potuisse. *Covar. var. resol. lib.4. c.16. n.8. vers. cæterum.*

Non itaque donatio tempore Sylvestri Papæ facta est: aut si Sylvestro facta est, loqui de ea

Miltiades Papa non potuit. Quodque consequens est, ex falsitate unius, alterius quoque falsitatem deprehendere, imò manibus palpare licebit.

51. Nonò, multæ tùm à Justiniano, tùm à reliquis Impp. qui Constantinum secuti sunt, latæ promulgatæque sunt leges, quæ ad sui observantiam, & populum & clerum, & ipsum denique fulminiastrum Romanum obstringunt. Quales leges complurimas sub tt. de Episc. & cleric. de sacros. Eccles. & in Novellis constitutionibus offendes.

Non itaque, ut istius donationis faberrimi fabri volunt, talem Constantinus Sylvestro fecit donationem, qua eum ab Impp. Romanorum jurisdictione planè exemit, aque Imperatoria jurisdictione assertum, ipsum, Sellamque Petri occupantes, & aucupantes reliquos, Romanis Impp. majores, dignioresque constituit.

Concludendum itaque ex hisce omnibus est, assertam Constantini donationem fictam, fucatam, adumbratam, adulterinam, suppostitiam, vanam, atque mendacem esse.

52. At concedamus, hanc factam fuisse, sanctissimique patris sanctitatem, nec ejus fœtidos pedes suavio venerantes fuisse mentitos, an valuerit (alterum hoc erat propositionis nostræ caput) si lubet videamus. Et hanc non valuisse, in specie decidit *gl. in auth. quom. oport. Episc. in pr. V. conferens.*

Cui glossæ omninò subscribendum est, idque ob sequentes rationes, & infallibilia argumenta.

53. Primò, quod princeps ne regalia quidem in præjudicium successorum suorum alienare possit. *Uti tradidere complures, quos ad Rubric. hujus capituli de Regalib. c. 4. num. 1. recensuimus, & præter ibi recensitos idem voluère Cacheran. decis. 101. num. 13. decis. 139. num. 6. Seraph. tr. de juram. privil. 75. n. 45.*

Maximè verò, si maximum inde Respub. detrimentum caperet: *Uti idem hoc volentes d. cap. 4. num. 5. retulimus: & præter ibidem relatos tradunt id Roch. de Curt. c. fin. sect. 7. num. 2. ext. de consuet. Capyc. decis. 121. num. 1. & num. 5. Cacheran. decis. 139. num. 21. Seraph. d. priv. 75. n. 45. Tiber. Decian. cons. 2. n. 168. vol. 1.*

Jam verò hac Constantini donatione, non solum regalia, sed & ipsa territoria, ipsumque caput Imperii, urbs Roma, in præjudicium successorum abalienata sunt, maximumque hinc Reipub. detrimentum exortum est.

Non itaque valet, aut valere potest, hæc Constantiniana largitio.

54. Secundò, id probatur per argumentum ab absurdo: Ea enim demum potest princeps, quæ ad principatus augmentum, aut conservationem saltem pertinent. *§. ideoque, C. de nov. Cod. fac.*

Sed si ejuscemodi valerent donationes, brevi ad nihilum redigeretur principatus. Quemadmodum enim Constantinus donationem erga Sylvestrum exercuit: ita quoque principes posteriores eandem erga reliquos Christi vicarios exercuissent.

Quod si factum fuisset, patrimonium Petri Piscatoris, jam dudum totum Imperium devorasset, imò concoxisset, ita ut nusquam ejus amplius apparerent vestigia.

Absurdum itaque est dicere, hanc donationem valuisse.

55. Tertiò, Certum est, omni, constantique cura principem in id intentum esse debere, ut provincias semel ab Imperio Romano divulsas, recuperet, non verò ut aliquas disperdat. *§. quorum utranq; viam, in proœm. Inst. auth. de her. & Falcid. in pr. auth. similiter auth. ut lib. de cet.*

Ergo cum his adversa sit Constantini donatio, nec subsistere, nec successoribus præjudicare potest.

56. Quartò, quando talis regaliorum fit alienatio, qua princeps simul, directo dominio sese abdicat, ea valida non est. *Jacob. de S. Georg. tr. feud. V. in feudum, num. 2. Seraph. tr. de juram. d. priv. 75. n. 45. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclusion. 44. vers. sed aliter. Capyc. decis. 9. num. 16. decis. 130. n. 44. Mynsing. obs. 99. cent. 6. Vallasc. l. imperium, n. 121. ff. de jurisd. om. jud. Peregr. tr. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 75. Natta cons. 487. num. 24. arg. c. dudum, §. nos igitur, de præb. lib. 6.*

Sed ex donatione Constantini, Domini Vicarii Christi, tale sese jus, & regaliorum & territoriorum, quæ ex donatione Constantini obvenerant, adeptos esse gloriantur, qua omnis Imperatori, regaliorum, & jurisdictionis usus, planè denegatus sit.

57. Quodque majus est, Imperatori, Romæ ultra triduum commorandi, fas non esse, pronunciant. *Affl. c. 1. in pr. n. 5. de feud. March. Affl. c. 1. §. fin. de no. for. fidelit. Joh. Jac. de Leonard. int. cons. Bruni, cons. 114. n. 17. & 18.*

Non itaque ejuscemodi donatio jure subsistere potuit.

Nec obstat Mandelli assania sententis, Imperatorem in quamcunque Ecclesiam, ditiones suas transferre posse, etiamsi sese omni Imperio, & jurisdictione, seu (ut is loquitur) superioritate privarit, *Mandell. cons. 62. n. 14. & 15. cons. 64. n. 81. & 82.*

Mandellus enim idipsum probat, per Constantinæ donationis validitatem, & sic incertum per æque aut magis incertum. Fit itaque petitio principii. Quod argumentandi genus, vitiosum, atque explodendum omninò est.

58. Quintò, absurdum omninò est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alii creditum, alius subtrahat. *L. fin. C. de assess. l. quisquis, §. fin. C. de post. l. consulta divalia, C. de testam. Abb. in Rubr. ad fin. ext. ne cler. vel monach. Chassan. in catal. glor. mund. in præfat. vers. quapropter, ad finem, & p. 1. consid. 38. conclus. 44. vers. item non potest.*

59. Cùm non conveniant psalterium & cithara, *ut inquit pract. Pap. quem referunt Everard. in top. in loc. à verisim. n. 16. autor brutifulminis, in edit. 4. fol. 80.*

60. Sed hac Constantini donatione, omnia divina, humanaque jura, officiaque omnia perturbata, atque confusa sunt. Ex eo enim tempore, sanctissimi patres, qui antea fidei plantationi, divinis-

vinisque mysteriis vacare, erant soliti, neglectis his, in eo toti fuere, ut per fas, nefasque patrimonium Petri Piscatoris augerent, suos novis principatibus locupletarent, & loco pacis Evangelicæ annunciationis, bella inter reges, suum inde aucupantes emolumentum, sererent. *Ut conqueritur Ign. d. l. necessarios, §. non alias, p.1.n.450. ff. de S. C. Syllan. & ubique ferè testantur libri historici.*

Non itaque jure defenditur isthæc donatio.

Sextò: Cæsari, quæ Cæsaris, Deoque, quæ Dei sunt, danda sunt. *Matth. cap.22.num.21. Marc. 12.n.17. Roman.c.13.n.7.*

Et ex nostratibus tradidêre, *Ever. in top. in loc. à verisim.n.16. Ign. d. l. necessarios, d. p.1. n.450.*

Sed hac Constantini donatione Cæsari, quæ Cæsaris sunt, non dantur: sed ea, quæ ad defensionem Imperii erant necessaria, solus consumit, prætextu divini numinis, Romanus furcifer ignavus.

Ergo hæc donatio Constantini comprobari non potest.

62. Septimò: Imperator Imperii claves nemini, & nec Ecclesiæ quidem donare potest, donans autem Imperii proditor est. *Bl. c. licet caussam. n.7. ext. de probat. Chassan. in catal. glor. mund. p.1. consid.38. conclus.44. vers. facit ultra, arg. l. cùm pater. §. pater plurib. ff. de leg.2. jun. l. fin. ponderando verbum: prodiderit. C. de acquir. poss.*

Sed hac Constantini donatione, non solum claves Papæ Romano traditæ sunt: verum etiam Papa post hanc, Imperii caput videri, audirique voluit. *arg. c. Valentinianus, ponderando verba: Syncere nostra capita submittamus, 63. dist.*

Ergo hæc donatio non valet. Quinimò si eam Constantinus in Sylvestrum contulisset, proditor Imperii ex Baldi sententia extitisset.

63. Octavò: Papa sese Soli: Imperatorem verò Lunæ assimilavit. *c. solitæ, §. præterea, ext. de major. & obed. Garc. tr. de ult. fin. jur. num.73. Medic. tr. de LL. in præfat. n.1. Vallasc. l. imperium, n.79. ff. de jurisd. om. judic.*

64. Quemadmodum igitur Sol sydereus, omnibus reliquis stellis, lucem suam lubentissimè impertitur, à nullo verò reliquorum syderum, lucem mutuari potest: ita quoque Papa, sol eclipsi perpetua laborans, omnibus suam lucem, id est, agnitionem veri Dei veram, impertiri: à nullo verò reliquorum syderum, lucem mutuari, id est, nulli regnorum principatuumque hujus mundi inhiare potest, quodque consequens est, nec oblatam quidem à Constantino donationem acceptare potest.

65. Nonò: Duo simul principes, aut Imperatores esse nequeunt *gl. c. non autem, 7. q.1. Jas. l. licet Imperator, num.3. ff. de leg.1. Chassan. in catal. glor. mund. p.1. consid.38. concl.44. vers. ex quo infertur. Menoch. in caus. Finar. cons.3. n.3.*

66. Sicuti nec Papa aliquem sibi renunciare eligereque potest successorem vivus: *gl. ult. c. Apostolica. 8. q.1. Abb. c. apostolicæ, n.9. ext. de donat. Abb. c. accepimus, num 2. ext. de pact. per c. quæ ad perpetuam, 25. q.1.*

Monstrosum enim prodigiosumque corpus est, cui duo sunt capita. *gl. l. non sunt liberi, V. prodigiosum, per ill. text. ff. de stat. homin.*

67. Sed hac Constantini donatione, non solum duo extitêre Imperii capita, verum etiam caput monstrosum (Papam dico) cum tantoperè vires suas excrevisse videret, genuinum, verumque Imperii caput, Imperatorem, debilitare, conculcare, contererque ab eo tempore non destitit. *d. c. Valentinianus, 63. distinct.*

Ergo Constantini donatio ipso jure nulla est.

68. Nec obstat, quòd duos, imò, tres Imperatores, aut quatuor etiam, Imperio præfuisse legamus: inter hos enim, administratio duntaxat divisa erat, manebat autem, quod semper fuerat imperium unicum: hîc verò & administratio, & proprietas provinciarum divisa est. Ut enim anteà demonstravimus, ne respirandi quidem, recreandique sui caussa, Papa Imperatorem Romæ commorari sinit.

Non igitur ab uno, ad alium casum rectè concluditur.

69. Decimò & ultimò probatur, hanc donationem non posse consistere, firma ex c. intellecto, ext. de jurejur. demonstratione. Cujus verba, quoniam appositissimè præsenti conveniunt controversiæ, adscripsisse juvabit: *Intellecto (inquit Honorius Papa III.) jam dudum, quod carissimus in Christo filius noster, Ungariæ Rex illustriss. alienationes quasdam fecerit, in præjudicium regni sui, & contra Regis honorem. Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes prædictas, non obstante juramento, si quod fecit, de non revocandis eisdem, studeat revocare. Quia cum teneatur, & in sua coronatione juraverit, jura regni sui, & honorem coronæ illibata servare: illicitum profectò fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi, juramentum, & propterea penitus non servandum.*

70. Si hæc Papæ Honorii verba nostro themati accommodaveris, videbis, proprio Papam jugulari gladio, videbis propria oris confessione condemnari. Si enim alienationes, quorum appellatione donatio quoque continetur: *arg. l. ult. C. de reb. Eccl. al. vel non l.1. C. de fund. dotal.*

71. Quæ in regni præjudicium, & contra regis honorem fiunt, invalidas esse, aut saltem nullo sacramenti vinculo præpediente revocandas, respectu aliorum, justum, æquumque censuit Papa: necessariò sequitur, hanc quoque Constantini donationem invalidam, infirmam, irritamque esse; Papam, respectu sui ipsius, agnoscere debuisse, cùm maximum Reipubl. detrimentum conjunctum habeat. Quod enim quisque juris in alium statuerit, eo ipse quoque jure utatur. *ff. quod quisq; jur. per tot.*

72. Quod maximè in sancta matre Ecclesia obtinebit: ea enim si non est, præ aliis tamen cultrix, & amatrix justitiæ, æquitatisque videri cupit. *c. 1. de alienat. feud. pat.*

Cum itaque ipsius testimonium Papæ habeamus, quorsum ulterius testibus opus est?

 73. Non

73. Non obstant in contrarium allegata. In primo enim majorem: Domini nempe, terræ plenitudinem esse, agnoscimus. Minorem verò negamus. Confitemur enim cacodæmonis vicarium Papam, non verò Domini Jesu Christi. Unum enim habemus magistrum Jesum Christum, qui in cœlis est, *Matth.c.23.n.10.*

Unicum item caput Ecclesiæ scimus, eundem Jesum Christum. *Ad Ephes.4. num.15.ad Colossens.1. num.18.*

Is nullo vicario indiget. Ubi enim duo, aut tres in nomine ejus congregati sunt, in medio eorum, vi, & efficacia verbi sui, gratiaque Spiritus sancti est, *Matth.c.18.num.20.*

74. Verùm enimuerò, etiamsi sanctissimo chorago Romano conniveamus, eumque (citra tamen præjudicium veritatis) Christi vicarium agnoscere velimus, nihilò magis, in quo connitatur Constantini donatio habet. Aliam enim, intra cujus limites sese contineat, vicario suo (si diis placet) normam præscripsit Christus. Dixit enim: Reges gentium dominantur, vos autem non sic, *Quod ex nostratibus refert Cacheran.decis. 30.num.9.Ign.l.necessarios,§.non alias, p.2.num.87. ff.de S.C. Syllan.*

Non itaque hoc argumento fulciri potest, ruta cæsa Constantini donatio.

75. In secundo argumento major rursus vera est. Deus enim est agens liberrimum, nec naturæ, aut legum ordinationi subjacet. Minor verò rursus falsa est. Quî enim fieri posset, hanc Spiritus Sancti instinctu, celebratam fuisse donationem: cùm plerique, illa ipsa nocte, quæ diem, qua largitio Constantini facta est, sequebatur, vocem a multis exauditam fuisse, exclamantem: Hodie venenum aspidum, in Ecclesiam infusum est, attestentur? *Joh.de Imola in in Rubr. n. 23.ff. de verb. obl. Cagnol. in proœm.ff. n. 44. Boër. decis. 69. num.2.Ever.in loc. à verisim. n. 15. qui Albericum de Rosate, & alios idem dicentes allegat.*

Deum itaque alienum ab hac largitione: Cacodæmonem autem proxenetam, & conciliatorem ejusdem, eundem & defensorem fuisse, tùm hæc vox, tùm tot tragica Paparum, sola hac largitione fretorum, facinora, comprobarunt.

76. In tertio argumento major non simpliciter vera est, minor autem simpliciter falsa. Imperia enim & regna, à Deo sunt, Deus enim cui voluerit, regna hominum dat. *Daniel. cap.4. num.22.*

77. Quod de Papatu, nusquam cautum memini. Quapropter statuo, Satanam, pulcherrimum Dei ordinem, in conservandis Monarchiis videntem, invidia commotum, Monarchiam quoque novam, quæ respectu aliorum, ceu monstrum esset, creare constituisse. Hinc exortam credo Papæ tyrannidem. Non itaque legitimorum Imperiorum, Papæ tyrannis, soror est. Quod enim à Deo est, Diaboli esse non potest. *Lucæ 11. cap.n.23.*

78. Sed nec textus auth. quom. oport. Episc. in pr. quicquam facessit negotii: Non enim Papam Romanum, ejusque tyrannidem, simul cum imperio, humano generi datam esse dicit, sed de sacerdotio universo loquitur.

Vides itaque quàm absurdè hinc, ad dotis Romanæ tantum Ecclesiæ constitutionem inferatur. Si enim verum est, universum sacerdotium, simul à Deo datum esse cum Imperio: universum quoque simul sacerdotium, non autem Romana Ecclesia tantùm, dotandum erat. Quod si tàm immensa dote omnes Ecclesiæ nuptui collocandæ sunt, quantam solus Papa Romanus usurpat, novi quærendi erunt mundi, qui ecclesiarum dotibus sufficiant. Leonina itaque hæc erit sacerdotii & Imperii fraternitas.

79. Agè verò concedamus, (veritate illibata semper manente) Papatum Imperii sororem esse: (rectè soror non frater esse voluit, ut omnibus impotentem suam libidinem proderet) adhuc tamen quicquam, quod Constantinianam largitionem adjuvet, hinc colligi non poterit. Frater enim eam sororem duntaxat, & quidem pro modo facultatum, quæ ex suo dotem corradere patrimonio nequit, dotare tenetur. *Ita loquitur text.d.l.cum plures. §.fin.jun. ibi gl. ff. de adm. tutor. & DD.superius omnes in id citati.*

Jam verò, ut ex Platina, in vita S. Sylvestri I. Papæ, & ejus satellitibus, satis jam, ne egeret, provisum, prospectumque erat.

Non itaque in eum Roma urbs, totque provinciæ prodigè profundendæ.

80. Denique Papæ rursus parasitis largiamur, pluseulum etiam, quàm concedit veritas, omnes indiscriminatim sorores dotandas esse: dos tamen congrua, sufficiensque ea erit, qua matrimonii onera sublevantur, nec excusabitur tutor, qui ulterius quicquam sub dotis prætextu in sororem contulerit, *per trad. Br. in Rubr. num. 16. ff. sol. matr. Coras. in prælud. l. qui liberos, num.24. & seqq. ff. de rit. nupt. Bl. Novell. tr. dot. p. 2. per tot. Joh. Campez. tr. de dot. p.1. quæst.1. num.3. Constant. Roger. tr. de dot. quæst. 1. num. 14. Ant. Guibert. Costan. tr. de dot. cap. 1. num. 6. Hotomann. in sua disput. de dotib. n.1.*

Eatenus igitur hujus tertii argumenti ratione, sustineri poterit Constantini donatio, quatenus ea ad victum, amictumque quotidianum Romana Ecclesia indiguerit. Quæ verò superfuerunt, Imperio omnibus modis restituet, tanquam à tutore Constantino, malè administrante pupilli, id est, Imperii sui patrimonium, in eum collata.

81. Sed nec vera illa hujus donationis ratio est, qua asseritur, Constantinum, quia primus Christi agnitionem inter Cæsares adeptus esset, hac largitione Romanam Ecclesiam exornasse: non enim, ut ex historiarum monumentis constat, primus Constantinus: sed M. Julius Philippus, qui ante rerum 64. annis, quàm Constantinus potitus est, Christi dogmata professus est. *Zonaras. in vit. Philippi. Munst. in sua Cosmograph. lib. 2. in catal. Romanor. Impp. Bapt. Ignat. lib. Romanor. Impp. in vita Philippi.*

Et ex nostratibus latissimè id comprobant, *Coras. miscell. lib.4. cap. 23. per tot. Alc. dispunct. lib. 3. c.8. in pr.*

82. Quini-

82. Quinimò quod majus eſt, Conſtantinum unquam baptizatum negat,& catechumenum tantum fuiſſe affirmat, ex antiquorum relatione, *Ign. d. l. neceſſarios, §. non alias,p.3. num.214.ff.de S. C. Syllan.*

83. Ad majorem quarti argumenti propoſitionem illud annotandum eſt, eam demùm donationem remuneratoriam dici, quam talia præcedunt merita, quæ producunt actionem, aut officii judicis implorationem, ad petendam, impetrandamque donationem remuneratoriam. Quod ſi talia noſtra merita, quibus quidem benvolentiam ejus, cui exhibuimus, nobis conciliavimus, quorumque intuitu donum aliquod nobis, honoris cauſſa, datum eſt,infirmiora tamen fuerint, quàm ut ob ea, illum cui præſtitimus, in judicio convenire, ut nos remuneret, queamus, tunc non remuneratio, quod datum eſt, erit: ſed ſimplex donatio, merumque lucrum. *Ita cum paucioribus, contra communem interpretum ſcholam,rectè & doctiſſimè reſolvit Arrius Pinel.in l.1.p.3.n.60. C. de bon.mat.*

84. Conſequitur itaque hanc, quam Papæ Sylveſtro Conſtantinus fecit largitionem, donationem remuneratoriam dicendam non eſſe. Singulari enim & anormali modo, Conſtantinus à lepra, tùm corporis, tùm animæ ſanatus erat. Ideoque ob hoc beneficium, Sylveſtro nulla competebat actio. Quæ enim nutu divino fiunt, juris communis (ut ipſi Papæ paraſitaſtri argumentantur) regulis non ſubjacent, quòdque conſequens eſt, ob ea actio danda non eſt. Gratis enim Sylveſter ſanandi à lepra gratiam acceperat: gratis eandem dare, decebat eum. *Matth. cap. 10. num.8.*

At etſi in communia interpretum caſtra,transitum faceremus, donationemque remuneratoriam eſſe, quicquid ob merita, qualiacunque datur, affirmaremus: de minoris tamen quarti argumenti propoſitionis veritate nil conſtat. Cum fabuloſa omnia, quæ de lepra Conſtantini traduntur, ægrique ſomniis leviora, ipſe etiam Platina cenſuerit. *Ut ſuperius retulimus.*

Denique ſit ſanè, utramque præmiſſarum veram eſſe, nihilò magis tamen Conſtantini largitio comprobari poterit, cum non minus ex cauſſa onerosa, quàm lucrativa, tantum Reipubl. detrimentum ſecum trahens, alienatio irrita ſit, futilis atque inanis. *Ut anteà didicimus.*

85. Quinti argumenti antecedens negandum eſt. Demus enim in ſpiritualibus,animamque concernentibus, Papæ, clave non aberrante, aliquam jurisdictionem eſſe: in politicis tamen, nec actu, nec potentia illi ullam jurisdictionem competere, populo etiam ipſi,qui in tenebris Papatus ſedebat, æquiùs, veriùs, juſtiusque viſum eſt. Idipſum enim atteſtatur *Covarr. c. peccatum,p.2. §.9,n.2.de reg.jur.lib.6. & eſſe communiorem & veriorem, exclamat Vaſq. ill. contr. c.20. n.2.c.21.n.1. & c.22.n.1.*

86. Etenim: Diviſum Imperium,cum Jove Cæſar habet.*Rebuff. rr.de privil.ſcholar.priv.98.Ign. l. neceſſarios, p.2.n.3.ff.de S.C.Syllan.Coraſ.miſc.lib.3. c.17.n.2.*

87. Nec obſtat dictum illud: Ecce duo gladii hîc: Vocem enim iſtam, ad utramque jurisdictionem detorquere, ſupra modum abſonum atque abſurdum eſt, & planè ἀσυλλόγιστον.

At condonemus, Petrum ibi de utraque jurisdictione locutum eſſe: nihilò magis hinc Papæ utramque jurisdictionem competere, evincetur. Inquit enim Petrus tantum: Ecce duo gladii hîc: ut condocefaciat nos, univerſi quidem mundi cardinem, in hiſce duabus jurisdictionibus verſari: non autem inquit: ecce duos gladios habeo, ut oſtendat, etiamſi hæc duo jurisdictionum genera in terris ſint, non tamen ſibi, ſuisque (quod dii benè vertant) ſucceſſoribus, utriuſque exercendæ poteſtatem factam eſſe. *Ut rectè (neminem enim ſua defraudare laude, nobis cordi eſt) interpretatur Salyc.in Rubr.proœm.Cod. n.7. in fine.*

88. Sexto argumento tunc locus erit, cùm donatio, reſpectu largientis tantum, immenſa eſt: non verò ſi & donantis, nec non accipientis reſpectu ſimul, immodica fuerit.

89. Tunc enim nihil immenſum bonum eſt. *auth.ut determ. ſit.n. cleric.in pr.*

Jam verò, quam Conſtantinus fecit, largitio, utriuſque & dantis, & accipientis reſpectu, immenſa eſt. Percellitur enim ea nimis totius Reipub. ſtatus: & è diverſo inter ſacrificulos ſummos creatur luxuries, ex luxurie avaritia, ex avaritia erumpit audacia. Mala itaque eſt, jureque ſubſiſtere neſcit.

In ſeptimo argumento, ad univerſale à particulari concluditur. Quod genus argumentandi vitioſum eſſe, ſuperius oſtendimus.

Non enim ſequitur: principum largitiones multò fruuntur privilegio. Ergo & ea gaudebunt præeminentia, quòd valeant, etiamſi Reipub. compagines diſſolvant. Præſertim cum ex veriorum ſententia, contrarium expreſsè deciſum videamus.

90. Textus L. filiusfam. §. nonnunquam, ff. de donat unde octavum argumentum deducitur, id, ad quod allegatur, minimè dicit. Loquitur enim in mandato patris, qui peculii adminiſtrationem liberam, filio, eidemque ſenatori conceſſerat. Cui donare poſſe, licitum eſſe, non ob dignitatem ſenatoriam tantum, ſed quia plurimum, & de eo pater confiſus fuerat, & liberam peculii adminiſtrationem conceſſerat, ait. *Ut ſolus contra communem interpretum ſcholam advertit Pinell.d.l.1.p.3.num.57. verſ. ego autem,C.de bon. mat.*

Sed nec juris peculiaris quicquam nobilibus eo textu tribui, ex eo conſpicuum ſit, quòd omnibus in genere filiisfamilias, quibus libera peculii adminiſtratio eſt, ex cauſſa donationem permittat.

Neque verò illud ſilendum eſt, de tali filiofam. loqui textum, qui in Senatoria aut alia (prætoria puta, aut conſulari, aut patricia) dignitate conſtitutus eſt, & Reipub. adminiſtrationem habet. Non immeritò igitur libera ei peculii adminiſtra-

 tione

tione tributa, simul quoque donare tributum erit. Quî enim exiguæ substantiæ peculiolum non rectè administraret is, qui justo Rempub. ipsam moderatur regimine?

Hæc autem ratio, non omnibus nobilibus communis est. Quapropter nec d.§. nonnunquam dispositio, omnibus nobilibus communis erit, quodque consequens est, falsum erit, quod inde communiter astruunt D.D. axioma.

Sed & rationem, quam huic dicto assuunt, supra modum jejunam esse vides. Non enim rectè concluditur: munificentia propria nobilium est. Ergo donatio aliàs invalida, nobilitate donantis stabilietur.

91. Sic quoque non obstat, quod communiter à DD. traditum est: tutorem ob solam pupilli nobilitatem rectè donare: hanc enim communem interpretum traditionem notant *Arrius Pinel.d.l.1.p.3.n.57.C.de bon.mat.& Octav.Simon.tr.de decret.in reb.minor.lib.1.tit.2.n.11.*

At liceat per nos communi sectæ, veritatem astipulari, nihil tamen roboris consequetur inde Constantiniana donatio. Donationem enim sola nobilitate donantis sustineri verum erit, si earum rerum, quæ jure donantur, fiat donatio, solaque persona donantis, num valeat, nec ne donatio, nos subsistere cogit. Ita enim ex communi quoque DD. traditione loquitur *text.d.l.filiusfam. §.nonnunquam.ff.de donation.*

In Constantini verò donatione, simul & persona quæ donat, & res, quæ donantur, haud quaquam aptæ sunt, ad donationem conficiendam.

Quapropter solo nobilitatis intuitu, vix est, ut valere eam, dicere queamus.

Noni argumenti antecedens verum est, consequentia autem neganda. Ex falsis enim fundamentis extrahitur. Etenim Baldus ex d. §. nonnunquam, ad personam munere affecti argumentatur, & propter ejus nobilitatem, valere donationem credit: cùm tamen in textu d.L. filiusfam. §. nonnunquam, de dignitate muneribus ornati, nulla mentio fiat. Baldus itaque sine lege locutus est: & ideo nullius ponderis ejus dictum est.

92. In Decimo argumento de veritate majoris propositionis dubitandum non est. Sed & minorem per se veram esse concedimus. Sed præceptorem Constantini Sylvestrum fuisse, ex fide historica negamus.

Quod si evincere idipsum volueris, faciles tibi in eo quoque erimus. Nihil enim hac ratione, quin Constantini donationem jure non valuisse dicamus, impedimur. Etenim non minimas mercedes, tutor præceptoribus assignabit. *d.l. cum plures, §.fin.ff.de adm.tut.*

Sed nec immodicas immoderatasque: *arg.d.l. cum plures, ponderando verba: pro modo facultatum, ff. de adm. tut.*

Jam verò, etiamsi præceptore, in sana Evangelii doctrina instituenda Constantinus Sylvestro usus esset: non tamen justis, sed immensis, immoderatis, & supra modum amplis stipendiis eum affecisset. Si enim singulis præceptoribus tanta retribuenda fuisset merces, jam dudum infra omnes mortuos, Romani Imperii nomen, amandatum fuisset. Non itaque hac etiam ratione stabilitur Constantini largitio.

93. Superest, ut undecimi argumenti veritatem examinemus. In eo cumprimis minor neganda est. Non enim matrem Imperii, Romanam Ecclesiam agnoscimus, nec etiam agnoscere possumus. Sororem namque anteà Imperii, se professa est. Quæ itaque soror est, ut mater esse poterit? Quod si mater & soror simul est, ex incestu cum adulterio conjuncto, procreata erit. Quî enim aliàs ejus, cui soror est, mater fieri posset, nisi legitimi, justique mariti thorum polluisset. Porrò ejuscemodi matri, alimenta per tutorem decernenda non sunt. Mulier enim adulterium committens, dotem, deque dote actionem amittit. *c.plerumque ibi Abb.num.1.ext.de donat.int.vir. & uxor. l.si dotem, C.de jur.dot.l.final. C. ad l.Jul. de adult. Boër. in consuet. Bitur. tit. de consuet. matr. §. 4.gl.1. in fine. Curt. tr.feud.4.p.p.num.20. Bl. Novell. tr. de dot.p. 2. part.11. num.36. Pinel. l. fin.n.9. C. de bon.mat. Hipp. de Marf. cons.13.n.1.*

95. Quapropter alimenta quoque, ei rectè denegantur. Ex quibus enim caussis dote privatur mulier: ex iisdem quoque alimenta, & legitimam perdit, ut copiosè disserit *Pet.Gerb.sing.1.*

Romanam itaque Ecclesiam Imperium alere necesse non habuit, etiamsi hanc matrem Imperii esse, potestatem faciamus.

96. Nec te tueri poteris, si Ecclesiam matris tantum personam gerere, non verò reipsa matrem esse dixeris, indeque inferre conatus fueris, in matre vera disposita, in repræsentativè tantum matre locum non esse: nodum enim hunc unico verbo resolvam: satis nempe esse, si fictio idem in casu ficto, quod veritas in casu vero operabitur: absonum autem esse, nostrumque jus non pati, plus posse fictionem, quam veritatem. *Butig. l. lecta. num.76.ff.si cert.pet. Mar. Salom. l. Gallus, §.quid si is, num.40.ff. de lib.& postum. Hormanno ct.Det.l.4.§. Cato, num.325.ff.de verb.obl.per l.filio quem pater, ff. de lib. & postum.*

Major quoque propositio generaliter vera non est, sed eo demum casu obtinet, cum mater, nisi de alimentis à tutore filii pupilli provideatur, tueri aliàs sese non posset, nec unde viveret, haberet. Ita namque disertè cautum est, *d. l. 1. §. nonnullos, & §. prætereà, ff.de tut.& rat. distrah.*

97. Unde rursus videre est, has legitimas sanctiones, ad Constantini largitionem non pertinere.

Etsi enim matris personam, respectu Imperii, Romana Ecclesia gessisset: (quod tamen mendaciunculis aspersum est) de alimentis tamen ulterius prospicere Constantinus ei non debuisset: Cum jam nutrimenta congrua ei essent, ut ex Platina constat, attributa. Satius enim erat, magisque tum religioni, tum rei Christianæ accomodum, aureos sacerdotes, ligneis calicibus rem divinam administrare, ut ante Constantini tempora factitari consueverat: quàm ligneos sacerdotes, aureis calicibus litare, ut post Constantini

dona-

donationem evenit. *Ita ex Bonif. Martyr. refert Alc. Perer. lib. 7. c. 24.*

In duodecimo argumento consequentia neganda est. Non enim sequitur: Populus in principem omne suum jus, & potestatem contulit, largiri igitur is vicissim hoc, cui voluerit, poterit. Cum, ut superius disseruimus, sine ulla ullius personæ subauditione in principem hæc Imperii translatio facta sit.

98. In Decimotertio argumento, fucum Justiniani verbis faciunt. Non enim de Ecclesiæ principatu, in loco ex Novellis citato, ullum verbum: Sed Christianæ fidei principatum, Constantinum constituisse, honoremque sacrarum Ecclesiarum ordinasse, tantummodò dicitur. Ut itaque hinc Justinianum Constantini largitionem ratam habuisse, astrui possit, equidem non perspicio.

Quinimò is potius textus auth. de non al. aut permut. reb. Eccl. in pr. si verum amamus, falsa planè, quæ de Constantino, & Sylvestro traduntur, esse, luculenter ostendit.

Dicit enim, Leonem (is fuit Leo Magnus, qui Chalcedonensi concilio præfuit) æque ut Constantinum, principatum fidei Christianæ constituisse, & sacrarum Ecclesiarum (non enim de Romana tantum Ecclesia loquitur) honorem ordinasse.

Jam verò urbem Romam, aut alias provincias, Leo Imperator Papæ non dedit.

Ergo nec Constantinus.

Si enim Romam urbem Papæ Constantinus dono dedisset, minus mehercle, non autem æquè, ut Constantinus, Leo, Christianæ fidei Imperium auxisset: & è diverso, cum Constantinus non magis, quàm Leo, fidei Christianæ principatum auxerit, minimè quoque sede Romani Imperii, reliquisque provinciis, Sylvestrum aut alium quemcunque donavit.

99. Non obstat (id enim decimoquarto loco adducebatur) quod Sylvester ex Senatusconsulto sequentium Paparum, solennibus ceremoniis in Divorum numerum relatus sit: responderim enim rectè fecisse Papam, quicunque is fuerit, qui Sylvestri memoriam, quotannis celebrari voluerit, cum opima præda, mendaciunculis non cæde aut sanguine parta, sedem apostaticam ditaverit. Apud me verò summè dubium est, an sanctus is fuerit, nec ne. Primò quod sciam, multorum quotannis celebrari ex Papæ traditionibus memoriam, de quibus verendum nihil est, quòd pulvere in cœlis excitato, nobis qui in terris vivimus, oculos oppleant.

Neque verò ipsum Papam credere, omnes quos colit sanctos, in cœlum migrasse, verisimile est. Extimesceret enim alias furcifer, ne sibi, quod olim Bocacii Cyllenio, usuveniret. Quod in Epitaphio ejusdem à Latomo conscripto legitur:

Inter avernales animam dum cogeret umbras
Cyllenius Bocacii:
Ergo ait, hæc nostri spes est præclara laboris,
Vestraq; gratitudinis?
Antea qui nulla vixistis lege diremti
Misti nothi cum gnesiis,
In certam primus stirpem classesque redegi
Secans minorum gentium
Majorumq; tribus. Ut sit cognoscere promtum
Suos cuiq; posteros.
Immò, ait ille, arctè dum nos facis ipse sedere,
Totamque farcis curiam
Patribus, astra tibi quis te magis invidet ipso:
Nam plena sunt subsellia.

100. Secundò, quòd videam eum sancti Elisæi Prophetæ non inhæsisse vestigiis, licet crebro in sermonibus prædicare soleant venerandi patres, Romani clavigeruli, majorum actionem, suam, quam imitentur, esse instructionem. Elisæus etenim cum lepræ morbum à Naaman Syro depulisset, ab auro, gazaque ejus manus abstinuit, contentusque fuit, tàm illustre per se miraculum, Spiritus Sancti gratia, fuisse editum. 4. *Reg. c. 5. num. 16.*

101. Ideoque, cum ambabus ulnis Sylvester, oblatas à Constantino terras & provincias, pro beneficio fugatæ lepræ amplexus sit, sceptraque attentare regum, maxima officiorum distinctorum confusione, atque perturbatione non dubitaverit: non Elisæum, sed Giezi puerum ejus exprimit. Non itaque in sanctorum album referri Sylvester meretur, aut sa(n)ctimoniæ ejus prætextu confirmari Constantini largitio potest: sed potius Constantini lepra ei, ejusque successoribus omnibus adhærebit.

102. Decimumquintum argumentum, Canone Constantinus 96. distinct. est, qui Canon etsi palea sit, multum tamen grani attulit Ecclesiæ. *Ut loquitur Ever. in top. in loc. à verisim. n. 16.*

103. Sed id argumentum suam secum fert resolutionem. Cum enim palea inscribatur textus, unde extrahitur, facilè liquet, nullius momenti, aut autoritatis argumentum esse. Nam Canones, qui Palea inscribuntur, certæ fidei non sunt, nec ut authentici allegari possunt, cum in solius Gratiani, aut Paleæ ejus discipuli autoritate innitantur, ab iisque nomen suum invenerint. *Felin. c. 2. num. 43. versic. liber. Decretorum. ext. de rescr. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 8. num. 6. in fin. Capif. tr. d. num. test. p. 2. c. 6. n. 32.*

Seu ut Gilberto Regio placuit, ab Eugenio III. Papa hanc inscriptionem sortiti sunt. Nam cum Decreta Gratianus compilasset, Papæque obtulisset, ut is libro autoritatem impertiretur: Pontifex capitula, quæ insigniora mendacia continebant, & ob id, nec Papali quidem fuco oblinirí poterant, asterisco notavit, paleasque appellavit. Ut quemadmodum paleæ ad grana frumenti vilia sunt, nulliusque momenti: sic capita notata omni pondere carerent inter cætera. *Gilb. Reg. conciliat. lib. 1. c. 24.*

Ut facilè intelligas, sacrificulis summis, quibus guttula purioris sangvinis adhuc inerat, hanc Constantini largitionem, haudquaquam verisimilem visam fuisse.

Seu (quæ Alcyati sententia est) paleæ Canones dicti sunt à Græco παλαὶ. Qua voce à Græcis

notantur ea, quæ fabulosa, fatua, & ob vetustatem obsoleta sunt. *Alc. parerg. lib. 12. c. 3.*

Falsum, quod sub canone futuram 12. q. 1. latebat (inde enim Decimum sextum adversariorum argumentum depromebatur) antea denudavimus, quapropter ejus repetitione, in præsenti supersedebimus.

104. Obstat adhuc & quidem decimoseptimo loco c. fundamenta, §. ne autem, de elect. lib. 6. Sed id Bonifacii Octavi inventum est atque sanctio. Quare cum Bonifacius VIII. homo fuerit nequam, impius, & flagitiosus, qui in reliquis juris partibus, multa impie, & flagitiose constituerit, *Coras. in l. precibus, num. 44. & 49. C. de impub. & al. subst.*

105. Suisque sanctionibus, omnem & prophanam & spiritualem jurisdictionem miscuerit, conturbarit & conquassarit. *Ign. l. necessarios, p. 2. n. 33. ff. de S. C. Syllan.*

Ecquid mirandum, si Constantini quoque largitionem, tanquam sibi proficuam, etsi per se falsissimam, suo tamen testimonio collaudare (determinatione sanctæ matris Ecclesiæ semper salva,) non erubuerit.

106. Decimumoctavum argumentum, hac data responsione (quæ præcedentibus quoque communis est,) ablegandum erit. Papæ nimirum, aliquid in caussa propria attestanti, fidem habendam non esse. *Ut superius ex Felino & Igneo retulimus. Raph. Fulg. in proœm ff. in pr. sub n. 15.*

Nil igitur vetat, quin fidem quoque omnem, can. Constantinus. can. futuram. c. fundamenta, & Clement. unic. de jurejur. abrogemus.

107. Sic nec illud verum est, quod DD. nostri, nullius nec dicti, nec scripti autoritate freti, tradidêre: Constantinum largitionem hanc apparantem, consensum senatus, populique Romani adhibuisse. Si enim singula Canonis Constantini verba perlustraveris: Si item integrum edictum Constantini, super hac largitione promulgatum (quod apud Bursatum conf. 124. n. 25. vol. 1. est) licet idipsum suam etiam falsitatem, multis rerum argumentis prodat, accuratissime perlegeris, elucubratusque fueris, non tamen literulam ullam indicantem hoc, non dicam dicentem, offenderis.

108. Neque verò, idipsum unquam populo Romano persuaderi potuit. Semper enim de sese in libertatem asserendo, Papæque jugo excutiendo, cogitarunt. Ut tùm ex aliis historiarum monumentis: tum verò ex eo, quod patrum memoria contigit, videre est. Cum enim Julius II. gravissime decumberet, famaque increbresceret, eum jam jamque animam efflaturum, Pompejus, Columna, Robertus Ursinus, Pauli filius, Georgius Cæsarinus, & Anthimus Sabellus, nobilitatis Romanæ principes, mediocris fortunæ nobiles reliquos, cives honesto loco natos, & infimam denique plebem, in Capitolio congregarunt. Et luculentam, ad excitandum animos eorum, orationem habuere. Cujus summa hæc erat: ut tandem veterem libertatem, jamdudum, non Constantini largitione, cui ejus temporis Senatus Populusque assensum præbuisset, sed fallacissimis sacerdotum artibus ereptam, recuperarent. Nec in posterum levissimo novi pontificis, jurejurando, aut vanis Cardinalium pollicitationibus, sibi impune, fœdeque imponi paterentur, sed compedes, quibus vincti, hactenus gravi sacrificuli summi jugo oppressi, detenti fuissent, mature disrumperent. Cui excitationi populus faciles præbuit aures, jamque ad evertendam Constantini largitionem, sub signis convenerat, cum ecce nuncius, Papam melius habere incepisse, afferens, in caussa est, ut domum quisque suam, eventu consilia illudente, repeterent, *Jovius in vita Pomp. Col. mihi fol. 139. & seq.*

Ut satis demirari nequeam, quæ nostrates, dum se suamque autoritatem, ad apertissima propugnanda mendacia prostituant, ceperit dementia.

Vides itaque omnes quoque rationes, quæ in proximo themate adductæ sunt, contra hanc Constantinianam profusionem militare.

109. Denique nec illud quidem te moveat, tot DD. autoritates, ab hisce stare partibus, (non enim ignari sumus, ut nunc sunt mores, plus quandoque posse autoritatem, quàm rationem ullam, aut demonstrationem firmissimam.) Nam plerosque fluctuare reperies. Quod si nonnullos strenuè sacrificulorum partes propugnantes inveneris, hos metu fecisse illud videbis. Fuêre enim plerique Itali, quibus Papæ potentia erat formidabilis. Quapropter ne mutire quidem, contra malè sartam, maleque sanam Papæ tyrannidem audebant. Sic has ad extremum secutus est partes, Jacobus Butrigarius, quod Bononiæ, quæ sub Papa erat, viveret. Sic idipsum Bartolus & Baldus timore exanimati, constanter affirmarunt, Perusii enim degebant, quod suæ etiam tyrannidi Papæ subjecerant. *Ut scriptum de iis reliquit Raph. Fulg. in proœm. ff. veteris, in pr. n. 15. vers. secundus.*

110. Hoc jure firmato Constantini largitionem consistere non potuisse, videamus, an si legitime facta fuisset, revocari etiamnum posset. Et revocari eam non posse, expressim decidit *Raph. Fulg. d. proœm. ff. in pr. d. n. 15. versic. tertius, Ripa resp. 170. n. 1.*

111. Potissima ejus rei argumenta, Primò, in præscriptione temporis immemorialis, quo jam clavigeruli, rerum Romæ, & circumjacentibus terris, patrimonium Petri Piscatoris vocant, potiti sunt, posita erunt. Præscriptione enim temporis, cujus in contrarium non extat memoria, ad regaliorum præscriptionem, quæ difficilius, quàm ipsa etiam territoria, & provinciæ, à principe separantur, sufficit. *Ut in Rub. hujus tract. c. 5. n. 95. tradidimus, & præter autoritates, quas ibidem recensuimus, tradidêre idipsum Felin. c. de quarta ad fin. versic. demum, ext. de præsc. Chassan. in catal. glor. mund. p. 1. consid. 38. conclus. 47. Schenck. cap. 1. §. quid ergò, num. 3. de invest. de re al. fact. Sonsb. tr. feud. p. 1. num. 16. p. 12. num. 165. Ravenn tr. de consuet. sect. 5. num. 35. Covarr. pract. quæst. cap. 1. num. 9. versic. secundò, Cacheran. decis. 29. num. 7. Mynsing. obs. 30. cent. 1. obs. 24. cent. 4. obs. 29. num. 10. cent. 5. Borch. cap. 1. num. 6. & n. 15. quæ sint regal. Medic. tr. de*

tr. de venat.p.2.quæst.1. num.1. Peregr. tr. de jur. fisc. lib. 1.tit.2.n.65.

112. Hæc item est, quæ vim specialis privilegii, atque concessionis obtinet, *Ut itidem d.cap.4.n.96. vidimus, traduntq; præter ibidem adductos. Ravenn. d.sect.5.n.36.Sonsb.d.n.165.Cacheran.d.decis.29.n.7. decis.30. n.15. decis.95.n.14.Mynsing.d.obs.29.num.13. Pistor. quæst.46. num.22.lib.2.Borch.d.c.1. n.17. quæ sint regal. Med.c.tr. de venat.q.28.n.1.*

113. Secundò: In juramento, quo sese Impp. cum coronam Imperialem à Papa recipiunt, sartam tectam sese tuituros, hanc Constantini largitionem astringunt, *c. ego Ludovicus, 63. dist. d. c. fundamenta de elect. lib.6.*

114. Quod tanquam in salutis æternæ damnum non vergens, omninò servandum est, *c. quamvis de pact. lib. 6. c. licet mulieres, ext. de jurejur. Jas. l. jurisgentium, §. si paciscar, num.3. ff. de pact. Garc. tr. de ult. fin. jur. num.363. cum seq. Cacher. decis.92.n. 22. decis.101.num.10. vers.6. Seraph. tr. de juram. in præf. num.4. priv.58.num.7. priv.63. num.3. priv. 71. n.4. priv.74.n.75. & priv.122. ad fin.*

115. Contrarium decidunt alii, posse nimirum Imperatorem probum, & potentem, hanc donationem revocare. Hi sunt: *gl. c. ego Ludovicus. 63. dist. V. vinculis. Pract. Pap. in form. resp. rei convent. in V. præscriptionis, ut refert Everard. in loc. à verisim. n.16. Zasius in l. princeps, n.6. ff. de LL.*

116. Nec ab hac sententia alienus omninò Raphael Fulgosius est, cum & is sequentia adjiciat verba: Sed qui ense potentior est, & prævalet, ille & donatione prævaleat; *Raph. Fulg. in proœm. ff. in pr. n.15. in fine.*

Ut indicet non jus, sed potentiam Impp. Romanos deficere.

Confirmatur hæc opinio primum ex eo, quod superius retulimus: Ipsum etiam principem, qui contraxerat, si læsus fuerit, ratione bonorum fiscalium, restitutionem in integrum, habita aliquali caussæ coram consiliariis ejus cognitione, jure postulare, & impetrare, *Ut Luc. de Penna. Zas. Crau. Oddus in locis ibidem relatis tradidêre.*

Si itaque ipse princeps eo in casu restitutionem in integrum jure postulat: multò magis successor ejus, jure eandem petiturus est: Cum is contra factum proprium: hîc verò contra factum alienum veniat.

116. Firmari potest secundò: Donatio enim ex ingratitudine ejus, quem re aliqua donavimus, revocari potest. *L. fin. C. de revoc. donat. Pract. Pap. in for. lib. pro donat. V. irrevocabiliter, num.1. Natan. tr. de pact. num.63. Mozz. tr. de contract. Rub. quom. annull. donat. num.1. & num. 19. Covarr. var. resol. lib.2. cap.11. num. 8. Cald. l. si curatorem, V. sua facilitate, num.69. versic. similiter. C. de rest. in int. Seraph. tr. de juram. priv.108. per tot.*

Sed patres patrati Romæ, semper & ubique fuêre Imperatoribus Romanis ingratissimi. Ergo ab Impp. Romanis, hæc Constantini largitio (concedimus enim plusculum etiam, quàm ipsa veritas concedit, & factam fuisse, & jure valuisse) revocari poterit.

117. Nec obstat primò: donationem ob caussam ratione ingratitudinis, qua donantem prosequitur donatarius (ut vulgariter loquamur) esse irrevocabilem. *Bl. l. si cum mihi, num. 2. ff. de dol. Abb. c. fin. num.11. ext. de donat. Felin. c. novit, num.12. ext. de judic. Jas. l. hoc jure, num.54. ff. de just. & jur. Tiraq. rep. l. si unquam, V. donatione largitus, n.13. C. de revoc. donat. Roder. Svarez. in explicat. l. reg.1. lib.3. num.34. Didac. Perez. in addit. ad Segur. l.3. §. fin. num.28. ff. de lib. & postum. Alex. cons.216. n. per l. si pater, §. fin. ff. de donat.*

Sed hæc Constantini largitio, fuit donatio ob caussam.

Ergo ob ingratitudinem Papæ Romani revocari non poterit.

Primò enim neganda est minor. Ut ex superius dictis videre est.

Deinde neganda quoque est major. Non enim undiquaquam donationem remuneratoriam, ob ingratitudinem retractare non posse, tutum est. Cum contrarium expressim decidat *Bl. l. si tibi pecuniam, num.2. vers. Guilh. de Cun. ff. si cer. pet. Pinel. in repet. l. 1. p.3. num.62. illat.7. C. de bon. mat.*

118. Textus verò L. si pater, §. fin. ff. de donat. longè aliud vult, quàm DD. communiter intelligant. Quapropter explicandus erit *ex Pinel. d. p.3. num.61. versic. non obstat, l. si pater. post Cuman. & Rimin. quos allegat.*

119. Sed & depravata ejus textus lectio, cum in vulgatis exemplaribus, tùm in Florentinis etiam Pandectis circumfertur. Quam Cujacius restituit, ut scilicet legatur: Hæc donatio irrevocabilis est, si tamen donatio, non merces laboris eximii appellanda sit. *Cujac. ad Paul. sent. lib.5. tit. 11. in fine.*

Vides itaque illum textum minimè huc pertinere.

120. Secundò non obstat: quòd Ecclesiæ facta donatio, ingratitudinis prætextu revocari nequeat. *Ripa in l. fin. num.173. C. de revoc. donat. Mozz. tr. de contract. Rubr. quib. mod. annull. donat. n.65.*

121. Eam ob caussam, quod Deo facta sit, qui ingratus esse nequit. *Ripa d. num. 173. Mozz. d. num. 65.*

122. Item, quod ingratitudo à prælato contrahatur. Cujus delictum Ecclesiæ nocere non debet. *c. delictum de reg. jur. lib.6.*

Sed Constantini largitio facta est Ecclesiæ.

Ergo ob ingratitudinem revocari non poterit.

123. Majorem enim eatenus procedere judico, quatenus donatio fit Ecclesiæ, ut quibus sese alant, atque vestiant ministrantes Ecclesiæ habeant. Hanc equidem Deo fieri, verbo divino consentaneum est. Eam verò, qua luxu omnisque generis ineptiis sacerdotes diffluunt: qua abjecta, imò prostrata religione omni, aut ad meretrices, aut alendum equos, aut canes ad venandum, clerici, monachique omnes animum adjungunt, Deo fieri, nunquam mihi persuaderi sinam, cum videam mollissimum sterni illa ipsa cacodæmoni pulvinar.

Talis fuit Constantini largitio.

Ergo

Ergo Deo facta non est, quodque consequens est, revocationi, contracta ingratitudine, subjacebit.

124. Sic nec altera in medium allata ratio frugi est. Delictum enim prælati, tunc Ecclesiæ detrimentum allaturum est, cum consensu capituli delictum commissum est. *gl.c.2.V.ipsius dolum.per ill. text. ext. de ord. cognit. Dyn. c. delictum, 4. ibi Boër. latissimè in addit. de reg jur. lib.6. Abb. cap.1. num.12. ext. de dol. & cont. Br. l. jubemus. nullam, n.4. per ill. text. C. de sacros. Eccl.*

Quis autem negare potest, Papæ scelera, communicato cum rabinis tartareis, Cardinales dico, consilio, & ex Senatusconsulti eorundem decreto, contra principes Romanos perpetrata fuisse? Cum ardua sine consensu Cardinalium expedire non possit, nec debeat Papa, *Ut superius ex Canonistis in Rubrica ext. de constit. didicimus.*

Nocebunt itaque scelera ejus sedi apostaticæ, quodque consequens est, ob eadem Constantiniana largitio revocari poterit.

125. Pari quoque ratione, tertiò non obstabit id, quod jure cautum est: donantis heredes, donatario ingrato, quæstionem movere non posse, si ipse donans, de injuriis illatis, criminatus, donatum non fuerit. *Abb. c. fin. num. 1. per ill. text. ext. de donat. Medic. tr. Mors omnia solvit. p.2. num.98. Mozz. tr. de contr. Rubr. quâ actio or. ex donat. num.5. Aurel. Corbul. tr. de jur. emphyt. c.15. num. 21. Tiber. Decian. cons.4.n.20. vol.1.*

Jam verò nemo ex Impp. de sceleribus, quæ à sacrificulis Romanis perpessus est, unquam accusationem instituit.

126. Consequens itaque erit, nec hodiernum Imperatorem controversiam Papæ Romano movere: nec Constantinianam largitionem revocare posse.

Ad majorem enim respondeo: tùm demum eam veram esse, si is cui ingratitudo exhibetur, commodum actionem donationis revocatoriam instituere potuerit. Quod si commodum satis non fuerit, rectè ab heredibus, de ingratitudine isthac proponetur querela. *Ripa d. l. fin. num. 205. vers. sed quid si non potuit. C. de revoc. donat.*

127. Et in iisdem propè terminis, extat communis traditio interpretum, jura feudalia explicantium, dum volunt: Heredes domini contra Vasallum, qui ingratus contra autorem eorum extiterat, non agere, si modò dominus ipse, commodè de Vasalli ingratitudine conqueri potuit. *Ita Bl. cap.1. in pr. num. 23. quib. mod. feud. amitt. Bl. cap.1. § porrò. quæ fuit prima caussa. Pract. Pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. V. nec superstitib. ex eo liberis, num. 26. ibi Masu. in addit. Curt. tr. feud. 4. p. p. num. 156. Sylvan. tr. feud. quæst. 29. per tot. Borcholt. tr. feud. cap. 8. num. 154. Peregr. tr. de jur. fisc. lib. 2. tit. 8. n. 11. & seqq.*

Cum itaque Impp. Romanis licitum, ob gravissima impedimenta non fuerit, oportunè de sacrificulorum Romanorum atrocissimis facinoribus, accusationem instituere: Namque hactenus ne hiscere quidem adversus cruentam, & nefariam eorundem tyrannidem, ni excommunicationum fulminibus feriri mallent, ausi fuerunt: nec judicem quidem, coram quo Papam accusarent, reperirent. Papa enim solum Deum judicem ferre conabatur.

Consequitur, successoribus principum Romanorum, priorum principum taciturnitate, ad accusandum, viam non fuisse præclusam.

128. Secundò respondeo, quando verisimiliter defunctum injurias ulcisci voluisse constat, tunc de ingratitudine accusationis, heredibus, & successoribus potestatem faciendam esse, *Guido Papa decis. 214. num. 2. Medic. tr. mors omnia solvit. p. 2. num. 98. Mozz. d. tr. de contract. Rubr. quæ actio oriat. ex donat. num. 5. arg. l. postumus, §. fin. & l. seq. ff. de inoff. test.*

129. Jam verò passim Impp. gravissimæ extant quiritationes, quibus Imperii principes, ad opem contrito imperio, contra immanem Papæ tyrannidem ferendam, cohortantur, & in specie extat Epistola Friderici II. ad Imperii proceres apud *Caspar. Hedion. in Chronic. mihi fol. 544.*

Verisimile itaque est, noluisse Impp. has injurias intulisse, impunè ferre Romanos sacrificulos. Quodque consequens est, revocare Constantinianam largitionem, illis integrum, permissumque erit.

130. Denique & id responderi potest: Cùm in eum modum excreverit ingratitudo, ut ob eam donatio ipso jure revocetur, tunc etiam non propositam à defuncto querelam, ab heredibus, & successoribus continuari posse. *Bl. c. 1. §. insuper. num. 2. de prob. feud. alien. per Frider. Præpos. c. 1. §. porrò, num. 2. ibi Matth. de Affl. num. 22. quæ fuit prima caus. Sylvan. tr. feud. quæst. 22. num. 2. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. § 30. num. 126. Borch. tr. feud. cap. 8. num. 155. Hartm. Pistor. quæst. 35. per tot. lib. 1. Wesenb. tr. feud. c. 15. n. 10.*

Jam verò quis satis effari posset, nequitiam scelera, flagitia atque facinora, nefariarum bestiarum Romanarum, quibus Romanos Impp. affecêre. Non enim unam tantum commisere ingratitudinis caussam, sed omnes, easque non semel impudentissimè & pervicacissimè: sed vel sexcenties ingeminarunt, atque reiterarunt.

Meriti itaque sunt crucem, stygiam paludem, cumprimis verò revocationem Constantinæ largitionis, & quidem ipso jure.

131. Sic Fridericum Barbarossam pientissimum, optimumque principem, (ô scelus, ô facinus,) Venetiis, ad Marci phanum, in conspectu totius Senatus Veneti, inque hominum præclarissimorum multitudine, Alexander tertius, prostratum, pedibus calcabat, & ex malè sano, spurcissimo, blasphemoque ore, dictum illud sacrum eructabat: Super aspidem, & Basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. *Ut ex probatissimis autoribus, refert Munster. in sua Cosmograph. lib. 2. mihi fol. 165. autor Bruti Fulmin. in edit. 4. mihi fol. 86.*

Nec obstat, si dixeris, hanc non esse ingratitudinis caussam cum L. final. C. de revoc. donat. inferre manus impias, non autem pedes impios prohibeat. Quapropter cautè egisse Alexandrum, qui

qui pedibus conculcare Imperatorem, quam manibus pulsare maluit.

132. Responderim enim, eandem in pedibus, imò majorem etiam, quàm in manibus prohibendi rationem esse. Et ita in specie, quòd pede donatorem petens, donationem amittere debeat, decidit *Mozz. d. tr. de contract. Rubr. quom. ann. don. post Cardinal. quem allegat. arg. l. qua actione. §. 1. ponderando verba: calce petiit, ff. ad l. Aquil.*

133. Sic Henricum Quartum, etsi præclarissimis virtutibus esset exornatus, & sexagies & bis in acie conflixisset, filius Henricus Quintus, duce & autore Papa, ab ipso etiam Imperio deturbat. *Munst. d. sua Cosm. lib. 3. mihi fol. 299.*

134. Sic erga Henricum III. implacabili odio, ob res nihili concepto, Gregorius Septimus flagrans, eum ad se venientem, & erratorum veniam petentem, etiamsi Mathildis Comitissæ meretriciis artibus esset delinitus, admittere recusavit. Quapropter Imperator Cannusii, intra secundum murorum ambitum (tribus enim mœniis oppidum cingitur) absque comitatu ullo, supplicum more, nudus pedibus, bruma asperrima, jejunus, à manè ad vesperam usque, stans, frustrà præstolari ejus responsum, primo, secundo, & tertio die, necesse habuit. Donec quarto tandem die, à bestia sævissima, ad fœtidorum pedum deosculationem intromitteretur. Non enim iram divinam, sed aspera hominum convicia, ob id facinus verebatur, *Quod ipse diffiteri non potuit Sigonius, licet aliàs sangvinolenta bestiarum Romanarum scelera mollire, lenireq; supra, quam decuerat, studeat, de regno Ital. lib. 9. mihi fol. 222.*

135. Quid quod idem scelus Hildebrandus, eundem Henricum Imperatorem, Deum ter. opt. max. invocantem, necare cogitaverat. Hominem enim promissa pecunia conduxerat, qui lapides ad id, super trabibus ædificii templi, collocatos, in caput orantis devolveret, eumque contereret. *Autor Bruti Fulmin. edit. 4. fol. 11. ex Benonis Cardinalis scriptis.*

136. Sic panem cœnæ Domini, veneno tingit, jussu Papæ, ut aliqui volunt, monachus Bernardus, Henricoque Septimo Imperatori, qui jam formidabilis Papæ esse, juraque Imperii instaurare inceperat, in cœnæ Dominicæ administratione porrigit, ut ei esset venenum corporis, qui aliis salus est animæ. *Hedron in suo Chronic. & alii passim.*

An non tanti hæc tibi æstimanda videtur ingratitudo, ut revocationem donationis ipso jure commereatur?

Dies me mehercle deficeret, si nobiliora tantum sacrificulorum Romanorum flagitia, quæ in perniciem principum Romanorum moliti sunt, quàm possem, brevissimè perstringerem. Quapropter ut uno verbo absolvam, sedis apostaticæ incubatores, superi, medii, & inferi fuère, in hisce consiliis omnibus, quibus Siciliam, Apuliam, Neapolim, Lombardiam, aliasque provincias, ad Imperium Romanum immediatè spectantes, principes Romani amiserunt.

137. Patrarunt itaque læsæ Majestatis crimen. Cujus enim consiliis, arma contra Rempub. lata sunt, criminis læsæ majestatis is reus est, *L. 1. ff. ad l. Jul. majest. Capyc. decis. 130. n. 1.*

138. Ob quod scelus, ipso jure, bona, & res crimen læsæ Majestatis committentium, in commissum incidunt. *l. quisquis, ponderando verbum: addictis, C. de crim. læs. Majest. Incert. auct. in tr. de crim. læsæ Majest. q. 1. n. 1.*

Quod non solùm in allodialibus, verum etiam in feudalibus bonis verum est. *Hartm. Pistor. q. 47. n. 33. lib. 2.*

139. Sed nec ea quidem ratione, dextrè sacrificulorum fungeris patrocinio, si exceperis, jam aliquot elapsa esse, quo hæc contigêre secula. Quapropter æquum fore, ut leniori hæc puniantur facinora pœna. Pœna enim mitior infligitur delinquentibus, cum à patrato scelere, multum jam effluxerit temporis. *L. si quis diutino, ff. de pœn. Tiraq. tr. de pœn. caus. 29. num. 1. Neviz. Syl. nupt. lib. 1. num. 96. Roch. de Curt. c. fin. in p. num. 6. ext. de consvet. Covar. var. resol. lib. 2. c. 9. num. 2. Versic. contrarium.*

140. Non enim elabère. Nec enim communis traditio vera est. Cum longè diversum sit ab invicem, diutinum tempus scelere patrato cucurrisse: & diutino tempore, quem in reatu fuisse. *ut ipse fatetur Covar. d. loco, versic. primum & certius disces, ex Alc. parerg. lib. 2. cap. 10. Coras. miscell. lib. 2. cap. 20.*

141. At condonabimus vera esse quæ communiter interpretes ex d. L. si quis diutino, colligunt, haud magis tamen elabendi patebit facultas. Recruduêre enim patrum patratorum scelera. Sic Paulus Quartus, occulta in perniciem Caroli V. agitavit consilia, anno 1557. quibus in Guisios, Neapolitanum transferre regnum moliebatur. Quapropter inter Carolum, & Henricum II. tuba & face belli civilis Cardinale Lothareno, strenuam navante operam, vix dum constitutam pacem convellit. Henrico enim, Cardinale Caraffa legato, ensem misit, cruentum sanè & ferale munus, loco pacis Evangelicæ, quibus Hispanos ex Lombardia primum, deinde Apulia, & Neapoli, tandemque tota Italia cæderet, atque fugaret. *Autor. hist. Gallic. lib. 1. fol. 1. fac. 2.*

142. Quid? quod ne hac quidem die, commorandi Romæ Imperatori, quam olim à Romanis Impp. ut gloriatur, dono acceperat, potestatem faciat? An ne leviusculum tibi hoc videtur scelus? An non condignum satis judicas, ob quod ipso jure concidat Constantini profusio. En habes recentia, patrumque ævo patrata exempla. Excutiant itaque veternum vanissimæ superstitionis, ex mentibus fascinatis principes, nihilque Romanum fulminiastrum extimescant, quin protinus Roma eum pellant, dejiciant, deturbent.

143. Quarto: Non obstat, quod jura similiter sanciant, etiamsi donatarius ingratus sit, nil tamen ejus ingratitudinem nocere heredibus, si is, re integra, decesserit. *Salyc. l. 1. n. 1. C. de revoc. donat. Aurel. Corb. d. tr. de jur. emphyt. d. cap. 15. num. 20.*

num. 20. Jacob. de S. Georg. tr. feud. V. dictiq; Vasalli, el. 1. n. 52. Sylvan. tr. feud. q. 29. n. 1.

Quapropter concludendum videbatur, cum quisque Imperatorum injurias sibi illatas devorarit, nec patribus patratis litem moverit, ingratitudinem fato functorum sacrificulorum, iis qui nunc rerum potiuntur, obesse non debere.

144. Duplex enim responsio ad hanc objectionem in promptu est. Primò: quòd Impp. judicis copia, coram quo reos facerent sacrificulos, non esset, cum bruta, tum in Impp. ipsos, tum in illos multò magis, qui judicis officio fungi voluissent, anathematis vibrarentur fulmina. Non valentibus itaque agere non potuit præscriptio currere. *L. fin. C. de annal. except.*

145. Secundò: In iis facinoribus, quæ condigna sunt privatione ipso jure, major vera non est. Ob talia enim scelera, lis, quæ contra defunctum ingratum mota non erat, contra heredem jure movetur: *Ut pleriq; DD. supra adductorum decidunt, & in specie idipsum ita resolvit Clarus §. feudum, q. 65. Capyc. d. decis. 130. n. 16.*

Talia autem sunt, quæ à sacrificulis patrata flagitia. Rectè itaque successores eorum ingratitudinis, per defunctos contractæ accusantur.

146. Ut taceam, quemque per se, sat culpæ ingratitudinis contraxisse. Omnes enim angui, & cane pejus, potentiam Imperatorum, Imperatoresque ipsos oderunt: & omnes unis, unius lupæ uberibus lactati sunt, quod facilè ex eo, quòd ex ducentorum triginta sex sacrificulorum numero, quinque tantum Pios, eosque non admodum pios fuisse, constet. Unum itaque si noveris, omnes te novisse putato.

147. Postremò non obstat, quod alibi item in jure legamus: dummodò ipse donatarius ingratus non sit, heredes aut successores ejus, ingratos fuisse, revocationi donationis, ansam non præbere. *L. 1. ibi Bl. n. 1. C. de revoc. donat.*

Jam verò Sylvester ingratus non fuit.

Non ergo reliquorum successorum ingratitudo huic donationi oberit.

Responderim enim textum, d. l. 1. loqui in donatione tali, qua servulo unico, libertas confertur. Quapropter haud injuria, ipsum tantùm servulum, cui istiusmodi donatio contigit, gratum esse sufficiet: Nobis verò res est, de donatione tali, qua tot principatus, & provinciæ, imò caput Romani Imperii ipsum, urbs Roma in donatarium confertur. Non immeritò itaque non primum tantum donatarium, sed & successores omnes reliquos in infinitum, ad perpetuam animi gratitudinem obstringet.

Secundò respondeo: Cùm singuli Impp. dum coronam suscipiunt, singulis sacrificulis Romanis juramento sese obnoxios faciant, de sarta tecta tuenda, hac Constantini largitione. *c. ego Ludovicus, 63. distinct.*

Pro eo esse, ac si singulis novè conferretur Romanæ urbis donatio.

Quapropter quam committunt ingratitudinem, non ut successor, sed ut primus donatarius, quisque committit.

148. Firmatur hæc conclusio, largitionem Constantini, posito, quod valuerit, revocari nihilò minus posse (ut tandem è diverticulo in viam redeamus) tertiò: Nam propter delicti atrocitatem à regulis juris communis recedere licitum atque permissum est, *Bl. l. 1. num. 2. per ill. text. ibi Jas. num. 2. C. de prec. Impp. offer. Bl. auth. sed novo jure, num. 5. ibi Barb. in addit. C. de ser. fugit. Bl. c. 1. §. injuria num. 8. de pac. jur. fir. Ang. Aret. tr. malef. V. etiam vestem cœlestem. num. 13. Hipp. de Marf. l. unius, §. cogniturum, num. 78. ff. de quæst. Hipp. de Marf. cons. 32. num. 18.*

149. Quæ atrocitas ex iis inter cætera crescit, & adaugetur, nempe quid factum sit, à quo in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo. *Fr. Casoni in tr. de indic. homic. præmed. §. à facultate, n. 14.*

Jam verò sacrificulorum scelera, & flagitia sunt atrocissima.

Ergo propter eorundem atrocitatem, à juris communis dispositione recedimus, quodque consequens est, si aliquid esset, quod aliis excusationem, ne revocationem donationis ob ingratitudinem pati cogerentur, pararet: hoc ob summa scelera, patribus patratis, emolumento esse non poterit.

150. Patrem autem patratum, sacrificulum rectè dico, Patratus enim antiquis, idem quod perfectus erat. *Rosin. antiquit. Roman. lib. 3. c. 21.*

151. Quare hunc rectè patratum dicimus, eò, quòd in omni vafritiei, versutiei, nequitiæ, malitiæ genere, sit absolutissimus, perfectissimus, consummatissimus.

152. Deinde patris patrati, indicendi belli munus atque officium erat, quod certis ritibus, atque solennitatibus peragebat. *Rosin. d. c. 21. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 5. c. 3. post medium.*

153. Jure itaque hunc nostrum quoque patrem patratum dicimus. Quid enim ei prius? quid antiquius est? quàm inter Reges, populosque potentissimos, concire & serere bella. An aliquod hisce seculis, vidimus, aut auditu percepimus, bellum, in quo sanctissimi patris classicum non personaret?

Cæterum certis quoque ceremoniis, ne quid ad imitationem patris patrati deesset, suam quoque clarigationem conficit. Huic enim ensem benedictum, totque missificationibus consecratum: illi vexillum ridiculis gesticulationibus consecratum, ne dicam consceleratum clavibus Petri, aut gladio Pauli insignitum, ad strenuè capessendum bellum, dono mittit.

154. Confirmatur Quartò. Nam ob delictorum frequentiam, iterum leges transiliuntur. *Bl. l. etsi severior, num. 9. C. de his, qui not. infam. Bl. d. auth. sed novo jure, d. num. 5. C. de ser. fugit. Bl. l. etsi severior, §. pœna gravior, num. 22. lect. 2. ff. de his, qui not. infam. Br. l. unic. num. 2. C. de superexactor. lib. 2. August. Arimin. in add. ad Ang. tr. malefic. V. etiam vestem cœlestem, n. 13. Grammat. decis. 36. n. 2.*

Sed Paparum chorus, non semel ingratitudinis culpam contraxit, sed sexcenties eam duplicarunt, atque adauxerunt.

Itaque

Itaque ob tantam, tantorum delictorum multitudinem, copiam atque frequentiam, legum statuta transgrediemur. Et quod consequens est, si quid alias superesset, quod ingratitudinis noxiam dilueret, huic in præsenti negotio locus non erit, ob toties ingeminatas ingratitudinis culpas.

155. Quintò confirmatur: Nam actus omnis intelligitur rebus sic stantibus. *Matth. de Affl. decis. 328. n. 4. Decius l. in ambiguis, §. quoties, num. 4. ff. de regulis juris. Hubert. Zuchard. in l. 1. n. 160. C. de pact. Crott. l. si constante, n. 37. ff. sol. mar. Alb. Brun. cons. 99. n. 9. Tiber. Dec. consil. 4. n. 21. volum. 3. l. cum quis, in pr. ff. de solut.*

156. Jam verò is status Romani Imperii non est, qui tempore Constantini Magni fuerat. Largitio itaque, quam ejus temporis Constantinus fecerat, revocari omnimodo poterit.

Tunc enim Roma relicta, Byzantium adhuc, in quo sedem suam ponerent, Romanis Impp. supererat, quod nunc sedes est immanis Turcici tyranni: Jure igitur Romam, Papa ejecto, rursus occupent, ut locum, in quo domicilium certum constituant, Imperatores Romani habeant.

Sexto & ultimo: ipse in suis Decretalibus sancit Papa, revocandam esse alienationem, unde Respub. Regni alicujus detrimentum caperet. Non obstante, de non revocanda alienatione hac, principis juramento, *c. intellecto, ext. de jurejur.*

Jam verò talis Constantini donatio est.

Ergo & ex ipsius Papæ juribus, non obstante aliqua jurisjurandi religione, hæc immensa, & profusissima Constantini largitio, revocari, rescindi, retractari, inque nihilum redigi poterit.

157. Non obstant contrariæ opinionis fundamenta. Ad primum enim, quod de præscriptione immemoriali habet, respondeo negando minorem. Idque ex duplici ratione: primò: quod malæ fidei possessor, nullo unquam tempore præscribat, *c. vigilanti, & c. fin. ext. de præscript. c. possessor, de Reg. Jur. lib. 6. Neguz. tr. de pignor. 2. memb. 6. p. p. num. 1. Balb. tr. præscript. 2. p. 3. p. p. quæst. 7. num. 3. Tiraq. tr. de præscript. in pr. Cacheran. decis. 101. num. 27. Pinel. in auth. nisi tricennale, num. 56. C. de bon. mat. Vasq. ill. contr. cap. 32. n. 8. Alex. cons. 99. n. 5. vol. 4.*

158. Et in specie, quod cum cum mala fide, nec immemorialis quidem præscriptio, effectum sortiri queat, tradunt, *gl. c. 1. V. nisi de præscript. lib. 6. Ang. Aret. §. furtivæ, num. 1. Inst. de usucap. Dyn. d. c. possessor, num. 14. de reg. jur. lib. 6. Felin. c. cum nobis, num. 1. ext. de præscript. Capyc. decis. 4. nu. 22. Vasq. communem dicens ill. contr. cap. 79. num. 19. cap. 81. n. 10. Cald. l. si curatorem, V. sua facilitate. n. 74. C. de rest. in integ. Anton. Gab. Rom. tr. regul. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 1. num. 57. qui innumeros in id adducit. Crav. cons. 146. n. 2.*

159. Sed patres patrati in mala fide sunt. Sciebant enim, aut scire debebant, ex propriis, quibus omnes constringebant constitutionibus, quæ paria sunt: *Jas. l. quod te, n. 9. per. ill. text. ibi Dec. n. 17. Sadolet. n. 26. vers. tertiò, ff. si cer. per. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 1. n. 11.*

Hujusmodi largitiones, quæ in detrimentum, & dedecus Imperiorum & Regnorum evadunt, jure non consistere.

Non itaque sese præscriptione tanti temporis, cujus in contrarium memoria non extat, tueri poterunt.

Secundò, mala fides summorum sacrificulorum, inde fit conspicatior, atque dilucidior, quòd quotiescunque Imperiale Diadema, novè Imperatori designato imponerent, aut nove renunciaretur pater patratus, juramentum à Cæsaribus exigerent, quo ratam se habiturum Constantini largitionem pollicebatur. *c. ego Ludovicus. & c. tibi domino. 63. dist. Clem. unic. §. ipsaq; omnia de jurejur.*

160. Jam verò insolitum planeque novum est, confirmatione donationis semel perfectæ petere, Proditur itaq; mala fides. Clausulæ enim insolitæ, nimiumque præacutæ cautelæ fraudem, quodque consequens est, malam fidem petentis coarguunt. *gl. l. si quis sub conditione, ibi Br. n. 1. ff. de condit. instit. Felin. c. caussam, quæ, el. 2. n. 11. ext. de testib. Ever. in top. in loc. à solit. n. 6. Tiraq. tr. de ut. retr. in præf. p. 2. n. 17. Dec. l. quæ dubitationis, n. 13. ibi Hier. Cuchal. in addit. ff. de reg. jur. Seraph. tr. de juram. priv. 28. n. 9. Mascard. tr. de provat. conclus. 815. n. 37. Roman. cons. 520. n. 12. Dec. cons. 399. n. 8.*

Idcirco sese, ullo præscriptionis immemorialis obtentu defendere, vix, ac ne vix quidem poterunt.

161. Secundò respondeo, etiamsi concedamus malam fidem à patribus patratis absfuisse: præscribere tamen haud potuerunt, res à Constantino largitas, ob interruptam sæpius possessionem. Præscriptio enim continuatam possessionem desiderat, nequaquam verò interpolatam fert. *L. 1. C. de usucap. transf. l. sine possessione, ff. de usuc. l. 2. C. de præscript. long. temp. c. sine possessione, ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. Br. l. Celsus, n. 19. ibi Balb. p. 4. n. 1. ff. de usucap. Host. in summ. n. 6. versic. quintò. ext. de usucap. & in tit. de præscript. n. 4. Tiraq. tr. cess. caus. limit. 20. n. 15. & in tr. de jur. constit. p. 1. n. 17. Cacheran. decis. 101. n. 18. Vasq. ill. c. 58. n. 1.*

Jam verò paparum possessio, toties, quoties vel Imperator, vel Papa vitam cum morte commutarat, seu Papa mortalitatem, solium ascendendo Papale, deposuerat, interrupta, atque interpolata fuit, ob novam jurisjurandi præstationem, qua sese Imperator, vel coronanti, vel novè electo Papæ, obnoxium facere cogebatur.

Præscribere itaque, ne tanto quidem potuêre tempore, cujus in contrarium non extabat memoria.

At largiamur hoc etiam sacrificulis, non fuisse interruptam eorum possessionem: largiamur item illis, prisca fide, simplicitateque mera, eos in præscribendis rebus à Constantino largitis, fuisse usos: nihilo tamen magis, inde prædam aliquam consequentur. Etenim præscriptio immemorialis temporis, illud ad summum potest, quod specialis concessio, atque principis privilegium. *Ut supra adduximus.*

Consequitur itaque, ne flocci quidem pendendam, hanc clavigerulorum præscriptionem. Cum

N nec

nec speciali quidem concessione, transferre in alium regalia, res, aut jura Imperii alia, taliter, qualiter Papa sese præscripsisse contendit, princeps possit. *Ut superius in decidendi rationibus luculenter comprobavimus.*

Quod igitur concessibile non est; præscriptibile quoque ejus temporis, quæ hominum memoriam superat, præscriptione non erit.

Alterum adversariorum erat argumentum de jurejurando, quo sese Imperatores, semper & ubique, de sanctè Constantini largitione custodienda, sacrificulis astrinxerunt: Huic responderim Primò: DEUM scire, an unquam justè Papa, tale juramentum ab Imperatoribus exegerit; aut etiamnum exigat; *Ut dixit Albert. de Rosat. quem refert Coras. in præfat. l. admonendi, n. 10. ff. de jurejur.*

162. Cum itaque tres, omne sacramentum comites habere debeat, justitiam nimirum, veritatem, & judicium: *c. etsi Christus, §. Jacobus, ext. de jurejur. Coras. in præfat. d. l. admonendi, n. 6. ff. eod. tit. Seraph. tr. de juram. priv. 71. n. 34. Crav. consf. 229. n. 9.*

Hoc autem juramentum, hisce comitibus destitutum sit, cum nec veritatem, nec justitiam, nec judicium conjuncta habeat: *Ut superioribus manifestum est.*

Consequitur hoc quoque sacramentum, nullius ponderis, nulliusque momenti esse.

163. At iterum per nos liceat, justum esse sacramentum id, quo Papæ jurat Imperator: non obstabit tamen, quin ob id successor in Imperio, res per Constantinum largitas, avocare à Papa, injusto rerum detentatore, possit. Juramentum enim quodlibet personale est, nec successorem in Imperio, aut qualibet dignitate alia, ad sui observantiam obligat. *c. veritatis, ibi Abb. n. 3. ext. de jurejur. Pistor. q. 42. num. 9. lib. 1. Sylvan. tr. feud. q. 12. num. 5. quæst. 26. num. 4. q. 88. num. 2. q. 109. num. 4. Tiraq. tr. res int. al. act. vers. declara, 3. Wesenb. tr. feud. cap. 8. num. 23. Seraph. tr. de juram. priv. 57. num. 9. privil. 66. num. 6. privil. 67. num. 22. & 23. priv. 68. num. 2. cum seq. Borch. tr. feud. c. 7. p. 1. num. 30. ad fin. Coras. in prælud. l. admonendi, n. 57. ff. de jurejur. Capis. tr. de num. test. p. 3. c. 3. n. 177.*

164. Postremò & alios quoque esse, qui hanc largitionem Romæ urbis, reliquarumque provinciarum, quibus Papa incubat, non Constantino: sed Carolo Magno, Ludovico Pio, & Mathildi denique Comitissæ accepto ferant. *Uti faciunt Alc. d. lib. parerg. 7. c. 19. Ign. d. l. necessarios, p. 3. n. 214. ff. de S. C. Syllan.*

Sed hæc iisdem vitiis laborat, quibus superior morbida facta est. Et contrarium expressim videre est, ex illo titulo, qui in jure feudorum extat, cum inscriptione hac: Imperator Lotharius, Eugenio Papæ, & universo populo.

Sive igitur Lotharium I. hujus legis autorem: sive Lotharium II. ejus promulgatorem agnoscas: ex illo tamen titulo, egregiè tibi constabit de falsitate, tum donationis ejus, quam Constantino, tum ejus, quam Carolo Magno, Ludovicoque affingunt. Lotharius enim I. proximè Ludovicum secutus est. Lotharius II. verò vigesimus fuit, qui ex Germanis Imperio potiretur. Cum igitur per Lotharium, & Papæ, & populo Romano lex data sit, Papam mehercle Lotharius, urbis Romæ dominatorem non agnovit. Quodque consequens est, nullam à Carolo Magno, nullam item à Ludovico factam donationem ostendit.

Sed &, ex c. Ego Ludovicus, 63. dist. eadem apparet falsitas. Jurat enim ibi Imperator, non se fecisse, aut facturum urbis Romæ donationem: sed saltem ab aliis factam, ratam habiturum.

Non itaque hæc à Ludovico originem sumsit donatio.

165. Nec obstat si dixeris: probari tamen eo Canone, ego Ludovicus, ab aliquo donationem factam, & per consequens validam esse. Cum juris explorati sit: vitiosè sese non habere dispositionem aliquam, quæ aliam refert, ob id, quod ea ad quam relatio fit, non extet, si referatur ab eo, cui legis condendæ (uti Ludovico) potestas est. *gl. c. si Romanorum, V. desunt, per ill. text. 19 distinct. gl. 1. l. admonendi, ibi Br. num. 7. ff. de jurejur. Br. l. eum qui, §. Julianus, ff. de const. pecun. & tradunt complures relati in id per Menoch. tr. de remed. poss. recup. remed. 12. num. 14.*

166. Responderim enim, hoc ita demum verum esse, si dispositio illa, ad quam fit relatio, dispositioni referenti, integra, & verbotenus inserta fuerit: minimè autem verum esse, cum simplex, superficialis, incidens, & generalis tantum dispositionis, ad quam relatio dirigitur, fit mentio. *Specul. tit. de Inst. edit. §. nunc autem videndum, n. 2. Roman. l. admonendi, num. 5. ibi Coras. p. 1. num. 28. ff. de jurejur. Abb. c. inter dilectos. num. 9. ibi Felin. num. 7. ext. de fid. instrum. Jas. auth. si quis in aliquo, num. 8. C. de edend. Cacheran. decis. 166. n. 1. Masc. tr. de probat. conclus. 404. num. 2. Roman. cons. 336. n. 1. & 2. Cardin. Paris. cons. 23. n. 87 vol. 1.*

Sed in d. Canone: Ego Ludovicus, subitanea, & quasi per transennam fit mentio donationis, ab alio celebratæ.

Ergo d. Canon: Ego Ludovicus, hanc donationem factam esse, minimè probat, nisi per originalia instrumenta de donatione fides legitima facta fuerit.

167. Ut taceam c. Ego Ludovicus, utpote probationem ex domo propria protractam, valdè suspectam atque vitiosam esse. *Salyc. l. admonendi, n. 18. ff. de jurejur. l. omnibus. C. de testib.*

168. Ultimò Mathildis largitionem considerabimus. Hanc ditiones suas, quas in Thuscia, atque Lombardia, possederat, testamento S. Petro, anno 1115. legasse autor est *Sigon. lib. de regn. Ital. 10. & alibi mentionem hujus donationis fecisse Accursium, memini, licet locum undique exquisitum reperire, ut fieri assolet, non potuerim.*

Hac donatione adipisci Romam urbem Papa non potuit. Nam eam Mathildis nunquam possedit. Nihil itaque adhuc juris, cujus nomine urbem Romam sacrificulus possideat, in mediū adducitur.

169. Sed & illa ipsa Mathildis donatio, multis rerum argumentis, invalida, infirma, nauci, nihili, vitiosa, & in summa nullius ponderis, nulliusque momenti est. Primò enim de comitatu suo, Mathil-

Mathildis dispositionem ultimæ voluntatis condidit. Cum tamen principem de suo principatu testari non posse, manifestissimi, atque receptissimi juris sit. *Martin. Laud. tr. de princip. conclus. 13. Ripa l. centurio, num. 20. ff. de vulg & pup. Neviz. int. cons. Bruni cons. 12. n. 64. ubi alios in id allegat, arg. c. 1. de success. feud.*

170. Secundò: Mathildis feudum, ut animæ salutem redimeret, patrimonio Petri Piscatoris adjudicavit. Quod tamen fieri non potest, cum feudum pro anima judicare, (ita loquuntur feudalia jura) Vasallis interdictum, atque vetitum sit. *c. 1. §. donare qualit. feud. olim, cap. 1. §. habito. ibi Affl. num. 31. de prob. feud. al. per Frider. Curt. tr. feud. 4. p. p. num. 125. Borch. tr. feud. cap. 8. num. 43. Sonsb. tr. feud. p. 12. n. 85. Jul. Clar. recept. sentent. §. feudum, q. 40. num 4. Decius cons. 468. num. 31. Rol. à Valle cons. 41. n. 30. vol. 2.*

Et quidem eatenus, ut nec feudi præstanda sit æstimatio. *Bl. d. c. 1. §. donare, n. 3. qual. feud. ol. Præd. Pap. in for. lib. quo ag. ad revoc. feud. V. nullis ex eo superstitib. lib. num. 18. Jacob. de S. Georg. tr. feud. V. & cum pacto el. 3. n. 6. Curt. d. 4. p. p. n 126. vers. quintò, Sonsb. tr. feud. d. p. 12. n 88. Clar. d. q. 40. n. 4. Borch. d. c. 8. n. 43. Cardin. Paris. cons. 7. n. 14. vol. 1. Rol. à Valle d. cons. 21. n. 31. & cons. 79. n. 6. vol. 2.*

171. Nulla itaque huic legato, vel donationis vis est. Quapropter hanc ipsam terram Thusciæ, & Lombardiæ, quæ Mathildis olim fuerat, secutis temporibus Fridericus Barbarossa, avunculo suo Guelphoni feudi titulo possidendam tradidit. *Ut ex Urspergensi Hedio in suo Chronico fol. 491. refert.*

Concludendum itaque erit, Papam nulla, nullius donatione, sed prava tantum usurpatione, & tyrannide, eas, quas Patrimonium Petri vocat terras, dolo, & fraude immani, tetro, diro, & impio arripuisse, arreptasque tenuisse. Quapropter ut iis cedat, justisque dominis eas restituat, jure, ferroque agi potest.

QUARTI CAPITIS MEMBRUM TERTIUM.

DE Effectibus solutæ potestatis ratione ultimarum voluntatum.

EFFECTUS I.

An Princeps, dum testamentum condit, aliqua, præ subditis, fruatur prærogativa.

SUMMARIUM.

1. *Princeps in testamentis, activè, passiveq; jure communi utitur.*
   Contrarium n. 5.
2. *Testator, ne juri communi in suo testamento locus sit, disponere nequit.*
3. *Numerus septem testium de forma essentiali testamentorum est.*
   Contrarium n. 14.
4. *Determinatio plura determinabilia respiciens, ea conformiter determinare debet.*
   Et quando id verum sit, n. 15.
6. *Principis præsentia supplet defectus solennitatum in privatorum testamentis.*
7. *Propter quod unumquodque tale est illud magis tale est.*
8. *Testamenta conscribere, eaq; insinuare, voluntariæ jurisdictionis est.*
   Contrarium n. 14.
9. *Actus voluntariæ jurisdictionis, expediuntur absq; testibus, & aditione superioris.*
10. *Jurisdictio unde dicatur.*
11. *Jurisdictio dicitur voluntaria respectu partium.*
12. *Testamenta parentum inter liberos, juris civilis solennitatibus, opus non habent.*
13. *Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet.*
16. *Principes Germaniæ Imperatore excepto, juris civilis solennitates in testamentis conscribendis negligere nequeunt.*
   Contrarium n. 20.
17. *Principum inferiorum donatio, quingentis aureis major, insinuatione eget.*
   Contrarium n. 24.
18. *Argumentum à contractibus ad ultimas volunt. validum.*
19. *Princeps ubi est, ibi magna adesse præsumitur nobilium copia.*
21. *Opinionem eam amplecti, quam non notamus, credimur.*
22. *Duces, Marchiones, Comites, & cæteri, Imperatoris vice, in suis territoriis sunt.*
23. *Et ab Imperatore non differunt, nisi ambitus ratione.*

1. PRincipem nulla, dum ultimum conscribit arbitrium, frui præeminentia, ii videntur velle, qui principem activè, passiveque simul, in condendis testamentis, jure privati uti voluere. *Hi sunt: Cynus in l. si quis Imperatorem, in pr. C. qui test. fac. poss. Br. l. cum heredes, n. 1. ibi Salyc. num. 1. C. qui test. fac. poss. Jas. l. si frater, in pr. C. eod. tit. Montic. tr. de invent. her. c. 5. n. 11.*

Confirmatur primò: Nemo testator enim in suo testamento, ne juris civilis sanctiones locum habeant, disponere potest. *L. nemo potest, ibi Br. num. 1. Jas. lect. 1. num. 1. & lect. 2. n. 1. ff. de leg. 1. c. tua nobis. ext. de testam. l. testandi, ibi Br. C. de testam. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. c. 6. n. 1. Castr. cons. 75. in fin. volum. 1.*

Ergò nec Princeps. Et quod consequens est, activè, passiveque in ultimis voluntatibus princeps jure communi utetur.

3. Secundò: Nam numerus septem testium, forma essentialis testamenti est. *Jas. l. nemo potest. lect. 1. n. 17. ff. de leg. 1. Castr. l. mancipia, n. 1. C. de ser. fugit. Molin. in l. 1. §. sed si mihi, n. 42. ff. de verb. obl. Mynsing. obs. 98. cent. 4. Seraph. tr. de juram. privil. 33. n. 201. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 4. per tot. per l. si unus, C. de testam.*

Sed actus omissa forma nullus est. *Ut superius ostendimus.*

Ergo & principis testamentum, hac forma insuper habita, nullum erit.

Tertio: d. l. cum heredes, C. qui test. fac. poss. Ibi enim dicitur: Principem aut Augustam he-

redes institutos jure communi uti: illisque licere testamentum facere, & mutare.

Vides ibi determinationem unam, duo determinabilia respicere: nimirum, cum principes heredes instituuntur: & e contra, cum ipsi heredem scribunt.

4. Necessariò igitur dicendum videbatur, hanc determinationem uniformiter determinabilia illa duo determinare debere, & per consequens, cum jure communi, in alienis testamentis principem uti dicat, jure communi principem, in suis quoque testamentis uti debere. Determinationem enim duo determinabilia respicientem, conformi ea determinatione decidere, dubio caret. *L. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupill. Vallasc. l. imperium, num. 211. ff. de jurisd. om. judic. Camill. Visitarin. l. 1. num. 123. ibi Bulgar. de Bulgar. num. 28. ff. sol. matr. Johann. Anib. in Rubr. num. 70. ff. eod tit. Lancil. Galiaul. l. Gallus. §. quidam rectè, num. 14. ff. de lib. & postum. Hieron. Verius l. ex facto, num. 142. ff. de vulg. Job. Bapt. Cimator. l. legatum, n. 10. ff. de leg. 1. Maria. Socin. l. cum filio, n. 130. ff. eod. Soc. l. sciendum, n. 38. ff. eod. tit. Ludov. Bologn. l. qui viam, num. 46. ff. de op. no. nunc. Coras. l. hereditatem, num. 21. C. de impub. & al. subst.*

5. Contrarium alii voluerunt: principem nimirum ad nullam omnino juris civilis solennitatem, dum ultimum suum prodit arbitrium, astringi. Quod & verum est. Hi sunt: *Castr. d. l. si quis Imperatorem. n. 1. C. qui test. fac. poss. Jas. l. ex imperfecto. num. 2. C. de testam. Lancil. Galiaul. l. Centurio. num. 59. ff. de vulg. & pupill. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 26. num. 1. Mantic. tr. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 39. c. Capiferr. tr. de n. test. p. 1. c. 24. Marc. Anton. Natta cons. 402. num. 46. Menoch. consil. 351. num. 8. & 9.*

6. Quod confirmatur primò: Nam si principis præsentia, supplet omnes in privatorum testamentis, solennitatum defectus: *L. omnium, ibi Br. num. 1. Jas. in pr. & DD. communiter, C. de testam. Covarr. in Rubr. p. 2. num. 2. ext. eod. tit. Julius Clarus in §. testamentum, q. 56. n. 7.*

7. Multo magis ipsius testamentum, propter ejus præsentiam, sine solennitatibus aliis, firmum, justumque erit. Propter quod enim unumquodque tale est, illud magis tale est. *auth. multò magis. C. de sacros. Eccles. Bl. tr. compensat. q. 3. n. 22. Zoanett. in l. 2. n. 117. C. de pact. int. emt. & vend. Pistor. q. 31. n. 4. lib. 2. Reuber. tr. de testib. p. 2. n. 24.*

8. Secundò: Nam testamenta condere, eaque insinuare: voluntariæ, non verò contentiosæ jurisdictionis est. *Sichard. in L. sancimus. in pr. n. 18. C. de donationib.*

9. Sed quæ voluntariæ sunt jurisdictionis, absque aditione superioris ulla, aut aliqua testium requisitione, expediri, atque confici possunt. *L. 3. & 4. ff. de adopt. Alc. parerg. lib. 3. c. 2. Vacon. à Vacun. declarat. 26. n. 11.*

10. Opinionem hanc (ut antea dixi) veram esse, neutram verò rationem subsistere credo. De illius enim veritate paulò post videbimus. Hæc autem apertè falsa est. Testamenti enim confectio, nullo modo voluntariæ jurisdictionis esse potest. Jurisdictio enim à jure dicundo dicitur. *Hieron. à Mont. tr. de finib. c. 11. n. 3. Coras. miscell. lib. 3. c. 17. n. 1. Alc. dispunct. lib. 2. c. 24. in fine. Vallasc. l. imperium, n. 1. ff. de jurisdict. om. jud. Vacon. à Vacun. declarat. 77. n. 1.*

Sed cum testamentum conditur, non dicitur jus. Ergo condere testamentum, non est jurisdictionis.

11. Secundò: Voluntaria jurisdictio tantum ratione partium dicitur. Omnis enim omninò jurisdictio, judicis respectu necessaria est. *Br. l. imperium, in fine. ibi Jas. n. 33. Vallasc. num. 269. versic. ultimò. ff. de jurisd. om. jud.*

Sed cum testamentum conditur, nullæ adsunt partes. Princeps enim qui testamentum condit, solus est.

Ergo testamenti confectio, voluntariæ jurisdictionis non est.

Aliam igitur, quâ fulciatur, excogitari oportet rationem. Quæ nimirum illa erit, quod princeps à juris civilis solennitatibus, quarum omissio cuiquam non nocet, liber sit, inque iis, soluta potestate gaudeat. *Ut superius capite tertio abundè disseruimus.*

Nec his in contrarium adducta obstant. Primum enim verum est, in omni, qui privatus est, testatore. Falsum autem est in principe testante. Hunc enim jam, solennitatibus juris civilis, si id fiat, absque alicujus detrimento, onerandum non esse, audivimus. *per l. princeps, ff. de LL. cum simil.*

12. Secundò: procedit, jure tantum st. non autem jure constitutionum. Constitutionibus enim principalibus, privatis etiam benignè concessum est, ut absque solennitate juris civilis ulla, dummodò inter liberos, ultima conscribant eulogia, testari possint. *L. fin. C. fam. herc. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, ibi Natta C. de testam. auth. de test. imperf. per tot. Hartm. Pistor. q. flor. 1. n. 1. & per tot. lib. 1.*

13. Consequitur itaque hanc principibus quoque fuisse facultatem. Nisi enim ipsi, sine solennitatibus, omni casu testamenti condendi potestatem habuissent, quî privatis concedere potuissent? Cum nemo plus juris in alium, quam ipse habeat, transferre queat. *c. nemo plus juris. de reg. jur. lib. 6.*

14. Secundum argumentum inde depromebatur, quod septem testium numerus de forma testamenti esse videretur, cujus formæ omissione, actum annihilari constituti juris est. Sed & hoc falsum est. Ut enim aliis videtur, numerus septem testium, non ad solennitatem essentialem, sed probatoriam duntaxat requiritur. Quæ sententia verior est. *Br. l. cum quis. num. 11. C. de jur. & fact. ignor. Br. l. 1. num. 10. ff. de cond. indeb. Crottus l. nemo potest, num. 16. qui dicit probabiliorem, ibi Ripa ex n. 27. usq; ad 36. qui dicit sustentabiliorem, ff. de legat. 1. Dec. in l. 2. num. 5. C. de bon poss. sec. tab. Alc. paradox. lib. 3. cap. 17. Seraph. tr. de juram. priv. 129. num. 5.*

Quamvis non ignarus sim, aliud velle *Vacon. à Vacun. declarat. 63. n. 7. declarat. 69. n. 5. cui sese conjungit Amb. l. nemo potest, n. 123 ff. de leg. 1.*

Nihil

Nihil igitur refert, in testamento principis, septenarium testium numerum imminui, nec ob id, principis ultimum concidet arbitrium.

At demus, formam substantialem testamenti, in septeno testium numero consistere: nihilo magis nocet id, ultimo principis eulogio. Etenim forma hæc à jure civili, testamento induitur. Quam observare, si id sine tertii præjudicio fiat, principem non teneri, antea vidimus. Cujusmodi formæ omissio, privati quidem actum, ad nihilum redigit: non autem ejus, qui rerum potitur. Huic enim formæ hujus immutandæ jus, atque facultas est.

15. Sic nec tertium argumentum alicujus momenti est. Determinatio enim plura respiciens determinabilia, tum demum conformiter ea determinat, cum par, & uniformis utrique determinabilium ratio inest. *Johann. de Imola l. Cajus, n.7. ff. sol. matrim. Hieron. Verius l. ex facto, num. 143. ff. de vulg. Marian. Soc. in l.4. §. Cato, n.77. ff. de verb. obl. Coras. l. hereditatem, num.21. C. de impub. & al. subst. Paul. de Mont. Pic. in l. Titia, cum testamento, §. Titia cum nuberet, num 33. ff. de leg.2. Crav. in l. cum filio, num.52 ff. de leg.1. arg. l. si ita scriptum, ff. de manum. test.*

Sed hic par ratio, utrique determinabili non est. In testamento enim alterius, si alio, quàm communi jure princeps uteretur, fieri non posset, quin alii læderentur: cum, si in suo testamento, soluta à solennitatibus juris civilis potestate utatur, nulli fiat præjudicium.

Non itaque una, utriusque sequi potuit, aut debuit determinatio.

16. Videndum nunc erit, an principibus solum supremis, hoc sine solennitatibus testandi competat privilegium, an verò reliquis quoque principibus commune sit.

Equidem Sichardum, superiorem recognoscentibus, & in specie principibus Germaniæ, excepto Imperatore, hanc facultatem non esse, voluisse, video. *Sichard. l. sancimus, in pr n.18. & 19. C. de donationibus.*

Et voluere ante eum *Bellam. Corn. Sarnens. & Socin. Jun. in locis relatis à Capis. tr. de num. test. p.1. c.23. n.20.*

17. Cujus opinio confirmatur, primum: quòd donatio ejusmodi principum, quingentis aureis major, insinuatione egeat. *Bl. d. l. sancimus, in pr. num 5. C. de donat. Felin. c. cum non liceat, n.10. ext. de præscript. Jas. l. ex imperfecto. num.2. C. de testam. Ant. Gab. Roman. tr. regul. lib.3. tit. de donat. conclus. 1. num.23. Oldrad. cons.231. n.1. Cujac. consult.3. in fine.*

18. Sumto itaque argumento à contractibus ad ultimas voluntates, quod in jure frequens, & fortissimum est. *Everard. in top. in loc. à contract. ad ult. volunt. num.1. Affl. decis.260. num.5. Pecc. tr. de testam. conjug. lib.1. cap.18. n.3. cap.29. num.8. lib.3. c.1. in pr. Toming. decis.17. num.3. Menoch. tr. de remed. poss. adip. remed.5. n.31. & in tr. de remed. poss. retin. remed 3. n.645. Cald. l. si curatorem, V. minoribus, n.6. C. de rest. in integ. Capis. tr. de n. test. p.3. c.2. n.21.*

Consequens esse videbatur, solennitates in actibus privatorum requisitas, adesse oportere, in ejuscemodi principum ultimis voluntatibus.

19. Confirmatur secundò: Nam ratio cur Imperatori, reliquisque principibus summis, sine solennitate ulla, præsertim verò testium, integrum sit, atque liceat testamenta facere, hanc credunt esse: quod illis maxima semper adsit virorum clarissimorum, aliorumque nobilium copia: Quorum præsentia, nullus fraudi, nullusque dolo, aut falsitati locus relinquitur. *Bl. l. omnium ante, n.1. per ill. text. ibi Jas. num.1. C. de testam. Tiraq. tr. de nobil. c.20. n.181.*

Hæc ratio in principibus inferioribus cessat. Cessabit ergo legis quoque dispositio, quodque consequens est, privilegium, quo absque solennitatibus ullis, principes superiores testari possunt.

20. Contrarium, non solum nempe superiores, seu supremos principes; Verum etiam inferiores, testamentum taliter conscribere posse, eoque sine solennitatibus testandi privilegio gaudere, primi voluêre *Br. & Francisc. Pisan. qui jure factum esse, testamentum taliter à quodam ex Ursina familia conscriptum decidere.*

Quos referunt *Bl. d. L. sancimus, in pr. num.5. C. de donat. Jas. d. l. ex imperfecto, n.2. C. de testam Capyc. decis.203. num.3. circa med. Mant. tr. de conject. ult. volunt. lib.6. tit.1. n 39. Menoch. cons.351. n.9.*

21. Hi igitur omnes, Bartolum & Franciscum Pisanum sequi videntur, dum eorum decisionem, absque nota ulla recitant. Amplecti enim opinionem eam dicimur, à qua non dissentimus. *gl. 1. singul. & communiter recepta, l. inter omnes, ff. qui satisd. cog. Tiraq. tr. de ut. retr. p.1. §.35. gl.4. num.46. & p.2. §.1 gl.5. num.2. Tiraq. tr. le mort. p.2. declarat.5. num.17. text. l. item, quod Sabinus, in fin. ponderando verba: nec Aristo, vel Paulus, utpote probabilem notant. ff. de her. inst.*

Et ne per emendicata eamus suffragia, idipsum in specie decidunt *Alex. d. l. omnium, num. 8. C. de testam. Capis. d. tr. de num. test. p.1. c.24. n.6. Alex. cons. 157. n.7. versic. tamen, vol.2.*

22. Quæ opinio recipienda omnino est. Nam duces, Marchiones, reliquique principes, quibus perpetuò dignitas regalis est in suo principatu, jura Imperatoris habent: *Ut innumeri, quos superius ad Rubricam hujus tituli c. 4. n.36. retulimus, volunt.*

Et præter ibidem adductos, idem adhuc concludunt: *Cacheran. decis. 88. num. 17. Borcholt. tr. feud. c.5. num.37. qui communem dicit Borcholt. c.1. num.8. quæ sint regal. Paul. de Castr. cons.34. num.2. volum.2.*

23. Et ab Imperatore, nil nisi ambitus ratione, ceu scapha à navi differunt. *Bl. in Rubr. num. 1. quæ sint regal.*

24. Atque huic opinioni in contrarium allegata non obstant. Primum enim quod habet, insinuationem esse necessariam, ut valeat principis superiorem recognoscentis donatio, undiquaquam receptum non est, sed sanior interpretum pars, in contrariam it sententiam, cui satis applaudentes non desunt rationes, & fundamenta. Quæ recensere in præsentia, non vacat. Ita autem in specie decidit *Br. l. si consul, num. 3. per ill. text. ff. de adopt. Joh. de Imola l. Aquilius, versic.*

ext. gloss. ff. de donat. Capyc. decis. 03. num. 13. Alex. cons. 157. n. 7. vol. 2. arg. §. fin. auth. ut non fiant pigner.

Nec ab hac opinione alieni sunt admodum *Bl. & Jas. in locis antea adductis, cum nimirum Br. & Francisc. Tigri consilium pro testamento Ursini concludens, allegant.*

Secunda ratio perspicuè falsa est, non minus enim Germanorum principum latera ac ipsius Imperatoris, maximo virorum præstantissimorum comitatu stipantur. Quare in Italis forsitan Regulis obtinere poterit.

EFFECTUS II. MEMBRI III.

An Princeps testari possit jure militari?

SUMMARIUM.

1. *Princeps testatur jure militari. Contrarium n. 7.*
2. *Doctores, & advocati testantur jure militari.*
3. *Principis contractus lex est.*
4. *Ideo milites jure militari testantur, quia sub principis signis militant.*
5. *Caput deterioris, quam membra conditionis esse non debent.*
6. *Princeps omnis miles est.*
8. *Ratio legis ubi cessat, cessat simul legis dispositio.*
9. *Militibus ob simplicitatem eorum, militari more testari concessum.*
10. *Milites arma, non leges, tractare noverunt.*
11. *Milites præterquam in castris, testamenta militaria non conscribunt.*
12. *Milites nostri ævi non gaudent privilegio, jure militari testandi.*
13. *Principes etiam summi, jure militari non testantur.*
14. *Princeps jura omnia, in scrinio pectoris habet.*
15. *In scrinio habere jura quid.*
16. *Theodorus Gaza, Papam Romanum præpinguem nominavit asinum. Non enim Papa Gazam, digno principe munere donarat, sed nec tali quidem donativo, quo librarii sumtus resarcirentur, ornarat, cum Gaza, lectissimas illi lucubrationes obtulisset.*
17. *Doctores & advocati militari more testari nequeunt.*
18. *Doctori turpe est, ignorare jus, in quo versatur.*
19. *Doctor Juris minor, in integrum non restituitur.*
20. *Contractus principis, an & quando legis vim habeant.*
21. *Non omnis Imperator, armorum tractandorum gnarus.*
22. *Imperatores Romani, ex militia retulere nomen. Imperator quis olim dicebatur.*
23. *M. Crasso peperit invidiam, quod nulla re fortiter gesta, Imperatoris nomen usurpasset.*
24. *Nerva Imperator, nullum per se gessit bellum, postquam rerum potitus esset.*

1. PRincipem testari posse jure militari, decidunt *Alex. l. centurio, num. 26. Jas. num. 8. Ripa num. 20. Galiaul. n. 56. & seqq. qui loquitur de principibus etiam inferioribus, ff. de vulg. & pupill. Sylv. Aldebr. §. masculi autem, num. 23. Inst. de curat. Menoch. cons. 351. n. 9.*

2. Confirmatur primò: Nam Doctoribus & advocatis, jure militari testandi potestas est. *Alex. d. l. centurio, num. 1. cum seqq. ibi Galiaul. n. 18. cum mult. seqq. ff. de vulg. Horat. Lucius tr. de privil. scholar. privil. 5.*

Multò magis itaque principibus, utpote solutam potestatem habentibus, isthæc tribuenda erit.

3. Secundò confirmatur. Nam principis contractus sunt lex. *L. penult. C. de donat. int. vir. & ux. Br. l. Cæsar. num. 3. ff. de public. Jas. l. si se non obtulit. num. 24. ff. de re judic. Jas. l. quoties, num. 6. C. de rei vind. Sylvan. tr. feud. q. 1. num. 8. Bertach. tr. de gabell. p. 2. n. 32. Cacheran. decis. 141. n. 6.*

Ergo & testamentum ejus lex erit (sumto nimirum argumento à contractibus ad ultimas voluntates.) Et per consequens, quemadmodum princeps lege lata perficere posset, ut sibi jure militari testari fas esset: ita quoque idipsum, eo ipso, quòd testatur, assequi poterit.

4. Tertiò: Nam milites propterea, quod sub principe militant, hoc testandi privilegio condecorati sunt: *ut placet Ripa d. l. centurio, n. 20.*

Multò magis itaque illo, ipse princeps condecorandus erit. Et quia propter quod unum quodque tale est, illud magis tale est. *Ut paulò ante commemoravimus.*

5. Et quia membra melioris, quàm ipsum caput conditionis esse non debent. *c. cum non liceat, ext. de præscript. l. cum in diversis, ff. de relig. & sumt. funer.*

6. Quartò: Nam princeps omnis miles est. *L. 1. ponderando verbum commilitones. ff. de test. milit.*

Meritò itaque militari jure testabitur.

Quintò: Principis præsentia in testamentis privatorum, solennitatum defectum obliterat. *Ut paulò antè ostenderat.*

Multò magis itaque ipsius testamentum ab omni solennitatum observantia, non minus ac militum, immune erit.

7. Contrarium: Principem nimirum vi solutæ potestatis, nisi miles actu fuerit, militatumque abierit, privilegio testandi militari more, non frui, censuit *Mantic. tr. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 39. Graff. recept. sentent. §. testamentum. quæst. 6. in fine.*

8. Quæ opinio longè est verissima. Nam primò, ubi ratio legis cessat, ibi ipsa quoque dispositio legis cessabit. *Ever. in top. in loc. à cessat. ration. n. 2. Tiraq. tr. cess. caus. p. 1. num. 130. Cacher. decis. 14. n. 3. Sapia in l. 1. num. 35. C. qui adm. l. adigere, §. quamvis. ff. de jur. patron. l. quod dictum, ff. l. de pact. cum similibus.*

Sed ratio ob quam militibus taliter testandi facultas data est, in principe cessat.

Ergo ipsa quoq; dispositio cessabit, & per consequens princeps, qui miles non est, jure militari, testari non poterit.

9. Minor probatur: Nam ideo milites militari more testantur: Et quia simplicitas eorum, quæ fiebat

fiebat, ut ultimæ militum voluntates sæpius everterentur, digna favore fuit. *L. 1. ibi simplicitati eorum consulendum. Amb. l. nemo potest, n.58.ff.de leg. 1.*

10. Et quia milites arma, non leges tractare noverant. *L. fin. vers. arma enim, C. de jur. delib. Aldobr. in proœm. Instit. in pr. num. 1. Sylvan. tr. feud. quæst. 64. num. 4. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 18. num. 9. Gentil. parerg. lib. 2. c. 23. in fine.*

11. Secundò, jus, quod militibus peculiariter concessum est, locum non habet, si alibi, quàm in castris, testamentum suum conscribant. §. *sed hactenus, Inst. de milit. test. l. penul. C. de testam. milit. l. final. §. in his itaque, C. de inoffic. testam. Connan. comment. jur. lib. 9. c. 5. num 9. Coras. miscell. lib. 6. c. 11. n. 2. Mynsing. cons. 46. n. 2.*

Sed princeps non in castris, sed domi testatur. Non utetur itaque privilegio militibus concesso.

12. Tertiò, milites nostri temporis, qui nomine, non re, milites sunt, quibusque magis curæ est, ut cum rusticis, quàm cum hostibus bellum gerant, (excipio illos, qui in Hungaria sacri Romani Imperii fines tuentur, aut alibi honesta stipendia continuo merentur) hoc testandi privilegio donati non sunt. *Cyn. in l. 1. num. 10. ibi Br. n. 14. C. de jur. & fact. ignor. Br. l. miles. ff. ex quibus caus. major. Br. l. militem, lect. 1. C. de procurator. Bertach. tr. de gabell. p. 7. num. 42. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. cap. 18. num. 36. Ripa l. centurio, num. 10. ibi Galiaul. num. 17. ff. de vulg. Abb. c. in nostra, n. 8. ext. de procurat. Abb. c. quando, num. 2. ext. de Magistr. Mynsing. d. cons. 46. n. 2.*

Ergò nec principibus, qui in procinctu non sunt, id privilegium competet.

13. Hæc verò quæ diximus, non solum de principibus superiorem recognoscentibus: *Ut Ripa placet d. l. Centurio, n. 20.*

Verum etiam de principibus summis, quique superiorem non recognoscunt, respondemus. Prima enim, quam supra adduximus, decidendi ratio, magis his, quàm inferioribus principibus adaptari potest. Si enim simplicitas, & quia legitimarum sanctionum rudes erant milites, huic privilegio ansam præbuit. *Ut superius demonstravimus.*

14. Nihil huic, cum principibus summis, commune erit. Etenim hi simplices esse, legumque ignari, cum jura omnia in scrinio pectoris habere sese, profiteantur, nequeunt. *L. omnium, C. de testam. c. 1. in pr. de constit. lib. 6. Lup. c. per vestras, §. 5. ext. de donat. int. vir. & uxor. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. cap. 25. n. 10. Seraph. tr. de juram. priv. 5. num. 25.*

15. Licet non ignarus sim, Imperatores non de scrinio pectoris locutos, sed de scrinio ligneo, eburneo, aut simili. Antiquitus enim jura, aliaque conservatione digna, primum in pugillaribus chartaceis, ligneis, æneis, aut eburneis scribebantur, & deinde in unum corpus collecta, vel singula etiam in scriniis memoriæ, dispositionum, libellorum, aut epistolarum asservabantur. *Cujac. in proœm. paratit. Cod. ubi in specie, l. omnium, C. de testam. ita interpretatur. Vide Barnab. Brisson. in lexic. V. scrinia.*

16. Quod deinde præpingues asini, Papæ Romani, (hunc honorum titulum primò à Theodoro Gaza accepere. Is enim Xistum IV. hoc honore, cum nobilissimas lucubrationes in membranis summo studio descriptas, ei obtulisset. A Papa autem nec pecunia, vel ipsius librarii præmio digna, redderetur. *Jovius in vita Theodori Gazæ.*)

Vel phrasis ignorantia, cùm nescirent, quid esset, jus totum in scriniis constitutum esse: vel arrogantia, cæcâque ambitione seducti, de pectoris scrinio interpretati sunt.

17. Non obstant in contrarium allegata. Primò enim quod habet: Doctores juris & advocatos militari jure testari, respondendum: contrariam opinionem, quæ idipsum negat, & veriorem & communiorem esse. *Ita namque in specie decidunt Jas. d. l. Centurio. num. 6. ibi Ripa num. 16. qui Socin. Claud. & Polit. idem voluisse, refert. ff. de vulg. Vasq. de success. creat. §. 24. n. 31.*

18. Nam cùm ob simplicitatem militum, jurisque ignorantiam, quâ affliguntur, id in militibus receptum sit: locum sibi mehercle, in doctoribus aut advocatis vendicare, nullô modô poterit, cùm quia turpe est doctori, jus, in quo versatur, ignorare. *L. 2. §. Servius autem, ff. de O. J. Simoncell. tr. de decret. tit. 8. n. 48. Chassan. in catal. glor. mund. in præfat. vers. idcircò, Cald. l. si curatorem, V. læsis, n. 35. vers. quô argumentô, C. de restit. in integr.*

Licèt id aliò referat *Marquard. Freb. parerg. jur. lib. 2. c. 1.*

19. Tum quia Doctor juris minor, sua facilitate, vel adversarii dolo læsus, jure in integrum restitui non postulat. *Br. l. 1. num. 3. C. qui & adv. quos. Br. l. sed & reprobari in lect. Nicolai de Neap. num. 3. ff. de excus. tutor. Jas. l. eam quam, num. 15. C. de fideicom. addit. ad Boër. in consuet. Bitur. tit. de stat. person. §. 2. gl. unic. in addit. 1. Stracch. tr. de mercat. p. 3. num. 27. Simonc. tr. de decret. tit. 8. num. 48. Gars. tr. de expens. cap. 23. num. 34. Cald. l. si curatorem, V. hunc contractum, num. 39. & in V. læsis, num. 35. versic. quo argumento, C. de rest. in int. Rebuff. tr. de privil. scholar. priv. 119. Ign. l. necessarios, p. 1. num. 109. ff. de S. C. Syllan. Sfort. Oddus tr. de rest. in int. q. 23. n. 24. & seqq. Francisc. Curt. l. si ex falsis, num. 27. C. de procurat. Lanc. Galiaul. l. centurio, num. 33. ff. de vulg. & pupill.*

20. Non obstat secundum argumentum. Nam major omnino neganda est. Nec enim contractus principis vim legis habet, cùm ex contractu principis dominium non transferatur: quod tamen ex lege, sine traditione transferri, indubitatum est. Item cum nihil planè ex contractu principis ignoranti, aut absenti quæratur: cum tamen legem, inter absentem & ignorantem, ratione eorum, quæ ex lege immediatè comparantur: & è diverso, inter præsentem, & scientem nihil discriminis introduxerit. *Ut copiosè & doctè disserit Eman. Soarez. in id alios citans, communeq; dogma, principis contractum legem esse notans in addit. ad Gomez. var. resol lib. 2. c. 1. n. 1. & 2.*

Video tamen Soarem, ad textum tantummodò, L. Cæsar, ff. de publican. respondisse: textum verò L. penult. C. de donat. int. vir. uxor. ubi ad literam

ferè commune placitum probatur, intactum reliquisse. Quapropter alia hujus rei instituenda erit indagatio.

Sunt itaque qui credant, tum demum contractum principis, legis vicem obtinere, si animo condendæ legis contractus celebratur, *Uti resolvit Lancil.Galiaul.in l. Centurio.n.59.ff.de vulg.*

Idque in contractu diserte caveatur, atque exprimatur, *Joh. Bapt. Caccialup. in l. omnes populi, num. 108 ff.de vulg.& pupill.Br.cons.;2.num.5.vol.1. arg.l.non omnis,ff.si cer.pet.*

Quapropter cum in testamento princeps, more militari testatus, non caverit, ceu lege lata, licitum sibi fore, militum jure testamentum conscribere, non valebit ejus testamentum, ut lex.

Alii item sunt, qui alio, penitusque diverso modo, hæc interpretantur verba: principis contractus legis vicem obtinere. Ut scilicet, non simpliciter, legum vim, contractus principis habeat, sed secundum quid tantum: eoque nimirum casu, quando cum juris civilis impedimento præpedito, adque contrahendum minus idoneo, atque inhabili, contractum princeps init. Tunc enim eo ipso, quod princeps contrahit, legis vicem subire, istiusmodi contractus censetur, tollitque juris civilis impedimentum, quod ante contractum, contrahentem cum principe præpediebat. Ut enim antea civile jus obstaculo erat, quo minus capax, habilisque esset, cum principe contrahens: Ita nunc alio civili jure, principis nempe interventu, qui in hisce rebus, parem cum jure civili potestatem habet, eliditur, atque perimitur prioris juris obstaculum, capaxque, & habilis, qui antea habilis non erat, efficitur. *Ita resolvit Vasq. ill. contr. cap.3. n.7.*

Cum itaque princeps, qui miles non est, militari more testando, non incapacem antea habilem efficiat, sed sibi ipsi plusculum etiam, quam lege liceat, potestatis adsciscat, nec contractus, nec testamentum ejus, hujus respectu, vim, atque efficaciam legis habebunt.

Denique & id responderi potest: Contractum in d. L. penult. C. de donat. int. vir. & uxor. qui legis vim obtinere dicitur, inter principes conjuges, fuisse celebratum. Horum itaque intuitu tantum, vim legis habebit.

Quapropter nil commodum satis, à tali contractu principis, ad testamentum jure militari à principe conscriptum inferri poterit. Cum princeps non conjugis potissimum, sed aliorum gratia, testamentum condat.

Tertio argumento, fallacia secundum non caussam, ut caussam inest. Non enim militibus jure militari testandi privilegium, benignè tributum est, quod sub Imperatore militarent, sed ob id, quod simplices legum & rerum forensium imperiti essent.

Nullius itaque ponderis tertium argumentum est.

21. In quarto argumento, à particulari ad universale proceditur. Non enim sequitur: Nerva Imperator (cujus edictum in d. L. 1. ff. de testam. milit. recitatur) miles fuit. Ergo omnes principes milites sunt.

22. Etenim olim quidem omnes, qui summæ rei præerant, milites erant. Hinc enim principes, nomen Imperatoris reportarunt. Cum Imperator primò diceretur omnis, qui cum Imperio, exercitui præficeretur. *L.4 ff.de stat. homin.§.servi autem, Inst.de jur.pers.Cagn.in Rub.procem.ff.n.16. Borcholt.tr.feud.c.5.n.23.*

Deinde etiam is, qui ob bellum feliciter administratum, Imperator à militibus salutaretur, si modò senatus decretum, ad ejuscemodi acclamationem accessisset. Quippe qui aut totum bellum non confecisset, aut ab initio mille, deinde duo millia, & denique decem millia hostium non cecidisset, Imperatoris nomen non merebatur. *Cicero ad Attic. lib.5. epist. 20. Cicero Philipp. 14. mihi fol.160.fac. 2. Sueton. in Tito c.5. Rosin. antiquit.Romanar.lib.10.c.6.Cagnol.in Rubr.procem. digestorum num. 16.*

23. Hinc M. Crasso, quod urbem Zenodotium, trans Euphratem sitam, molli certamine, victoriaque incruenta expugnasset, & ob id imperatoris nomen usurpasset, magnæ invidiæ fuit. *Alex. ab Alex.genial.dier.lib.1.c.2.ante med.*

24. Sed & ipse Nerva, autor privilegii militaris, in castris natus atque educatus, militiaque & armis tractandis assvetus erat, etsi ob ætatem, mortemque, statim post adeptum Imperium imminentem, ipse per sese, nullum confecerit bellum. *Ut Zonar.Egnat. & alii historici, in vita Nervæ attestantur.*

Quapropter rectè commilitones, milites suos vocat.

Hanc in reliquis principibus rationem cessare vides, cum nec decimus quisque hostem viderit:

Merito itaque milites dicendi non sunt, & jure militari testamenti confectio iis denegabitur.

Quinti argumenti veritatem jam examinabimus.

EFFECTUS III. MEMBRI III.

An Principis præsentia, reliquarum solennitatum defectum, in testamentis privatorum resarciat.

SUMMARIUM.

1. *Principis solius præsentia loco reliquarum omnium solennitatum, in testamentis conficiendis est.*
Contrarium n.7.
2. *In insinuatione, quæ apud acta fit, nullis testibus opus est. Vide n.31.*
3. *Testes in testamentis debent esse rogati.*
4. *Non ens, qualitates non habet.*
5. *Veritas omni amicitiæ præferenda.*
6. *Clitellæ bovi imposita, proverbium.*
7. *Unus fungitur vice duorum, in officiis non repugnantibus.*

8. *Inau-*

8. *Inauditum, planeq; novum est, unum septem vicem subire.*
9. *Personæ quando revera numero, & essentia requiruntur plures, unus loco duorum non est.*
10. *Testes duo superant unum, quantacunque is dignitatis fuerit.*
11. *Judicis solius depositioni, aut scripturæ absque aliis testium adminiculis: non credendum in testamentis.*
12. *Dolum latitare in testamento, quod omissa forma testandi consueta, coram principe conscribitur, verisimile.*
13. *Princeps quando heres instituitur, aut ei aliquid legatur, in testamento privati jure communi utitur.*
14. *Princeps concedens liberam testamenti factionem, non propterea censetur abrogasse juris solennitates.*
15. *Principem Romanum non creditur, uno verbo, universum jus, tot vigiliis adinventum, abrogare, velle.*
16. *Intellectus L. si quando, C. de inoff. test.*
17. *Superfluitatem tolerari, quam absurdum inducere, satius est.*
18. *Nil frustra fieri argumentum, exile & infirmum est, quod qualibet ferè præsumtione tollitur.*
19. *Superfluum protinus non est, quod non est necessarium.*
20. *Intellectus L. omnium, C. de testam.*
21. *Testamentum imperfectum quod.*
22. *Lectio L. hac consultissima, in pr. C. de testam. restituta.*
23. *Decretum & rescriptum principis differunt.*
24. *Intellectus Novellæ Valentinianæ 1. de testam.*
25. *Jus quandoque pro loco, in quo jus reddi solet, accipitur.*
26. *Nemo tantæ temeritatis esse creditur, ut falsa principi suo suggerat.*
27. *Calumniandi, & decipiendi, nullibi major licentia, quam in aulis.*
28. *Querela inofficiosi testamenti non cessat, etiamsi in principis præsentia, testamentum conscriptum fuerit.*
29. *Cautela abundans non nocet.*
30. *Cautelæ verbum an Latinum.*

1. SOlam principis solius præsentiam, loco omnium, aliàs in testamentis privatorum requisitarum solennitatum esse, ineptè, atque ridicule omnes ferè tradidêre. *Cyn. in l. omnium. n. 3. versic postea, ibi Br. in pr. Bl. num. 1. Castr. n. 1. Salyc. in pr. Alex. num. 1. Jas. num. 15. C. de testam. Azo in summa num. 5. C. de testam. Covar. in Rubr. p. 2. num. 2. ext. eod. tit. Jul. Clarus in §. testamentum, q. 56. num. 7. Chassan. in catal. glor. mund. 5. p. consid. 24 special. 89. & special. 124. Vasq. tr. de success. creat. §. 26. num. 1. & num. 8. Eman. Soar. com. opin. lit. T. num. 41. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. cap. 24. num. 2. Capis. tr. de num. test. p. 1. cap. 23. num. 6. & per tot. Mynsing. obs. 29. num. 4. & 5. cent. 6. Coras. Miscell. lib. 5. c. 12. num. 1. Mascard. tr. de probat. conclus. 1352. num. 47. & alii passim.*

Moventur omnes: tum textu l. omnium, C. de testam. quem textum apertè velle, dicunt: testamentum coram principe factum, aut precibus eidem insinuatum, nullam præterea solennitatem desiderare.

2. Tum, quòd ea, quæ actis insinuantur, nullum à testibus robur capere, necesse habeant. *L. in donationibus, C. de donat. Specul. tit. de instrument. edit. §. restat, num. 18. Seraph. tr. de juram. priv. 34. n. 6.*

Si itaque dum testamentum judici apud acta insinuatur, nulla opus est testium præsentiâ:

Multò minus hac opus erit, cum ipsi principi precibus insinuatur.

Nec his offici, Alberici de Rosate argumento, statuunt, quod tale est: Cum apud acta insinuatur testamentum, fortuito tantummodo interveniunt testes.

3. Sed in testamentis, testes rogati adsint, oportet. Nec enim fortuito eos advenisse sufficit. *auth. rogati, C. de testib. Jas. l. hac consultissima, in pr. num. 2. C. de testam. Lancil. tr. de off. prætor. Rubr. person. test. num. 79. Seraph. tr. de juram. priv. 78. per tot. & privil. 97. num. 7. cum seqq. Garc. tr. de ult. fin. jur. num. 440. Peregr. tr. de jur. fisc. lib. 2. tit. 6. num. 5. Capis. tr. de num. test. p. 1. cap. 8. num. 29. & cap. 21. num. 5.*

Ergo non sufficient testes fortuito intervenientes, & per consequens, tunc etiam, cum actis testamentum insinuatur, testes adhiberi necesse erit.

4. Hoc enim argumentum dilui planè existimant, si responsum fuerit: in insinuatione apud acta, testes omnino nullos requiri: tanto minus itaque hos rogatos esse (cum non Entis, nullæ qualitates sint) oportere. *Hæc enim Jasonis est resolutio. d. l. omnium. num. 15. in fine, C. de testam.*

Ego equidem neminem, quem in contrariam, pedibus euntem sententiam, imiter, habeo, reverenterque tantorum patrum autoritatem habendam esse, memini. Quapropter ut medium teneam, æstuo.

5. At si cogito, amicus etsi Plato, etsi Socrates sit, magis tamen colendam venerandamque veritatem esse. *Cagnol. l. 2. §. juris civilis scientiam, num. 35. ff. de orig. jur. Rol. à Valle cons. 63. num. 5. vol. 3. Tiber. Decian. cons. 47. num. 22. vol. 1. per l. 3. §. sed si servus, ff. de cond. ob caus.*

6. Si in memoriam redigo, Clitellas jam bovi impositas esse. Ferendum itaque onus esse, etsi planè nostrum non sit, *Ut cum Cicerone 5. ad Attic. Epist. 15. loquamur.*

Aliquam nos commerituros excusationem spero.

7. Statuo itaque principis præsentia, nihilo magis testatorem, à reliquarum solennitatum adhibitione sublevari. Moveor autem, Primò, quod sciam, ubi officia repugnantia non sunt, unum quidem vice duorum fungi. *L. si Consul, ibi Br. in summar. ff. de adoption. Felin. c. ex literis, n. 10. ext. de præscript. Syl. Aldobr. §. cumq; hoc, num. 5. in proœm. Inst. Coras. l. frater à fratre, in pr. num. 22. ff. de cond. indeb. Gail. obs. 44. num. 10. lib. 1. Ludovic. Burges. in l. si se subjiciant. num. 104. ff. de judic. Jacob. de Nigr. l. et si prætor. num. 5. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd.*

8. Nullibi autem memini cautum esse, unum septem simul vicem gerere. Jam verò princeps, si ob ejus præsentiam, reliquæ solennitates omnes evanescerent, septem testium vicem suppleret.

Ergò cum hoc nusquam cautum legamus, affirmare idipsum erubescemus.

9. Quid? quod hîc officia compatibilia (ut loquuntur) non sunt. Hæc enim sunt officia compatibilia, esse judicem ordinarium, esse simul delegatum: esse magistrum & exquæstorem sacri palatii, uno & eodem tempore, & sic in similibus: verum unum, loco Primi, loco item Secundi testis esse, officia compatibilia esse, dicere, amentis putarim. Cum in his persona deponentis attendatur. Nemo autem duarum personarum vices gerere possit, cum exigitur, quod plures sint personæ, veræ, & existentes. *L. si plures, ibi Br. Jas. num. 17. qui legit cum §. final. legis præcedentis, ff. de pact. Br. d. l. si consul. n. 1. ff. de adopt. & tradunt DD. paulò ante citati.*

Non poterit itaque princeps, rectè duorum testium personam, sua præsentia supplere: tantum abest, ut jactura omnium testium, ipsius solius præsentia resarciatur.

10. Moveor secundò: nam duorum testium vox, unius potentior est, quantæcunque is dignitatis, autoritatisque fuerit. *c. licet, ext. de testib. l. jurisjur. C. eod. tit. Franc. Vivius com. opin. 343. lib. 1.*

11. Et in specie, quod in testamentis, solius judicis, cujuscunque autoritatis is fuerit, testimonio, aut scripturæ, testium adminiculis destitutæ, credendum non sit, expressè jubetur, *in c. cum à nobis, ext. de testib.*

Non itaque æquè potens, principis unius vox, ac septem testium depositiones esse poterit.

12. Moveor tertiò, quod in hac extraordinaria, insolita, atque inusitata testandi forma, dolum & fraudem latitare verisimile sit. Nisi enim fraudis aliquid, atque machinationis subesset, aut injusti conscientia testator terreretur, & exagitaretur, eccur principi, testamento suo, negotium facesseret? cum quiete magis, atque tranquillius, intra privatos parietes illud conscriberet. *Ut nec ipse diffiteri potest Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 3. cap. 24. n. 2.*

Quapropter mehercle non minorem, sed majorem adhibuisse solennitatum curam, ut fraus omnis procul removeatur, atque repelleretur, decuerat.

13. Moveor quartò. Nam si princeps tunc, cum heres instituitur, legatumque, aut fideicommissum; ex privatorum testamentis capit, jure communi utitur. *L. cum heredem, C. qui test. fac. poss. l. ex imperfecto, C. de test. & paulò post, suo loco enucleabitur.*

Multò magis tunc, cum tantum testis in privati testamento citatur, jure quo privatus utetur, nec ejus interventu cessabunt solennitates reliquæ.

14. Moveor quintò: Nam testari in præsentia principis minus est: impetrare autem à principe, liberam testandi facultatem, majus est.

Sed tunc etiam, cum liberam testamenti factionem à principe consecuti sumus, nil profecimus, quam quod legitimam, & consuetam testamenti factionem habeamus. *L. si quando, in pr. C. de inoff. test.*

15. Non enim credendum est, Romanum principem, qui jura tuetur, liberam testamenti factionem indulgentem, totam testamentorum observationem, multis vigiliis excogitatam, atque inventam, velle evertere, *d. l. si quando, in pr. vers. neque enim, C. de inoff. testam. Abb. in repet. c. cum esses, num. 8. ext. de testam. Pistor. q. 19. num. 49. lib. 2. Capis. tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 47. c. 9. n. 32.*

Multò minus itaque, solennitatibus insuper habitis, testari poterimus tunc; cum præsens tantummodò princeps est.

16. Nec obstat, quod glossa distinguit, an habili aliàs liberam testandi facultatem princeps concesserit, quo casu, etiam solennitates remissas esse, glossa voluit: an verò inhabili, & testamenti factionem, aliàs non habenti, quo casu impedimentum tantum personæ testantis obstans remotum, non autem solennitatum adhibitionem sublatam esse censuit. Quam glossam communiter approbatam, testes sunt *Ascan. Clement. tr. de pat. pot. eff. 2. num. 43. Octav. Simoncell. tr. de decret. tit. 8. num. 7.*

Responderim enim hanc distinctionem, ex textu neutiquam extrahi posse. E diverso autem rationem, tam generalem, & amplam esse, ut non illi tantum casui, cum inhabili gratiam facit princeps: sed illi etiam, cum ejuscemodi indultum, habili alias fit, adaptanda sit.

An verò verbum: (liberam) non satis indicio erit, habili alias, hanc gratiam factam fuisse? Si enim prius inhabili, hoc concessisset, non liberam: Sed simpliciter testamenti factionem tributam esse, principem rescribere, satis fuisset.

17. At inquies: Nihilne igitur operabitur principis concessio? Mehercle satius est, tolerari superfluitatem, quam absurdum inducere. *Ut ex Everard. in loc. ab absurd. disces.*

Jam verò quid, quæso, ab absurdius esse potest, quam uno verbulo pessundare totius juris benè constitutam, totque solicitudinibus excogitatam harmoniam?

18. Deinde respondeo: Argumentum istud, nil frustra fieri debere, admodum per se exile, infirmumque esse, & qualibet ferè præsumtione tolli, uti placuit *Mantic. tr. de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 17. num. 39.*

19. Tertiò respondeo, non omne, quod necessarium non est, protinus superfluum dici posse. *Marius Salom. l. Gall. §. quidam rectè, num. 9. & 11. ff. de lib. & posthum.*

Quartò resolvo, negando, hanc principis concessionem, alias testamenti factionem habenti præbitam, etiamsi is, juris solennitatibus, in contexendo testamento uti debeat, frustra fieri.

Cum hæc principis indulgentia, id efficere possit, quòd heredi deinde, nulla de bonorum possessionis petitione controversia, exuscitari possit. *arg. l. omnium. §. ne quid sanè, C. de testam.*

Atque hanc opinionem, vivo receptam esse usu, scio. Aliquot enim vidi testamenta, de aliquot millibus

millibus ducatorum disponentia, quibus prius adhibitæ fuere solennitates omnes, quam principi, ut confirmaret, offerrentur. Nunquam autem vidi, nec auditu percepi, quenquam testatorum, solius principis præsentia fretum, hanc elegisse viam, qua ultimum suum arbitrium, non solum impugnaretur, verum etiam funditus everteretur.

20. Cui opinioni non obstat L. omnium, C. de testam. Misere enim decipiuntur Interpretes cum duos in eo determinari casus credunt: unum, cum in præsentia principis testamentum, quod antea non extabat, conficitur: alterum cum testamentum post principi insinuatur, quam consignatum erat. Etenim unum tantum decidit textus ille casum, cum testamentum consueto, legitimoque modo, solennitatibus omnibus intervenientibus, intra privatos parietes conscriptum, principi precibus oblatis, majoris præsidii, roborisque caussa insinuatur.

21. Patet id primò, dum idipsum, quod principi precibus insinuatum offertur, testamentum dicitur. Hinc enim aptè concluditur, septem testes eidem affuisse, tabulas testamenti subscripsisse, reliquaque, quæ testibus, testamenti confectioni adhibitis, incumbere solent, peregisse. Testamentum enim, quod hisce solennitatibus destitutum est, non simpliciter testamentum, sed testamentum imperfectum, passim in jure nominatur.

Probatur id ex L. hac consultissima, in pr. C. de testam. ubi dicitur: Non subscriptum autem à testibus, ac non signatum testamentum, pro imperfecto haberi convenit.

22. Quæ quidem in lege, in vulgaribus codicibus, (ut id obiter moneamus) non imperfecto, sed infecto legitur. At hanc lectionem falsam esse, ex Novella Theodosiana tit. de testament. expresse constat, ubi verbum imperfectum, non infectum, positum est. Et ita legunt *Natta l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n. 28. C. de testam. Cujac. tr. ad Afric. 3. fol. 32. circa med. Cujac. consultat. 1.*

Deinde probatur idipsum ex d. L. hac consultissima, §. ex imperfecto, ubi testamentum inter liberos, quia accuratam verborum, & solennitatum conquisitionem non habet, non simpliciter testamentum, sed imperfectum rursus testamentum dicitur.

Denique probat id auth. de imperf. testam. Ubi item ejuscemodi voluntates ultimæ, quæ legitimis solennitatibus carent, non testamenta simpliciter, sed secundum quid, seu imperfecta testamenta dicuntur.

Apparet secundò: ex illis verbis d. L. omnium: Nec sanè illud heredibus nocere permittimus, si rescripta nostra, nihil de eadem voluntate responderint.

23. Si enim Testamentum in præsentia principis fuisset confectum, non verbo rescripta, sed verbo decreta, imperator fuisset usus, sensusque esset: nec sane illud heredibus nocere permittimus, si decreta nostra, nihil de eadem voluntate decreverint. Etenim ad libellos, aut epistolas, princeps rescribit. *L. cætera, §. hoc senatus consultum, el. 1. ff. de legat. 1. L. licet, ff. de usufr. leg. l. divi fratres, ff. de jur. patron. l. ejus, ff. de appell. recip. Abb. in Rubr. n. 1. ext. de const.*

De iis verò, quæ præsens cognoscit, decernit. §. *sed & quod principi, Inst. de jur. pers. l. 1. §. quodcunque, ff. de const. princip. Connan. commentar. jur. lib. 1. c. 16. n. 3. & 4.*

24. Tertiò: ne per emendicata eamus suffragia, dirimit dubium hoc luculenter satis, Novella Valentiniani I. de testam. *Unde l. omnium, C. de testam. derivatur: ubi hæc habentur verba: præterea sicut supplicationi connexa monstrant, quamvis in unius chartæ volumine, supremum votis paribus condidêre judicium, septem testium subscriptionibus roboratum. Cui nos æternam tribui firmitatem, legis hujus diffinitione censuimus. &c.*

En ex verbo: supplicationi connexa, &c. liquet: non testamentum coram principe fuisse conscriptum, sed postquam cum suis solennitatibus omnibus fuisset exaratum, principi demum fuisse (quod nos volumus) oblatum.

Et iterum in eadem Novella, sequentia visuntur verba: & virum spectabilem Leonium præter fiduciam precum, pridem cum uxore communium voluntas quoque alia, & subscriptionibus testium munita, defendit.

Ecce iterum, prius, quam supplicaretur principi, testamenti tabulas conscriptas, consignatasque fuisse, ostenditur.

Porrò, his non obstat Jasonis argumentum, qui ita argumentatur: Condere testamentum apud acta, condere testamentum coram auribus privatorum, & condere testamentum præsente principe, jure nostro, parem vim habent. *d. l. omnium, vers. sicut ergò. C. de testam.*

Ergo in testamento coram principe confecto, neminem adesse oportet testem. Minorem enim aliàs, non autem æqualem vim, atque afficaciam, cum reliquis testamentorum generibus, coram principe, condita voluntas ultima haberet, si ultra principis præsentiam, à testium etiam solennitate, vires auspicari suas deberet.

Responderim enim textus verbis, Jasonem fucum facere. Ut vides enim publicandi verbo, non faciendi, componendi, aut condendi, textus utitur. Sentitque paria esse, si postquam solenni confectum testamentum est formula, publicetur aut apud acta, aut auribus privatorum, aut principi.

Quinimò non principi solum idipsum publicari satis est: Verum etiam ut toto jure teste, id fiat, oportet.

25. Quæ verba, non ut hactenus de jure civili, ceu re inanimata, quæque ob id testimonium de publicato testamento ferre nequit, sed de jure, id est, loco judicii: Jus enim judicii locum, seu consistorium principis, ubi jus redditur, rectè dicimus: *L. penult. ibi Br. in summar. Jas. num. 4. ff. de just. & jur. Luc. de Penna in Rubr. vers. quintò. C. de jur. fisc. lib. 10.*

Et quidem non de loco ipso, sed de personis nobili-

nobilium, & probatorum, præfecti prætorio, magistri epistolarum, & libellorum, assessorum, scrinianiorum, reliquorumque assistentium, per synecdochen intelligo. Hi enim omnes tacitè; vel expressè etiam, ut oblati testamenti, ritè, recteque confecti, petitaque insinuationis, testes cum principe esse velint, invocantur. Etenim vir spectabilis Leonius, & uxor ejus Jucunda, qui in caussa fuerunt, ut L. omnium, C. de testam. de qua hactenus egimus, promulgaretur, testamentum suum, Impp. Theodosio, & Valentiniano supplicationi connexum, in foro Trajani obtulerunt. *Ut ex d. Novella Valentiniani I. C. de testib. constat.*

Sic quoque magni negotii non est, illud removere obstaculum, quod ex eo oritur, quod princeps d. L. omnium, dicit: voluntates hominum audire volumus. Hinc enim concludi posse videbatur: testamentum primum, coram principe confectum: non autem postquam conscriptum jam erat, eidem oblatum fuisse.

Nam idipsum declarat ipsemet Imperator, respondetque paulò post in d. L. omnium: audire se ea, quæ auribus suis per supplicationem intimantur.

26. Postremò, ut frivola, & jejuna ea quoque rejicienda est ratio, qua ob id, quod princeps præsto est, omnes meritò cessare solennitates, statuunt, cum in eam prorumpere audaciam quenquam audere, ut principi suo falsa suggerat, credibile non sit. *Jas. d. l. omnium, n. 11. & num. 15. C. de testament.*

27. At enim contrarium verius esse, attestatur experientia rerum magistra, non solum nempe privatis, in aulis: verum etiam ipsis principibus sæpiusculè imponi. Nullibi enim majorem circumveniendi, atque decipiendi calumniis, similibusque technis, parumque laudandis stratagematis, licentiam, quam in principum aulis conspicamur.

Et ut propius ad nostrum argumentum accedamus, principem testamenti oblatione decipi posse, comprobat, sæpe dicta jam L. omnium, C. de testam. dum habet: mera fide testamentum, precibus inseri deberi. Eccur hoc principem præcepisse putas, nisi ob id, quod variis vicibus, machinationes, in veri heredis perniciem attentatas, deprehenderat.

Non itaque Jasonis ratio consistere nequit.

28. At inquies, quorsum itaque, hanc testamenti oblationem, principi fieri pertinet? cum ejus oblatione, non cesset querela inofficiosi testamenti, nec contra tabulas bonorum possessio: non item testamenti factionem non habens testator, oblatione hac adipiscatur eam. *gl final. d. L. omnium, & ad literam legitur, in d. Nov. Val. I. in fin.*

Nec liberetur (hac nostra nimirum opinione,) à solennitatum observantia?

Equidem huic plurifariam occurrere possumus objectioni. Nam Leonium, & Jucundam, qui ansam huic ferendæ legi, (antea hac de re commonefecimus) præbuêre, quod principi testamentum suum offerrent, commovebat, ut jus liberorum, cum sobole destituti essent, superstesque inter eos defuncti hereditatem capere concupisceret, impetrarent. *Ut ex sæpius allegatâ Novell. Valent. I. videre est.*

Id enim jus liberorum, eo tempore, non nisi à principe indulgebatur. *Ut superius in 1. cap. hujus §. scripsisse nos, memini.*

29. Ratione verò aliorum testato decedentium responderim, etiamsi nullum, hæc principi facta oblatio produceret effectum: abundantem tamen cautelam, testatoris voluntati non officere. *L. testamentum, C. de testam. l. penult. C. de evict. l. non solent, ff. de reg. jur. Specul. tit. de posit. §. Septimò, n. 8. Tiraq. de ut. retr. p. 1. § 36. gl. 2. n. 48. Boër. in consuet. Bitur. tit. de stat. pers. § 4 gl. 5. Alc. paradox. lib. 1. c. 7. num. 2. Montic. tr. de invent. her. cap. 5. num. 47. Gail. obs. 144. n. 3. lib. 1. obs. 1. n. 2. lib. 2.*

30. Utamur enim licet cautelæ verbo. Quamvis eam non omninò barbaram, id est, aliqua ex parte barbaram esse, elegantiusque Latinè captionem dici velit *Alc. prætermiss. lib. 1. V. cautela.*

Video enim hac Jureconsultos passim, & quidem non ea significatione, ut captionem significet. *Uti Paulum in l. si defunctus, in fine. ff. de procurat. Ulpian. in l. si debitori, ff. de judic. Pomponium in l. quamvis, ff. de pignor. act. Cajum in l. si plures, ff. depos.*

Nec non Impp. usos esse, *Uti Archad. & Honor. in d. l. testamentum, C. de testam. Justinian. in l. sancimus. C. de admin. tutor. Leon. in l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. 10. Justinian. in Novella de instrument. caut. & fid. Just. in auth. sancimus, C. quand: mul. tut. off. fung. poss. & in l. fin. C. de novat.*

Sed & hanc Latinam esse censuit *Tiraquell. tr. de ut. retr. p. 1. in præfat. n. 68.*

Quamvis è diverso Barnabas Brissonius cautelæ verbum, Triboniani phrasin redolere, responsaque omnia Jureconsultorum, in id à nobis citata, per eundem Tribonianum fuisse depravata, (cui ferè assentior) censuerit. *Barnab. Briss. in lexic. in V. cautela.*

Denique & ideo testamentum principi (tandem enim è diverticulo in viam redeamus) obtulisse, satis erat, quod citius, quam alias, hac ratione, ex edicto Divi Hadriani, corpora hereditaria, heres scriptus, consequebatur: quod item in casibus, in quibus alias bonorum possessio petenda erat hoc casu, nulla petitione opus esset, quod denique originali testamenti scriptura deperdita, ex precibus principi oblatis, quibus testamentum connexum erat, heres hereditatem agnoscere, adireque poterat, *Ut tum in d. Novell. Valent. legitur, tum gl. in d. l. omnium, V. testibus, indicat.*

Non obstat, secundum, contra hanc opinionem adductum argumentum, quod nimirum in iis, quæ apud acta fiunt, nullis testibus opus sit.

31. Huic enim resolutio è re nascitur. Cum procedat tantum in iis actibus, quæ sui natura in judicio, seu apud acta expedienda sunt. *Br. d. l. in donationibus, per ill. text. in summar. C. de donat.*

Jam vero testamentum sui natura, in jure expediri non debet.

Ergò etiamsi apud acta, testamento suprema manus imponatur, nihilominus testes adhibendi

erunt

erunt, & per consequens, cum paria sint, testamentum apud acta publicari: propalari item apud principem. *d. l. omnium, C. de testam.*

Non minus in uno, quam in altero casu testium solennitas erit necessaria.

Cæterum hæc simul in præceps dat refutatio, Jasonis ad Alberici argumentum responsionem. Quæ enim in medium de testium interpellatione Albericus afferebat, Jason effugere sese posse putabat, si negaret, ullam in testamentis, quæ apud acta publicarentur, testium præsentiam requiri.

Sed Jasonis fundamentum, ex jam adductis, falsum esse demonstratur. Falsa itaque, quæ inde extrahitur conclusio quoque, necessariò erit.

EFFECTUS IV. MEMBRI III.

An princeps alicui concedere possit, ne ejus testamentum, ceu inofficiosum, evertatur.

SUMMARIUM.

1. *Princeps potest indulgere, ne cujus testamentum querelâ expugnetur.*
   Contrarium n. 3.
2. *Militum testamenta querelæ non subjacent.*
4. *Ratio naturalis parentum hereditatem liberis adjicit.*
5. *Commune votum parentum est, liberos heredes habere.*
6. *Filium qui vult exheredem scribere, DEUM autem instituere, alium, quàm Augustinum, in consilium adhibeat.*
7. *Textus c. fin. 17 q. 4. an sit Augustini.*
8. *Causæ exheredationis certò sunt definitæ.*
9. *Triboniaca interpolatio in L. cùm ratio, ff. de bonis damnat. notatur.*
10. *Causæ majores, vel similes illis quæ in § causas, auth. ut cùm de appellat. cognosc. enumerantur, ad exheredandum sufficiunt.*
11. *Dictiones taxativæ (ut vocant) casus majores, vel similes expressis, non excludunt.*
12. *Concessio principis, quâ permittitur liberos exheredes scribere, parem cum reliquis exheredationum causis, rationem non habet.*
13. *Veteranorum testamenta querelæ obnoxia.*
14. *Hodiè militum testamenta à querelâ libera non sunt.*
15. *Mandatum cum liberâ & mandatum speciale nondifferunt.*

1. POsse non solum principem, sed & municipalem legem efficere, ut in privati, cujuspiam testamento, etsi inofficiosum sit, querela tamē nihilominus cesset, expressa est decisio *Cyni in l. si quando. in p. n. 1. C. de inoff. testam. adducit in id Dynum, c. indultum, n. 15. cum seqq. de reg. jur. lib. 6.*

Sed video Dynum, in iis, in quibus Cynus loquitur terminis, non loqui. Cum Cynus de principis dispensatione, Dynus verò de legislatione, qua generaliter querela silere jubetur, agat.

Non itaque huc aliqua ex parte Dyni dicta pertinebunt, sed inferius in secunda parte, cum illud thema, an princeps actiones tollere possit, examinabimus, videbimus.

2. Confirmari tamen nonnihil ex eo Cyni videbatur opinio posse: quod militibus, & sic certo hominum generi, hoc privilegium, ut in testamentis eorum nullus querelæ locus sit, concessum legamus, quod majus est. *L. fin. ibi Br. in summar. & num. 8. Jas. num. 1. C. de inoff. testam. l. Papinianus, §. Papinianus, ff. eod. tit. Alc. l. si filius, qui in potestate. num. 28. de lib. & post. Crott. l. frater à fratre, n. 1. ff. de cond. indeb. Coras. miscell. lib. 6. c. 11. n. 1. Anton. Govean. var. lect. lib. 1. c. 2. n. 2. Crass. recept. sent. §. testamentum, quæst. 7. num. 3.*

Consequens itaque esse videbatur, multò magis uni tantummodo testatori, idipsum, cum minus longe sit, indulgeri posse.

Secundò, ex eo nonnihil auctoritatis, Cyni opinioni accedere videbatur: quod principe generaliter testamenti factionem concedente, hæc fiat interpretatio, ut is, cui facta est concessio, consvetam, & legitimam testamenti factionem habeat, atque ita testetur, ne quærelæ ansam præbeat. *d. l. si quando, in pr. C. de inoff. test.*

E diverso itaque statuendum erit, tunc cum specialis, & expressa à principe fit concessio, ne quis solitam, & consuetam testamentorum formulam sequi teneatur, querelæ locum non esse, & per consequens à principe impetrari posse, ne testamenta, vi, atque efficacia querelæ expugnentur.

3. At Cyni opinio, omnino mala est, nec in ulla juris ratione, aut demonstratione fundatur. Quamobrem in contrariam procliviores erimus.

Quam probo primò ex eo, quod superius, cum effectum 1. circa leges, solutæ potestatis tradidimus, evicimus, principem nullo modo contra ea, quæ juris naturalis sunt, dispensare, aut gratiam cuiquam facere posse.

Jam verò si alicujus testamentum princeps, contra querelæ vim, sua gratia communiret, contra jura naturalia dispensaret.

4. Nam ratio naturalis, hereditatem parentum liberis adjicit. *L. nam hoc natura, ff. de bon. damnat. Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de testam. cap. 1. Ascan. tr. de pat. pot. eff. 16. ex num. 21. Dilect. tr. de art. test. tit. 3. caut. 11. num. 1. Georg. Natan tr. de pact. num. 57. Gars. tr. de expens. cap. 4. num. 56. Cald. l. si curatorem, V. sine curatore, num. 22. C. de rest. in int. Capis. tr. de num. test. p. 3. cap. 3. num. 162. Bardul. tr. de temp. ut. & cont. cap. 12. num. 9. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 5. cap. 6. num. 1. cap. 7. n. 3. ad fin. Borcholt. tr. feud. cap. 7. p. 2. num. 10. Paul. de Mont. Pic. l. in quartam, num. 172. ibi Bereng. Fernand. num. 164. ff. ad l. Falcid. Fab. de Giochis in auth. novissima, n. 18. C. de inoff. test.*

5. Et simul cum parentum communi voto, liberos ad eorundem successionem vocat. *L. scripto herede, ff. un. cogn. Aldobrand. Inst. de jur. nat. in pr. n. 19. Coras. misc. lib. 3. c. 16. n. 3. Gomez. var. resol. lib. 1.*

cap.4.n.7.versic.nec obstant. Fortun. Garc.tr. de ult. fin.jur. num.267. & num.269. Hartm. Pistor. q.42. num.42.lib.1.quæst.4.num.53.lib.2. Rimin. l.1.n.381.C. qui adm. Vacon. à Vacun. declar.15. num.5.Cald. l.si curatorem, V. cum non absimilis, num.48. C. de rest. in int. Capiferr.tr.de num.test.p.1.c.16.num.25. (licet non ignarus sim, aliud velle Anibal. l.post contractum,num.56.ff.de donat.Vacon.declarat.94.num.8. Cont lect.subjec.lib.1.c.3.n.1.Rain. Corf. indagat. lib. 1.c.28.n.3.)

Non itaque princeps talem cuipiam gratiam facere potest.

Probo secundò: Nam ut superius, effectu 5. memb. 1. vidimus, jura, seu res nostræ aliæ, nobis à principe non auferuntur, nisi aut consentiamus, aut delinquamus.

Oportet itaque, ut præter gratiam, à principe factam, liberi quoque, aut alii, de quorum præjudicio, hoc casu agitur, consentiant.

Neque verò hîc admiserim cavillum istud distinguentium inter jus quæsitum re, & jus quæsitum spe. Neutro enim casu, ab inuitis, res suas auferet princeps, ut firmissimis rationibus, in loco modo adducto demonstravimus.

6. Probo Tertiò: Nam qui Deum vult instituere, filium autem exheredem scribere: alium quærat, qui id consilii det, aut relicta accipiat, non Augustinum, *gl. Papinianus, §. si Imperator, V. sæpissimè, ff. de inoff. test. gl. l. ad declinandam, V. simili modo, C.de episc.& cleric.Georg. Natan. tr. de pact. num. 60. Tiraq. tr. de priv. piæ caus. priv. 69. ad fin. Pecc.tr.de testam.conjug.lib.3.cap.14. n. 2. lib.5. c.10. num.2.Capiferr.tr.de num. test.p.2.c.3.n. 62. text. c. fin.17. quæst. 4.*

7. Non tamen me fugit, quod Covarruvias, Tiraquellum, an hæc Augustini verba sint, dubitantem referat. *Covarr. resol.lib.1.c.19.n 5.*

Qua tamen re, nihil remoror. Cum nec in loco à Covarruvia adducto, Tiraquellum hæsitantem, sed potius ea, ceu Augustini verba referentem in L. si unquam, V. libertis, n. 89. C. de revoc. donat. offenderim: & Covarruviam expresse idipsum asserere viderim.

Sin itaque tam impium (argumentum enim absolvendum erit) est, filium sine caussa, exheredem scribere, ut nota impietatis, nec eo quidem prætextu, quod bona Deo, seu pauperibus ejus relinquuatur, obtegatur: impius mehercle erit princeps, qui talem potestatem testatori fecerit, & per consequens, justa non erit ejuscemodi concessio, nec jure tueri poterit.

8. Probo quartò & ultimò: Nam statæ, legeque diffinitæ caussæ sunt, ob quas tantum, jure Novellarum fit exheredatio. *§. caussas autem, auth. ut cum de app. cognosc.*

9. Quo jure primum certus caussarum exheredationis definitus est numerus. Etsi enim in l. cum ratio, ff. de bon. damnat. de certis caussis exheredationis mentio fiat: Cujacius tamen non certis, sed meritis caussis legendum existimavit *in Novell.18.mihi fol.368. lit. B.*

Seu quod verius est, Tribonianeam agnosco interpolationem. Qui idipsum Pandectarum libris, ab ipso collectis, ex jure constitutionum Novellarum, satis ineptè infarcivit.

Video enim idipsum, à Triboniano sæpius factitatum. Sic (ut ex multis unum adducamus) etsi L. fin. C. de novat. primum constitutum esset, ut novatio nunquam censeretur celebrata nisi id expresse partes dixissent: Tribonianus tamen idipsum, quasi Paulo Jureconsulto cognitum fuisset, in L. aliam caussam, ibi: Si specialiter actum est, ff. de novat. nec non Venuleji responso in L. si rem aliquam, §. si duo, ibi: cum id specialiter agit, ff. eod.tit.de novat. insuit. Quamobrem à Cujac. notatur. *In not.prioribus Instit.tit.quib.mod.toll.obl.in fine, & observat.22.c.6.*

Ejusdemque criminis, reum antehac fecit Tribonianum, Marianus Socinus Junior. *Ut testis est Gabr.Palæottus in tr.de noth.& spur.c.35.n.12.*

Redeamus ad rem. Sed inter illas caussas non numeratur illa, si princeps exheredem scribere filium concesserit. Paria enim sunt, eximere alicujus testamentum, à querelæ nexu, & permittere filium, exheredem scribere. Cum ex uno ad aliud perveniamus.

Ergo justa, sufficiensque caussa non erit, principis concessio, quodque consequens est, justè id concedens non agit princeps.

10. Nec obstat si exceperis: etsi quatuordecim tantum caussæ, in d. §. caussas, enumerentur, non vetari tamen, quin ob similes, aut majores expressis caussas, exheredatio jure fiat. Uti decidunt, communemque sententiam esse attestantur *Jas. in auth.licet,n.6.de lib.præter.Alc. paradox. lib.4. c.10. num.4.Gomez.var.resol.lib.1.c.11.n.12.Jul. Clarus §. testamentum,q.41.n.2.Vivius com.opin.lib.1.opin.128. Eman. Soar. com. opin.lit.E.n.205.*

11. Cum natura dictionum taxativarum (quarum una, nimirum dictio tantum, in d. §. caussas, legitur) sit, ut casus similes, vel majores expressis, non excludant, sive removeant. *gl. & text. l. ob æs, C.de præd.minor.Jas.l 1.num.81.cum seq.ff.de off.ejus cui mand. est jurisd. Alc.paradox.lib.3.c.14.n.4.& 5. Lancil. Polit.tr.vulg.subst.n.119.Pistor.q.26.n.11.lib.2. Everard.in top.in loc. à nat.diction. taxativ. num.4. Covarr.var.resolut.lib.4.c.21.n 3. Piag. tr.de tut. & cur. q. 2. num. 24.*

12. Responderim enim, si æqua lance caussas exheredationum, in d. §. caussas expressas, & concessionum principis libraveris, manifestissimè constabit, principis concessionem, cum reliquis collatam, nullum habere pondus, tantoque minus, his parem, aut majorem esse.

Non itaque hac tua exceptione quicquam adjuvabere.

13. Sic quoque bina illa, in contrarium adducta argumenta, nil facessunt negotii. Primò enim quod habet, militibus concessum esse, quod querela eorum non expugnetur testamentum, tantum abest, ut contrariæ adjuventur partes, ut potius eo ipso penitus evertantur. Cum enim tam parcè militibus hoc indulgeat privilegium, ut nec veteranos quidem eo ipso donet. *L. Papinianus, §. Papinianus, ff. de inoffic. testam. Coras. miscell. lib. 6. c.11. num.2.*

Satis

Satis superque rei indignitatem, atque duritiem ostendit. Ut igitur, hoc argumento, principis tale quid volens, indulgentia comprobetur, non video.

14. Quid? quod jure constitutionum, hæc ipsa testandi indignitas, abrogata, atque correcta est? ut enim, quæ nunc rerum potitur opinio, habet, hodie militibus, ne querela eorum testamentum contratabuletur, datum non est, *gl.d.l.Papinianus, V.contra Veterani, ff. de inoffic. test. Br. in auth. ex caussa, num.13. C. de lib. præter. & exher. Br. l. filio præterito, num.22. ff. de injust. rupt. irrit. test. Br. l. si à milite, §. final. num.2. ff. de testam. milit. Br. in Rubr. n.1. ff. si à par. quis fuer manum. Jas. l. final. num 5. C. de inoff. testam. Rubeus l. pater filium. num.10 ff. eod. tit. Vasq. de success. creat. §. 24. num. 33. Grass. recept. sentent. §. testamentum: quæst. 7. num.3. Rimin. l. precibus, num.568. C. de impub. & al. subst. per text. §. aliud quoque, & §. sancimus, auth. ut cum de appell. cogn.*

At hanc opinionem communem quidem, sed veritate haudquaquam subnixam (cui propemodum assentimur) dicit *Cald. l. si curatorem. V. læsis, n.111. vers. at verò, C. de rest. in integ.*

Neque verò hoc cum Calda asseruisse, opinioni nostræ nocumento erit. Cum privilegium immunitatis à querela, militibus lege lata, concessum sit: nobis verò ea de re, cum uni tantum hæc fiat concessio, res sit.

Quorum longa inter se est differentia. Secundum argumentum etsi Cyni sit, priori tamen pejus est. Primò enim negandum est antecedens, nimirum in L. si quando, C. de inoff. test. generalem tantum à principe testamenti factionem impetratam fuisse. Cum libera testamenti factio, ibidem concessa fuerit. Si libera: Ergo specialis. Quemadmodum in simili decisum est: procuratorem cum libera, non generale, sed speciale mandatum habere. *L. procurator, cui generaliter, ff. de procurat. l. nam & nocere, jun. gl. V. procurator, ff de pact. Tiraq. tr. de ut. retr. p.1. §.1. gl.13. num.32. Tiraq. tr. de jur. const. limit. 13. num. 12. Mozz. tr. de contr. Rubr. de pers. quæ pignor. poss. num.15. Cald l. si curatorem, V. implorandum, n.7. C. de rest. in int.*

At potestatem faciamus, verum esse antecedens, consequentia tamen nihilominus falsa erit. Quî enim ulla concludendi ratio esse potest ejus quo argumentamur: In generali principis concessione, hæc vel illa non insunt: inerunt itaque si specifica eorum fiat concessio? Nonne hoc argumentandi genere, omnia legum, quibus soluta principum potestas circumscripta est, vincula disrumpentur? nonne vanissima, & falsissima quæque, ceu oracula accipientur? Non itaque affirmanda, assumendaque erunt tanta absurda, æquitati naturali, & legitimæ repugnantia.

EFFECTUS V.

MEMBRI III.

An princeps cuiquam, ut insuper habito, legitimo testium numero testetur, gratiam facere possit.

SUMMARIUM.

1. Princeps potest concedere alicui, ut testamentum, solenni numero testium spreto, conscribat.
Contrarium n. 12.
Reditus ad jus antiquum facilis, ibid.
2. Testamenta origine jurisgentium sunt.
3. Testamenta ab initio fuisse juris civilis, deinde jurisgentium esse cepisse, deniq; civilis rursus juris fieri posse, sensit Vasquius, at perperam.
4. Testes in testamentis duo tantum jure gentium requiruntur.
5. Milites rectè coram duobus testibus testantur.
6. Parentes inter liberos, coram duobus testibus rectè testantur.
7. Princeps juris civilis solennitates, nullo præpediente abrogat.
8. Numerus septem testium in testamentis ex jure civili prodit.
9. Sancimus verbum, novæ, novi juris, constitutionis nota est.
10. Jus quod habeo, alii rectè do.
11. Municipio princeps largitur, ut immune in testamentis conscribendis, à solennitatum observantia sit.
13. Testamento minus rectè condito, res ad intestati caussam redit, statimq; ab intestato succedentibus jus quæritur.
14. Intellectus L. si non speciali C. de testam.

1. Libuit & hoc, licet neminem, qui de eo scripserit, invenerim, reliquis adjungere theorema: Quod equidem affirmandum esse, complura suadent. Utpote Primò id, quod facilè ad jus antiquum, seu pristinum, res redeat. *L. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. c. ab exordio, 35. dist. Anib. in Rubr. num.181. ff. sol. matr. Anib. in Rubr. n.33. ff. de usucap. Cagn. l. si emancipati, n. 85. C. de collat. Guil. à Pern. notab. 4. n.55. & consil. 7. n.26.*

Unde Poëta:

Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.
Guilb. à Pern. d. cons. 7. n.26.

2. Sed si princeps alicui, cum duobus testibus testandi potestatem facit, ad naturam pristinam testamentorum res redit. Cum nimirum gentium jus, unde originem trahunt testamenta. *gl. 1. l. quoties, ff. de her. inst. Jas. l. ex hoc jure, num. 46. ff. de just. & jur. Turz. com. opin. 100. Garc. tr. de ult. fin. jur. num.323. Rimin. l. unic. num.23. C. quand. non petent. part. Cujac. ad l. 1. col. 2. ff. de testam. Seraph. tr. de juram. privil. 75. num.30. Covar. var. resolut. lib.3. cap.6. num.7. Jul. Clar. recept. sent. §. testamentum, q.2. Natta l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n.1. & seqq. C. de testam. Simon. de Pratis tr. de interpret. ult. volunt. lib.1. interpr. 1. dubit. 3. solut. 13. num.5. Capis. tr. de num. test. p.1. c.2. num.7. Vacon. scitissimè declarat. 16. n.1. & seqq. Connan. comment. jur. lib.9. num.5.*

3. Quod enim Vasquius habet: Testamenta ab initio juris civilis fuisse, utputa, cum ab una tantum gente usurparentur, postea verò, quam ad reliquas oras, & in iisdem degentes populos

pertransiissent, & ab his tanquam publicè, & privatim utile, recepta fuissent, demum jurisgentium effecta fuisse. *Vasq. ill. contr. c. 54. n. 5.*

Apud me fidem non habet. Quod tamen per transennam quasi, attingere tantum, quàm examinare malui.

4. Gentium: jus inquam, duobus testibus contentum fuerit. *Paul. de Castr. l. 3. nu. 11. ff. de testam. Jas. l. cunctos populos, n. 39. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 2. n. 5. Alc. cons. 33. n. 5. lib. 6. arg. c. in omni, & c. licet universis, ext. de testib.*

Ergò talis testamenti factio, non solum valida: Verùm etiam facilè concedenda erit.

5. Secundò suadet idipsum, quod talem testamenti factionem, militibus concessam videamus. *gl. l. Lucius, V. probationib. per ill. text. ff. de milit. test. Br. l. 1. num. 1. in fin. ff. eod. tit. Br. l. 1. num. 9. ff. de cond. indeb. Br. l. cum quis, num. 9. C. de jur. & fact. ignor. Br. l. milites, n. 1. ibi Jas. n. 1. Dec. num. 1. C. de test. milit. Gail. obs. 118. n. 17. lib. 2. Boer. decis. 228. num. 2.*

6. Nec non parentibus inter liberos testantibus. *gl. §. & quod sæpè, V. subscribere, auth. de trient. & semiss. gl. auth. de test. imperfect. in pr. V. derelinquant, gl. l. fin. ad fin. V. excepto, C. de codic. gl. auth. quod sine, ibi Bl. n. 1. C. de test Br. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n. 3. ibi Castr. n. 2. Alex. n. 5. Jas. n. 6. C. de testam. Jas. in auth. novissimæ. n. 17. C. de inoff. testam. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 2. n. 9. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 3. c. 13. num. 1. Hartm. Pist. q. 1. n. 1. lib. 1. Guido Papæ decis. 538. n. 1. Dilect. tr. de art. test. tit. 2. caut. 2. n. 8. Gail. obs. 112. n. 1. lib. 2.*

Poterit itaque & alii cuipiam eadem testandi facultas concedi.

7. Jubet tertiò idipsum dicere sequens ratio: quod nimirum juris solennitates, in testamento requisitas, principem abrogare posse, extra controversiam positum sit. *§. sed naturalia, Inst. de jur. natur. gent. & civ. Jas. in l. lect. 1. n. 38. lect. 2. n. 81. C. de sum. trinit. & fid. cat. Marc. Ant. Natta d. §. ex imperfecto, n. 21. & 23. Ign. l. necessarios, §. non aliàs. p. 1. n. 195. ff. de S. C. Syllan. Amb. l. nemo potest, n. 75. ff. de leg. 1.*

8. Sed numerus septem testium, juris civilis solennitas est. *L. hac consultissima, in pr. C. de testam. §. sed cum paulatim. Inst. de testam. Capif. tr. de num. test. p. 1. c. 2. n. 1. & c. 22. n. 1.*

9. Ponderando nimirum in d. l. hac consultissima, verbum: Sancimus: quod est novi juris nota. *gl. c. unic. V. receperit, de cleric. non resid. lib. 6. gl. Clement. unic. V. censemus, de concess. præb. Crott. l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 35 ff. de lib. & posthum. Crott. l. fil. us fam. §. Divi, n. 52. ff. de leg. 1. Bereng. Paulhac. l. unic. n. 195. C. de sent. quæ pro eo quod int.*

Ergo per principem is numerus minui, tollique poterit, quodque consequens est, valebit gratia, alicui, ut cum duobus testibus testetur, facta.

10. Juvat quartò hasce partes. Jus enim, quod quisque habet, aliis rectè dat. *arg. c. nemo plus juris, & c. is qui in jus, de reg jur. lib. 6. l. heredem, & l. nemo plus, ff. eod. tit.*

Sed principi testandi sine solennitatibus potestas est. Ergo hanc alii quoque dari poterit. Et per consequens, jure subsistet hæc, de qua nobis res est, concessio.

11. Confirmatur quintò & ultimò textu L. si non speciali, C. de testam. qui habet: Speciali privilegio, municipio alicui concesso, juris ordinem in testamentis condendis relaxari posse. Si municipio: nil quoque vetat, quin privato hanc princeps facere gratiam possit.

12. At in id procliviores erimus, ut dicamus: Principem id non posse. Idque ex bino fundamento: Primò quod talis concessio sit dispensatio, adversus civilia jura, adversus quæ sine caussa legitima, quam solam necessitatem agnoscimus, nulla principis gratia valet. *Ut superius in 1. memb. 1. effectu didicimus.*

Sed hîc nulla tale quid suadens adest caussa. Ergo non valebit principis gratia: nec dispensatio, sed dissipatio dicenda est.

13. Secundò: Cum testator informe condit testamentum, legitimis heredibus jus quæsitum resque ad caussam intestati recidit. *Inst. de hered. quæ ab int. defer. in pr. jun. gl. V. non jure fecit. l. 1. in pr. ff. de suis & legit. hered.*

Jus quæsitum igitur legitimis heredibus, concessione sua princeps eripere non poterit. Cum jura & res nostræ, sive eæ re, sive spe ad nos pertineant, discriminandum non est, à nobis, nisi ob consensum, aut delictum nostrum, jure non auferantur.

Huic autem in contrarium allegata non nocent. Primum enim quod habet: Facilè rem ad primævam naturam suam redire: ita demum verum est, si ad jus, seu naturam pristinam, sine tertii detrimento regredi, redireque possumus.

Quod secus in præsenti negotio sese habet, ob jus legitimis heredibus quæsitum. Quare locus adductæ maximæ esse non poterit.

Non obstat item secundum: Quod enim militibus talis, cum duobus nimirum testibus testamenti factio data est, eam habet rationem, quod militibus jamjam in aciem progressuris, tantum non supersit temporis, quo septem testes interpellant.

Hanc in paganis cessare rationem vides. Non erit itaque dispositioni, de militibus verba facienti, in paganis locus.

Sed & lege lata (ut prius dicta repetamus) idipsum militibus tribuitur, cum nos interim de dispositione adversus legem, agamus.

Quæ responsio ei quoque, quod de parentibus, inter liberos, ultima sua arbitria conscribentibus adductum est, applicanda erit. Non enim dispensatione, sed declaratione scriptæ legis, parentibus id permissum est.

Tertia objectio ostendebat, tolli posse juris civilis solennitates per principem: sed id iterum tantisper verum erit, quantisper de nullius præjudicio agitur. Quamprimum autem, tertio hinc damnum conflatur, integrum, permissumque principi non erit, quicquam solennitatum etiam civilium ratione immutare.

Jam verò, ut idem sæpius inculcemus, ut sese res

res habet, in præsenti articulo de heredum ab intestato luditur corio.

Non itaque jure quicquam immutabit princeps.

Quæ resolutio communis quoque erit quartæ objectioni. Quod enim ea, de juris nostri in alium translatione habet, iterum dummodò inter alios acta, nulli præjudicio sint, intelligendum.

14. Superest quintum argumentum ex L. si non speciali, C. de testam. depromtum. Quod ipsum equidem acrius, nos non reddit infestos. Primum enim non exprimit, an ratione numeri testium, novi quid ferat. Quapropter huc trahendum non est.

Deinde alia longe ratio municipii, atque privati est. Municipio enim non sunt cognati atque propinqui, quibus ex testamento non jure facto jus quæratur, & quibus lege obveniat, municipii hereditas. Sed nec municipium ipsum, ultimum conscribit arbitrium.

Quæ omnia diversimodè sese, in privatorum testamentis habent. Quapropter ullam ab uno, ad alium casum, illationem non patiuntur.

Ut taceam, tale municipio concessum privilegium, confirmationem potius fuisse consvetudinis. Quæ in juregentium innixa, facilius longè, quàm dispensatio principis, certæ personæ impertita, tolerari potest.

EFFECTUS VI. MEMBRI III.

An Princeps, antequam rerum hereditariarum apprehendatur ab herede scripto, vel legitimo possessio, aliquo modo heredem, ne hereditatem delatam adeat, impedire possit.

SUMMARIUM.

1. *Princeps potest prohibere heredem, antequam bona hereditaria, reipsa apprehendat, ne adeat hereditatem.*
   Contrarium n. 7.
2. *Filius, cujus pater alterum filium, in longè majori hereditatis parte, heredem instituerat, potest adire principem, & impetrare, quo is frater hereditatem adire probibeatur, & princeps ad æqualitatem fratres reducat.*
   Contrarium n. 30.
3. *Princeps legitimat naturales liberos, in præjudicium legitimorum, qui delatam hereditatem, nondum patrimonio suo commiscuerant.*
   Contrarium n. 25.
4. *Aditio animo facta, non impedit principem, quo minus possit, in legitimorum præjudicium, naturales natalibus restituere.*
5. *Restitutus recuperat hereditates omnes, quæ aliis, postquam penè servus effectus fuerat, delatæ quidem, at nondum apprehensæ erant.*
6. *Jus adeundi hereditatem, antequam adeamus, in bonis nostris non est.*
8. *Testamentum jure factum, si is, cum quo testamenti factio est, heres institutus fuerat, principis rescripto non rescinditur.*
9. *Rescriptum principis, contra testamentum jure factum, non valet.*
10. *Successio ab intestato juris naturalis est.*
11. *Intellectus L. lege obvenire, ff. de verb. signif.*
12. *Propriè, non impropriè & impropriè quid dici, diversa sunt.*
13. *Juris civilis non est, quod lege duodecim tabularum confirmatur.*
14. *Pacta dicuntur legitima, quia lege confirmantur.*
15. *Contractus sunt jurisgentium.*
16. *Contractus dicuntur legitimi, quia lege civili approbantur.*
17. *Moderamen, inculpatæ tutelæ, juris civilis adinventio.*
18. *Defensio jurisgentium est.*
19. *Quando jurigentium, vel naturali aliquid additur, vel detrahitur, jus proprium, seu civile efficitur.*
   Et quomodo id verum sit, n. 20.
21. *Jus civile cur approbarit ex testamento successionem.*
   Testator dispositionem suam in id confert tempus, quo res, de quibus disponit, ejus amplius non sunt, ibid.
22. *Hereditas jacens repræsentat personam defuncti, non gentium, sed civili jure.*
23. *Jus civile cur confirmarit, ab intestato successionem.*
24. *Successio ab intestato, cur justa dicatur.*
   Justa omnia dicuntur, quæ à lege suam determinationem recipiunt.
25. *Intellectus L. 1. §. filio, ff. ad S. C. Tertyll.*
26. *Intellectus L. pretia rerum, ff. ad L. Falcid.*
27. *Emanuel Soarez vir summus, jurisque antiqui, & ejus quod in foro etiamnum teritur, scientissimus.*
28. *Fungi pretium an rectè dicatur.*
29. *Quidque sit pretium fungi.*

1. Ridiculè, ineptè, atque insulsè, contra jus, fasque omne, Simon de Prætis censuit: fas esse principi, heredem prohibere, ne hereditatem delatam, quam tamen adhuc nondum apprehenderat, adeat. *Simon de Prætis tr. de ultim. volunt. interpret. lib. 1. interpr. 1. dubit. 3. solut. 13. n. 12.*

2. Quapropter ceu nobile stratagema notandum censet, ut princeps adeatur, ab eoque impetretur, quo heredem scriptum, ne corpora hereditaria apprehendat, interdicat, si parens notanda inæqualitate, liberos, aut novercalibus delinimentis, instigationibusque corruptus, aut aliam ob caussam, uni filiorum, ultra, quam par est, indulgens, alterum verò aversatus, heredes instituerit. *Simon de Prat. d. dubit. 13. n. 17. per L. ille à quo. §. penult. ff. ad S. C. Trebell.*

3. Confirmari credit Prætus, hanc suam opinionem eo, quod alibi etiam in jure discrimen inter res apprehensas, & eas, quarum nondum realem possessionem adepti sumus, constitui videamus. Sic principem naturales tantum, post mortem patris eorum, legitimare posse in præjudicium

ab inteftato venientium, DD. noftri tradidêre, dummodò hereditas ab inteftato obveniens, adita non fit. *Paul. pe Caftr. l. Gallus, §. & quid fi tantum, num. 19. Alex. num. 26. Jaf. lect. 1. num. 122. Lancil Galiaul. num. 92. Crott. num. 136. Ruinus num. 194. ff. de lib. & poftum. Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 19. n. 3. Paul. de Caftr. conf. 34. n. 5. vol. 2.*

4. Cui obftaculum non præbebit, etiam animo facta aditio, nifi aditioni animo factæ, realis quoque apprehenfio conjuncta fuerit. *Caftr. l. 3. num. 3. & 4. ff. de teftam. Caftr. l. cum heredes, ad fin. ff. de acquir. poff. Jaf. l. Gallus, §. & quid fi tantum, lect. 1. n. 24. verf. imò, ff. de lib.* & *poft.*

5. Confirmat fecundò: quod idem difcrimen obfervandum effe, conftituti juris fit, in eo, qui fervus penè effectus, poftea reftituitur. Recuperat enim bona hereditaria omnia fimul, quæ quidem delata, nondum tamen apprehenfa funt, exclufis iis, quibus ipfo non reftituto, obveniffent. *Br. l. 1. §. filio, ad fin. per ill. text. ff. ad S. C. Tert. Jaf. d. l. Gallus, §. & quid fi tantum, lect. 1. num. 124. ff. de lib. & poftum.*

6. Tertiò confirmat: Nam jus adeundi hereditates delatas, antequam realis corporum hereditatis jacentis fiat apprehenfio, in bonis noftris effe non cenfetur, nec judicamur locupletiores, fi id habeamus, nec pauperiores, fi eo privemur. *L. pretia rerum, in pr. ibi Br. ff. ad l Falcid. Jaf. d. §. & quid fi tantum, lect. 1. num. 123. ff. de lib. & poftum. Bl. l. DEO nobis, §. hoc etiam, num 9. C. de Epifc. & cleric. Bl. l. 2. num. 4. C. de jur. & facti ignor. Br. l. poft emancipationem, §. 1. num. 1. ff. de liber. leg. Gomez. var. refol. lib. 1. cap. 9. num. 1. Rimin. l. 1. num. 358. C. qui adim. Gail. obf. 128. num. 7. & obf. 142. num. 14. lib. 2. & lib. 2. de pac. pub. cap. 19. num. 14. Toming. decif. 31. n. 17. decif. 40. num. 10. cum feqq. Capif tr. de num. teft. p. 1. cap. 19. num. 67. Maranta l. is poteft. num. 271. ff. de acquir. hered.*

Ceffant itaque rationes omnes, quas antea in id, quod princeps jure non poteft ab aliquo res ejus auferre, adduximus, quodque confequens eft, neceffario juftam hanc principis prohibitionem, heredi factam, effe, evincitur.

7. At contra Prætum audacter concludendum eft, principem nimirum, nullo jure comite fed de facto tantum, ejufcemodi juris adeundi prohibitionem attentaturum. Idque fequentibus rationibus & fundamentis.

8. Primò: Nam fi teftamentum jure factum, heresque inftitutus capax eft, auctoritate refcripti principis, refcindi non oportet. *L. fi teftamentum, C. de teftam. & paulò poft de eo agemus.*

9. Quod eatenus quidem verum eft, ut etiamfi refcriptum, quod à principe impetratum, atque conceffum fit, nihilo magis everti poffit, teftatoris voluntas: fed potius irritum fit, atque inane, quod princeps dederat mandatum. *gl. d. l. fi teftamentum, C. de teftam. per l. refcripta, C. de prec. Imp. offer.*

Non poterit itaque fubfiftere talis heredi facta prohibitio, ne hereditatem delatam adeat. Cum ea evertatur teftatoris ultimum arbitrium.

10. Secundò, quod agnatorum, cognatorumque fucceffio, non minus quam filiorum, juris naturalis fit. *L. hac parte, ponderando verba: naturali æquitate motus. ff. un. cogn. §. fed nos, ponderando verba: refpicientes ad naturam. Inft. de S. C. Tert. & in lib. Ruth. c. 3. & 4.*

Et in fpecie decidit *Fortun. Garc. l. Gallus, §. & quid fi tantum. n. 287. ff. de lib. & poftum.*

Non valebit itaque principis interdictum, heredum etiam ab inteftato fuccedentium ratione.

In iis namque, quæ juris naturalis funt, nullam agnofcimus principis prohibitionem, aut difpenfationem.

11. Nec audiam te, etiamfi L. lege obvenire, ff. de verb. fignif. attuleris, ex eaque argumentatus fueris: Lege obvenire, non improprie hereditatem etiam eam dici, quæ teftamentô defertur, cum lege duodecim tabularum, teftamentariæ hereditates confirmentur.

Quapropter dicendum effe, utramque fucceffionem, eam nimirum, quæ teftamento: nec non eam quoque, quæ ab inteftato defertur, juris civilis effe. Et per confequens, à principe, prout libuerit, modificari poffe.

12. Refponderim enim, verborum: non improprie in d. L. lege obvenire: non eum effe fenfum; quafi propriè teftamento delatæ hereditates, lege obvenire, aut legitimæ effe, dici poffent. Aliud enim eft, quid propriè, aliud quid non impropriè, aliud denique quid impropriè dici, ut ad literam indicat *text. l. 1. in pr ff. de fuis & legit. her.*

Quem ob id, ad aliud propofitum expendit *Bocer. l. contractus, c. 1. n. 2 ff. de reg. jur.*

13. Non impropriè itaque teftamento delata hereditas, legitima, feu civilis erit, non autem propriè. Quod fatis ultima ejus legis verba indicant, dum habent: Lege duodecim tabularum, teftamento delatas hereditates confirmari. Erant itaq; priores, lege duodecim tabularum, ex teftamento fucceffiones, & quod confequens eft, civiles, nifi ratione confirmationis non funt.

Quod enim à lege duodecim tabularum confirmatur, civile effe non poteft, nifi confirmationis ratione, *arg. l. legitima, ff. de pact.*

Sed nec credulus effem tibi, fi ex eadem L. lege obvenire, ponderando verbo: etiam: concludere velles, etiam ab inteftato fucceffiones legitimas, & per confequens juris civilis effe: Negarim enim rurfus, aliter id fieri poffe, quàm ratione confirmationis, quæ illis jure gentium per fe confiftentibus fucceffionibus, ex aliqua juris civilis parte accedit.

14. Exemplo ejus, quod de pactis cautum, traditumque fcimus. Ecce pacta gentium jure pacifci, negare nemo poteft: legitima tamen, quia lege civili confirmantur, dicuntur. *L. juris gentium, in pr. jun. l. præced. ff. de pact.*

15. Sic contractum emtionis, locationis, & alios plerofq; juris gentiū effe, nemo nefcit. *d. l. juris gentiū, in pr. ff. de pact. l. ex hoc jure, ff. de juft. & jur.*

16. Legitimi tamen, quia lege approbantur, rectè dicuntur, etfi interim ad jus gentium nihilò minus fpectent. *Fortun. Garc. d. l. legitima, n. 6. & 7. ff. de pact.*

17. Sic etsi lex civilis, moderamen inculpatæ tutelæ, defensioni addiderit, *L.1. C. Un.vi.*

18. Defensionem tamen jurisgentium nihilò minus esse, remanereque, ambigi non oportet. *L. ut vim, ff. de just. & jur.*

19. Quòd si hîc rursus exceperis: Hæ successiones lege civili, aut Senatus consulto, non tantum confirmantur, sed & pleraque iis adduntur, aut detrahuntur. Multis enim testatoribus, multis item heredibus, jure Quiritum, testamenti denegatur factio, quibus testamenti factio, jure gentium, (ut alia juris civilis peculiaria taceamus) competebat.

Jam verò, quando aliquid alicui rei additur, vel detrahitur, nova exoritur species: & quando juri communi (quod naturale, seu gentium est) aliquid vel addimus, vel detrahimus, jus proprium seu civile efficimus. *L. jus autem civile, ibi Br. n. 1. Jas. numer. 1. ff. de just. & jur. Menoch. tract. de remed. poss. recup. rem. 6. num. 4. & seqq. Medic. tr. de LL. p. 4. q. 28. num. 5. Blanc. tr. de comprom. quæst. 7. p. 1. num. 12. Vacon. declar. 68. num. 2. Seraph. tr. de juram. priv. 130. n. 6.*

20. Successiones itaque, tam ex testamento, quam ab intestato, juri civili imputandæ erunt. Quod enim respondeam ad minorem, in promtu mihi est: nimirum quando aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, sive naturali, novam effici juris civilis formam, verum esse secundum quid, nempe respectus ejus, quod vel additum, vel derogatum est, illud verò, quod præter additum vel detractum remanserat, in pristino suo genere persistit, residet, atque perdurat, *ut scitè interpretatur Vasq. ill. contr. c. 51. n. 54. post Curt. & Benincas. quos allegat.*

Erunt itaque successiones juris civilis, quatenus quibusdam testamenti factio jure civili denegatur, aut alia extat, peculiare quid volens juris civilis constitutio: extra hasce autem constitutiones, jurisgentium, uti ab initio fuêre, remanebunt.

21. Sed si nos pressius adhuc urseris, quæsierisque, quorsum opus fuerit, eas, quæ juregentium firmæ erant successiones confirmati jure civili? Iterum quod respondeamus præstò est: Eo nimirum pertinere juris civilis confirmationes, quod testator dispositionem de bonis, rebusque suis, in id conferebat tempus, quo ejus amplius non erant, nempe quo jam diem clausisset suum. Hæc igitur irrita videri poterat dispositio, si civilis juris apices, & subtilitates considerari debuissent, meritò itaque civilis juris approbatio, & confirmatio expressa, ut retunderentur subtilitates istæ, jurisque rigor, jurisgentium placitis per se firmis resistentes, adhibebatur. *Jas. in Rubr. num. 1. & 2. ibi Dec. num. 1. & seqq. C. qui test. fac. poss. Tiraq. tr. de jur. const limit. 2. num. 5. Rimin. l. 4. num. 44. C. qui adm. Pinel. l. 2. num. 7. vers. possetq; C. de bon. mat. Christoph. Porc. Inst. de testam. in pr. n. 11.*

22. Quod enim alii de hereditate jacente afferunt, quæ defuncti personam repræsentat, huc non pertinet. Cum illa per hereditatem jacentem facta repræsentatio, non minus juris civilis adinventum sit, ac ipsa testamentorum approbatio. *Ut rectè animadvertit Natta l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n. 18. C. de testam.*

23. Sic etsi juregentium ab intestato decedentium hereditas, sangvine proximis deferretur: tam accurata tamen graduum, linearum, stirpium, capitumque distinctiones, ordinationesque non erant. Opus itaque legitimis sanctionibus fuisse, quibus hæc omnia competenti ordine donarentur, conspicare.

24. Atque hæc ipsa ratio est, cur ab intestato successio, justa seu legitima hereditas dicatur, quod nimirum cujus sit successio ab intestato, lex civilis determinarit. Omnia namque, quæ lege suam determinationem recipiunt, justa dicuntur: *L. 3. §. penult. ff. pro soc. Vacon. decl. 10. num. 4. declarat. 30. n. 15.*

Hæc altius paulò repetivimus. Non tamen in eum finem, ut si juris civilis successio testamentaria, aut ab intestato esset, principem sine caussa necessitatis, quicquam in iis statuere posse, opinaremur. Non enim ab opinione illa, quam superius, cum de dispensatione principum ageremus, tenuimus, latum discedere ungvem, stat sententia.

25. Huic verò opinioni nostræ, non nocent in contrarium adducta argumenta. Primum enim quod habet, principem in præjudicium justorum heredum, naturales tantum, prius legitimare posse, quam hi corpora hereditaria apprehenderint, longe est falsissimum, contraque jus, & fas omne assertum, ut in specie decidit *Fortum. Garc. d. l. Gallus §. & quid si tantum, num. 286. ff. de lib. & postum.*

Quod in præsentia, quoniam infra in §. legitimatio, magis commodus huic indagationi DEO volente locus erit, ad amussim non redigo.

Non obstat secundum: servum nempe pœnæ restitutum, restitui simul ad adipiscenda corpora hereditaria, nondum ab aliquo apprehensa. Responderim enim, textum L. 1. §. filio, ff. ad S.C. Tertyll. qui illius traditionis fundamentum est, loqui primò tantum de hereditate matris defunctæ. Quæ magis debebatur filio, post delictum restituto, ob commune parentum votum, quam alterius hereditas. Non itaque in consequentiam trahendus erit.

Secundò loquitur eo casu, quo is, qui jam restituitur, primus, proximusque heres defuncto, tempore mortis ejusdem erat. At ob delictum medio tempore, id est, post mortem autoris & ante aditam hereditatem perpetratum, commodo hereditatis privatur, servusque pœnæ efficitur. Prætiverò assertio illum etiam complectitur casum, quo is, quem princeps hereditatem capere vult, nullo tempore, nec ob jura consangvinitatis, aut proximitatis, nec ob testamenti tabulas, defuncti bona sibi asserere potuit.

Tertiò is textus, ne vocula quidem ulla discriminis alicujus, inter bona interim, quo is, cui alias hereditas obvenisset, servus pœnæ fuit, apprehensa, aut non apprehensa, seu occupata ab alio, mentionem facit. Quare magis est ut dicamus, toto tempore, quo proximior servus pœnæ

pœnæ erat, hereditatem jacuisse, nec alium quempiam eandem agnovisse, aut adiisse. Alioqui enim si adita tantum fuisset, etiamsi corpora hereditaria nemo adhuc contrectasset, juris principiis magis conforme est, ob principis restitutionem, hereditatem animo saltem agnitam, nemini eripiendam esse. *arg. l. nec avus, C, de emancipat.*

26. Postremò, quod ad L. pretia rerum, ff. ad L. Falcid. attinet, habentem jus adeundi in bonis nostris non esse: huic multiplex dari potest responsio: Primò enim tantummodo verum est, ratione legatariorum de lucro certantium, non autem ratione eorum, qui de damno vitando agunt. *Quæ est Alciati resolutio in tr. de eo, quod interest. c. 9. n. 10.*

Secundò, alii sunt, qui existimant, jus adeundi hereditatem delatam, verè esse in bonis, præsertim cum sit transmissibile. Unde verè quem dici, quo ad se, inde locupletiorem, quam esset, priusquam id jus nancisceretur: & si facto alterius injusto illud amittat, verum & considerabile damnum pati. Tamen quia istud jus mera facultas adeundi, vel non sit, non deberi cuiquam hanc facultatem auferri. Dicendum enim esse, alicui fieri injuriam, si adire cogeretur, eique facultas ista adeundi, vel non, auferretur. *Ita resolvunt Caballin. tr. de eo quod interest. num. 141. Gomez. variar. resolut. lib. 1. c. 9. num. 1. per l. inde Neratius, ff. ad l. Aquil. l. 3 ff. de condict. furt.*

Tertiò, alii rursus aliter, d. L. pretia rerum, interpretantur: Ut nimirum tum demum locum habeat, quando spes acquisitionis hereditatis ex alterius voluntate dependet: puta si servus heres scriptus sit. Nec enim herus, hac servi institutione, locupletior factus dicitur. Cum servus, etsi dominus jussisset, recusare nihilo minus aditionem possit. Quod si in nostra sola voluntate hereditatis acquisitio posita est, tunc antea etiam, quam reipsa apprehendamus, adeundi facultas non aliter consideratur, quàm si etiamnum re frueremur. Cum si velle nostrum accesserit, res exitum planè habitura sit. *Ita resolvit Alc. paradoxor. lib. 4. cap. 5. num. 2. quem sequitur Riminald. l. emancipata, num. 37. & seq. C. qui adm.*

Quæ tamèn interpretatio reliquis pejor, ideoque explodenda omnino est. Non enim textus istam inter servum & liberum hominem, quique sui juris est, fert discriminationem. Ut ex verbis: Heredem institutum, non esse locupletiorem antequam adeat: item ex illis: Est autem præposterum, ante nos locupletes dici, quam acquisierimus: quæ utrique casui communia sunt, videre est.

27. Quartam itaque, quæ & verior est, suggerit resolutionem, vir summus, jurisque antiqui, & ejus quod nunc in foro teritur, scientissimus, Emanuel Soarez. Is textum d. L. pretia, ff. ad L. Falcid. obtinere tantum in computatione quartæ Falcidiæ putat. Eo quod lex Falcidia non jus quærendum, seu spem rationabilem, sed jus perfectè, & revera quæsitum, tantummodo intueatur. In aliis verò juris partibus, jus adeundi tam probabilis omninò spes est, ut meritò in bonis nostris esse, nosque beare seu locupletiores efficere censeatur. *Eman. Soar. in addit. ad Gomez. d. lib. 1. cap. 9. num. 1. per l. si postumus, ponderando verbum pertineat. ff. de lib. & postum. jun. l. verbum illud pertinere, ff. de verb. signif.*

Non itaque is textus, ad adjuvandas Præti partes citari meruerat.

28. Ultimò, dum semel explicationem L. pretia rerum, aggressi sumus, illud quoque attingere, per transennam quasi libuit, dum is textus in principio habet: Pretia rerum, non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur: loco verbi funguntur, non verbum finguntur reponendum, uti facit *Polit. l. filium quem habentem, n. 86. C. famil. herc.*

Sed verbum funguntur omninò retinendum esse, præsertim cum videamus, simili loquendi genere, eundem Paulum Jurisconsultum alibi usum esse, nimirum in *L. si servum, la. 2. ff. ad l. Aquil.*

29. Est enim pretia rerum fungi, functionem, hoc est, æstimationem, quæ vice rei fungitur, recipere. *Alc. tr. de eo quod int. c. 9. n. 4.*

Seu quod verius est, fungi pretia rerum communiter idem est, ac si dicamus, pretia rerum, in locum ipsarum rerum, quarum vel universalis, vel particularis restitutio facienda erat, si fortè restitutionem fieri, quicquam impediat, succedere, & rerum vicem subire: at ita subire, si commune hominum, in pretio constituendo judicium, non autem affectio, aut utilitas cujusquam peculiarem rationem habens, in obtutu habeatur, ut censuit *Robertus Aurelian. Sentent. jur. lib. 3. c. 14.*

Secundum quam interpretationem, verbum funguntur, uti Alcyato d. loco placuit, non passivè usurpatur, sed significationem deponentalem retinet. Cum idem, quod subeunt, significet.

Denique Præti cautela, longè est falsissima. Non enim habet, cui innitatur juri. Cum L. ille à quo, §. penult. ff. ad S. C. Trebell. tali casu, principem adeundum esse, minimè doceat.

EFFECTUS VII.

MEMBRI III.

An princeps testamentum, quod ob defectum numeri testium, aut aliarum solennitatum irritum erat, vi solutæ potestatis confirmare possit.

SUMMARIUM.

1. *Princeps potest testamentum inutile confirmare, heredi scripto opitulari, legitimisq; heredibus præjudicare, dummodo hi hereditatem adhuc non adierint.*
Contrarium n. 8.
2. *Minor restituitur adversus hereditatem semel repudiatam, si adhuc integra omnia sint, nec distracta per substitutum fuerint.*
3. *Suus heres, quomodo restituatur adversus repudiationem paternæ hereditatis.*

4. Man-

4. *Mandatum re integra revocari potest.*
Etiamsi juratum fuerit, ibid.
5. *Electores à capitulo constituti, non possunt revocari, postquam res integra esse desierat.*
6. *Opinio, quæ testamentis favet, amplectenda.*
7. *Lucas de Penna errorum & ineptiarum amaxarius ingens dicitur à Cujacio: & non omninò summus autor à Pyrrho Englebertm.*
9. *Hereditas inutiliter testantis ab eo ipso, quo animam efflat, momento, ad ab intestato succedentes pertinet.*
10. *Successio ab intestato subit, quamprimum ex testamento hereditatem adiri non posse, certum est.*
11. *Intellectus L. quod si minor §. Scævola ff. de minor.*
12. *Intellectus L. final. C. de repud. hered. & ejus, cum L. quod si minor, §. Scævola, ff. de minor. & L. si quis suus, ff. de jur. delib. conciliatio.*
13. *Læsio ubi non est, ibi cessat restitutio.*
14. *Hereditatem omittere, & amittere quid differant.*
15. *Omittere hereditatem is dicitur, qui temporis lapsu, absque repudiatione expressa, excluditur.*
16. *Correctio jurium evitanda.*
Et quando id locum non habeat, ibid.
17. *Mandatum re integra non revocatur, si non solum mandantis: verum etiam mandatum suscipientis non revocari mandatum, interfuerit.*
18. *Opinio favens testamento, quando amplectenda, & n. 20.*
Statutum prohibens, quicquam contra publicum instrumentum excipi, intelligitur, si prius constiterit instrumentum esse, adversus quod excipitur.
19. *Sententia nulla, non est sententia.*
Testamentum nullum non est testamentum.
21. *Intellectus L. si pars, ff. de inoffic. test. & n. 32.*
22. *Centumuiri qui, & unde dicti.*
23. *Centumuiri non fuere Senatores, ut Accursius censuit.*
Accursii lapsus, facilius tolerandi, ob plus, quam Cimmerias ejus temporis tenebras.
24. *Centumuiri quibus de rebus judicarint.*
25. *Centumuiri ubi jus dixerint.*
26. *Centumuiri cum judicabant, hastam præfigiebant. Et quare.*
27. *Hastæ judicium quod.*
28. *Mos judicum nostratium, quod scipionem album manu tenent, dum pro tribunali sedent, unde.*
29. *Prætor, in centumuirali judicio præsidebat.*
30. *Septemuirale judicium quod.*
31. *Judicium quadruplex & duplex quod.*
32. *Marcellus Jureconsultus quo tempore vixerit.*

1. POsse principem ex caussa, & re integra, id est, antequam is, ad quem alias hereditas ab intestato devolvebatur, eam admiserit, & se pro herede gesserit, testium, aut alium testamenti defectum resarcire, heredique scripto opitulari, traditit *Lucas de Penna l. unic. col. penult. versic. credo posse. C. de iis, qui in exilium dant. lib. 10. quem sequitur Zas. consf. 6. n. 16. vol. 1.*

2. Adducit Lucas de Penna primò id, quod alibi jure cautum est, minorem, qui ob ætatem lubricam omiserit, aut repudiaverit hereditatem, vel bonorum possessionem, jure postulare, in integrum restitutionem, dummodò omnia sint integra. Sin verò res integra non fuerit, sed hereditas distracta jam, laborque omnis expeditus fuerit, substituti, aut alterius opera, sicque ad partam alterius sudore pecuniam, minor venire concupiverit, intempestivò in integrum restitutionem, eundem afflagitare. *L. quod si minor, §. Scævola, ff. de minorib. Polit. tr. vulg. subst. num. 39. Garf. tr. de expens. c. 18. n. 51. cum praced.*

Consequens itaque Lucæ de Penna videbatur, posse quoque heredem scriptum, in testamento ritè non facto, principis confirmationem re integra, & antequam heres legitimus hereditatem adiisset, rectè postulare.

3. Secundò adducit L. final. C. de repud. hered. ubi suo heredi, etiam majori, intra triennium, hereditatem paternam repudiatem, rebus ut ab initio stantibus, recuperare permittitur. Sin autem res distractæ fuerint, heresque minor sit, per in integrum restitutionem ei consulitur. Quod si major quidem 25. annis, dum sit, distractio fuerit, intra quadriennium tamen, quod hodie majoribus factis, ad postulandam restitutionem assignatum est, constitutus sit, hoc quadriennio elapso, alterum adhuc triennium, intra quod ad hereditatem repudiatam redeat, habebit.

4. Tertiò affert §. rectè, Inst. mand. ubi habetur: mandatum re integra revocari. *Br. l. si verò, §. si mandavero, ff. mandat.*

Quod usque adeò verum est, ut etiamsi juravero, te nunquam posthac revocatum iri, possim nihilò minus re integra te revocare, concidatque quod susceperas mandatum. *Br. l. cum precario, num. 1. per ill. text. ff. de precar. Georg. Natan. tr. de pact. num 60. prope finem. Felin. c. edoceri. num. 7. ext. de rescri. Exea tr. de pact. num. 527. Plot. tr. de in lit. jur. §. 47. num. 10. Simonc. tr. de decret. tit. 8. num. 192. Molin. l. 1. §. sed si mihi, n. 86. ff. de verb. obl.*

5. Quartò, adducit c. in caussis, §. quia verò, ext. de elect. ubi capitulum, non potest revocare mandatum, & potestatem eligendi, quam certis personis dederat, postquam electores, de electione tractare, jam inceperant, nec res amplius integra erat.

Hinc itaque concludendum, Lucas de Penna arbitratur, rem totam in eo positam esse, an omnia adhuc in suo statu, an verò minus. Hoc enim casu, non posse principem testamentum, ritè, rectèque non conscriptum, non confirmare: illo verò minimè.

6. Quinto adduci posset, ad adjuvandas Lucæ de Penna partes, communis isthæc tradito: quod opinio illa in dubio, quæ ultimis morientium voluntatibus favet, fovenda sit: *Jas. l. hac consultissima, num. 3. C. qui test. fac. poss. Jas. l. si quis, num. 10. C. de inst. & subst. Jas. l. Titius, in pr. num. 20. ff. de lib. & posthum. Jas. l. Gallus, in pr. lect. 1. num. 34. & §. quid si*

quidsi is, n. 14. ff. eod. tit. Jas. l. inter pares, n. 1. ff. d. rejud. Crott. tr. de testib. Rubr. qui test. esse poss. in testam. n. 16. ibi Moncad. in addit. Johann de Imola l. filio praeterito, n. 138. ff. de injust. rupt. irrit. fact. test. Caccialup. tr. de transact. q. 12. n. 8. Anton. Mar. Corat. tr. com. opin. lib. 2. tit. 9. n. 109. Polit. tr. comp. subst. n. 32. per l. si pars, ff. de inoffic. test.

Jam verò Lucæ de Penna opinio, testamento scriptoque heredi favet.

Ergò Lucæ de Penna opinio fovenda erit.

7. Vides crassa, præpinguique Minerva, Lucæ de Penna opinionem, ut plerumque alia ejus scripta, esse confutam. Unde etiam errorum & ineptiarum amaxarius ingens vituperatur *à Cujacio in l. 4. C. de vest. olever. lib. 11.*

Et non omninò summus autor, *à Pyrrh. in consuet. Aurel. tit. de feud. c. 1. columm. 4.*

8. Quapropter sectanda nequaquam erit, ob id, quod sæpiusculè jam inculcavimus, quod res nostræ à nobis, non nisi consensu, aut delicto nostro auferantur.

9. Jam verò res hereditariæ, non jure facientis testamentum, quam primum ipse diem obierit suum, heredum ab intestato succedentium sunt. *arg. l. omnis hereditas, ponderando verba: cum mortis tempore continuetur, ff. de reg. jur.*

10. Et quamprimum ex testamento hereditatem adiri non posse certum est, (cujus in præsenti negotio, ex ipsa tabularum testamentariarum inspectione certiores fiemus) protinus ab intestato successio subit, locumque habet. *arg. l. quandiu. la. 2. ff. de acquir. vel amit. hered.*

Non itaque jure talem hereditatem ab intestato heredibus, in ipso momento mortis testatoris, inutiliter testantis quæsitam princeps illis eripiet.

11. His verò à Luca de Penna in contrarium adducta non obstant. Quod enim primum adducit L. quod si minor, §. Scævola, ff. de minorib. non ibi ullum, vitio confectum fuerat testamentum. Si enim vitiosè conscriptum fuisset, qui à minore juvenili ætate seducto hereditatem repudiatam, aut omissam substitutus, inque ima cera scriptus heres, adire, sibique acquirere potuisset?

Quæ solutio L. final. C. de repud. hered. quoque accommodanda est.

12. Porrò cum semel §. Scævola, & L. final. C. de repud. hered. mentionem fecerimus, haudquaquam committendum esse duximus, quia ut sopiri vigens inter eos antinomia posset, attentaremus. Video enim nobilia, at abs re, (cum me judice, conciliatio longè facilima sit) torsisse ingenia.

Cæterum minori re non integra Scævola restitutionem, adversus repudiationem hereditatis denegat, quam minori intra triennium L. finalis. C. de repud. hered. pollicetur. Et primò quidem glossa d. §. Scævola, sex modis hasce leges inter sese, ut videtur, pugnantes conciliari posse, ostendit.

Ex quibus, ille Bartolo arridet ibidem, quo dicitur, in §. Scævola, rerum hereditariarum distractionem à substituto: in L. fin. vero, à creditoribus hereditariis, fuisse celebratam. Quamobrem hoc, quam illo casu, restitutionem facilius indulgeri, propterea quod creditorum non interfit minorem restitui, cum non suo nomine, sed tanquam bonorum hereditariorum custodes, ejus, qui heres institutus erat, nomine, ut sibi satisfieret, corpora hereditaria vænundederint. Quæ omnia secus sese respectu substituti habent. *Bartolum sequitur. Cyn. d. l. fin. oppos. 2. ibi Bl. nu. 7. Salyc. num. 3. Castr. in fine, Alex. num. 8. Jas. in fine, C. de repud. hered. Raph. Fulgos. d. §. Scævola.*

Sed hæc contrarietatis resolutio haudquaquam tuta est. Non enim hereditariarum rerum, in alium translationem per creditores fuisse factam, ex alterutro textuum enucleari, elicique poterit.

Quamobrem aliis magis probatur, alia à glossa tradita resolutio, quod nimirum in casu §. Scævola, hereditas per se minori damnum attulisset. Etsi enim lucrosa, postquam eam repudiasset, aut omisisset, apparuerit, aut etiam reipsa fuerit: id tamen totum substituto, ejusque industriæ imputandum esse.

Quapropter alienum esset, à juris benignitate, impetrata restitutione, substitutum suo labore partum perdere: minorem autem aliena lucrari. *Ita resolvit Sfort. Oddus tr. de rest. in int. q. 63. n. 18. qui Fulg. Jason. & Covarruviam idem tenentes, allegat. Cum tamen idipsum Covarruvias minimè dicat. At idem voluit Hector Rodriguez. ut refert Caldas in loco mox adducendo.*

13. Sed hæc resolutio longè pejor est. Si enim non per se, sed substituti assiduitate in re familiari administranda, hereditatem non adiisse, minori damno fuit, alterum deficit substantiale, restitutionis in integrum requisitum, nimirum læsio. Quæ si cessat, nec restitutioni quidem locus relictus est. *L. 1. ff. de minoribus, l. nam postea, §. si minor, ibi Jas. n. 4. ff. de jurejur. l. minoribus, C. de rest. in integ. Bellam. decis. 365. Contard. l. diffamari, cap. 2. num. 70. C. de ingen. manum. Mynsing. obs. 16. cent. 4. Caldas in l si curatorem, V. sua facil tate, num. 2. & V. læsis, num. 1. C. de rest. in integ. Menoch. tr. de remed poss. recup. remed. 15. nu. 136. Sfort. Odd. tr. de rest. in integr. q. 4. n. 1.*

Cum itaque restitutio in §. Scævola conceda tur, & quidem tandiu, quandiu res omnes in suo statu persistunt: consequatur necesse est, non substituti facto, hereditatem opulentiorem, opimioremque fuisse effectam, sed ab initio plus commodi, quam incommodi in se continuisse. Quocirca resolutionem hanc nostratium non consistere, dilucidè apparet.

Quid? quod L. si quis suus, ff. de jur. delib. nullam planè substituti mentionem faciat, nihilo magis tamen, nisi re integra, restitutionem concedat. Quem textum nemo ante hac ex iis, quos mihi videre contigit, (absit invidia dicto) expendit. Nec enim dubito, qui si fideliter expendissent, proximam resolutionem abjecissent, & explosissent.

Tertiam itaque resolutionem amplectimur, qua §. Scævola de extraneo, L. finalis verò de suo herede, jure quo nunc utimur, explicatur. Hanc mecum tenent *l. ancil. Polit. tr. vulg. subst. num 36. ante versic. quintò, Gomez. var. resolut. lib. 2. cap 14. num 7.*

nu. 7. in fine. Emanuel. à Costa l. Gallus, §. & quid si tantum, p.2.n.59.& seqq.ff.de lib. & postum. Cujac. in paratit.C.de repud.hered. Cald. l.si curatorem, V. læsis, num.48.C.de rest.in integr. licet ille ipse Caldas ibid.num.47.versic. quamobrem, Abbatem hoc discrimen constituentem referat ac notet.

Quæ distinctio vel sexcenties ex d. L. final. C. de repud. hered. comprobatur, atque stabilitur, utpute in initio statim, ibi: suus heres: deinde ibi: paternam hereditatem: rursus ibi: res paternæ: iterum ibi: suam abdicationem: nec non ibi: ad paternam hereditatem: denique ibi: creditoribus paternis.

14. Nec obstat verbum: omiserit: in d. §. Scævola, quod verbo repudiaverit junctum, Accursius de suo herede interpretatur. Nam ob verbum omiserit solum fatendum non est, quod §. Scævola, de suo herede loquatur. Etsi enim omittere hereditatem, amittendæ hereditatis species sit, proindeque omittere hereditatem, & amittere hereditatem, ut genus & species differant: *Cujac. ad l. auxilium, post princip. ff. de minorib.*

15. Non tamen omittendi verbum, semper & ubique respectu suorum solum heredum usurpatur, sed eum potius denotat, qui cursu temporis, non autem expressa repudiatione, sese ab hereditate excludi, patitur. *Barnab. Brisson. in lexic. vers. hereditas dicitur.*

At propter L. si quis suus, ff. de jur. delib. quæ expressim de suo herede loquitur, idemque quod §. Scævola disponit, fateamur dispositionem §. Scævola suum quoque heredem inclusisse, quousque Justinianus nova sua sanctione idipsum correxerit, horumque jurium ordinationem, latius ante hac divagatam, pressius ad heredem, nempe extraneum tantum constrinxerit. In quo hodie adhuc §. Scævola, obtinet decisio.

16. Nec obstat si dixeris, legum, juriumque correctionem enixe evitandam esse. *c. cum expediat, de elect. lib.6. Marius Salomon. in l. Gallus. §. & quid si tantum, n.5.ff.de lib. & postum. Johann. de Imola l. filio præterito, num.21.ff.de injust.rupt.irrit.fact.test. Andr.Barbat.in Rubr.num.175. C.qui adm. Petr. de Bellapert.l.per banc, n.5. C. de tempor. & repar. appellat. Hieronymus Schurpff. int.cons. Bruni cons.139. num. 8.*

(Qua unica ratione moti, plerique nostratium sese in errorum labyrinthos immittere, quam veritatem amplecti maluerunt) correctio namque jurium evitanda non est, quoties ipsemet legislator, jura se corrigere vetustiora, expressim dixerit. *arg. d. c. cum expediat, ponderando verba: Si sustineri valeant. jun.gl.V. sustineri, de elect. lib.6.*

Jam verò Imperator in d. L. fin. C. de repud. hered. se jura antiquitatis venerandæ corrigere expresse dicit, ibi: Hoc corrigentes sancimus, &c.

Ergo ulterius jura Pandectarum correcta esse, dicere, extimescendum non est.

Tertia Lucæ de Penna ratio, ex juribus mandatum, re integra rectè revocari dicentibus deducebatur.

Huic occurrendum primò, negando, rem esse integram, si decesserit is, qui inutile testamentum condiderat. Cum ab ipso horæ momento, quo animam efflaverit, inutiliter testatus, bonorum hereditariorum dominium, ad legitimum heredem pertinere, inceperit. *d. l. omnis hereditas. ff. de reg. jur.*

17. Secundò, quod mandatum re integra etiam, si mandatarii, simul & mandantis interfuerit, revocari non potest. *Castr. l. singularia. num. 22. ibi Dec. num.24.ff.si cert.pet. Mozz.tr.de contract. Rubr. quom.annull. mand. num. 1. per l. si cum fundum. ff. de pact.*

Quemadmodum igitur in mandato, si alicujus interest, istud non revocari, an res integra nec ne sit, non distinguitur: ita quoque in testamentis, si de alicujus, ut in præsenti negotio, legitimorum heredum interesse agitur, non distinguendum esse, par æquitatis ratio suadet.

Quartum Pennæ argumentum, levius est penna, nec dignum cui respondeatur æstimandum.

18. Quintæ & ultimæ rationi, quæ habet, in dubio eam, quæ testamento favet, sectandam opinionem, respondendum: si testamento faveri debeat, oportet prius sit testamentum. Exemplo ejus, quod alibi de statuto traditur, jubente, & præcipiente, ne ulli contra instrumentum exceptioni locus sit. Ut enim statutum, locum inveniat, cum prius doceri oportet, esse instrumentum, adversus quod excipitur. *Br. l. 2. §. prætor, num. 2. ibi Jas. num. 8. per ill. text. ff. qui satisd. cog. Br. l.1. §. Divus, num.1. ff. de test. milit. Boer. in consuet. Biturig. tit. de jurisd. §.27. gl. unic. Affl. decis. 21. n.13. Cacheran. decis. 101. num.35. Cald. l. si curatorem, V. per quod pristinum, num. 23. versic. potest. C. de rest. in int.*

19. Jam vero testamentum, de quo nobis res est, testamentum non est, sed inutile, imò nullius planè ponderis testamentum est. Puta, cum suis essentialibus requisitis destitutum sit. Quemadmodum sententia nulla, non est sententia. *L. 4. §. condemnatum, ibi Jas. num.2. ff. de re judic. Clement. Pastoralis, eod. tit. Tiraq. l. boves, §. hoc sermone. limit.1. num.9. ff. de verb. signif. Gail. observ. 113. num. 2. Cald. l. si curatorem, V. implorandum, num. 21. C. de rest. in integr. Alc. l. §. sed si mihi, n.3. ff. de verb. obl.*

20. Ergo opinio, ejusmodi favens testamento, amplectenda, sequendaque non erit.

Deinde & id responderi potest: Ponamus testamenti appellatione, venire etiam tale testamentum irritum, nihilò magis tamen opinioni, quæ hoc tuetur testamentum, inhærendum erit. Cum ita demum sententiæ, quæ testamentum spectavit, applaudendum sit, nisi apertè, inique, secundùm scriptum heredem, sentiri apparuerit. *d. l. si pars, in pr. ff. de inoff. test. Jas. d. l. inter pares, num.2. ff. de re jud. Tiraq. tr. de privil. pia caus. priv. 147. Cujac. obs. lib.10.c.20.*

Quod in præsenti casu, ob jus, ab intestato succedentibus, optimo jure quæsitum, planè fieri necesse est.

21. In d. L. si pars autem, ut id obiter moneamus, verba: pars judicantium &c. de centumvirali judicio, & rectè quidem, interpretatur *Cujac. in not.*

not. priorib. Instit. tit. de inoff. testam. in pr. ut ex l. Titia filia, §. quæsitum, ff. eod. tit. & l. fin. C. de petit. hered. & ex aliis juris partibus videre est.

22. Olim enim ex triginta quinque tribubus, in quas populus Romanus omnis vetustissimo instituto, divisus erat, terni, qui populo jus dicerent, judices dabantur. Et quamvis hi revera in quinque, centenarium numerum excederent, ut rectè subducto calculo reperies: usu tamen invaluit, ob majorem proloquendi commoditatem, ut hi centumuiri: judicium autem eorundem, centumuirale nuncuparetur. *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap. 16. mibi fol. 152. fac. 1. Zasius in l. 2. §. post originem, num. 53. ibi Cagnol. in pr. num. 87. ff. de orig. jur. Borch. tr. de usur. c. 4. n. 13.*

Quod nomen, secutis deinde quoque temporibus, iis mansit, etsi numerus eorum, ad centum octuaginta usque excrevisset. *Ut ex Plinio attestatur Rosin. antiquit. Romanar. lib. 7. c. 30.*

23. Unde Accursii lapsus, subpudice tamen, utpote cujus ignorantia, in tanta rerum barbarie excusationem, veniamque mereatur, notandus est. Is enim hosce centumuiros senatores fuisse, tradit. *in d. l. fin. V. centumuiralis, C. de pet. her.*

Et asseclam habuit *Jason. in l. 1. num. 5. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.*

Cum tamen hi à Senatoribus distincti planè, *Ut annotant Zasius & Cagn. in locis paulò antè adductis, hic num. 86. ille num. 54.* Sed nec magistratus fuerint. *Rosin. d. lib. 7. c. 30.*

24. Hi verò non de hereditatibus tantum, & testamentis, (ut Vitellium quendam, contra Merulam, falso opinatum fuisse, Zasius & Cagnolus referunt) sed & de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluvionibus, circumluvionibus, nexis, mancipiis, parietibus, luminibus, & stillicidiis, quam maximè cognoscebant. *Cicer. 1. de Orat. mibi num. 99. a. Alex. de lib. 3. c. 16. fol. 152. Rosin. d. c. 30.*

Etsi haud abs re Zasium, Cagnolumque censere putarim, nullam apud eos, tam frequentem agitatam fuisse cognitionem, quam de testamentis. Video enim nullibi, tam multiplicem eorum esse mentionem, quam in ea, quæ de testamentis est, juris parte.

Porrò de rato, ruptoque testamento simul, eorum erat cognitio, sive inofficiosum, sive justum, sive denique falsum, idipsum diceretur. *Cujac. obs. lib. 10. c. 20.*

25. Judicabant autem in basilicis. *Rosin. antiquit. Roman. lib. 9. c. 7. in pr.*

26. Et quidem præfixa hasta. *Barnab. Brisson. in lexic. V. centumuirale.*

27. Unde & hastæ judicium, à Valerio Maximo idipsum judicium dicitur. *Cujac. d. obs. 10. c. 20.*

28. Hinc verò illum nostrorum in Germania pedaneorum judicum inolevisse morem Zasius putat, quo dum in jure sedent, officioque jus dicentis, in criminalibus præsertim, funguntur, hastulam, seu vindictam albam, manu tenent, ad asserendum judicii autoritatem. *Zasius d. §. post originem, n. 53.*

29. Horum centumuirorum judicio, prætor præerat, nisi is ob belli necessitatem avocatus esset, quo casu decemviri litibus judicandis eligebantur, *Ut ex Cicerone pro Roscio, Pliniiq; locis Zasius, & Cagnolus sæpius jam adducti produnt, quo pertinet l. ubicunq; ff. de reg. jur.*

30. Cæterum alio quoque nomine hoc judicium septemuirale dicebatur, quod ex hisce centum, septem, qui inofficiosi testamenti judicio, peculiariter præessent, deligerentur. *Ut placet Cujacio obs. lib. 3. c. 32.*

Seu quod verius est, quod septem essent electi, qui breviori curriculo, circuituque præciso, præ reliquis caussas definirent. Quales à Vespasiano, ob turbulentam confusionem, qua nunquam ferè coram centumuiris incepta judicia intermoriebantur, sed ipso seculo vivaciora erant, esse constitutos, *Auctor est Alex. ab Alex. in loco, quem sæpius jam adduximus.*

31. Dicebatur etiam quadruplex judicium, à quatuor consiliis, seu tribunalibus, in quæ singula, viceni, seni centumuiri erant distributi. *Cujac. d. c. 20. Rosin d. c. 30.*

Quemadmodum & duplici judicii nomen, ex eadem caussa reportavit Quod bipartito (quemadmodum in casu L. si pars, ff. de inoff. testam.) centumuiri quinquageni bini, caussas judicarent.

32. Postremò, illud quæstionis est, ut æquales potuerint esse judicantium, in d. L. si pars. ff. de inoffic. testam. partes. Cum enim non revera centum tantum fuerint judices, sed centum & quinque: fieri nequit, quin si in duas, aut quatuor etiam classes distribueris eos, impar sit eorum numerus. Si enim in duas partitus fueris curias, in una quinquaginta duo, in altera quinquaginta tres erunt. Rursus, si quatuor tribunalibus attribueris eos, tria vigenos senos, quartum verò tribunal viginti septem centumuirorum, habebunt. Quamobrem secundum communis juris regulas, non quæ pars testamentum tutata fuisset, sed quid major pars conclusisset, inspiciendum fuisset. *L. si in tres, & l. seq. ff. de rec. arb. l. duo ex tribus, ff. de re judic.*

Cogitaram an pro resolutione, illud afferri posset, si prætore, quem centumvirali judicio præfuisse, supra ostendimus, connumerato demum centesimum, & quintum numerum expletum fuisse: hunc verò prætorem sententiam in consilio non dixisse, sed tantum sententias à collegis dictas, confirmasse, diceremus, *Arg. l. duo judices, ff. de re judic.*

Quapropter pares per omnia judicantium partes, cum demto prætore, centum & quatuor tantum remanserint, facilè esse potuerunt.

33. Quod si adhuc, in hac acquiescere nolueris responsione, aliam dare conabimur, Marcellum nimirum de centumviris jam adauctis, & centesimum octuagesimum numerum, Plinio teste, complentibus, nondum autem, in prisco centum & quinque numero constitutis loqui. Id enim Marcelli Jureconsulti ætas nequaquam respuit.

Etsi enim plures hoc nomine Jureconsulti fuerint: primus tamen horum omnium sub Antonino Pio, & sic post Plinii secula vixit, *autor Labittus in suo*

in suo juris Indice, in vita Marcelli, quem ad verbum transscripsit Freimonius in Symphon. in vita ejusdem Marcelli.

Quapropter centum & octuaginta judices, qui olim centum & quinque tantum erant, videre potuit. Quos si vel in duas, vel in quatuor partes partiveris, utrinque æqualis constabit eorum numerus.

EFFECTUS VIII. MEMBRI III.

An princeps testamentum justum, firmumque, vi suæ immensæ potestatis, jure immutet.

SUMMARIUM.

1. *Princeps potest mutare testamentum.* *Contrarium n. 8.*
2. *Legatum municipio relictum, ut ex reditibus ejus, quotannis spectacula darentur, consensu heredum, & primorum civitatum, in alium usum converti potest, si talia, qualia testator jusserat, ibi ædere spectacula non licet.*
3. *Princeps potest pecuniam municipio aliquo in certa opera legatam, in alios usus transferre.*
4. *Pecunia in nova opera civitati relicta, convertitur in refectionem vetustiorum operum, principe autore.*
5. *Papa pecuniam in certos usus relictam, aliis usibus destinat.*
6. *Sed & Episcopus.*
7. *Monasterium alibi, quam ubi testator jusserat, extruitur, si in loco demonstrato commodè extrui nequit.*
9. *Princeps non rescribit, contra testamentum ritè recteque conscriptum, si capax heres institutus est.*
10. *Injuriosum est, & indignum majestate regnantis, rescripto suo, quem jure, quod quæsierat sibi, privare.*
11. *Verbum oportet, denotat necessitatem præcisam.*
12. *Reipub. interest, testamenta conservari.*
13. *Donatio perfecta principis rescripto non rescinditur.*
14. *Transactio principis rescripto non revocatur.*
15. *Sententia, quæ in rem judicatam transierat, principis rescripto non retractatur.*
16. *Argumentum à judiciis ad ultimas voluntates, in jure validum.*
17. *Tiberius Imperator, à Senatu impetrare non potuit, ut liceret voluntatem testatoris immutare.*
18. *Legatum puellis maritandis relictum, principis autoritate, illis, quæ vitam monasticam elegerunt, dari non potest.*
19. *Intellectus L. legatum. ff. de usufr. leg.*
20. *Ludi qui fuerint, quos Jureconsultus in L. legatum, ff. de usufr. leg. prohibitos fuisse dicit.* *Ludi funebres quales.*
21. *Ludos gladiatorios, quis primus interdixerit.*
22. *Modestinus Jureconsultus, quo tempore vixerit.*
23. *Hominem cum homine committere, grande nefas. Natura prohibuit hominem homini insidiari.*
24. *Trebonius Rufinus, quod Viennæ Galliæ, ludos funebres interdixisset, à Trajano absolvitur.*
25. *Intellectus L. legatam ff. de administ. rer. ad civit. pertin. & L. fin. ff. de op. pub.*
26. *Voluntas testatoris, conformis creditur legibus.*
27. *Fines unius rei suboroinati, plures esse possunt.*
28. *Finis principalis testatoris qui sit, cum in opus pub. pecuniam legat.*
29. *Intellectus c. nos quidem, ext. de testam.*
30. *Viam nemo, qua voluntas ejus successu careat, elegisse creditur.*
31. *Pecunia, quam testator, ut Ecclesia ædificaretur, legarat, per principem dari potest filio testatoris, præter culpam ad inopiam redacto.*
32. *Testator censetur expressisse id, quod interrogatus verisimiliter respondisset.*
33. *Parentes liberorum magis adversa fortuna, quam suiipsius torquentur.*
34. *Bonus non est, qui ædem lapideam extruit, suos verò inopia, squalore, confici sinit.*
35. *In opibus mors solatium, vitæ supplicium.*
36. *Testatoris præceptum, quo suorum nuptias cum certis personis vetuerat, Papa non mutat, contra Ruinum.*
37. *DEUS vult parentes honorari.*
38. *Honor exhibetur parentibus, si eorum jussis, præsertim quæ testamentis inserta sunt, auscultamus.*
39. *Rehabitæ laudantur, quod memores parentis sui præcepti, vinum non biberent.*
40. *Honor parentum conculcatur, si spreto eorum consensu, uxores ducimus, aut aliis nubimus. Et olim justa exheredandi caussa erat.*
41. *Esau parentum consensu non requisito, uxores duxit.*
42. *Titiam aut Sejam ducere prohibitus, Meviam aut Semproniam commodè satis ducere potest.*

1. POsse principem, solutæ potestatis vigore, cum caussa ultima morientium immutare arbitria, & dispositiones, expresse decidunt: *Castr. l. si testamentum, n. 2. C. de testam. Vasq. tr. de success. creat. lib. 1. §. 1. n. 29. & 32. Mantic. tr. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 32. Grassus recept. sent. §. 1. n. 8. Cardin. Paris. cons. 1. n. 86. volum. 2. Crav. cons. 747. n. 45. cons. 592. n. 55. cons. 669. num. 7. Cephal. cons. 634. num. 60.*

2. Confirmant opinionem suam primò, textu L. legatum, ff. de usufr. leg. ubi testator certam pecuniæ quantitatem, civitati reliquerat, ea conditione, ut ex pecuniæ reditibus quotannis in defuncti memoriam spectacula celebrarentur. Sed ejus generis spectacula, qualia testator jusserat, dare civitas illa non potuit. Hæsitatum itaque fuit, an quantitas spectaculorum præbitioni legata, lucro heredum cederet, an verò licitis spectaculis destinanda esset? Et deciditur: heredes cum primoribus civitatum congregatos, dispicere debere, in quam rem converti debeat legatum. Quo alio, licitoque spectaculorum genere, defuncti memoria concelebraretur. *Et tradit Bl. Novell. tr. de dot. p. 6. priv. 77. n. 1.*

 Si itaque

Si itaque heredes ipsi, & civitatum decuriones immutare in testamento disposita possunt, quantò magis princeps facere poterit.

3. Secundò per L. legatam, ff. de adm. rerum ad civit. pert. ubi expressum est: legatam oppido pecuniam, in rem aliam, quam defunctus voluerit, convertere, citra principis autoritatem non licere.

Principis itaque autoritate adhibita, rectè in usus alios legatum convertetur.

4. Tertiò, L. fin. ff. de op. pub. quæ itidem habet, pecuniam in nova opera legatam, in ea potius, quæ jam extructa sunt, & refectione indigent, convertendam, quam ad inchoandum opus novū erogandam, Divus Pius rescripsit. Mutatur itaq; principe autore, ultimum morientis arbitrium.

5. Quartò, Clement. quia contingit de relig. domib. ubi itidem legitur: Ea quæ à fidelibus usui certo sunt destinata, in alium converti non debere, salva tamen sedis apostolicæ autoritate.

Potest itaque Papa, quæ testatoribus placuerant, immutare, transformareque.

6. Quid? quod non solum Papæ, verum etiam Episcopis, cuilibet in sua diœcesi, ex caussa idipsum licere, nostrates tradant, *Ut videre est ex Felin. c. cum venerabilis. num. 33. ext. de except. & tradunt alii, quos recenset Vasq. (licet admodum mendosè) tr. de illustr. concr. c. 25. n. 26.*

7. Quintò confirmatur ea, textu c. nos quidem, ext. de testam. Ubi habetur: Contra voluntatem testatoris, in alio loco monasterium, quod testator ædificari jusserat, extruendum esse, si id in loco, quem defunctus designarat, sat commodè extrui nequit. *& tradunt innumeri, quos refert Capif. tr. de num. test. p. 2. c. 3. n. 22.*

8. Verum his non obstantibus, contrarium omninò amplectendum, statuendumque est, principem sua soluta potestate, cui etiam aliqua accesserit caussa, neutiquam jure testatoris voluntatem immutare. *Hoc tradunt Jas. l. si testamentum, in pr. C. de testam. Johann. de Garronibus in Rubr. num. 139. C. de secund. nupt. Covarr. var. resolut. lib. 3. cap. 6. num. 5. & per tot. Vasq. ill. contr. cap. 5. n. 21. ubi retractat ea. quæ de successionum creat. in contrarium scripserat, Gail. obs. 58. n. 6. lib. 2. Dec. cons. 357. num. 5. & cons. 403. n. 13. Tiber. Decian. cons. 5. n. 25. vol. 1. cons. 39. num. 2. & cons. 88. n. 69. vol. 2. Nicol. Bellon. cons. 2. n. 4. Cephal. cons. 111. n. 38. Menoch. cons. 20. n. 1. cons. 321. n. 35.*

9. Hæc opinio innititur Primò: in textu, qui fallere nequit, L. si testamentum, C. de testam. ita differente; Si testamentum jure factum, & cum quo testamenti factio est, hæres scriptus sit, auctoritate rescripti nostri, rescindi non oportet.

10. Injuriosum namque est indignumque majestate regnantis, jus quæsitum vigore rescripti alicui auferre. *Quam rationem huic textui, & rectè quidem, Socinum Nepotem secutus, assignat Pinel. in Rubr. p. 1. c. 2. n. 16. C. de resc. vendit.*

Nec obstat, si exceperis illum textum de ordinaria, non verò soluta potestate: item de honestate, non verò de necessitate intelligendum. Scio enim eò dementiæ nonnullos nostratum prosiluisse.

Respondeo enim in his, quæ aliis præjudicio sunt, nullum me agnoscere, legibus non circumscuiptum imperium, quod a tyrannide differat: nec jus illud aliter agnovisse, certus sum.

11. Legitur deinde in d. L. si testamentum, verbum oportet: quod necessitatem præcisam denotat, præsertim cum id negatio præcedat. *c. non oportet. 9. q. 3. l. eos, §. apostolos, C. de. de appellat. gl. cap. 1. V. oportet de præscript. lib. 6. Abb. cap. 1. num. 3. per ill. text. ext. de lib. oblat. Felin. c. si qui testium, num. 3. versic. sed contrarium, ext. de testib. Jas. l. si quando. num. 25. C. un. vi. Sylvest. Aldobrand. in procem. Instit. in pr. num. 25. Fort. Garc. l. 1. n. 2. & 4. ff. de just. & jur. Coras. l. humanitatis, n. 23. C. de impub. & al. subst.*

Quapropter omnem omnino casum comprehendet.

12. Confirmatur secundò: Nam publicè expedit, suprema hominum judicia exitum habere. *L. vel negare, ff. quemadm. test. aper. gl. l. Gallus, §. quid si is, V. utilitate, ibi Jas. lect. 1. n. 14. ff. de lib. & post. Montic. tr. de invent. her. cap. 4. n. 1. Peregrin. tr. de ju. fisc. lib. 2. tit. 6. num. 31. Rubeus l. pater filium, num. 95. ff. de inoff. testam. Gomez. var. resolut. lib. 1. c. 4. n. 6. vers. quintò, el. 2. Æmil. Perrot. in l. Gallus, in præfat. n. 5. ff. de lib. & postum. Capif. tr. de num. test. p. 3. c. 3. n. 40.*

Ergò publicè perniciosum est, voluntatem morientium ultimam immutari, & per consequens, princeps id faciens, agit contra utilitatem publicā.

13. Tertiò confirmatur. Nam & donationem perfectam, rescripti principis autoritate, rescindi non oportere, Diocletianus & Maximinus sanciverunt. *L. si donationem, C. de revoc. donat. Covarr. var. resol. lib. 3. c. 6. n. 5. Vasq. tr. de success. creat. §. 1. num. 29. versic. tertiò, Tiraq. l. si unquam, V. suscepertt liberos, num. 66. C. de revoc. donat. Dec. cons. 468. num. 18.*

Sumto itaque argumento, à contractibus ad ultimas voluntates, quo modo rectè in jure argumentamur. *Ut superius tradidimus.*

Consequens erit, quemadmodum donatio, ritè, recteque celebrata dirimi non potest, principis potestate: ita nec testamentum, legitimo modo compositum, principe autore, rescindi posse.

14. Quartò idipsum probatur rursus. Nam eodem modo lege cautum est: caussas vel lites, legitimis transactionibus finitas, principis oraculo resuscitari non oportere. *L. caussas vel lites, C. de transact. Jas. d. l. si testamentum, in pr. C. de testam. Cap. caut. 222. Caccialup. tr. de transact. q. 27. num. 1. Mozz. tr. de contract. Rubr. de caus. quæ fac. cess. cond. indeb. n. 7. Cacher. decis. 91. n. 7.*

15. Quintò juvat hasce partes, quod nec sententia, quæ semel rei judicatæ vires adepta est, rescindatur, muteturque facto principis. *L. fin. & tot. tit. C. sent. resc. non poss. l. fin. C. de err. advoc. Jas. d. l. si testamentum, in pr. C. de testam. Cap. d. caut. 222. Cacheran. d. decis. 91. n. 7. & decis. 142 n. 24 & seq. Pet. Gerb. de Petras. sing. 20. in pr. Gail. obs. 58. n. 6. lib. 2. Nepos à Monte tr. de except. artic. 1. vers. licet ad regimen, n. 3.*

Quo in loco sedulò, ad dictiones illas, necessitatem

tatem præcisam denotantes; non oportere, item non posse: quæ in omnibus hisce, quas modo adduximus, legibus habentur, animadvertendum.

Haudquaquam enim toties, frustra, de principis persona loquentes, positas esse censeo.

Sumto, itaque ex isto textu argumento à judiciis ad ultimas voluntates, quod negativè sumtum, frequens, utile, & probabile est. *Everard. in top. in loc. à judic. ad ult. volunt. n. 1.*

Consequens erit, ut contra sententiam nil potest princeps. rescripto suo: ita eundem nil quoque contra testamentum posse.

17. Sextò huc quoque modis omnibus referendum est, quod de Tiberio Suetonius refert: non potuisse eum à senatu impetrare, ut pecunia in opus novi theatri, Trebianis legata, refectioni, munitionique viæ impenderetur: sed Senatum fartam tectam voluntatem testatoris tuendam esse, censuisse. *Sueton. in Tiber. c. 31.*

Et ex nostratibus habet *Covarr. d. lib. var. resol. 3. c. 6. n. 6. vers. quartò.*

Vides itaque, spiritu jam duntaxat vivente Repub. principem adhuc nil potuisse, contra voluntatem testatoris, in legatis, publicis etiam locis destinatis: tantò minus eo tempore quicquam, contra testatoris arbitrium ejus potestas potuit, in legatis certæ personæ, vel familiæ relictis.

18. Quapropter placet Baldi Novelli traditio, qui vult: quod pecunia, ut dotentur puellæ pauperes, legata, etiam volente & jubente principe, dari non possit iis, quæ cucullam elegerant. *Bl. Novell. tr. de dot. p. 6. privil. 77. num. 2. vers. ex quo.*

19. Cæterum his in contrarium allegata non obstant. Quod enim ad L. legatum, ff. de usufr. leg. attinet, in ea justa non est testatoris voluntas. Cum ea velit, quæ lege municipali prohibentur. Imputabit itaque sibi, si voluntas sua injusta, ad exitum perduci non poterit, sed immutationem perpatietur. Neque hinc quicquam, ad justi testatoris arbitrii eversionem, inferri poterit.

Quinimò si verum amamus, is textus nostras potius adjuvat partes. Dum enim injustæ voluntatis commutationem, absque heredum consensu fieri non posse ostendit, satis indicat, multò magis in justæ voluntatis reformatione, eorum quorum interest, consensum adhibendum esse.

20. Ludos autem, quos textus ibidem vetitos fuisse dicit, (ut id obiter admoneamus) Alcyatus noster, ludos funebres fuisse interpretatur, qui paribus gladiatorum exhibitis, cruentissimo, & supra modum sanguinolento spectaculo celebrabantur. *Alc. pareg. lib. 1. c. 22.*

21. Cui omninò accedo. Etsi enim non ignarus sim, Constantinū Magnum *L. unic. C. de gladiator. lib. 11. ut habet Cujacii insciptio, & in Codic. Theodos. lib. 15. tit. 12. lege 11. Alc. parerg. lib. 12. cap. 9. Frider. Schenck. cap. 1. §. non est, num. 3. de alien. feud. pat.*

Seu, ut aliis placet, Constantium, *Alc. parerg. lib. 2. c. 45.*

Vel ut aliis rursus, Arcadium & Honorium, primum lege lata, gladiatores, eorùmque exhibitionem, ob monachi Telemachi (quem Alciatus Dirimachium, alios secutus, sed falso nominat) necem, sustulisse. *Cujac. ad d. l. unic. C. de gladiat. lib. 11.*

22. Videam item, L. legatum, ff. de usufr. leg. ex Modestini responsis esse. Qui tamen Gordiani tempore vixerat. *L. ad exhibendum, C. ad exhib. Cujac. obs. 23. c. 5.*

Attamen facilis est resolutio. Hosce namque, quos nominavimus Impp. penitus gladiatores sustulisse: *Ut satis indicat Rubr. C. de gladiat. penit. toll. ponderando verbum: penitus.*

Prius verò lege particulari, seu statutaria in nonnullis urbibus, gladiatorum exhibitionem vetitam fuisse.

23. Semper enim fuere, qui hominem cum homine committere, grande nefas esse putarent. Cum ipsam etiam naturam, hominem homini insidias struere non debere, sanxisse, jussisse, præcepisseque viderint. *L. ut vim, vers. & cum inter nos, ff. de just. & jur. Gentil. lib. orig. V. cognati, in fine, Schenck. c. 1. ad fin. de for. fidel.*

24. Sic cum rerum potiretur Trajanus, Trebonius Ruffinus, Viennæ duumvir, ludos gladiatorios ibidem interdixit, & ob id coram Trajano accusatus, absolutus est, Plinio teste. *Commemorat ex nostratibus Alc. d. lib. 1. parerg. c. 22.*

Secundo, & tertio adversariorum augumento, unica satisfieri potest resolutione. Nemp. eo procedere illa jura tantum, cum in opera publica, quicquam legasset testator. Nam cum rerum, operumque publicorum cura, ad principem præ aliis spectet, principi nonnihil ejus curæ hoc suo legato testator derogare, sibi verò adsciscere videtur. Feret itaque pacato animo, si in alios deinde usus destinari, aut alio modo erogari, legatam ab ipso pecuniam, principi satius visum fuerit. Non enim sine culpa est, qui rei, quæ ad eum non pertinet, sese immiscet. *c. non est sine culpa, de reg. jur. lib. 6.*

Hæc ratio in legatis, singulis, aut certæ alicui familiæ relictis, non obtinet. Idcirco talia quoque legata, aut quodlibet aliud testatoris arbitrium immutare, multoque minus evertere planè princeps poterit.

26. Sed nec legata in spectacula, aut alia opera publica destinata, vi solutæ potestatis, sed vi legis scriptæ, aliis usibus princeps addicit. Non itaque immutatur testatoris voluntas. Cum ea semper legibus communibus, aut municipalibus, conformis esse credatur, *Br. l. heredes, §. cum ita, n. 4. ff. ad S. C. Treb. Affl. decis. 226. n. 4. Curt. tr. feud. 1. p. 3. p. p. n. 15. Dilect. tr. de art. test. tit. 3. caut. 10. n. 4. Tiraq. tr. le mort. p. 2. declarat. 9. n. 9. Toming. decis. 17. n. 17. Pist. q. 3. n. 68. lib. 2. q. 41. n. 23. lib. 2. Pecc. tr. de testam. conjug. lib. 1. c. 23. n. 1. c. 45. n. 9. lib. 5. c. 12. n. 1. Cacheran. decis. 127. num. 2. Rimin. l. si emancipati, nu. 180. C. de collat. Seraph. tr. de juram. priv. 73. n. 25. priv. 107. n. 44.*

27. Sed & alia ratione, hanc in alia opera pecuniæ legatæ conversionem, contra testatoris voluntatem fieri, negarim: & è diverso, maximè

secundum testatoris placitum, aliter, quam scriptum erat, erogari, omninò affirmo. Possunt enim unius rei plures, sed subordinati esse fines. *D. Philip. Melancht. in Dial. in loc. à caus. Wesenb. Inst. de mand. in pr. n. 4.*

28. Jam verò etsi testator vult, legato pecuniæ suæ ædificari colossum, dari spectaculum, extrui theatrum, aut pyramidem, fieri arcum triumphalem, & si quæ sunt alia, finis quidem pecuniæ relictæ, hic unus est. At neutiquam principalis. Cum magis interim seu præcipuè memoriæ suæ conservationem appetat. *d. l. legatum, ibi memoriæ conservandæ defuncti gratia, ff. de usufr. leg.*

Si itaque præterquam scripserat, in aliud opus, pecunia ab eo relicta convertatur, puta, si in theatrum legata pecunia, in arcum triumphalem erogetur, aut theatrum prius extructum reficiatur, minimò id fiet contra voluntatem testatoris; cum voti compos is fiat, & non minus arcu triumphali, aut theatri veteris refectione, memoriam sui conservet, ac tueatur. Quò principaliter voluntas ejus ultima dirigebatur. Media enim, ubi finem habemus, parvi facimus. *Bl. l. 3. in pr. C. de Inst. & subst. Wesenb. §. suspectus, num. 3. Inst. de susp. tutor. Wesenb. in § si quidem in nomine, num. 2. Inst. de leg. Wesenb. § fin. n. 1. Inst. de perpet. & temp. act.*

Quam jam dedimus resolutionem, Clement. quia contigit de relig. domib. &c. nos quidem, ext. de testam. quoque applicabimus.

29. Accedit ad hæc quod in d. c. nos quidem, ob loci angustiam, testatoris voluntas in loco certo monasterium extrui concupiscentis, exitum sortiri non poterat. Non itaque ipsa testatoris voluntas, quæ erat, monasterium fieri, sed levis tantummodò circumstantia, nimirum loci immutatur, inque alio loco, quam testator jusserat, monasterium extruitur.

30. Sed nec id rursus contra voluntatem testatoris fit. Dici enim nequit, testatorem contra naturam, quæ sat spacii loco non dederat, pugnare voluisse. Sed magis est, ut dicamus, testatorem ipsum, si de loci angustia admonitus fuisset, voluntatem suam immutaturum, & ut in locum commodiorem, ædificium transferretur consensurum. Nec enim, eam aliquem eligere viam, qua voluntas ejus successu careat, verisimile est. *arg. l. 3. ff. de milit. testam.*

31. Cæterum non improbo Cephali sententiam, qui Papæ pecuniam in Ecclesiæ ædificationem legatam, filio testatoris, qui hostium injuria, omni culpa vacuus, ad extremam redactus erat inopiam dare, fas esse, consuluerat. *Cephal. cons. 701. per tot.*

32. At negarim ob id voluntatem testatoris (quod Cephalus crediderat) convelli. Si enim verum est, ea velle testantes quæ interrogati aut admoniti, verisimiliter respondissent: *gl. communiter approbata in L. tale pactum, V. per exceptionem, per ill. text. ff. de pact. cum similib. ibid. adductis.*

33. Si certum est, plus ob liberorum, quam suiipsius adversam fortunam, terreri parentes. *L. isti quidem in fine, ibi Cujac. ff. de eo quod met. caus. Nev. viz. syl. nupt. lib. 3. num. 8. Romul. l. ut vim, num. 124. ff. de just. & jur. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 19. versic. septimò, Cavalc. tr. de tut. & curat. num. 301. Seraph. tr. de juram. priv. 154. num. 1. & 2. Borcholt. tr. feud. cap. 7. p. 2. num. 57. Medic. tr. de LL. p. 4. quæst. 27. num. 3. Tiraq. l. si unquam, in præfat. num. 3. c. cum seqq. C. de revoc. donat.*

34. Si denique bonus non est, qui ædem lapideam extruxerit, suos autem squalore, atque inopia macerari sinit. *1. ad Timoth. cap. 5. num. 8. c. fin. 7. quæst. 4.*

35. Ut mors eis sit solatium, vita autem supplicium. *L. quisquis, ff. filio, C. ad l. Jul. Majest. Lup. c. per vestras notab. 2. num. 8. ext. de donat. int. vir. & uxor. Dil. tr. de art. test. tit. 8. caut. 5. in fin. Romul. l. ut vim n. 97. ff. de just. & jur.*

Dicendum non est, hoc testatoris voluntati adversari, sed summè defuncto cordi fuisse.

36. Postremò non laudo Caroli Ruini sententiam, qui Papam annullare posse testatoris prohibitionem, qua ne cum certis, matrimonium contraherent liberi, jusserat. *Carol. Ruinus cons. 189. num. 14. vol. 2. quem sequitur absurdarum opinionum fautor, Simon de Præt. tr. de ultim. volunt. interp. lib. 1. interp. 1. dubit. 3. solut. 13. num. 18. per c. tuam, ext. de ord. cognit. & c. lator, ext. qui fil. sint legit.*

37. Scio enim Deum addita ditissima promissione, parentes honorandos esse, præcepisse. *Genes. cap. 9. num. 25. Exod. cap. 20. num. 12. Deuter. c. 5. n. 16. Siracid. c. 3. n. 9. Matth. c. 15. n. 4. ad Ephes. 6. num. 2.*

38. Jam verò parentes honorantur, si eorum mandatis, & jussis, præsertim si hæc testamentis inserta fuerint, auscultamus. *L. in testamento, ibi: pios filios, ff. de fideicommiss. libert. Toming. decis. 13. num. 41. Capis. tr. de num. test. p. 1. c. 3. num. 41.*

39. Sic à Spiritu sancto laudatur Rechabitarum obedientia, qua parenti suo, ne vinum biberent, jubenti, obedierant. *Jerem. c. 35. n. 14.*

Ergo contra mandata & jussa parentum nil jure attentabit Papa. Cum ejus contra divina præcepta dispensatio, irrita sit, atque inanis, *ut superius edocti sumus.*

40. Et ne per emendicata eamus suffragia, etiam in eo, ne absque consensu parentum matrimonium contrahamus, parentum honor positus est. Cum filius etiam emancipatus, ob uxorem ignominiosam, non ex voluntate patris ductam, jure Pandectarum exheredari potuerit. *L. 3. ff. de bon. poss. cont. tab.*

41. Sic Esau, quod uxores, inconsultis parentibus duxisset, malè ob id in sacris audit. *Gen. c. 26. num. 34. & 35.*

Non itaque veritas Ruini sententiæ opitulatur. Nec obstant jura, quæ adducit. Nulla enim ibi præcepti testatoris mentio, sed illud tantum volunt, caussæ matrimonialis cognitionem, fori esse, quod vocant Ecclesiastici. Quæ longè diversa sunt.

42. Pariter nec illud alicujus momenti est, quod hoc testatoris præceptum, matrimonii impedire videatur libertatem: Non enim tantum

est

eſt impedimentum, ut in conſideratione haberi mereatur. Cum is, qui Titiam, aut Sejam ducere prohibeatur, aliam quamlibet ſatis commodè ducere queat. *L. cum ita legatum, in pr. ff. de condit. & demonſtrat. Gomez. var. reſol. lib. 1. c. 12. n. 78. Pecc. tr. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 24. n. 3.*

EFFECTUS IX.
MEMBRI TERTII.
An princeps poſſit voluntatem teſtatoris interpretari.

SUMMARIUM.

1. *Princeps poteſt voluntatem teſtatoris interpretari.*
2. *Servus communis, cui alteruter dominorum libertatem, pro ea, qua ipſius fuerat parte legarat, totus liber fit, numerato alteri domino, partis ſuæ precio.*
3. *Alimenta debentur etiam poſt mortem ejus, cum quo liberti, aut alii, quandiu viveret, commorari jubebantur.*
4. *Peculium cenſetur legatum, ſi ſervus poſt libertatem partam, centum in hereditatem inferre, jubebatur.*
5. *Fideicommiſſo, quo aliquis, ex teſtatoris deſcendentibus gravatur, ineſſe cenſetur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit.*
6. *Princeps interpretatur leges.*
7. *Voluntas teſtatoris eſt lex.* *Vide n. 16.*
8. *Princeps voluntatem teſtatoris ambiguam tantum interpretatur.*
9. *Princeps interpretatione ſua, ea tantum quæ poſt Interpretationem, teſtamenta conſcribuntur, comprehendit.*
10. *Princeps non interpretatur ultimas voluntates ex ſoluta poteſtate, ſed ex præſcriptio legum.*
11. *Conjecturæ quæ ſint, quibus ultimæ voluntates declarantur.*
12. *Intellectus L. finalis, C. de com. ſer. manum.*
13. *Intellect. L. Cajo, §. Imperator, ff. de alim. legat.*
14. *Intellectus L. denique, §. interdum, ff. de pecul. leg.*
15. *Intellectus L. cum acutiſſimi, C. de fideic. Teſtator non cenſetur, alienas ſucceſſiones ſuorum ſucceſſionib. anteferre.*
16. *Intellectus L. finalis, C. de LL.*

1. INterpretari teſtatoris voluntatem per principem, decidunt *gl. l. ex verbis, V. cui, C. de donat. int. vir. & uxor. Bl. l. fin. num. 1. C. de com. ſer. manum. Simon de Prat. tr. de ult. volunt. interpr. lib. 1. interp. 1. dubit. 3 ſolut. 13. n. 2. Mantic. tr. de conject. ultimar. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 31.*

2. Confirmari volunt: Primo, L fin. C. de com. ſer. manum. ubi princeps interpretatur voluntatem teſtatoris, qui ſervo communi ſuam partem legaverat, ſancitque, eum totum liberum eſſe, pro parte quidem legata ſine precio: pro parte autem quæ ſocii erat, precio præſtito.

3. Secundò, L. Cajo, §. Imperator, ff. de alim. legat. ubi Imperator Antoninus Pius, interpretatur ſupremum, Sextiliæ Baſiliæ arbitrium, quæ libertis ſuis alimenta præbere juſſerat, donec cum Claudio Juſto morarentur. Cum itaque quæreretur, an mortuo quoque Claudio Juſto alimenta his præbenda eſſent, Imperator Sextiliæ voluntatem interpretatur, deciditque, etiam poſt Claudii obitum, Sextiliam alimenta exhiberi voluiſſe.

4. Tertiò per L. denique, §. interdum, ff. de pecul. leg. ubi teſtator ſervo libertatem reliquerat, ſi rationes reddidiſſet, & centum heredibus intuliſſet, quærebatur, an peculium quoque legatum videretur: exorta eſt Jurisprudentum interpretatio, voluntatem denique Imperator interpretatus eſt, deciditque peculium legatum videri, ex eo, quod centum teſtator inferre juſſiſſet, quæ non niſi ex peculio, inferri poterant.

5. Quartò per L. cum acutiſſimi, C. de fideicom. Ubi Imperator teſtatoris, qui filium reſtitutionis onere aggravarat, voluntatem ultimam interpretatur, ſancitque non prius reſtitutioni locum fore, quam ſi deſcendens linea tota, ejus, qui fideicommiſſo aggravabatur, defeciſſet.

6. Quintò, quod princeps leges interpretatur. *L. fin. C. de LL.*

7. Quapropter ultimas quoque voluntates interpretari poterit. Ultima enim voluntas, lex eſt, ſeu legi æquiparatur. *§. diſponat. auth. de nupt. Boer. in conſuet. Biturig. tit. de ſtat. perſon. §. 11. gl. 3. Toming. deciſ. 13. num. 41. Capif. tr. de num. teſt. p. 1. cap. 3. num. 37. Seraph. tr. de juram. priv. 75. num. 35. in fin.*

8. His me facilè adjunxerim, ſi voluntatem eam tantum, quæ ambigua eſt, interpretationeque eget, principem interpretari poſſe, velint. *Ita enim loquuntur jura & rationes ab iis adductæ.*

9. Secundò ſi ſentiant, principem novè quid, circa ſupremarum morientium voluntatum interpretationem, conſtituentem, ſancientemque, id ratione tantùm futurorum, non autem, quæ jam conſcripta erant, arbitriorum, ſtatuiſſe.

Ex eo, quòd regulariter conſtitutionem futuris tantum negotiis dare formam, explorati juris, & alibi adductum ſit.

Alioqui enim ſi conſtitutionem ſuam, ad præſentia etiam teſtamenta porrigeret, fieri non poſſet, quin nova ſua interpretatione, alicui ratione juris, ex ambigua voluntate quæſiti, præjudicium inferret: à quo principem, ſumma abſtinuiſſe curâ, addecet.

10. Tertiò, ſi hanc ſuam interpretationem, non ex immenſa, legibusque non circumſcripta poteſtate; (quod obtuſi ingenii, Prætum ibid. num. 7. expreſsè velle video) ſed ex iis conjecturis, quas jura, in interpretandis ultimis voluntatibus, obſervandas eſſe, præſcripſerunt, principem expromere debere ſtatuerint.

11. Hæ autem conjecturæ ſunt, ipſius teſtantis conſuetudo: deinde regionis, in qua vixerat mos: tertio mens ejuſdem teſtatoris: quartò perſonæ in quam confertur diſpoſitio, dignitas, charitas, & neceſſitudo: ultimò quid teſtator in præcedentibus, quid item in ſequentibus teſtamenti, aut

ti, aut alterius ultimæ voluntatis partibus, senserit. *L. heredes palam, §. sed & si notam, ff. de testam. l. si servus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Gomez var. resol. lib. 1. c. 12. num. 29. Caball. l. si totas, n. 52. C. de inoff. donat. Molin. in l. 1. o. 69. ff. de verb. oblig. Schenck. c. 1. num. 10. de feud. cognit. Mynsing. obs. 76. n. 3. cent. 5.*

Quod si in aliquo horum mecum non senserint, autoritate eorum non moveor, quin opinionem eorum (ea qua par est modestia) falsam dixerim.

12. Nec obstat primò, quam adducunt L. fin. C. de com. ser. manum. Is enim id, quod nos, ambiguam tantum testatoris voluntatem interpretandam, & novæ constitutioni, futura tantum includenda esse negotia, vult. Nec enim quid de communibus servis, quibus ante legem latam, suam partem testator legasset, sed quid in posterum, promulgata jam lege, de iisdem faciendum, interpretatione sua princeps ostendit.

13. Sic nec obstat L. Cajo, §. Imperator, ff. de alim. legat. Nam & ibi voluntas testatoris dubia est, & non ex soluta potestate, sed ex verisimili mente testantis, quæ libertos adamaverat, post mortem Claudii Justi, cum quo morari jussi fuerant, alimenta decernuntur.

14. Quæ resolutio L. denique, §. interdum, ff. de pec. leg. quoque communis est. Nam & ibi, dubiam testatoris voluntatem, Imperator ex verisimili mentis sententia, interpretatur. Sancitque peculium una cum libertate legatum. Eam ob caussam, quod centum inferre heredibus, testator jusserat, quæ non nisi ex peculio corradi poterant.

15. Sed & eandem resolutionem L. cum acutissimi, C. de fideicomm. meretur. Quod enim ibi, fideicommisso, tum demum locum esse constituitur, cum cessarit tota descendens fideicommittentis propago, non aliunde fit, quam quod ita voluisse testatorem, verisimilis conjectura suadeat. Ratio est: ne videatur testator successiones alienas propriis anteponere. *d. l. cum acutissimi, in fine, ibi Jas. n. 1. C. de fideicomm. Tiraq. tr. de privil. piæ caus. privil. 12. Coras. misce. lib. 1. c. 2. n. 6. Romul. l. ut vim, n. 20. ff. de just. & jur. Mynsing. obs. 96. n. 2. cent. 6. Cephal. cons. 391. n. 14.*

16. Ad ultimum quod attinet, in eo primum negarim, æquiparationem legis, & voluntatis testatoris. Non enim §. disponat, auth. de nupt. verba, voluntatem testatoris, legi exæquant: sed è diverso legem, voluntati testatoris dominari, eandemque moderari volunt. Ut ex penitiori illius §. inspectione, cuique facilè apparebit.

Sed & ex eo, voluntatem testatoris, & legem paris virtutis efficaciæque non esse apparet: quod, si testatoris voluntas lex esset, efficere posset testator, ne leges in ejus voluntate locum haberent. Nam esset sibiipsi lex.

Jam verò inanis, vanaque est testatoris voluntas, leges excludens. *L. nemo potest, ff. de leg. 1. Cephal. cons. 333. n. 29.*

Non itaque legis, & voluntatis supremæ, jure subsistit æquiparatio.

At ponamus, rectè legis, voluntatisque morientium collationem fieri: nihil tamen, quod nostræ opinioni noceat, inde emerget. Cum nec eas leges, quæ per se claræ sunt, nec ulteriori declaratione indigent, princeps interpretari possit, nec verò ambiguas, immenso suo imperio, ubi voluntas pro ratione dominatur, sed ea, quæ boni, æquique est arte, clariores reddat. Et ita interpretari debet, loquiturque *d. l. final. C. de LL.*

EFFECTUS X.

MEMBRI III.

An princeps, cui hereditas, aut legatum, in testamento alterius minus solenni relicta sunt, hereditatem adire, aut legatum petere possit.

SUMMARIUM.

1. Voluntas etiam injusta, mentem testatoris declarat.

2. Princeps ex imperfecto testamento hereditatem non adit, nec legatum capit.

3. Jus alicui quæsitum, ob principis personam, eripiendum alicui non est.

4. Principi in codicillis aut Epistolis relinqui, Theodosius vetuit.

5. Quod Valens & Valentinianus, & Gratianus immutarunt. Quibus se adjunxit Justinianus.

6. Princeps nihil capit ex eo testamento, quod ratione voluntatis imperfectum est.

Testamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam inter liberos non valet.

1. POsse principem non solum legatum petere, verum etiam ipsam hereditatem sibi vindicare, quamvis testamentum privati, ritè rectèque conditum non esset, ex eo dicendum videbatur, quod voluntas testatoris, non minus ex non solenni testamento, quam ex justo fiat conspicua. *L. fin. ibi Nicol. de Neap. ff. de reb. eor. Jas. l. mandata, n. 8. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisdict. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 32. versic. quintò facit. & lib. 2. cap. 14. num. 16. Menoch. in tr. de arbit. jud. QQ. casu 171. num. 70, Simoncell. tr. de decret. tit. 6. num. 109. & tit. 8. num. 39. Boer. decis. 172. num. 22. Incertus autor in repet. l. de quibus, num. 78. ff. de LL. Rubeus l. vinum, num. 164. ff. si cer. pet. Crott. l. re conjuncti, num. 65. ff. de leg. 3. Crott. in l. 1. §. si vir uxori, num. 4. ff. de acquir. poss. Anib. l. naturaliter, num. 196. ff. de usucap. Anib. post contractum, num. 206. ff. de donat. Crott. l. non solum, §. morte, n. 43. ff. de op. novi. nunc. Roman. cons. 179. num. 11. ibi Horat. Mandos. in addit. Mandell. cons. 4. n. 41.*

Quapropter principis ratione, cum de voluntate testatoris constet, ad solennitates respiciendum non esse, dicendum videbatur. Hunc enim solennitatum vinculis non astringi, sæpius jam audivimus.

2. At non est ita. Nec enim ex imperfecto testamento, princeps hereditatem petere, aut legati præstationem flagitare potest. *L. cum heredes, C. qui test. fac. poss. l. ex imperfecto, ibi Jas. in pr. C. de testam. l. ex imperfecto, ff. de leg. 3. Tiraq. tr. de nobilit. cap. 20. num. 195. Dec. l. in testamento, num. 5. C. de te-*

de testam. milit. Lancil. Galiaul. l. centurio, num. 59. ff. de vulg & pup. Ign l. necessarios, §. non alias, p. 1. num. 411. ff. de S.C. Syllan. Arrius Pinel. in Rubr. p. 1. cap. 2. num. 15. C. de resc. vendit. Cujac. obs. lib. 5. cap. 7. Natta cons. 402. num. 46. cons. 420. n. 36.

3. Rationem censuit acutissimus Pinelus eam, quod injuriosum sit, dedecorisque plenum jus, per testamentum minus ritè, rectèque conditum, succedentibus ab intestato quæsitum, persona principis mediante, eripi, atque auferri. *Pinel. d. p. 1. cap. 2. num. 15.* Cui omnino subscribimus.

Nec obstant in contrarium allegata. Nec enim in his, quæ tertio præjudicium ingerunt, à solennitatibus solutus est princeps.

4. Cæterum ne hoc etiam in loco antiquitatis quicquam ignoretur, sciendum est: Theodosium Imperatorem noluisse agnoscere, suosque acceptare vetuisse, ea, quæ vel in codicillis, vel fideicommissariis Epistolis, sibi suisque relinquerentur. *L. 2. C. Theodos. de testam.*

5. Quod Justiniano (avaritiæ enim deditus erat) non probatur. Quapropter non hanc Theodosianam, sed Valentis, Valentiniani, & Gratiani constitutionem, quæ in codicillis, & Epistolis, Impp. quoque legare, atque relinquere permittebat, dummodo communi modo id fieret, suo inserere Codici voluit. *Vide latius Cujac. d. obs. lib. 5. c. 7.*

6. Porrò quæ de testamento, ratione solennitatum imperfecto dicta sunt: multò magis, in eo quoque testamento, quod ratione voluntatis (puta si prius mors testantem occupasset, quam voluntatem suam testib. patefecisset atque declarasset) imperfectum est. Major enim hujus, quam illius defectio est. Cum ex eo, ne liberi quidem hereditatem capere paternam possint *gl. l. si is qui, ibi Br. num. 1. per ill. text. ff. de testam. gl. l. fin. V. neque impletum, ibi Br. num. 1. C. fam. herc. Br. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, num. 2. ibi Jas. num. 2. vers. limita, Natta num. 28. & DD. C. de testam. Cravett. in Rubr. num. 30. ff. leg. 1. Dilect. tr. de art. test. tit. caut. 11. num. 6. Pecc. tr. de test. conjug. lib. 1. c. 18. num. 4. cap. 31. num. 10. Mynsing. obs. 28. cent. 5. Capiferr. tr. de num. test. p. 1. c. 16. n. 260.*

Atque hæc sunt benevole, docteque lector, quibus te in præsentia donare voluimus. Quod si tuam benevolentiam conspicati fuerimus, paulo post, alteram quoque hujus tractatus partem, quæ æquè ac hæc lectissimos feret flores, largiemur. Tu interim feliciter hac nostra opella fruitor, nobisque precator, quo tandem fortunæ, quam hactenus novercam experti sumus, non quod in nobis aliqua resideret culpa: sed quod lachrymabundis parentibus destituti: propinquis, cognatis, atque affinibus essemus orbati, clementiam experiamur.

SOLI DEO GLORIA.

Multa convitia, multæ etiam laudationes præter æquitatem in vita versantur; illa in eos, qui nihil commiserint: hæ in eos, qui nihil laude dignum gesserint. Quinimò tantò pejus nobiscum agitur, quantò in benefactis ingratos & calumniatores facilius, quam gratos & laudatores invenimus.

INDEX

Rerum & Verborum copiosissimus, in quo, c. caput, m. membrum, e. effectum, n. numerum marginalem denotat.

Clausula

E.

Lex

Q 3 Manu-

N.

Nemo

Pax

prin-

Quæ

LEGES RESTITUTÆ AUT DECLARATÆ.

Ex ff. veteri.

Ex ff. infortiato.

Ex ff. novo.

Ex institutionibus.

Ex Codice.

Nomenclatio Doctorum & Autorum, quibus in pertexenda hac opella usi simus.

ABbas Panormitanus.
Ægidius Bossius.
Ægidius Bellamera.
Æmilius Perrotus.
Albertus Brunus,
Albertus Robertus.
Albericus Gentilis.
Alexander ab Alexandris.
Alexander de Imola.
Ambrosius de Opizon.
Andreas Alcyadus.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Gail.
Andreas ab Exea.
Andreas Barbatias.
Andreas de Bessetis.
Andreas de Isernia.
Angelus Perusinus.
Angelus Aretinus.
Antonius Piagius.
Antonius Capycius.
Antonius Neguzantius.
Antonius Gomezius.
Antonius Maria Coracius.
Antonius Goveanus.
Antonius Contius.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius de Petrutia.
Antonius Corsetus.
Antonius Baveria.
Antonius de Butrio.
Anton. Guibertus Costanus.
Aristoteles.
Arrius Pinelus.
Ascanius Clementinus.
D. Augustinus.
Augustinus Ariminensis.
Aurelius Corbulus.
Autor historiarum Gallicarum.
Autor differentiarum civilis, & Saxonici juris.
Autor libri contra Machiavellum.
Autor legendæ Divæ Catharinæ.
Autor bruti fulminis.
Autor des Bienenkorbs.
Aymo Cravetta.
Azo.
Baldus de Ubaldis.
Baldus Novellus.
Ballionus de Nobilibus.
Baptista de S.Blasio.
Baptista Platina.
Baptista Ægnatius.
Bartolus de Saxoferrato.
Bartolemæus Cassanæus.
Barnabas Brissonius.
Bartolemæus Romulejus.
Bartolemæus Cæpolla.
Bartolemæus Socinus.
Bartolemæus Salicetus.
Bartolemæus Bologninus.
Benvonutus Straccha.
Berengarius Fernandus.
Berengarius Paulhacus.
Bernardus Sanctius.
Bernardinus Gammarus.
Biblia sacra.
Bonicontus.
Borgninus Cavalcanus.
Bulgarus de Bulgarinis.
Cæsar Contardus.
Cæsar Lambertinus.
Caji Institutiones.

Johan-

Speci-

FINIS.




UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 10 21 07 010 3